


3
26-136



2 400 40



MADE IN SPAIN

Del collegio Cath. letra E. n.º 3. R-1338

❁ R E V E R E N D I P A -
tris, Fratris Thomæ VValdensis, Theolo-

giæ, & Carmelitani sodalitiij Professoris celeberrimi
Opus de Sacramentis, in quo Doctrinæ antiqui-
tatum fidei Ecclesiæ catholicæ, cõtra Wit-
cleuistas, Hufistas, & eorum asse-
clas Lutheranos, aliosque
hæreticos conti-
nentur.

*
H V I C Q V A M P L V R I M I S I N L O C I S
à mendis summa uigilia repurgato, ita ut alius merito cense-
ri possit, accesserunt etiam & uniuscuiusque Capitis Summæ
haud contemnendæ, si-
mul cum

Indice copiosissimo, atque locupletissimo.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

SALMANTICÆ,
Apud Ioannem Mariam da Terra noua,
& Iacobum Archarium.

M. D. LVII.



ILLVSTRI D. PETRO
Portocarrero, Academiae Salmanticensis

Rectori, celeberrimisque Doctoribus, atque
Magistris, Ioannes Maria da Terra
noua, & Iacobus Archarius
Typographi
S. P. D.



Quam propensa in omnes vos nostra sit, ac semper fuerit voluntas, Rector clarissime, Doctores, & Magistri omni literarum genere praeclentissimi, satis vobis copertum esse credimus. Nec enim alia omnino fuit causa, cur Thomae Waldensis Theologi praestantissimi praclarum illud de Sacramentalibus opus, diebus superioribus a nobis editum, vobis dicarem, nisi testatum omnibus vellemus esse, quis noster esset erga vos animus, & quod studium vestris omnium commodis inferuendi. Nec verò haec nos idcirco dicere quis existimet, ut officium nostrum, quod vobis placere nullo modo potest, nisi sit cum communi utilitate coniunctum, plus aequo praedicantes, ac laudibus extollentes, gratiam a vobis ineamus: cum nos semper ita gefferimus, ut nostra potius opera, & labore, quem ad communi mortali vsum sedulo conferimus, studeamus nobis & laudem quaerere, & de literatis hominibus optimè mereri. Huius autem laudis non alium sanè, vel meliorem, vel vberiorè fructum esse ducimus, quam si, quod ad nostrum munus, & officium attinet, libros quam emendatissimos ex nostra officina emitteremus: id quod verum esse quiuis facile comperiet, qui libros apud nos impressos & accuratius inspicere, & cum aliorum impressione conferre non grauibitur. Nec libet in praesentia vobis commemorare, quid ceteri Typographi factitare soleant, ne alijs, scilicet, obrectando, nos ipsos ambitiosius iactare videamur: verum res ipsa vel nobis tacentibus eorum negligentiam palam testatur, qui sola questus cupiditate adducti, rem valde necessariam magno studio forū, atque adeo Reipublicae detrimento contemnere videntur, modò ipsi possint plurimum lucri, atque copendij facere. Ex quo plerūque fit, ut non rudes modò, atque imperiti, qui in studio literarum paululum aliquid processerint, sed non mediocriter etiam docti tot librorum mendis, atque erroribus offendantur. Quae

ideò à nobis pluribus dicta sunt, vt intelligatis, Viri clarissimi, qui id nos à reliquis differamus, qui magis publicæ vtilitati, quàm nostro priuato cōmodo studentes, semper in eam curā, & cogitationem incūbimus, vt quicquid librorū ex nostra exierit officina, id, quoad fieri possit, quàm emendatissimū exeat, & in manus hominum perueniat. Quod vt plenius, cumulatiusq; præstemus, vestræ partes erunt amplissimi Viri, vt nos ope vestra, atq; auxilio iuuetis, & ad hanc operam sedulò nauandam excitetis. Sic enim fiet, vt nec nos laboris nostri, & industriæ, nec vos vicissim auxiliij vestri pœniteat. Hac igitur spe ducti, cum nō multis abhinc diebus Thomæ Waldensis opus de Sacramentalibus, de quo supra mentionē fecimus, multò quàm antea editum fuerat, correctius, formisq; elegātoribus impressum vobis dederimus, nunc alterū eiusdem authoris opus Reipub. Christianæ non minùs vtile, atq; necessarium, quod est de Sacramentis, damus: in quo vir doctissimus, acerrimoq; iudicio præditus, sacrosancta illa fidei nostræ mysteria, quæ, nisi heretici, homines importunissimi obstarent, dum ea conuellere, & labefactare conantur, sacro potius silentio, & tacita mentis cogitatione à nobis colenda, atq; veneranda essent, quàm parum dignè, atq; religiosè verbis explicanda, firmissimis argumētis, & grauisimis sanctorū ecclesiæ procerum testimonijs sic probat, vt omnes Christianæ pietatis cultores in ea fide, quam semel professi sunt, cōtineat: eos verò, qui prauis opinionibus imbuti, malè de religione sentiunt, suosq; errores pertinacissimè defendunt, refutet, ipsiq; os impium, ac nefarium obstruat, & obturet. Quare non magnoperè laborandū erit, vt tam præclarū, & eximium opus, & ad refellendas omnes nostri temporis hæreses tam accommodatum pluribus verbis cōmendemus: quod ipsum per se satis est laudabile, nec vlla prorsus eget cōmendatione: præsertim apud vos, Viri clarissimi, qui orthodoxæ fidei sic estis studiosi, vt liber, in quo tractetur huiuscemodi argumentum, non possit vobis non summoperè probari: & vos alioqui priorem illum vestro nomini dicatum, ita humaniter & beneuolè accepistis, vt minimè verendum sit, ne eadem beneuolentia, & humanitate hunc quoq; posteriorem accipiatis. Quod si, vt speramus, feceritis, tum demū arbitrabitur nos laborum nostrorū fructum maximū & iucūdisimum cepisse.

V A L E T E.

Reuerendissimo, & apprimè nobili, nec minùs docto & sapienti D. Sigismundo Gonzagæ, Presbytero Cardinali Mantuano, & sacri ordinis Fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmelo cōgregationis, præsertim Mantuanæ, tutelari præsidio, & prudentissimo, & suauissimo: Ludouicus de Lyra Theologiæ professor, & Carmelitarum Parisien. prior immeritus, filialem obseruantiam.



MEMORIAM REVOCANTI MIHI è rerum monumentis, ueteribusq; historijs fidei catholice per uniuersum terrarum orbem longè, lateq; diffuse, profluxus, & incrementa, ea mox uisa sunt aquarum procellis, atq; undis oppido quàm similia. Siquidè ut illa à medio concitæ, ad extremas usq; oras (si impetus perduraret) profluerent, reflexuq; mirado originem repeterent: ita salutis humanæ, quam in medio terræ operatus est Dominus, sacramenta, & sacramentorum ueridica monumenta, quæ Apostoli, apostolicisq; uiri, ut quorum gubernacula, protectionemq; suscepisti Pater Reuerendissime, Carmelitæ tui, maiores nostri, ad extremos terrarum finis, & penitus toto diuisos orbe Britannos, diffuderunt, uidentur illinc reciproco quodam reflexu originem uelle repetere. Etenim cum renascenti hereticorum ueneno, sedula indagatione antidotum ego, & F. Ioannes Hottus Theologiæ, & Carmelitani instituti unà mecum Professor, inuestigare mus, omnesq; angulos bibliothecæ nostræ excuteremus, inciderunt in manus nostras præclara duo uolumina in *Witcleuista*, & *Husitas*, teterrimas catholice fidei pestes, per uenerabilem sacre Theologiæ, & Carmelitane religionis professorem, eiusdemq; in Anglia Prouincialem, F. Thomam Walden, studiose scripta, unum de Sacramentis, alterum de Sacramentalibus: quorum id, quod de Sacramentis prius emittendum duximus, quod circa ea & turpius, & periculosius erratum uideremus. In quo quidem opere concinnando, nescio quæ quibus anteferam, quæue prima commendem: hominis ne modestiam, quæ nihil, quod nō idem primarijs ecclesiæ orthodoxæ proceribus placuisse probarit, asseruerit: an studium, quo se tot diuinarum literarum interpretes, conciliorum à secretis, historiarum scriptores & legisse, & intellexisse docuerit: an iudicium, quo quæ maxime ad rem facerent, maximeq; Ecclesiæ fidelium placerent, delegerit: an pietatem, & in fidem nostram zelum, ratione cuius tot labores obierit: an demum hæc ex æquo omnia. Verum illius tempestate nondum in præcipiti stitisse blasphemiam crediderim. Nam catholicos doctores, quos iam tum communis receperat ecclesiæ, nondum abnegare audebant, sed impudentibus dumtaxat glossulis perperam exponere: at nunc quidam os in cælum obuertentes, nulli doctorum ecclesiasticorum ex toto assurgunt, nullius doctrinam recipiunt, sed ne ecclesiæ quidem ipsos recipientem audiunt: cui tamen tantum tribuit Augustinus, ut diceret se Euangelio minus fidei habiturum, nisi ab ipsa reciperetur. Isti se solos aiunt sapere, solos Euangelium capere, solos uineam dominicam colere, cum tamen non nisi singularis serus, qui ipsi sunt, depastus sit eam. Sed quid contra istos facies? Si Euangelium citabis, dicent te non intelligere: si antesignanorum fidei sententiam adduces, aut inuertent, aut negabunt: neq; tamen signis, aut prodigijs errores suos firmabunt. Quidnam igitur facies? Iubeas errare libenter. Nam contra negantem principia non esse disputandum, olim iam receptum est iudicium. At fidei principia sunt catholicorum placita ex Euangelio mirabili consensu deprompta: at illa isti negant. Missos igitur faciamus ut prorsus insanos: & ad eos, qui licet exiguius, adhuc tamen aliquid habent luminis per istos novos *Witcleuistas* plurimum debilitati, emittamus Thomæ nostri præclaras de sacramentis ex summis authoribus definitiones. In quibus (quæ isti negant) pulchrè docet, peccata quanquam grauiora, & Deo magis abominabilia in Pontificibus, & sacerdotibus minoribus, quàm in priuatis & laicis sunt, tamen illis neq; præsidendi auctoritatem, neq; docendi facultatem, neq; consecrandi, aut instituendi potestatem adimere. Non præsidendi auctoritatem: quoniam Paulus, qui præceperat, Obedite præpositis uestris, non ignorauit Ananiam esse malum & peruersum, ut qui sibi ob testimonium fidei, iusserat os percuti: quocirca zelo motus, Percutiet, inquit, te Deus paries dealbate: attamen ubi didicerat illum summum esse sacerdotem, Nesciebam, inquit, fratres, quod princeps esset sacerdotum. Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices. Ideoq; Petrus iussit obedire dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam dysscolis: in

ijis quidem, quæ contra Dei mandata non sunt. Nam in illis Deo, non hominibus parendum est. Non docendi facultatem: nam & cordium, & rerum scrutator Deus ac Dominus noster I E S V S, sciens multos malæ uitæ ecclesiæ suæ præficiendos: Super cathedram, inquit Moysi, sederunt Scribæ, & Pharisei, omnia ergo quæcumq; dixerint uobis, seruate, & facite. Ergo, inquit, quia præsidet. Vnde & de Caipha uerum quidem, sed iniquo animo pronuntians, Expedi uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: subdit Ioannes, Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd I E S V S moriturus erat pro gente. Tertium, quòd peccata non auferunt consecrandi, & instituendi sacramenti potestatem, modò cætera requisita concurrant, auctor ipse in hoc opere tam euidenter docet, ut solem in meridie sùdo non uideat, qui id non uiderit. Idemq; quod peruersi isti dicitant, Sacramentorum præterquam Eucharistiæ & Baptismatis non haberi authenticam à domino institutionem, magnis argumentis cõuincit. Sed quæ est, Pater optime, seculi huius dementia, ut quæ ecclesiæ catholica per manus Apostolorum sibi à Christo tradita, per tot secula receperit, nunc in dubium uocentur? Aut quæ ingratitude, ut quæ spiritu sanctus ne mole scripturarum nos oneraret, & ut merita credentium aueret, scripta noluit, isti, quia euidenter satis sibi scripta negant, credere nolunt? Cum scripserit Ioannes: Sunt autem & alia multa, quæ fecit I E S V S, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse, qui scribendi sunt, libros. Pudet me, ô fidei Antistes, & Cardinalissimè, pudet, ac piget huius seculi, in quo ob manifestaria scelera, & atrocem blasphemiam tam dira impendere uidemus & gentium, & urbium (nisi Deus auertat) excidia. In quæ, si qua sunt remedia, ea maxime speramus hoc opus, & cætera, quæ mox edemus, allatura. In hoc enim prisca de Sacramentis fides per optimos quosq; ecclesiæ catholice Doctores comprobatur, quos quia in eos ecclesiæ consensus, qui non audierint, sint nobis sicuti Ethnici, & Publicani: præsertim cum (ut in sequenti patet pagina) sanctissimus Papa Martinus quintus, post maturam examinationem hoc opus cum cæteris approbarit. Suscipiet igitur magnificentissima & nobilissima maiestas tua Præses noster dulcissime, hoc opus contra hæreticos exaratum, obuijs (ut aiunt) ulnis, ipsiusq; ab inuidorum moribus autoritate, qua plurimum polles, defendet. Et quemadmodum felix recordationis auus tuus Mantuanus Marchio Inclutissimus, Mantuanam Fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo societatem, &

congregauit, & congregatam protexit: cuius protectioni excellens reuerentia tua cõuocato iure, tum peculiari fauore successit: ita nos, Albiensis congregationis, pusillum quidem gregem, sed bonæ uoluntatis (nam primi ordinis reformationem hac tempestate istuc recepimus) in protectionis tuæ dexteritatem admittes. Vale præsidium, & dulce decus nostrum.

E Carmelo Parisiensi. Ad Tertium Idus Octob.
M. D. XXI.



✠ EPISTOLA SANCTISSIMI PAPÆ MARTINI QUINTI, ad dilectum

filium Thomam Walden, ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, Prouinciæ Angliæ, & sacrae Theologiæ Magistrum.



Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Placuit primò nobis Opus, quod edideras contra Hufitas hæreticos: teq; fuimus hortati, ut id quod restabat in materia de Sacramentis, simili perficeres studio, & diligentia, quod te fecisse gaudemus, & tuum studium utile, & salutare ecclesiæ commendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filij Ioannis, ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, Magistri in sacra pagina, latoris præsentium, volumen secundum de Sacramentis, quod per solennes viros uideri, & examinari fecimus, sicut primum, quod pariter fuit ab omnibus cõmendatum. Ex quo desideramus, ut volumen tertium, de Sacramentalibus, cum illud perfeceris, nobis mittas. Cæterum ut dâna conclusiones Witcleff securius ualeas confutare, mittimus tibi Bullam de damnatione librorum prædicti hæretici. Et cupientes quantum possumus erga te propitiare Dei gratiam, pro cuius causa laboras, Benedictionem nostram dedimus tibi, & omnibus fratribus tuæ prouinciæ. Datum Romæ apud sanctos Apostolos sub anulo Piscatoris, octauo die Augusti, Pontificatus nostri Anno decimo.

EXAMINATIO ISTA FIERI COEPIT

X V. Calend. Iulij: & durauit usq; ad decimum Calend. Augusti, quod die præsentabatur Papæ, præsentibus Cardinalibus Prælatibus in consistorio, per commissarios, dominum N.

Presbyterum Cardinalem sancti Petri ad Vincula, & dominum Bernardum

Episcopum Cauellacensem, Doctorem in Theologia.

Elenchus Titulorum, & Capitem, quæ

in toto hoc de Sacramentis opere differuntur.

Et primò de Sacramentis in generali.

¶ De hæresibus antiquorum, & Witcleuistarum contra Ecclesiæ sacramenta.

CAPVT I.

Quod ex fide Deus concurrat cum ministro ad sacramenta celebranda. fo. 10.

CAP. II.

Vnde sumatur necessitas diuini concursus in ministris celebrandis. fo. 13.

CAP. III.

Non semper propter peccatum mortale potestas consecrationis sacramentalis suspenditur in prelato. fo. 14.

CAP. IIII.

Respondetur ad argumentum Witcleff primum, quod sacramentum potest conferri, & esse sine effectu gratiæ salutari. fo. 16.

CAP. V.

Infidelis sacerdos non derogat sacramento. fo. 17.

CAP. VI.

Quod sacerdos infidelis fide formata, aut alioquin fictus, non minus conficit sacramentum. fo. 18.

CAP. VII.

Quod celebratio sacramenti est opus ordinati. fo. 19.

CAP. VIII.

Quod Deus conficit cum malo ministro, ne ecclesia se ducatur. fo. 21.

CAP. IX.

Quod orationes malorum sacerdotum non faciunt, quin Deus adsit consecrationibus sacramentorum. fo. 22.

CAP. X.

Quod Deus ultra meritum, & dignitatem orantis, audit eum, maxime tradentem diuina. fo. 23.

CAP. XI.

Quod Christus sine sanctitate conscientie sacerdotis conficit sacramentum. fo. 25.

CAP. XII.

Quod melius ministratur sacramentum per sanctum uirum: non tamen creditur in eum, sed in Christum per eum. fo. 26.

CAP. XIII.

Quod peccator publicus non minus conficit, quam occultus. fo. 28.

CAP. XIIIII.

Quod prelati possunt conficere, quanuis presciti. fo. 29.

CAP. XV.

Quod presciti non necessariò excluduntur à sacramentorum fructibus, nec ab ecclesia electorū. fo. 31.

CAP. XVI.

Quod prescitus & à Deo damnatus potest esse membrum predestinatum ecclesie electorum. fo. 31.

¶ De Sacramento Eucharistiæ

CAP. XVII.

Ascendendum ad tractatum sacre Eucharistiæ, uitando lites Dialecticas quantum fieri poterit. fo. 33.

CAP. XVIII.

Quomodo Witcleff concessit Satanæ mille annos solutionis sue contra Christum, & eius euangelium. fo. 35.

CAP. XIX.

De antiquis hæresibus Eucharistiæ: ex quibus Witcleff traxit hæresim suam de hostia consecrata. fo. 37.

CAP. XX.

Quid sit sacramentum in communi: & quomodo uerus Witcleff abscondit suam hæresim sub terminis consuetis ecclesie. fo. 39.

CAP. XXI.

Venerandum Eucharistiæ sacramentum est corpus Christi naturaliter, & sanguis, non corpus tropicum: & panis in natura secundum Witcleff. fo. 40.

CAP. XXII.

Quod corpus Christi secundum substantiam est sacramentum & res: compago gratiæ membrorum est res, & non sacramentum: sed hanc nescit Witcleff ibi assignare. fo. 41.

CAP. XXIII.

Quod corpus Christi est Eucharistiæ sacramentum secundum propriam substantiam. fo. 43.

CAP. XXIIII.

Quod hostia consecrata est corpus Christi secundum naturam corporis Christi uniti. fo. 44.

CAP. XXV.

Quod hostia consecrata est identice corpus Christi & Deus secundum essentiam. fo. 46.

CAP. XXVI.

Quod hostia consecrata est adoranda, & quomodo Witcleff in hoc loco blasphematur catholicos, & appellat eos idololatrias. fo. 48.

CAP. XXVII.

Quod sacerdos cum celebrat, conficit, & consecrat corpus Christi, & non nudum exterius sacramentum. fo. 50.

CAP. XXVIII.

Quod solus presbyter, & omnis talis ritè exequens in forma uerborum Christi, conficit corpus Christi. fo. 52.

CAP.

Titulorum & Capitem.

CAPVT. XXIX.

De efficacia uerborum sacramentalium: & si habeant uim conuertendi essentiam rei subiectæ. fo. 54.

CAPVT. XXX.

Sacramentum altaris, quod ecclesia credit esse corpus Christi naturaliter: & panem per figuram, Witcleff peruertit ad opposita: dicens esse corpus Christi solum figuratim, & panem per essentiam. fo. 55.

CAPVT. XXXI.

Quod sacrificium altaris est unum, & nõ sicut Witcleff dicit, aliud sacrificium, aliud sacramentum. fo. 57.

CAPVT. XXXII.

Quod oblatio altaris iuxta fidem est una simpliciter in natura. fo. 58.

CAPVT. XXXIII.

Quod non sit corpus Christi & sanguis in sacramento tantum per figuram: sed secundum carnis substantiam, & naturam. fo. 61.

CAPVT. XXXIIII.

Quod hostia consecrata Witcleff non penitus differt ab hostia ueteris legis & iudaica: quæ per mortem Christi penitus est sublata. fo. 63.

CAPVT. XXXV.

Quod non remanet panis materialis in eucharistia, consecratione peracta. fo. 65.

CAPVT. XXXVI.

Ad argumenta Witcleff per scripturam euangelij, quod hostia consecrata est panis in natura. fo. 68.

CAPVT. XXXVII.

Ad secundum argumentum Witcleff per scripturam Apostoli. 1. ad Corinth. 4. Panis quem frangimus. fo. 69.

CAPVT. XXXVIII.

Ad tertium argumentum Witcleff: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. fo. 71.

CAPVT. XXXIX.

Ad quartum argumentum Witcleff, quomodo Apostoli cognouerunt eum in fractione panis. fo. 73.

CAPVT. XL.

Ad quintum argumentum Witcleff de sanctis doctoribus commemorantibus panem. fo. 74.

CAPVT. XLI.

Ad sextum argumentum Witcleff, quomodo cantus & orationes ecclesie commemorant panem. fo. 75.

CAPVT. XLII.

Ad septimum argumentum de papa, & Romana curia: quomodo cõcedit panem esse corpus Christi. fo. 76.

CAPVT. XLIII.

Ad hoc, quod Witcleff dicit, modernam Romanam ecclesiam ecclesie priori sub Nicolao esse contrariam. fo. 78.

CAPVT. XLIIII.

Ad argumentum Witcleff pro pane materiali sumptum ex uulgo. fo. 80.

CAPVT. XLV.

Ad argumentum Witcleff sumptum ex testimonio corporalium sensuum. fo. 83.

CAPVT. XLVI.

Ad argumentum Witcleff de brutis & muribus, quod non cognoscunt hostiam consecratam. fo. 84.

CAPVT. XLVII.

Ad argumentum Witcleff sumptum ex autore suo erroneo de diuinis officiis. fo. 86.

CAPVT. XLVIII.

Ad sophisma Witcleff: iste panis est corpus Christi: ergo est, & manet corpus Christi. fo. 87.

CAPVT. XLIX.

Quid demonstretur pronomine demonstratiuo, hoc, in propositione sacramentali. fo. 88.

CAPVT. L.

Quod species sensibilis sacramenti modo quodam, sed abusu, uocatur corpus Christi. fo. 90.

CAPVT. LI.

Quid sit uisibilis forma panis, & quid hoc uisibile sacramentum. fo. 91.

CAPVT. LII.

Ad questionem intricatioriam Witcleff, Vtrum illud album & rotundum uisum ibi oculo corporali, sit uerum corpus Christi. fo. 93.

CAPVT. LIII.

Quod corpus Christi corporaliter uidetur in sacramento, sed sacramentaliter, non naturaliter. fo. 94.

CAPVT. LIIII.

Ad auctoritates Witcleff contra uisionem corporis Christi in sacramento. fo. 96.

CAPVT. LV.

Ad rationes Witcleff, quas colligit à natura. fo. 98.

CAPVT. LVI.

Quod necessarium est illam partem tenere de uisibilitate corporis Christi, ut simus cõformes canonibus pro uidentibus hoc modo contra hæreses. fo. 100.

CAPVT. LVII.

Quod corpus Christi comeditur in altari corporaliter in natura carnis: & corporaliter comeditur in sacramento. fo. 102.

CAPVT. LVIII.

Quod caro Christi est spiritalis: & tamen carnaliter modo carnis, & corporaliter comeditur in sacramento. fo. 104.

CAPVT. LIX.

Quod Witcleff non saluatur in glossa sua logicali, quod corpus Christi est ibi corporaliter, id est, per modum corporis. fo. 105.

CAPVT. LX.

Quod non mures, & bruti, sed peccatores, & presciti uere corporaliter manducant corpus Christi in sacramento. fo. 107.

CAPVT. LXI.

Contra blasphemiam Witcleff, qua concedit cum Rabano Maguntienfi, & Heribaldo Altifiodorensi corpus domini in sacramento esse cibum digerendum in humanam carnem. fo. 109.

Elenchus

- CAPVT. LXII.
Quod nullus cibus penitus est eucharistiae sacramen-
tum, secessit, uel corruptioni obnoxius. fo. 111.
CAPVT. LXIII.
Quod Witleff detestanda plura concedit de sacra-
mento Eucharistiae: quae item ipse dolose et mendo-
se imponit catholicis. fo. 113.
CAPVT. LXIII.
De conuersione panis secundum substantiam suam: et
quibus suam opinio impanantium foret grata. fo. 115
CAPVT. LXV.
Contra impanantes corpus Christi: et fiunt rationes.
fo. 117.
CAPVT. LXVI.
Quod uia impanantium est pluribus difficultatibus in-
tricata: et uia ecclesiae est magis plana. fo. 119.
CAPVT. LXVII.
Quod panis transubstantiatur in corpus Christi secun-
dum suam essentiam utrobique: contra tam impanantes
quam tropicantes. fo. 120.
CAPVT. LXVIII.
Quod in conuersione ista per celebri non est adhibita-
tio, uel destructio materiae praesentis. fo. 123.
CAPVT. LXIX.
Quod materia prima panis non destruitur: sed per
transubstantiationem Christi perficitur, et transit
in melius. fo. 125.
CAPVT. LXX.
Qualiter Witleff sophisticat de conuersione et tra-
substantiatione: sed quae est transubstantialis conuer-
sio secundum fidem ecclesiae. fo. 127.
CAPVT. LXXI.
Quod uidetur aliquantum propinquum transubstan-
tiationis exemplum de cibo, quem post resurrectionem
Christus accepit. fo. 129.
CAPVT. LXXII.
Quomodo corpus Christi secundum suam essentiam mul-
tiplicatur ad loca distantia, non continua. fo. 130.
CAPVT. LXXIII.
Quod corpus Christi coexistenter potest adesse alteri
corpori in eodem situ totum: et hoc contra uiam
penetrationis Witleff, et Atomos. fo. 132.
CAPVT. LXXIII.
Qualiter Witleff improperat ecclesiae pro uocabu-
lis transubstantiationis, et accidentis sine subiecto,
dicens, quod olim non erat de fide. fo. 133.
CAPVT. LXXV.
De uocabulis ab ecclesia uisitat, quae scripturae sanctae
non continent. fo. 135.
CAPVT. LXXVI.
Quod determinatio Innocentij, et ecclesiae de accidente
sine subiecto suo, non est contra omnes philosophos.
folio. 137.
CAPVT. LXXVII.
Quod determinatio accidentis sine subiecto, est conso-

- na sanctis de millenario Christi. fo. 139.
CAPVT. LXXVIII.
De quidditate, et essentia accidentis: et quomodo Wit-
cleff renouat errorem Parmenidis, et Anaxagorae.
folio. 140.
CAPVT. LXXIX.
Ad argumenta Witleff contra accidens sine subie-
cto. fo. 143.
CAPVT. LXXX.
Ad auctoritates Augustini contra accidens sine subie-
cto. fo. 144.
CAPVT. LXXXI.
Quod Witleff per tres glossas generales corrumpit
omnium antiquorum et ceterorum patrum sente-
tias orthodoxas. fo. 145.
CAPVT. LXXXII.
Contra glossas Witleff, quod Anselmus, et Hugo non
concesserunt accidens sine subiecto. fo. 147.
CAPVT. LXXXIII.
Quod Lincolniensis secundum glossam Witleff non in-
tellexit accidens sine subiecto. fo. 149.
CAPVT. LXXXIII.
Quod figura non debet cum rei ueritate coextendi: et per
hoc figuratim solum corpus Christi non est uerum,
uel realiter corpus Christi. fo. 151.
CAPVT. LXXXV.
Quod solum figuratim tale, non est uerum et realiter
tale. fo. 153.
CAPVT. LXXXVI.
Quod figurae scripturae sacrae non sunt liberè exten-
dendae sine euidente necessitate et auctoritate: maxi-
me ubi uerget in dispendium ueritatis. extensio figura-
lis. fo. 154.
CAPVT. LXXXVII.
De instantia Witleffistarum Pragensium pro commu-
nitione plebis in utraque specie: ubi de haeresibus in co-
municando. fo. 156.
CAPVT. LXXXVIII.
Quod modus quem obseruat ecclesia, est magis conue-
niens scripturis sanctis. fo. 157.
CAPVT. LXXXIX.
Quod ex congruentia scripturarum participatiuum ordo ce-
dit ordini consummantium solemnitate ritus, non
rei. fo. 159.
CAPVT. XC.
Ad auctoritatem euangelij, Bibite ex hoc omnes. quod
haec obseruantia non fuit tam uniuersalis antiqui-
tatis, sicut sonat eis. fo. 159.
CAPVT. XCI.
Ad auctoritatem euangelij: Nisi manducaueritis carnem
filij hominis, et biberitis eius sanguinem. fo. 161.
CAPVT. XCII.
De modo bibendi Christi sanguinem re non uisibili spe-
cie, et sic ad auctoritates canonis Gregorij, Augu-
stini, Hieronymi, Gelasij, Zosimi fo. 162.
CAP.

Titulorum & Capitulorum.

- CAPVT. XCIII.
Ad auctoritates Ambrosij de sacramentis, Waleran-
ni de officijs, et Paschasij. fo. 164.
CAPVT. XCIII.
Ad sanctum Thomam, Albertum, Innocentium, Lyrā
cum de Halis, Bonaventuram, Fischatre, et Notin-
gam. fo. 165.
CAPVT. XCV.
Quod eucharistia est super cetera sacramenta praecel-
lens et singulariter dicta communio. fo. 167.
**¶ De Sacramento Baptif-
mi.**
CAPVT. XCVI.
DE sacramento baptismi in aqua, quod requiritur
ad salutem, et de haeresibus in hac materia.
fo. 169.
CAPVT. XCVII.
Quod baptismus fluminis absolute non sufficit exclu-
so baptismi fluminis ad salutem. fo. 171.
CAPVT. XCVIII.
Quod sacramentum baptismi continet gratiam sancti
spiritus in quocumque. fo. 172.
CAPVT. XCIX.
Quod paruuli ad baptizandum delati, si praenian-
tur morte, peribunt. fo. 174.
CAPVT. C.
Quod Augustinus multiplici auctoritate, non tamen
reputat, sed defuit paruulos quoslibet perituros,
qui non sacramentaliter baptizantur. fo. 175.
CAPVT. CI.
Qualiter Witleff peruertit textum euangelij, Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu. et quibus
erroribus se immergit. fo. 177.
CAPVT. CII.
Quod uerbum Christi ad Nicodemum intendit aquam
sensibilem. fo. 178.
CAPVT. CIII.
Quod uisibili sacramento baptismi est sanctus homo
quilibet abluendus, in quo qui credit, est sine dubi-
tatione saluandus: qui uero non, condemnandus. fo.
180.
CAPVT. CIIII.
Ad argumentum de martyrio, quo quis posset saluari
ante baptismum. fo. 182.
CAPVT. CV.
Quod nudum martyrium sine instinctu spiritus sancti
ad baptismum: nec aliqua sanctificatio sancti spiri-
tus baptismum praenians, sine eo non sufficit ad
salutem. fo. 184.
CAPVT. CVI.
Quae causa praecipua ut infans moriatur, et pereat
ante regenerationem per aquam. fo. 185.

- CAPVT. CVII.
Quod praetermissa necessitate euangelij pro percipiē-
do baptismi Witleff assignat necessitatem absolu-
tam erroneam omnium futurorum. fo. 187.
CAPVT. CVIII.
Quod baptismus aquae tollit omne delictum mortale
et ueniale: etiam omissionis quodcumque, induens
perfecte nouum hominem, qui secundum Deum crea-
tus est. fo. 189.
CAPVT. CIX.
Quod est aliquis character baptismalis, confirmatio-
nis, et ordinis, ut docet ecclesia. et ubi hoc funda-
tur. fo. 190.
CAPVT. CX.
Quis est fructus talis characteris sacramenti. fo. 193.

¶ De Sacramento confirma- tionis.

- CAPVT. CXI.
DE sacramento confirmationis quomodo sit de ne-
cessitate salutis, et qualiter regulariter mini-
stratur. fo. 195.
CAPVT. CXII.
Quod sacramento confirmationis regulariter confer-
tur spiritus sanctus. fo. 196.
CAPVT. CXIII.
Qualiter Christus chrismate unctus: et fideles ex eo
Christiani chrismate uncti. fo. 197.
CAPVT. CXIIII.
Quod solis episcopis licet chrismate ungere baptiza-
tos sacramento confirmationis. et ibi qualiter erra-
uerit Armacanus. 199.
CAPVT. CXV.
Ad argumentum Armacani de Anania: quod non contulit
Paulo spiritum sanctum confirmando per primam
impositionem manuum suarum. fo. 201.

¶ De Sacramento Ordinis.

- CAPVT. CXVI.
DE sacramento ordinis quinque pertinet, et quod a pri-
me ecclesiae fuerunt plures duobus ordini-
bus Christi ecclesiae designati. fo. 203.
CAPVT. CXVII.
Quod tempore apostoli distinctio fuit episcopi a sim-
plici sacerdote. fo. 205.
CAPVT. CXVIII.
Quod non fuit quis eo in gradu et ordine ecclesiasti-
co altior, quo humilior, et ecclesiae seruiuior: sed
ab electione et institutione prima ecclesiae erat
differentia graduum et honorum. fo. 207.
CAPVT. CXIX.
Quod gradualis distantia episcoporum inter se, et alio-
rum

Elenchus

rum sacerdotum & ordinum, ab apostolorum temporibus sit inuenta. fo. 209.

CAPVT. CXX.

Ad calumnias Wicleff in prelatos & clericos, quos uocat Casareos à Casare Constantino: quodq; ipse, & sequaces eius sunt multo magis Casarei à Casare Iuliano. fo. 210.

CAPVT. CXXI.

Contra Wicleff dictitantem, q; multitudo cleri est one rosa, & infundata in lege Christi. Ideo minuenda esset, & ab eo purganda ecclesia. fo. 213.

CAPVT. CXXII.

Quod sensibili uocatione, & manus impositione episcopi promoueri debeant ordinati. fo. 214.

CAPVT. CXXIII.

Contra Wicleff improbantem ordinationes episcoporum per episcopos, nolentemq; q; interna spiratione Dei clerici insensibiliter ordinentur. fo. 216.

CAPVT. CXXIII.

De prelati presciti perpetuo suspensi ab officio ordinandi iuxta Wicleff, qualiter sciendum, & loquendum. fo. 218.

CAPVT. CXXV.

Quod gratia predestinationis non est dicenda de ecclesiastico more: sed q; non predestinati uere consciunt, uera sacramenta ministrant. fo. 219.

CAPVT. CXXVI.

Quod iudicati à Deo secundum prescientiam sic uera sacramenta dissipant, sicut ab ecclesia iudicati per sententiam. fo. 221.

CAPVT. CXXVII.

Ad literas testimoniales episcoporum pro clericis ordinandis. fo. 223.

CAPVT. CXXVIII.

Vbi displicet Wicleff generalis continentia clericorum. fo. 224.

CAPVT. CXXIX.

Vbi fundatur necessitas continentie clericali expressæ in scriptura sacra, & à primæ uis ecclesie obseruata. fo. 226.

De Sacramento Coniugij, seu Matrimonij.

CAPVT. CXXX.

Coniugium quid sit, & q; non includat de necessitate sacramenti copulam carnalem ad propagationem prolis. fo. 228.

CAPVT. CXXXI.

Quod inter steriles, uel sancte continentibus absq; omni spe sobolis est uerum coniugium. fo. 229.

CAPVT. CXXXII.

Quod coniugium celebrandum est in signis sensibilibus, & uerbis simplicibus de presenti. fo. 230.

CAPVT. CXXXIII.

De uarijs signis, & ritibus, sub quibus est celebrandum coniugium cum benedictione sacerdotis in ecclesia. fo. 232

CAPVT. CXXXIII.

De illicitis & licitis coniugijs, & que sunt hæc, & illa. fo. 234.

De Sacramento penitentiae.

CAPVT. CXXXV.

De penitentia, & confessione sacramentali: qualiter sit in antiqua lege fundata. fo. 236.

CAPVT. CXXXVI.

Qualiter confessio ecclesie fundetur ex facto Danicis, & sociorum, & sic usq; ad baptizatos à Ioanne. fo. 237.

CAPVT. CXXXVII.

Confessionis ecclesiasticæ necessitas regularis fundatur in ritibus, & uaticinijs legis antiquæ. fo. 238.

CAPVT. CXXXVIII.

Confessio uocalis ecclesie qualiter in noua lege fundatur. fo. 239.

CAPVT. CXXXIX.

Obiectio Wicleff ex Armacano, & refellitur sententia Armacani. fo. 241.

CAPVT. CXL.

Quod Christus non minus precepit confitendum, quam uis apostolis non expressit: sed magis consuetudine roborauit antiquam: quia eam irritari non iussit, sed suppleuit in ea, quod defuit. fo. 242.

CAPVT. CXLI.

Qualiter in antiqua ecclesia ad confitendum uocaliter erant stricti fideles, non tantum Latini, sed Greci. fo. 243.

CAPVT. CXLII.

Pro autoritate illa euangelica: Ite, ostendite uos sacerdotibus. fol. 244.

CAPVT. CXLIII.

Pro processu euangelico de suscitatione Lazari per dominum Iesum: & solutione per discipulos. fo. 246.

CAPVT. CXLIII.

Quod absolutio sacramentalis commissa sacerdoti diuinitus præcedit sententiam absolutiois cæli. fo. 248

CAPVT. CXLV.

Quod clauis ecclesie sunt scientia, & potestas authentica dimittendi peccata uice Christi. fo. 250.

CAPVT. CXLVI.

Alia positio de clauibus, & dimissione peccatorum. folio. 253.

CAPVT. CXLVII.

De trina blasphemia Wicleff contra confessionem ecclesie pro manu impositione, ampla potestate Papæ, & sacerdotum multiplici ambitione. fo. 255.

CAP.

Titulorum & Capitem.

CAPVT. CXLVIII.

Pro constitutione Innocentij de confitendo semel in anno cuncta peccata. fo. 258.

CAPVT. CXLIX.

De reservationibus casuum ad prelatos maiores, & de publicis penitentijs peccatorum. fo. 260.

CAPVT. CL.

Ad tres cauillationes Wicleff contra confessionem sacramentalem, pro ignorantia proportionis penæ ad culpam, de minoritate scientie sacerdotis, & incertitudine confitentis. fo. 262.

CAPVT. CLI.

Ad cauillationes duas Wicleff contra confessionem sacramentalem: pro ignorantia sacerdotis, de reciduatione confessi, & incertitudine clauium. fo. 264.

CAPVT. CLII.

Respondetur ad tres accusationes Wicleff contra catholicos confessores: de leuitate nimia, de seueritate, & quia confessos non produunt. fo. 265.

CAPVT. CLIII.

Quod Deus est prior ad preemiandum iustos, uel ad parcendum penitentibus, quam ad puniendum iniustos. fo. 267.

CAPVT. CLIII.

De peccato mortali, & ueniali, & de eisdem in scripturis. fo. 268.

CAPVT. CLV.

Quod peccatum mortale, & ueniale distinguuntur in scripturis per iudicium uoluntatis humane, non ex prescientia, uel predestinationis abyssos. fo. 270.

CAPVT. CLVI.

Quod differentia peccatorum mortalium, & uenialium bene sumitur per actus extrinsecos: & de difficultate separandi, & cognoscendi, q; insunt. fo. 271

CAPVT. CLVII.

De discreta cognitione grauissimum peccatum ex le-

gibus scripturarum. fo. 273.

CAPVT. CLVIII.

Contra hæresim Wicleff afferentis solum peccatum finalis impoenitentia esse simpliciter & proprie mortale peccatum. fo. 276.

CAPVT. CLIX.

Peccatum mortale est dignum perenni supplicio: quamuis is, qui peccat, fructuose peniteat post peccatum. folio. 277.

CAPVT. CLX.

Quod non est charitas talis in omni predestinato uiuente, quæ non potest excidere. Nec peccatum presciti perpetuum, de quo non potest finaliter penitere. folio. 279.

CAPVT. CLXI.

Non est gratia predestinationis in predestinato, quousq; uocatus iustificetur bonis operibus, uel ecclesie sacramentis: nec peccatum presciti, de quo non potest, uel potuit esse conuictus. fo. 280.

CAPVT. CLXII.

Quod charitas predestinati est mortua per peccatum mortale, & eius gratia per peccatum extincta. folio. 284.

De Sacramento unctionis extremæ.

CAPVT. CLXIII.

Sacramentum unctionis extremæ est à Christo, & apostolis institutum, ut sit infirmis fidelibus remedium geminum. fo. 284.

CAPVT. CLXIII.

Epilogus huius libri de Sacramentis. fo. 286.

FINIS.

INDEX LOCUPLETIS- simus omniū, quæ in hoc Reuerēdi Patris

fratris Thomæ Walden. Theologi præstantissimi volumine de
Sacramentis aduersus Witcleuistarum, & Hufsitaram
hærefes continentur, iuxta ordinem Alpha-
beticum accuratè dige-
stus.

A



Absolutio sacramentalis sacer-
doti diuinitus commissa; &
præcedat sententiam abso-
lutionis cæli contra Wit-
cleff ostenditur. fol. 249.
col. 2. nu. 1.

Absolutionis officium, quod or-
dini sacerdotum sit appropriatum. Et quomodo hæ-
refis hanc sibi potestatem uendicare non possit, ex
Ambrosio ostenditur. fol. 243. col. 1. nu. 5.

Absolutionis forma. Et quorundam audacia in modo
absoluendi ab authore notatur. fol. 275. col. 3. nu. 4.

Accidens, quod debeat intelligi res, aut entitas alia à
substantia, quasi esset substantiæ indumentum, pro-
batur contra Witcleff. fol. 142. col. 2. nu. 4.

Accidens non omne deterius omni substantia. fol. 115.
col. 4. nu. 7.

Accidens posse esse sine subiecto, quod non sit contra
omnes philosophos, ostenditur. fol. 137. col. 3. nu. 1.

Accidentia quomodo sola nutriant. fol. 112. col. 2. nu-
me. 3.

Accidentis sine subiecto determinatio, quod sit sanctis
de millenario Christi consona, ostenditur. Et quid
primò dicat de hoc Basilius. fol. 139. col. 1. nu. 1.

Acolytatus ordo, & tempore S. Pauli fulserit in One-
simo. fol. 205. col. 1. nu. 10.

Aeriani heretici unde dicti. Et quomodo hos sequitur
Witcleff, non distinguens episcopum à simplici sa-
cerdote. fol. 205. col. 4. nu. 1.

Alberti de Padua dictum, quare non ministretur popu-
lis sanguis Christi, quod sit contra Witcleuistas. fol.
199. col. 1. nu. 3.

Album, & rotundum uisum oculo corporali in sacra-
mento, quod non sit uerum corpus Christi, probatur.
fol. 93. col. 2. nu. 1.

Alexander Papa quid de Eucharistia dicat. fol. 168.
col. 3. nu. 5.

Alexandrinorum ciuium confessio, cum crucis chara-
cter in templo Serapidis diuinitus apparuisset. fol.
238. col. 3. nu. 2.

Alteris in sacramento sicut & in sacramentis cæteris,

quod tria soleant ponderari. Et quæ sint. Et plura
ibi de Eucharistia contra Witcleff. fol. 41. col. 3.
nu. 1.

Ambrosij contra Nouatianos dictum, quod sacerdotes
sibi à domino uendicent ius dimittendi peccata in
foro pœnitentiæ, sicut & in baptismo. fol. 251. col.
1. nu. 2.

Ambrosij dictum, Quod panis fuit, iam corpus Chri-
sti est. quod sit uerissimum. Et multa ibi ex Ambro-
sio, Damasceno, & Anselmo. fol. 75. col. 1. nu. 6.

Ambrosius quid de conuersione panis in corpus Chri-
sti dicat, contra Witcleff adducitur. fol. 121. col. 1.
nu. 1.

Ambrosius, quod in usu habeat, more patrum ecclesiæ,
ueritatem à figura distinguere, ostenditur. fol. 155.
col. 1. nume. 2.

Ambrosius quid dicat super illud Ioannis in Canoni-
ca, Tres sunt, qui testimoniū dāt in terra, spiritus,
aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt. fol. 179.
col. 2. nu. 4.

Ambrosius quid de Constantini sanctitate dicat. folio.
212. col. 2. nu. 6.

Ambrosius quid de Petri ablutione dicat. fol. 182. col.
1. nu. 6.

Anastasijs Papæ rescriptum ad Anastasium Imperato-
rem pro ministracione sacramentorum per Achacium
hereticum. fol. 25. col. 4. nu. 5.

Angeli quomodo assistant, quādo Christus in altari im-
molatur. fol. 54. col. 1. nu. 4.

Angeli, quod oculis carnis uisi fuerint, ostenditur. fol.
95. col. 1. nu. 2.

Angeli quatenus animalia à Gregorio dicti. fol. 102.
col. 3. nu. 9.

Animum in corpus conuerti posse. fol. 124. col. 4. nu. 4.

Anselmus quid de Christi carne dicat. Et qualiter in
mysterijs sit consideranda. Et quid item Damascenus.
fol. 103. col. 1. nu. 3.

Anichristinum quod non sit sacramentum, quod sen-
sus gustus, aut tactus confunderet, contra Witcleff.
fol. 84. col. 3. nume. 5.

Apostolus, quod non dixerit corpus Christi panem
Witcleff.

Index.

Witcleff, ostenditur. fol. 91. col. 2. nu. 4.
Apostolus quomodo per actus extrinsecos peccatorū
species definiat. fol. 272. col. 1. nu. 2.

Apostoli quod primò in die resurrectionis acceperunt
Sancti spiritus gratiam, qua cuncta dimitteret pec-
cata, non autem ut facerent signa, ex Chrysostomo.
fol. 241. col. 3. nu. 2.

Apostoli, quod formam sensibilis ordinationis à mag-
stro suo Christo acceperat. Et quomodo Paulus in-
struat Timotheum, & plenam det ordinandi regu-
lam. fol. 217. col. 2. nu. 3.

Aquæ ex antiquo more ecclesiæ quare ad quelibet ba-
ptizandum de nouo sanctificemur. fol. 173. col. 3.
nu. 3.

Aquæ de petra fluxio ad Moyses tactum, quod nō fue-
rit tropica, uel figuralis. Et multa alia ibi adducun-
tur contra tropos Witcleff, & figuræ. fol. 121. co-
lum. 3. nu. 5.

Aquæ elementari nostri baptismatis quomodo coniu-
guit Christus uirtutem sui sanguinis, & gratiam
spiritus. fol. 179. col. 2. nu. 3.

Aquarum separatio ad Moyses uirgæ eleuationem, at-
que mutatio, quod non fuerit tropica. fol. 121. col.
2. nu. 4.

Aratōris poëtæ dictum de pudicitia Pontificum. &c.
fol. 227. col. 2. nu. 5.

Arianorum crudelitas, ex Casiodoro. fol. 8. col. 1. nu-
mero. 6.

Arij perfidum facinus. fol. 9. col. 3. nu. 2.

Armacani error circa sacramentum confirmationis, di-
centis baptizantem non episcopum posse confirma-
re. Et quomodo Dionysius, quem ducit in testem, sit
contra eum ostenditur. fol. 199. col. 3. nu. 2.

Armacanus, qui dicit Ananiam per manus impostio-
nem confirmasse Paulum, & ob id arguit inferio-
res episcopis posse confirmare, confutatur. fol. 201.
col. 2. nu. 1.

Armeniorum hæresis circa Eucharistiæ sacramentum,
recitatur. fol. 55. col. 4. nu. 1.

Armeniorum error communicantium pueros suos con-
tinenter post baptismum. fol. 161. col. 4. nu. 2.

Armeniorum errores circa baptismum recēsentur. Et
quomodo unguentum chrismate baptizatum, confirma-
tionis tamen sacramentum expresse renuat. fol. 199
col. 3. nu. 1.

Artemonis heretici Samosatensium hereticorum capi-
tis hæresis, scilicet, quod Saluator purus homo, &
absque Deo fuerit, quomodo antiquitus ab ipsis a-
postolis traditum esse mentiuntur. fol. 2. col. 2. nu. 4.

Articulū fidei omnem lucidiorem factum post resulta-
tionem hereticam, & contradictiones catholicas
ostenditur. fol. 136. col. 2. nu. 2.

Aues in arboribus natæ. fol. 119. col. 2. nu. 2.

Augustini distinctio de gratia sacramenti, & de sacra-
mento gratiæ. fol. 174. col. 2. nu. 7.

Augustini multiplices autoritates aduersus Witcleff
adducuntur, quibus non tantum reputat, sed definit
paruulos quoscunq; perituros, qui non sacramenta-
liter baptizantur. fol. 176. col. 1. nu. 1.

Augustini responsio aduersus Pelagianos, arguentes na-
tum ex baptizatis paruulum, non oportere bapti-
zari. Et de multiplici spiritu sancti sanctificatiōe,
quæ sola sine baptismo non sufficiat ad salutem. fol.
184. col. 2. nu. 2.

Augustini de prædestinatione ad fideles instructio. fol.
222. col. 2. nu. 4.

Augustini norma de tractatibus scripturarum tenen-
dis, & cauendis. fol. 117. col. 1. nu. 6.

Augustini ad argumenta Petiliani (dicentis, quod mini-
stri sanctitas simpliciter requiratur ad Dei præsen-
tiam in sacramentis) responsio. fol. 25. col. 3. nu. 4.

Augustini responsio ad argumentum ueterani cuiusdā
heretici. Et quid de baptismo dicat ibi. fol. 175. co-
lum. 1. nu. 2.

Augustini plana fidei ecclesiæ determinatio de paru-
lis non baptizatis. fol. 175. col. 4. nu. 5.

Augustinus quid contra necessitates absolutas Wit-
cleff dicat. fol. 221. col. 3. nu. 2.

Augustinus quid de continencia clericorum dicat. Et
quā mundi debeant esse. Et quomodo non liceat
eis habere uxores. fol. 204. col. 4. nu. 4.

Augustinus quid de Daniele, & eius confessione refe-
rat. fol. 237. col. 3. nu. 4.

Augustinus quid de fide Cypriani in baptismo dicat.
fol. 237. col. 4. nu. 6.

Augustinus, & Rabanus quid de corpore Christi di-
cant. fol. 43. col. 4. nu. 4.

Augustinus, quomodo in his, quæ ad sacramenti conse-
cracionem attinent, uulneret Witcleff in multis, de-
monstratur. fol. 51. col. 3. nu. 5.

Augustinus, quod non perpendat panem mucidum
Witcleff, & typicam carnem in sacramento. folio.
75. col. 1. nu. 5.

Augustinus quid dicat aduersus hereticos, qui Chri-
stianorum irrident imperitiā. fol. 83. col. 1. nu-
me. 9.

Augustinus à Lanfranco laudatur. Et plura ibi de ui-
sione corporis Christi in sacramento contra Wit-
cleff, ex Augustino, & alijs. fol. 97. col. 2. nu. 3.

Augustinus quid de primæua luce sentiat, & an uelit
idem cum Basilio, fuisse, scilicet, accidens sine sub-
iecto, &c. fol. 139. col. 4. nu. 4.

Augustinus quid de clauibus regni cælorum, quas
Christus dedit ecclesiæ, dicat. fol. 251. col. 4.
nume. 4.

Augustinus quid de peccato & crimine dicat. Et quo-
modo nemo in hac uita sine peccato inuenitur. fol.
259. col. 1. nu. 4.

Augustinus quid de ecclesia differat. Et plura ibi de ec-
clesiæ fide. fol. 287. col. 2. nu. 5.

Authoris

Index.

Authoris inuocatio in principio operis, atq; eiusdem culpæ deprecatio. fo. 10. col. 3. nu. 1.
 Authoris consequentia exemplaris aduersus W itcleff. fo. 76. col. 2. nu. 3.
 Authoris ad W itcleuistam, & Husitas allocutio. fo. lio. 287. col. 1. nu. 4.
 Author inuehitur in W itcleff, tanquam omnium hæ resarcharum proteruiorem, & improbum, &c. ad concitandum animos orthodoxos. fo. 33. col. 3. nume. 2.
 Author erroneus de diuinis officijs, unde sumpsisse dixit W itcleff argumentū, quod Eucharistiæ sacramentum non sit corpus Christi secundum substantiam, quomodo non sit Ambrosius, ostenditur, sed Anselmi contemporaneus. fo. 86. col. 3. nu. 1.
 Author de officijs qui sit. fo. 164. col. 3. nu. 3.
 Author quid dicat de sophistico casu W itcleff de præ scito: quod in illo casu ponitur, in quo non potest beatitudinē promereri. Et quomodo hoc sit seuius, quam quod Pelagius intulerit. fo. 219. col. 2. nu. 2.
 Author in Vietnam missus, quid de Iudæorum confessione audierit. fo. 239. col. 3. nu. 7.

B

Baptisma quod det omnium indulgentiam peccatorum, & auferat peccata, non radat. fo. 189. col. 3. nu. 2.
 Baptisma quid ex Gregorio. fo. 181. col. 2. nu. 4.
 Baptismalis iustitia quæ dicatur. Et plura de hoc ibi. fo. 181. col. 2. nu. 7.
 Baptismatis Christi figura, mare rubrum. fo. 179. col. 2. nu. 2.
 Baptismatis sanctitatem, quod uel bonum, uel malum hominis meritum non augeat, nec minuat. fol. 173. col. 2. nu. 2.
 Baptismi sacramento uisibili, quod etiam sanctus homo quilibet sit abluendus, contra W itcleff. Et quid de hoc dicat Augustinus. fo. 180. col. 4. nu. 3.
 Baptismi plura genera recensentur ex Gregorio Nazianzeno, & Casiodoro. fo. 183. col. 3. nu. 4.
 Baptismi tres superexcedentes seipsos in ordine, ex Gregorio Nazianzeno recensentur. fo. 173. col. 1. nume. 1.
 Baptismum quod non amittat, neq; ius dandi, qui ab ecclesia recedit. fo. 194. col. 4. nu. 6.
 Baptismus quod sit sacramentum necessitatis. fo. 170. col. 2. nu. 5.
 Baptismus fluminis, quod absolute non sufficiat ad salutem, excluso baptismo fluminis, contra W itcleff ostenditur. fo. 171. col. 2. nu. 1.
 Baptismus W itcleff insensibilis, quod non sufficiat ad salutem. Et plura de hoc ibi. fo. 171. col. 4. nu. 3.
 Baptizare quod non liceat laico citra necessitatem. fo. 20. col. 4. nu. 7.
 Baptizare, quod non sit opus laicale, quantum baptiza-

ret laicus, contra W itcleff. fo. 216. col. 1. nu. 6.
 Beda quid de hereticorum pertinacia dicat. fo. 8. col. 4. nu. 3.
 Bedæ dictum de concursu Dei cum hominibus in causaliatibus gratiarum. fo. 251. col. 2. nu. 3.
 Benedictio nubentium sacerdotalis in ecclesia unde traxerit ortum. Et quid de illa decernant Cyrilius, & Calixtus Papæ. Et plura alia de ritibus nuptialibus. fo. 233. col. 2. nu. 3.
 Berengarij W itcleff magni magistri fraus. fo. 9. col. 4. nume. 5.
 Berengarij processus, quod per septem Pontificum tempora durauerit. Et quid de hoc dicant Lanfrancus, & Guimundus. fo. 78. col. 2. nu. 2.
 Berengarius quomodo temera fronte redarguit Humbertum, Paschasium, & Lanfrancum, eo quod non auderent errare cū ipso, & dicere panem superesse post consecrationem. Et quid W itcleff. fo. 77. col. 2. nu. 3.
 Berengarius quod non fuerit consentaneus, sed contra rius decreto Nicolai Papæ, & Synodi ostenditur. fo. 77. col. 4. nu. 5.
 Bestiæ brutæ, quod nec spiritualiter, nec corporaliter comedant sacramentum solenne sacræ Eucharistiæ, quod solum pro suo sacramento fideles adorant, contra W itcleff, & Berengarium eius magistrū ostenditur. fo. 107. col. 2. nu. 1.
 Blasphemia W itcleff contra confessionē ecclesiæ pro manuum impositione, sanctorū Hieronymi, Chrysostomi, Ambrosij, & Cypriani autoritatibus diluitur. fo. 256. col. 1. nu. 1.
 Blasphemia W itcleff pro ampla Papæ potestate. Et ad eam ex Augustino responsio. fo. 256. col. 4. nume. 2.
 Blasphemia W itcleff contra Christi ecclesiam pro lege confessionis, de multiplici sacerdotum ambitione. Et plura ibi contra eam ex Ambrosio, & Gregorio adducuntur. fo. 257. col. 2. nu. 3.
 Boëmorum heresis narratur. fo. 7. col. 4. nu. 3.
 Boëmorum seuitia recensetur. fo. 8. col. 1. nu. 4.
 Boni perseverantia quomodo in primo homine non miserit. Et quare. Et plura ibi contra W itcleff ex Augustino adducuntur. fo. 280. col. 1. nu. 3.


C

Celestij Pelagij hæretici socij fraus. fo. 9. col. 4. nu. 3.
 Cæsarum priscorum imperia. Et quantum distent ab Antistitibus. fo. 208. col. 3. nu. 4.
 Calixti decretum, ne consanguineorum coniunctiones fiant, recensetur. fo. 235. col. 1. nu. 5.
 Canon pro sacramento Eucharistiæ recensetur. fo. 40. col. 3. no. 3.
 Canon Apostolorum, quod Episcopi peregrini, presbyteri, aut diaconi sine commendatitijs non susciperentur

Index.

tur literis. fo. 203. col. 4. nu. 4.
 Caro Christi in sacramento quare non uideatur. Et quomodo in sacramento cōseruantur species panis, & uini, secundum Theophilum: panis aut, & uinū conuertuntur in ueritatem carnis, & sanguinis, contra W itcleff. fo. 56. col. 2. nu. 4.
 Caro cui sola nominetur ibi, uerbum caro factum est. fol. 74. col. 1. nu. 5.
 Caro quid. Et quomodo sumatur ibi, iam non nouimus Christum secundum carnem. secundum Augustinum. fo. 102. col. 4. nu. 1.
 Caro Christi post resurrectionem quomodo spiritualis erat, & est, nec tamen spiritus erat, uel est, sed corpus. fol. 105. col. 1. nu. 2.
 Carthaginensis concilij decretum aduersus Pelagianos hæreticos, promittentes paruulos, etiam si non baptizentur, habituros uitam æternam. fo. 175. col. 2. nu. 3.
 Casiodorus quid sub auctoritate Sozomeni de antiq; consuetudine referat. fol. 259. col. 3. nu. 7.
 Casuū reseruaciones ad prælatos maiores contra W itcleff, in honorem Dei fieri, & ultionem criminis, ostenditur. fo. 260. col. 1. nu. 1.
 Casuum reseruacionis in delictis causa ad primam sedem, quæ sit. fo. 260. col. 3. nu. 3.
 Cathari hæretici, unde dicti. fo. 258. col. 4. nu. 2.
 Catharorum hæreticorum W itcleff patrum error septimus recensetur. fo. 51. col. 1. nu. 3.
 Cauillatio W itcleff contra confessionem sacramentalē pro incertitudine clauium. Et quid contra hanc ex Augustino auctor referat. fo. 264. col. 4. nume. 2.
 Causæ tres concedendi angelum esse uisibilem, non sic corpus Christi, ab W itcleff assignatæ, improbantur. fo. 102. col. 1. nu. 8.
 Certandum quod non sit multum pro nomine, cū de re constat, ex Augustino ostenditur. Et multa ibi contra W itcleff, qui uocabulo, argutias, & huiusmodi utitur. fo. 134. col. 3. nu. 4.
 Character quid. fo. 190. col. 4. nu. 1.
 Character, seu signaculum Dei sanctum, quod ex patre hominis cū Deo detur homini baptizato. Et ad quid. Et de signaculis, & characteribus triplicis sacramenti ex Apostolo. fo. 191. col. 2. nu. 2.
 Character, uel signum quantum sit gratia spiritus sancti in baptismo, uel alio sacramento percepta, quod tamen non sit res sacramenti, quæ sumentem faciat Deo gratum. fo. 191. col. 3. nu. 4.
 Character uocabulum, quod sepius in libris patrum reperitur, & ad illum effectum, ut tam ponit ecclesia, Augustini autoritatibus demonstratur, &c. Et de ratione ponendi characterem. fo. 192. col. 1. nume. 6.

Characteris sacramenti fructus, quis. f. 193. col. 2. nu. 1.
 Characteris alius fructus propter nos. Et de signo Tau plura ex Hieronymo, Anselmo, Isidoro, Cypriano, &c. referuntur. fo. 194. col. 1. nu. 4.
 Caritas q; ab omni etiam prædestinato uiante possit excidere, ostenditur. fo. 79. col. 3. nu. 1.
 Chartis hereticorum quod conuincantur heretici. fo. 3. col. 4. nu. 6.
 Chiliastræ qui, & unde dicti. Et unde sumpserunt errandi occasionem tam millenarij Chiliastræ, quam millenarij W itcleuistæ. fo. 35. col. 2. nu. 2.
 Chismatis sacrosanctum signaculum, quod in hominibus possit esse pessimis, in operibus carnis uitam cōsumentibus, & regnum cælorum non possessuris. fo. 196. col. 4. nu. 3.
 Chismatis consecratio, q; à Christo fluxerit, Fabiani Papæ decreto ostenditur. Et plura de hoc ibi ex Dionysio, Clemente, Augustino, Ambrosio, &c. fo. 198. col. 1. nu. 4.
 Christiani unde dicti. Et unde hoc uocabulum, & nomen descenderit. fo. 198. col. 1. nu. 3.
 Christianum confirmari quid secundum Melchiadē. fo. 198. col. 4. nu. 6.
 Christi carnis duplex fractio, ostenditur. fo. 73. col. 3. nu. 3.
 Christi domini nostri corpus, quod non frangatur secundum propriam formam, sed in specie sacramentali. fo. 99. col. 2. nu. 6.
 Christi caro quare lateat in sacramento, ostenditur. fo. 101. col. 2. nu. 4.
 Christi sermo, quomodo sit potens uniuersa conuertere, ostenditur ex Ambrosio. fo. 125. col. 4. nu. 2.
 Christi duplicis aduentus comparatio, ex Augustino recensetur. fo. 131. col. 1. nu. 3.
 Christi corpus quantum uililiber à figurali pane legis ueieris secernatur. Et quid de hoc dicat Hieronymus. fol. 153. col. 2. nu. 2.
 Christi carnem comedere, & sanguinem eius bibere, quid secundum Augustinum. Et plura de hoc ibi contra W itcleuistam. fo. 162. col. 2. nu. 4.
 Christi uerbum ad Nicodemum, quod intendat aquam uisibilis sacramenti, Augustini autoritatibus probatur. fo. 178. col. 4. nu. 1.
 Christi lex non scripta per homines transmissa, quantum uiatores obliget. fo. 213. col. 4. nu. 2.
 Christi assumptio à diabolo in sanctam ciuitatem, q; non ex imbecillitate fuerit domini, sed de inimici superbia, qui uoluntatem Saluatoris, necessitatem putat. fo. 25. col. 3. nu. 3.
 Christi membrorum compago gratiæ, q; sit res principalior sacramentaliter figurata &c. fol. 42. col. 2. nu. 3.
 Christi naturalem carnem, non figuralem, substantialem, non tropicam nos accipere, dum suscipimus sacramen



Index.

- tum, quomodo sanctorum auctoritatibus probatur. fo. 44. col. 4. nu. 3.
- Christi humanitatis natura quam honorata in caelis, ab Augustino ostenditur. fo. 50. col. 1. nu. 6.
- Christi oblatio in mysterio corporis, et sanguinis sui, quare quotidie iteretur in ecclesia catholica. fo. 52. col. 1. nu. 7.
- Christi caro, et sic Dei filius, quod in hora consecrationis descendat de caelo, qui nec defuit unquam caelo, contra Wicleff. fo. 53. col. 2. nu. 3.
- Christi quibus uerbis, sepositis euangelistarum uerbis, corpus Christi, et illius sanguis conficiatur, ostenditur ex Augustino, et Ambrosio. fo. 54. col. 3. nu. 1.
- Christi uerbis, quod non sit quicquam addendum, aut subtrahendum. fo. 68. col. 3. nu. 4.
- Christus, quod membris suis assistat, ostenditur. fo. 120. col. 1. nu. 2.
- Christus, quomodo cum ecclesia sua sit semper. fo. 12. col. 2. nu. 3.
- Christus, quod quotidie cibum nostrum mensalem sanctificet, maxime si cum gratiarum actione percipitur. fo. 12. col. 3. nu. 4.
- Christus, quod cooperetur salutem, etiam per ministrum peruersum, contra Wicleff. fo. 12. col. 3. nu. 5.
- Christus, quod non desinit cooperari qualicumque flagitioso ministro in consecratione sacramentorum. fo. 17. col. 4. nu. 2.
- Christus, quomodo ferebatur a seipso in die coenae non umbratice, non figuratice, sed substantiatice, sanctorum dictis probatur. fo. 46. col. 3. nu. 3.
- Christus, quod offerat seipsum, non figuram, per ipsum sacrificium quotidianum, secundum Augustinum. Et multa ibi de pane Christo per doctores sanctos. fol. 47. col. 2. nu. 4.
- Christus, quod sit adorandus, non solum secundum diuinitatem, sed secundum humanitatis portionem carnalem, quomodo probet Ambrosius, et sancti alij. fol. 49. col. 3. nu. 5.
- Christus, quomodo in una coena cum discipulis duplex Pascha celebrauerit. fo. 64. col. 3. nu. 6.
- Christus quare uoluerit in fractione panis agnosci. Et quomodo eum non nouerunt Berengariani, Valdenses, et Wicleuisti. fo. 73. col. 2. nu. 2.
- Christus, quod in sacramento in partes frangatur, quomodo debeat intelligi, ostenditur. fo. 73. col. 4. nu. 4.
- Christus, quod uisibiliter in sacramento comeditur, et uisibiliter, et spiritualiter, ac inuisibiliter in seipso, secundum Augustinum. Et quid de hoc dicant Gregorius, et Basilius. fo. 97. col. 1. nu. 2.
- Christus, quod non sit illud album, uel rubrum triangulum, uel rotundum, quod oculi carnis uident. fo. 99. col. 1. nu. 4.
- Christus in sacramento, quod secundum ecclesiam fide nec sedeat, uel stet, nec coloratus, uel quantus sit. fo. 99. col. 2. nu. 5.
- Christus quod sensibilibus manibus aequè, aut amplius in sacramento tangatur, sicut tangi posset per figuram. fo. 99. col. 3. nu. 7.
- Christus, qui sedet ad dexteram patris, quod sacrificij tempore hominum manibus continetur, ex Basilio, et Chrysostomo ostenditur. fo. 101. col. 2. nu. 5.
- Christus quomodo in sacramento est nobiscum corporaliter, naturaliter, et carnaliter, ostenditur contra Wicleff. fo. 107. col. 1. nu. 2.
- Christus quos obliget ad manducandum carnem eius, et sanguinem bibere. fo. 161. col. 4. nu. 3.
- Christus unde dictus. fo. 196. col. 4. nu. 2.
- Christus quod fuerit unctus, et qualiter. Et quomodo ab ipso auctoritatem, et reuentionis sacramentalis assumpsimus. fo. 197. col. 3. nu. 2.
- Christus, quod expresserit horam, uel formam, qua suos apostolos instituerit sacerdotes, contra Wicleff ostenditur. Et plura de hoc ibi. fo. 218. col. 1. nu. 7.
- Christus, quomodo perfectioribus discipulis spiritum sanctum insufflauit, ut per eos ad reliquos illa gratia perueniret. fo. 241. col. 4. nu. 3.
- Christus quare non similiter preceptum dederit hominibus peccata sua confitendi, sicut discipulis potestatem dedit confitentium peccata dimittere. fo. 242. col. 1. nu. 5.
- Christus, quod non minus preceperit confitendum, quamuis apostolis non expresserit, sed magis consuetudinem roborauerit antiquam, ostenditur. fo. 242. col. 2. nu. 1.
- Christus, quare miserit leprosos ad sacerdotes non emundandos, sed iam emundatos. Et plura de hoc ibi contra Wicleff ex Augustino, Hieronymo, Beda, Ambrosio, et c. fo. 245. col. 1. nu. 3.
- Chrysostomus quam perspicue doceat diuersis sensuum generibus carnem Christi in sacramento fieri sensibilem. Et quid de hoc dicat Gregorius, et Hugo. fol. 95. col. 4. nume. 5.
- Chrysostomus quid de mysterijs ecclesiae, et altaris dicat. fo. 114. col. 1. nu. 2.
- Cibus, quem post resurrectionem Christus sumpsit, quod sit translatus, uel absorptus, dubitatur. Et quid de hoc dicat Beda, et Augustinus. fo. 129. col. 2. nu. 1.
- Circumcisionis tota ratio describitur ex Damasceno. Et quod erat typus nostri baptismatis. fo. 193. col. 4. nu. 3.
- Clauium ecclesiae auctoritas, et quidditas ex Ambrosio. fo. 251. col. 4. nu. 5.
- Clauium potestas, quod sit uera peccatorum dimissio, aut obduratorum detentio. et c. Et quomodo qui hoc negat, aut negligit dari sibi in ecclesia, exors sit ad uicium, ex Augustino. fo. 252. col. 1. nu. 6.
- Clericalis continentiae necessitas in scriptura sacra expressa, et a primaeuic ecclesiae obseruata, ubi funditur. fo. 226. col. 1. nu. 1.
- Cognatio secundum consuetas durationes humanorum affectuum, quantum se protegat. fo. 235. col. 2. nu. 7.
- Comendare quid secundum Haymonem. fo. 203. col. 4. nu. 5.
- Comendare quid ex Hieronymo. fo. 204. col. 1. nu. 6.
- Communicationis popularis ritus ab ecclesiastica institutione de effusione cautela palam fit, et potissimum ex Pij papae decreto. fo. 160. col. 3. nu. 3.

Communi-

Index.

- Communicationis popularis in arido euidencia. Et quomodo hoc Christi preceptum, Bibite ex eo omnes, non possit generaliter cunctis applicari fidelibus. fo. 161. col. 1. nu. 4.
- Concilia episcoporum plura quid de paruulis non baptizatis dicant, ab Augustino refertur. Et quid iterum Romani Pontifices Innocentius, et Zosimus de hac re decreuerint. fo. 175. col. 2. nu. 4.
- Concilij Niceni mititas in Arium notatur. Et de eius deportatione, et exilio. Et plura de Ario. et c. fo. 6. col. 2. nu. 3.
- Concilium Mileuitanum, quod ordinati accipiant literas ab ordinatoribus. fo. 204. col. 1. nu. 7.
- Concursus diuini euidencia, quod frustra queratur, quando potestas uidetur in effectibus, contra Wicleff. fo. 13. col. 2. nu. 2.
- Confessio ecclesiae, quod fundetur ex facto Danielis, et sociorum eius, ostenditur. fo. 237. col. 2. nu. 1.
- Confessio priuata quod cadat sub precepto, ex uerbis Chrysostomi ostenditur. et c. fo. 238. col. 1. nu. 8.
- Confessio uocalis ex Iob dictis fundata ostenditur. fol. 239. col. 2. nu. 6.
- Confessio uocalis ecclesiae, quod in noua lege fundetur. fo. 240. col. 2. nu. 1.
- Confessio quod debeat fieri uocaliter sacerdoti. Et quomodo ecclesia non debeat contentari de contritione cordis, et confessione facta soli Deo, ex Augustini dictis ostenditur. fo. 240. col. 2. nu. 2.
- Confessio nostra ubi fundetur. Et plura de hac ibi. fo. 240. col. 3. nu. 3.
- Confessio sacramentalis secundum quod est pars poenitentiae, quod loco poenitentiae solennis in ecclesia fieri statuta sit a primordijs. Et quomodo Innocentius tertius ipse primus eam non adiuuenerit, contra Wicleff ex Augustini uerbis ostenditur. fo. 258. col. 2. nu. 1.
- Confessio diacono fieri permissa. fol. 261. col. 3. nume. 7.
- Confessionem sacramentalem tenere in ecclesia locum circumcisionis antiquae, ex Lactantio ostenditur. Et quanta necessitate ad hanc confessionem nostram constringimur. fo. 239. col. 1. nu. 4.
- Confessionis definitio secundum Hilarium. fol. 237. col. 2. nu. 2.
- Confidendum quod non sit tantum in spirituali mentis prouectus, ut putet quis se ex illa iustum esse, et non egere baptisate. fo. 173. col. 4. nu. 5.
- Confidere in prelati, et ecclesiae ministris quomodo liceat. fo. 27. col. 3. nu. 5.
- Confirmationis sacramentum quod sit necessarium, contra Wicleff ostenditur. fo. 195. col. 2. nu. 1.
- Confirmationis sacramento, quod regulariter confertur spiritui sancto contra Wicleff. fo. 196. col. 3. nu. 1.
- Confirmationis sacramentum olim maius baptismo di-
- ctum. Et quare. Et quid de hoc dicat Melchisedes Pa-pa. fo. 202. col. 1. nu. 7.
- Constitendum quod sit semel in anno, et communicandum. fo. 259. col. 2. nu. 5.
- Coniugio sibi copulari usque quotam generationem fideles debeant cum propinquis. Et utrum noueris, et cognatis liceat copulari coniugio. fo. 234. col. 4. nume. 3.
- Coniugium prauè ab Wicleff quid sit, describitur. fo. 228. col. 1. nu. 1.
- Coniugium Mariae, et Ioseph. fo. 228. col. 1. nume. 2.
- Coniugium, quod non includat de necessitate sacramenti copulam carnalem ad propagationem prolis. fo. 228. col. 3. nu. 3.
- Coniugium quod sit uerum inter steriles, uel sancte continentibus absque omni spe sobolis, ostenditur. Et plura de hoc ibi ex Hugone, et Augustino. fo. 229. col. 1. nu. 1.
- Coniugium, seu Matrimonium quid sit. fo. 229. col. 4. nume. 2.
- Coniugium, quod fieri debeat in facie ecclesiae coram testibus. Et quare. Et quomodo si clam fiat, licet in re sit perfectum, quae mala inde oriri possint, ex Hugone referuntur. fo. 232. col. 3. nu. 1.
- Coniugia, quae in Leuitico prohibita, recensentur. fol. 234. col. 2. nu. 1.
- Coniugia quae prohibita appareant ex Decalogo secundum Augustinum. fo. 234. col. 3. nu. 2.
- Conscientia ministrantis sacramenta quod non sit attendenda, sed Deus, et Christus, in quem creditur. fol. 29. col. 2. nu. 3.
- Consecratis, siue sit bonus, siue malus, quod semper operatur Deus in conficiendo sacramentum, latissime probatur ex Augustini auctoritatibus. fo. 28. col. 3. nume. 2.
- Consecratione peracta, quod non remaneat panis materialis in Eucharistia, sanctorum Patrum auctoritatibus probatur contra Wicleff. fo. 65. col. 4. nume. 1.
- Consecratio quando, et quid hoc demonstrat. Et plura de hoc ibi. fo. 55. col. 1. nu. 2.
- Constantiense Concilium in Wicleff adducitur: contra Wicleuistas, qui dicunt magistrum suum, non obseruato iuris processu, et ordine, fuisse damnatum. fo. 7. col. 1. nu. 1.
- Constantini fides ex quibus. fo. 212. col. 2. nu. 7.
- Continentia clericorum ubi displiceat Wicleff. foli. 204. col. 2. nu. 1.
- Corinthiorum heresis circa modum sumptionis Eucharistiae, recensetur. fo. 156. col. 2. nu. 2.
- Corona pro praemio ultimato accepta. fo. 32. col. 4. nume. 4.
- Corporis Christi mysterium, quod in specie panis permaneat. Et quid de hoc dicant doctores tibi. fo. 93.

Index.

colum. 3. nu. 2.
 Corpus Christi uisibilitas in sacramento, quare potius sit admittenda, et tenenda, quam contrarium. fo. 100. col. 3. nu. 1.
 Corpus Christi, quado ore corporali corporaliter manducetur, et quando spiritali ore cordis spiritaliter comedatur, et hauriatur, ex Lanfranco aduersus Berengarium. fo. 103. col. 2. nu. 4.
 Corpus Christi ut est sacramentum, et res, qualiter inibi comedatur. fo. 104. col. 4. nu. 1.
 Corpus Christi, quod non est esca carnalis, sed spiritalis. et c. fo. 105. col. 1. nu. 3.
 Corpus Christi in sacramento quomodo accipitur, et comeditur, non tamen consumitur. fo. 105. col. 1. nume. 4.
 Corpus domini quod non digeratur. Et alij cibi, qui non fuerint digesti, recensentur. fo. 111. col. 2. nu. 2.
 Corpus Christi, quod uenenum ullum non contineat, quamuis omni heretico sit uenenum ex indispotione suppositi. Et quid de hoc dicat Augustinus. fol. 114. col. 3. nu. 3.
 Corpus Christi, quod possit coexistenter adesse alteri corpori in eodem situ totum, seclusa uia penetratio nis Wicleff, et atomos, demonstratur. Et plura de hoc ibi. fo. 132. col. 3. nu. 3.
 Corpus Christi, quare non detur populo sub specie uini, sicut sub specie panis, uel simul sub utraq; multiplex ratio secundum Fischatre. fo. 199. colum. 3. nu. 7.
 Corpus Christi, quod sit Eucharistia sacramentum secundum propriam substantiam, et non figuratiue, contra Wicleff. fo. 43. col. 1. nu. 1.
 Corpus Christi, quod ueritas est, et figura est. fo. 56. col. 1. nu. 2.
 Corpus domini quod sit dicendum, non corpus sacrificij, ostendit Anselmus. Et quomodo intelligendum corpus sacrificij. fo. 57. col. 4. nu. 1.
 Corpus Christi, quod corporaliter in sua natura in sacramento tam a bonis, quam a malis comedatur: spiritaliter autem, et corporaliter a bonis tantum. fo. 60. col. 4. nu. 4.
 Corpus Christi in sacramento, quod his oculis sit insensibile, et inuisibile docetur. fo. 95. col. 3. nume. 4.
 Corpus Christi quod frangatur in sua essentia sub sacramento, non autem in sua essentia nude, et pure secundum se. fo. 100. col. 4. nu. 2.
 Crimina enormia que. Et quomodo publice puniri solita. fo. 260. col. 4. nu. 4.
 Criminari ab inimicis ecclesie, quod non sit parua, parumque gloriosa consolatio. fo. 5. col. 3. nu. 2.
 Curia Romana secundum Wicleff. fo. 77. colum. 1. nume. 1.
 Cypriani obiurgatio aduersus sacerdotes, qui admittunt quosdam sine confessione preuia ad commu-

nionem. fo. 243. col. 4. nu. 3.
 Cyprianus martyr, et Africe primas, quomodo a lapsis confessionem peccatorum antequam ad sacram communionem peruenirent, uendicabat. fo. 243. col. 2. nu. 1.
 Cyprianus Carthagmensis ecclesie Primas, quomodo quorundam absolutiones sibi reseruauerit. fo. 261. col. 3. nu. 6.
 Cyprianus quid de Exomologesi, seu confessione criminis occulti apud sacerdotes fienda, dicat. fo. 237. col. 3. nu. 3.

D

Damasceus quomodo Basilij sententiam affirmet de accidente sine subiecto. fo. 139. colum. 3. nume. 2.
 Damasceus quid de confectione sacramenti Eucharistie dicat. fo. 13. col. 4. nu. 6.
 Decreti Concilij de fide accidentis sine subiecto, ratio. fo. 136. col. 4. nu. 3.
 Dei filius, qua una proprietate a creaturis omnibus separetur ex Augustino. fo. 123. col. 3. nu. 2.
 Democritus, et Epicurus in questionibus naturalibus, in quo inter se distent, ex Augustino. fo. 132. col. 2. nu. 2.
 Desperandum quod non sit de salute cuiusquam in hac uita, quin saluus esse poterit. fo. 32. col. 2. nu. 2.
 Deum bonum sine bono ministro per uenerabile sacramentum influere gratiam suam hominibus, et cooperari etiam odientibus eum ministris, quod secundum ecclesie fidem omnino sit credendum. fo. 18. col. 1. nu. 4.
 Deus, quod omni actioni concurrat, probatur. fol. 142. col. 2. nu. 7.
 Deus quod sacramentis Christianorum spiritalibus nunquam desit. fo. 14. col. 4. nu. 8.
 Deus, quod det, aut prestet alicui dum est in mortali aliquod bonum suum, et non tantum bonis bonis, ostenditur ex Origene contra Wicleff. fo. 15. col. 1. nume. 3.
 Deus quod omnia det regna. fo. 15. col. 3. nu. 4.
 Deus quomodo corda hominum quod nult, inclinet. fol. 15. col. 3. nu. 5.
 Deus, quod sacramentum gratie det per malos, ipsam uero gratiam non nisi per seipsum, uel per sanctos suos. fo. 16. col. 3. nu. 4.
 Deus, quod sine fide formata cooperetur ministro infideli usque ad spiritus humani salutem, figuratiter ostenditur. fo. 19. col. 3. nu. 4.
 Deus, quod concurrat malis ministris, ne ecclesia seducatur. fo. 21. col. 1. nu. 1.
 Deus quomodo peccatorem audiat. fo. 23. colum. 1. nume. 7.
 Deus, quod indubitanter, et omni fide concurrat ad sacramenti confectionem, qua sine euangelicis uerbis

nusquam

Index.

nusquam est, siue fidelis consecret, siue hereticus. et c. fo. 23. col. 2. nu. 8.
 Deus, quod ultra meritum, et dignitatem orantis audiatur eum, maxime cum tradit diuina, contra Wicleff. fo. 24. col. 1. nu. 1.
 Deus, quod non dicatur cogi, nec proprie necessitari, ut putabant heretici. fo. 25. col. 3. nu. 2.
 Deus, an uisibilis sit. Et quomodo possit uideri, licet sit inuisibilis, secundum Augustinum, Hieronymum, Athanasium, Gregorium. et c. fo. 94. columna. 4. nume. 1.
 Deus quomodo erit nobis notus, atque conspicuus, ostendit Augustinus. fo. 95. col. 2. nu. 3.
 Deus noster, et corpus eius, quod uidetur per speciem extraneam, non tamen albet per eam, neque calet, non olet, uel acet. et c. fo. 99. col. 1. nu. 3.
 Deus, qui ubique presens est, et ubique totus, quod non in omnibus habitet, sed in quibus, ex Augustino ostenditur. fo. 184. col. 4. nu. 3.
 Deus creator omnium, quomodo ad producendum res primarias praelegerit uerbum de presenti. fo. 231. col. 1. nu. 3.
 Deus, quod sit prior ad premiandum iustos, et parcendum poenitentibus, quam ad puniendum iniquos, Augustini, et Chrysostomi autoritatibus ostenditur. fo. 267. col. 4. nu. 1.
 Deus, quod sit infinite magis, quacunque multitudine infinita. fo. 268. col. 1. nu. 2.
 Deus cum miseretur, quod etiam teneat summam iustitiam. fo. 268. col. 2. nu. 3.
 Deus, quam mortem comminatus fuerit primis hominibus, si ab eo mandatum transgredirentur acceptum, ex Augustino. fo. 269. col. 2. nu. 2.
 Deus, quod soluat a peccato, et homo etiam. Et quomodo aliter soluat Deus, et aliter homo. fo. 253. col. 4. nu. 1.
 Deus quod non solus soluit, et sacerdos ostendit, sed uterque soluit, et ligat. Et quid super hoc dicat Chrysostomus de sacerdotibus legis ueteris, et nostris. fo. 254. col. 2. nu. 2.
 Deus, quod generaliter reuelat sacerdotibus in scripturis unde possint singulorum distinguere grauitates peccatorum, contra Wicleff ostenditur. Et quid de hoc dicant Augustinus, et Origenes. fo. 274. col. 1. nume. 1.
 Diaboli ligatura, et solutio narratur. Et quid super hoc dicant diuersi authores per totum cap. fo. 35. col. 3. nu. 3.
 Diaconatus ordinem in nouo testamento ab Apostolis sumpsisse exordium, probatur. fo. 209. colum. 4. nume. 3.
 Diaconi, quod non subito eruperint ex laicis, sed prius functi lectoratus ordine fuerint. fo. 203. co. 4. nu. 4.
 Differentia temporum quod parum agunt, ostenditur. fo. 74. col. 3. nu. 3.

Discipuli Christi, quod non dederint spiritum sanctum. fo. 198. col. 4. nu. 8. et 201. col. 4. nu. 5.
 Disputatoris fidelis, et infidelis condiciones ab Augustino assignantur. fo. 4. col. 2. nu. 4.
 Doctor subtilis ab authore defenditur. fo. 116. col. 1. nume. 2.
 Doctores heretici, quod apud discipulos suos uarietatem suae doctrine, mentiendo sibi colorem persecutionis, aut odij, soleant contegere. fol. 7. col. 3. nume. 1.
 Doctrina prima ecclesie Iesu Christi hereticorum doctrinae primae contraria. fo. 1. col. 3. nu. 2.
 Doctrina quomodo praecedebat, et Baptismus subsecuebatur ex Christi precepto. folio. 169. col. 3. nume. 1.
 Doctrina Christiana de duplici genere falsi ex Augustino. Et plura alia contra Wicleff necessitate erroneam adducuntur. fo. 187. col. 3. nu. 3.
 Dona sua quod in nobis coronet Deus, non merita nostra. fo. 24. col. 2. nu. 3.

E

Ecclésiastica disciplina mos (si quando hereticorum noua doctrina exurgat) quis, secundum Athanasium. fo. 134. col. 2. nu. 3.
 Ecclesia, quod nunquam fuerit sibi ipsi contraria in condemnatione Berengarij, contra Wicleff ostenditur. fo. 79. col. 3. nu. 4.
 Ecclesia quae uera. fo. 239. col. 2. nu. 5.
 Ecclesia catholica per orbem diffusa, quod tribus modis probetur existere ex Boetio. fo. 244. col. 2. nume. 5.
 Ecclesia quomodo de peccatis iudicet. fo. 273. col. 2. nume. 6.
 Ecclesiae quantitas sit clementia, atque mansuetudo, ostenditur. fo. 8. col. 2. nu. 7.
 Ecclesiae quod non sit in potestate facere istud esse uerum, uel non uerum. fo. 116. col. 3. nu. 4.
 Ecclesiae Christi celebrandi sancta sexta feria annuis temporibus modus, nihil eo die conficiens. et c. unde detraxerit ortum. fo. 158. col. 2. nu. 7.
 Epiphanius in Origenis doctrinam. fol. 7. col. 4. nu. 2.
 Episcopi a simplici sacerdote distinctio, quod fuerit a tempore Apostoli, contra Wicleff, ostenditur. Et quid de hoc dicant Hieronymus, Ambrosius, et Augustinus ibi. fo. 205. col. 4. nu. 2.
 Episcopi, quod ordinentur per manus impositionem a praedecessoribus Dei sacerdotibus ex antiqua institutione. fo. 208. col. 4. nu. 5.
 Episcopi unde acceperint in consecratione unctionem suam. fo. 208. col. 4. nu. 6.
 Episcoporum gradualis distantia inter se, et aliorum sacerdotum, et ordinum, quod ab apostolorum tempo-

Index.

ribus sit inuenta. fo. 209. col. 2. nu. 1.
Episcopis solis quod liceat ungeri chrisimate baptizatos sacramento confirmationis, multorum auctoritatibus comprobatur. folio. 199. columna. 4. numero. 3.
Episcopus qualiter confirmare dicatur. fo. 198. col. 4. nu. 7.
Equitis, & equi per Augustinum ad liberum arbitrium, & gratiam comparatio. foli. 24. colum. 4. nume. 6.
Error Witleff in materia de figuris notatur. Et quid contra eum dicat auctor. fol. 153. column. 1. nu. 1.
Error pseudoapostolorum contra Paulum. Et quomodo in hunc uidetur Witleff incidisse. fol. 222. col. 3. nume. 5.
Esse dictio, qualiter sumatur ibi, Panis est corpus Christi. fo. 87. col. 4. nu. 2.
Euaristia decretum pro ritibus sanctis in coniugio seruandis. fo. 233. col. 1. nu. 2.
Eucharistia quod sit perfectio perfectionum secundum S. Thomam. fo. 167. col. 4. nu. 2.
Eucharistia, quod sit singulariter dicta communio secundum Augustinum, Lincolniensem, Hilarium, Cyrilium, &c. fo. 168. col. 1. nu. 3.
Eucharistia quid, secundum Ignatium. fo. 168. col. 2. nume. 4.
Eucharistia sacra quare per antonomasiam dicta communio. Et multa de hoc ibi, potissimum ex Damasceno. fo. 168. col. 4. nu. 6.
Eucharistia quid. fo. 92. col. 4. nu. 5.
Eucharistia Christi fidelium, quod sacramento Witleff sit omnimode melior, ostenditur. fo. 114. col. 4. nume. 4.
Eucharistia transsubstantiatio quae secundum fidem ecclesiae. Et de multiplici rerum conuersione iuxta sanctorum patrum sanctiones. fo. 128. colum. 2. nume. 4.
Eucharistiam quod ieiuni recipiant, quauis Christus instituerit eam a praeceptis sumendam. Et quod propterea uniuersae ecclesiae non sit calummandum ex Augustino ostenditur. folio. 160. colum. 2. nume. 2.
Eusebij Emiseni dictum de corpore Christi recensetur. fo. 43. col. 3. nu. 3.
Eusebij Emiseni simplex appellatio, quomodo monstret in sacramento unitatem essentiae. fo. 66. col. 2. nume. 2.
Exomologesis quid. Et de duplici huius nominis significatione secundum Isidorum. foli. 237. col. 4. nu. 5.

F

Facite, dictio quam uim habeat, ostenditur. fo. 61. colum. 3. nu. 2.

Fictio quando mendacium, & quando non. Et quando item figura. fo. 154. col. 1. nu. 4.
Fidei quomodo incurrat periculum, qui a quolibet ministro detur, contemnit credere, uel concedere sacramentum. fo. 27. col. 4. nu. 6.
Fidei error, quod nihil adimat sacramentis, contra Witleff, ex Augustino. folio. 18. colum. 4. numero. 1.
Fideles in primitiua ecclesia recensentur. Et quomodo ex his nullus sacramenta contulerit, praeter presbyteros. fo. 20. col. 3. nu. 5.
Fides formata quae dicatur. Et quomodo de hominis charitate sacramenti pendeat ueritas. fo. 19. col. 2. nume. 3.
Figmenta mendacij, quod sint difficilia, & laboriosa. fo. 3. col. 1. nu. 3.
Figura quod non debeat cum rei ueritate coextendi, contra Witleff. fo. 151. col. 2. nu. 1.
Figurae scripturae quod non sint liberè extendendae. Et quomodo modum separandi res ab umbris, a ueritate figuras, patres ecclesiae sequebantur. Et plura de hoc ibi ex Augustino, Origene, Didymo, Hieronymo, Hugone, &c. folio. 154. colum. 2. numero. 1.
Figurae uenerabilis sacramenti in lege pro participantibus recensentur. Et quomodo huic nostrae communioni conueniant, contra Witleff ostenditur. fol. 157. colum. 4. nu. 3.
Firminus de muliere sacerdotem agente. fo. 20. col. 2. nume. 4.
Fluuialis aqua conuersa in sanguinem secundum suam essentiam. fo. 121. col. 2. nu. 3.
Foetus, quod quandoque contrahat sementa uitiorum ex traduce, per quam ad peccandum, cum adoleuerit, reddatur etiam procliuor. Et quid de hoc dicat Augustinus. fo. 186. col. 3. nu. 3.
Forma apostolica pro sacerdotum ordinationibus. fo. 217. col. 4. nu. 5.
Formae sensibiles saporis, & coloris, quod non debeat attendi in sacramento altaris. Et quid de hoc dicat Rabanus. fo. 149. col. 4. nu. 2.
Fortè, aduerbium sumptum ab ore Lincolniensis ab Witleff ad roborandum suam prauam sententiam. Et quomodo in hoc sequatur Nouatum eius magistrum, qui ab ore Petri contra sanctam poenitentiam hoc idem aduerbium susceperit. &c. fo. 150. col. 2. nu. 3.
Fratres, & sorores quare tempore primi hominis nuptias inierunt, & non sic hodie. foli. 235. col. 3. nume. 8.
Fulbertus quid de uenerabili altaris sacramento dicat. fo. 85. col. 1. nu. 3.
Futurum euentum humanae salutis inter tria uersari, ostenditur. Et multa de praescientia, & praedestinatione ibi. fo. 188. col. 3. nu. 4.

Gelasij

Index.

G

Gelasij Papae decretum pro sacerdotibus sacrificantibus tantum, quod debeant in utraque specie celebrare. fo. 157. col. 4. nu. 2.
Gelasij Papae Canon, Comperuimus, &c. quomodo intelligatur. fo. 164. col. 1. nu. 5.
Gennadius quid de Timotheo quodam procaci heretico Alexandrino episcopo dicat. fo. 198. col. 3. nume. 1.
Glossa secundam Witleff per duo aduerbia, pure, naturaliter, diluitur. fo. 146. col. 1. nu. 2.
Glossa Witleff tertia, de consideratione mentis, & suspensione cogitationis actualis, reijcitur. fo. 146. col. 3. nu. 3.
Glossa Witleff, dicentis Anselmum non concessisse accidens sine subiecto. Et ad eam responsio. fo. 147. colum. 3. nu. 2.
Glossa Witleff, uolentis Hugonem non concedere accidens sine subiecto, diluitur. fo. 148. colum. 2. nume. 3.
Glossae tres Witleff, quibus corrumpit omnium antiquorum, & ceterorum patrum sententias orthodoxas. Et prima per aduerbium, principaliter. Et ad eam responsio. fo. 145. col. 2. nu. 1.
Gradualis distantia pontificatus, & communis sacerdotij in persona Christi, ostenditur ex Chrysostomo, & Ambrosio. Et de sensibili uocatione Christi. fol. 214. col. 4. nu. 2.
Gradus tres participationis Eucharistiae esse ostenditur. fo. 44. col. 4. nu. 2.
Graduum distinctiones temporibus apostolorum, & eorum prouidentia, tam inter episcopos, quam inferiores ordines, quod sint compertae, ex Apostolorum Canone ostenditur. Et plura de hoc ibi. foli. 209. col. 3. nu. 2.
Graduum distinctio in primitiua ecclesia contra Witleff ostenditur. fo. 207. col. 3. nu. 1.
Graecorum in fide laus. fo. 82. col. 4. nu. 8.
Graecorum antiquissimus confutendi mos. Et quomodo leui quadam causa fuerit sublatus. fo. 244. col. 2. nume. 4.
Gratia, quod detur, non uero reddatur. fo. 24. col. 4. nume. 5.
Gratia, quod possit deesse ab uentibus sacramento, quauis uirtus gratiae causalis non defuerit sacramento, contra Witleff. fo. 174. col. 1. nu. 6.
Gratia praedestinationis quod non sit dicenda de ecclesiastico more. fo. 219. col. 4. nu. 1.
Gratiae & praedestinationis differentia ex Augustino. Et quomodo separet unum ab altero. fo. 219. col. 4. nume. 2.
Gregorij epistola ad Petrum subdiaconum pro castitate clericorum ex Ambrosio, Hieronymo, &c. folio. 226. col. 4. nu. 4.

Gregorius quid de solutionis ordine ad pastores ecclesiae dicat. Et quanta cautela habeant ligare, & soluere. fo. 249. col. 4. nu. 3.
Guillielmi Sartoris supplicium. fo. 9. col. 2. nu. 6.

H

Habitare in monte qui dicantur, & qui in ualle. fo. 8. col. 3. nu. 2.
Heresis etiam si per aliquot tempus stet, quod non sit a Deo, ut dicunt heretici. Et quomodo ullo tempore non praescribat male fidei possessor. fo. 8. col. 3. nu. 1.
Heresis quare ad tempus stet. fo. 9. columna. 1. nume. 4.
Heresis prima in Christi discipulis de hostia consecrata. Et quod error hic discipulorum non fuerit simplex, sed duplex. Et quomodo in utroque scandalizentur Witleuistae, & sunt discipulis deteriores, ostenditur. fo. 37. col. 2. nu. 1.
Heresis prima Witleff de baptismo, recensetur. Et quomodo in hac perfidia habeat Manichaeos patronos. fo. 169. col. 3. nu. 2.
Heresis quaedam circa baptismum, narratur. Et quid contra hanc dicat Bernardus. fol. 169. colum. 4. nume. 3.
Hereses uariae recensentur. fo. 9. col. 2. nu. 5.
Hereses antiquae circa Eucharistiam describuntur. Et qui fuerint earum inuectores. Et quomodo ex his traxerit heresim suam Witleff de hostia consecrata. fo. 37. col. 3. nu. 2.
Hereses multae de baptismo recensentur. fo. 170. colum. 1. nu. 4.
Heretici quod non habeant sermones Dei, quomodo fideles indocti debeant illud firmiter credere. fo. 1. col. 3. nu. 3.
Heretici omnes, quod a sancta uniuersali ecclesia sint egressi, ostenditur. fo. 2. col. 2. nu. 3.
Heretici omnes, atque infideles, quod baptismum uerum praestare possunt, ostenditur. fo. 19. columna. 1. nume. 2.
Heretici quod sint mendaces, & quomodo in ore eorum non sit ueritas. fo. 39. col. 4. nu. 3.
Heretici mensae apparatus. Et quomodo huiusmodi mensa sit fugienda, sponsi autem mensa nequaquam deferenda. Et multa ibi contra Witleff, & Berengarium eius magistrum, qui ponunt corpus Christi panem naturalem, & panem figuralem, uel imaginarium. fo. 68. col. 4. nu. 5.
Heretici, qui sumebant Eucharistiam intinctam, recensentur. fo. 156. col. 3. nu. 3.
Heretici, quomodo ut Witleff contra principes fideles, & Christi milites saeuire consueuerunt, ostendit Augustinus. fo. 210. col. 4. nu. 2.
Heretici precipui peccatores. Et quid de his dicat Hieronymus. † 4 rony=

Index.

ronymus. fo. 213. col. 4. nu. 3.
 Hæretico, quod quanto plures adherent, tanto acrius aduersus eum sit insurgendum, ne malo suo proficiat. fo. 81. col. 2. nu. 5.
 Hæreticorum conuicia, quod bonis, et malis sint communia. Et quid de hoc dicant Augustinus, et Gregorius. fo. 287. col. 1. nu. 3.
 Hæreticorum frequens iactantia, quod nullus eos intel ligat, à Hieronymo annotatur. Et quomodo ex his sunt sapientes seculi, hæreticorum magistri, et Iudeorum Pharisæi. fo. 2. col. 4. nu. 2.
 Hæreticorum pharisorum mos peculiaris circa hæreses suas, semper producere illas sub tertia persona, qua st alij hoc dixissent, et non ipsi. folio. 4. col. 3. nu. me. 5.
 Hæreticorum mos peculiaris, iudices, et errorum suorum aduersarios, diris semper insectari calumnijs, etiam quos autè palpabant. fol. 5. columna. 3. nu. me. 4.
 Hæreticorum in damnatione, quod processus iuris sint quandoque soluendi, ostenditur. fol. 7. colum. 2. nume. 3.
 Hæreticorum consuetudo, et praxis. fo. 11. colum. 1. nume. 4.
 Hæreticorum prima fuga, cum sunt capiendi, quæ sit. Et de cõparatione uerborum Witleff cum Ariani eloquijs, si sibi conueniant. fo. 134. colum. 1. nu. me. 2.
 Hæreticus quidam, quomodo contra sanctum Ambrosium perquam improbè uerba Niceni Concilij allegauerit, unã tantum in Christo fuisse naturam. fol. 2. col. 1. nu. 2.
 Hæreticus quod semper sit in biuio, iungendo ueritatẽ mendacio, aut saltem uerisimile ueritati complicando. fo. 4. col. 2. nu. 3.
 Hæreticus, et quancumq; peior, etiã si sit præscitus, quod possit conferre sacramentum utique uerum ad alterius salutem. folio. 29. columna. 4. nume. ro. 2.
 Harmonia quid. fo. 92. col. 1. nu. 2.
 Henrici, et Damasceni dictum de conuersione simplici essentia panis in carnem Saluatoris, et uini in sanguinem. fo. 119. col. 1. nu. 1.
 Hieronymus quid in Epistola ad Edibiam dixerit de corpore Christi adducitur. fol. 74. colum. 2. nu. me. 2.
 Hieronymus quid responderit magno cuidam urbis Romæ Senatori, quærensi, cur in suis opusculis interdum secularium literarum exempla poneret, et candorẽ ecclesiæ Ethnicorum sordibus pollueret. folio. 138. col. 2. nu. 3.
 Hieronymus eius canonem, Sacerdotes. et c. explicat. fo. 163. col. 4. nu. 4.
 Hieronymus quid de hæreticis Witleff similibus dicat. Et quomodo testimonia ueritatis transferant in

mendacium. et c. folio. 115. columna. 1. nume. ro. 5.
 Hilarius quid dicat in robur palpationis euangelicæ, et tactus carnalis spiritualis carnis Christi in sacramento possibilis. Et quid item Paschasius. folio. 105. col. 2. nu. 5.
 Homo quod proposita corpus Christi, et sanguinem non faciat, sed Christus ipse pro nobis crucifixus. fo. 13. col. 4. nu. 5.
 Homo, quod nullo modo possit esse, uel dici dignus salute, quæ ex Deo est, dignitate, quæ ex meritis est, sed sola dignitate Dei uocantis. fol. 24. colum. 1. nume. 2.
 Homo, quod non possit dicere, Non peccaui. fol. 259. col. 1. nu. 3.
 Horribile apud Chrysostomum, quàm dulce, ostenditur. fo. 50. col. 4. nu. 1.
 Hostia uenerabilis cõsecrata quid sit contra Witleff. fo. 40. col. 4. nu. 4.
 Hostia consecrata quod sit corpus Christi secundum naturam corporis Christo uniti, contra Witleff probatur. fo. 44. col. 3. nu. 1.
 Hostia consecrata quod sit identicè corpus Christi et Deus secundum essentiam probatur contra Witleff. fo. 46. col. 3. nu. 2.
 Hostia consecrata quod sit adoranda, et quomodo secundum Augustinum. folio. 49. columna. 2. nume. 3.
 Hostia consecrata Witleff, quod non penitus differat ab hostia legis ueteris, et Iudaica, quæ per mortem Christi est omnino absoluta. fol. 63. colum. 3. nume. 2.
 Hugo quid de fide sacramenti baptismi dicat. Et quàm bene eam exponat. folio. 180. columna. 3. nume. ro. 2.
 Hugo quid de uera panis, et uera uini substantia in uerum corpus et sanguinem Christi conuersione dicat. fo. 88. col. 1. nu. 3.
 Hugonis dictum de corpore Christi, quomodo potest eodem tempore in diuersis locis esse, et hic, et ibi, et totum utrobique, et in multis locis similiter. fo. 131. col. 2. nu. 5.
 Hugonis dictum contra eos, qui admoniti ut confiteantur, dicunt, Date nobis auctoritatem, quæ hoc scriptura præcipiat. et c. folio. 236. columna. 3. numero. 3.
 Hugonis de corporis Christi in sacramento uisibilitate dictum recensetur. Et quomodo antiquorum, et Canonum in hoc sequutus fuerit professionem. fol. 101. columna. 3. numero. 6.

I

Iacobus unde dicti. Et de eorum errore circa confessionem. folio. 236. columna. 2. nume. ro. 2.

Iacobus

Index.

Iacobus quod scripsit ad memoriam sacramenti, Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ. et c. quod ex consuetudine poenitendi descenderit. folio. 242. colum. 3. nume. 3.
 Iacobus quare dixerit Confitemini alterutrũ. fo. 242. col. 4. nu. 4.
 Idololatra quis. fo. 46. col. 3. nu. 1.
 Idem, Ille, Is, Hoc, Qualis, Talis, Meum, pronomina. Et quid de eis dicat Guimudus. Et plura de hoc ibi. fol. 89. col. 1. nu. 1.
 Impanantiũ uia. Et quomodo uia nostra moderna est facilior, et scripturis sanctis uicior, et doctorũ antiquorum scriptis congruentior, ostenditur. fol. 116. col. 2. nu. 3.
 Impanationis duplex opinio recensetur. fol. 117. col. 3. nu. 1.
 Impositio manus, ad quid fiat. folio. 199. column. 1. nume. 9.
 Increpatio auctoris aduersus Witleff de iniqua scripturæ interpretatione. Et quomodo inciderit in errorem eorum, qui Paradisum nisi figuralem esse dixerunt. fo. 61. col. 4. nu. 4.
 Infans ut moriatur, et pereat ante regenerationem per aquam, quæ sit causa præcipua. fo. 185. colum. 4. nume. 1.
 Innocentij decretum, quod solis episcopis liceat uel consignare, uel spiritum sanctum tradere, à Beda inferitur. Et plura ibi contra Witleff adducuntur. fo. 200. col. 2. nu. 5.
 Innocentij primi decretum de poenitendo semel in anno ante pascha. fo. 259. col. 3. nu. 6.
 Innocentius quintus quid de cõmunionem dicat. Et quomodo à presbyteris, uel ministris tantum sumatur sub utraque specie. folio. 199. columna. 1. nume. ro. 4.
 Innocentius quid de potestate Petri dicat. Et quomodo aliquid ipsi potestati uel sit seruatum, quantum cum alijs acceperit ad dimittendum peccata potestatem. fo. 260. col. 3. nu. 2.
 Insufflatio domini in discipulos post dies paucos suæ resurrectionis. Et quid per eam intelligatur secundũ Augustinum. fo. 217. col. 4. nu. 6.
 Intercessor sine gratia. folio. 22. col. 4. nume. 6.
 Ioannes de de Baconis, quomodo positionem de uisibilitate corporis Christi in sacramento necessario sequendam putet. et c. folio. 101. colum. 4. nu. 7.
 Ioannis martyrium. folio. 234. columna. 4. nume. ro. 4.
 Iræ, et odij ex Augustino differentia. Et quomodo in comparatione odij iræ est festuca. fo. 271. colum. 2. nume. 5.
 Ionathæ qui, ab authore recensentur. Et quod ipse sit eius armiger contra Witleff. folio. 33. columna. 4. nume. 3.
 Iouiniana hæresis circa coniugium. Et quomodo hanc

amplecti uideatur Witleff. fo. 204. columna. 3. nume. 2.
 Iudæ confessio. Et quomodo si facta fuisset Christi discipulis, meruisset ueniam. fo. 242. colum. 3. nume. 2.
 Iudæ præscito datur ueniam locus à domino, ut poeniteat eum facti sui. fo. 221. col. 4. nu. 3.
 Iudæis quod consuetudinarium quiderat priuatim confiteri delicta. Et quomodo hic mos ad baptismum usque Ioannis durauerit. folio. 238. columna. 1. nume. 7.
 Iudæorum sacrificia quod sint ablata. fol. 63. colum. 4. nume. 3.
 Iudicati à Deo secundum præscientiam, suspensi, degradati. et c. quomodo uera conficiant sacramenta contra Witleff. Et quid de hoc dicat Augustinus. fol. 221. col. 2. nu. 1.
 Iudicis pietas nimia, quod interdum forsitan, et maxime apud toruos, et ingratos hæreticos, possit, sicut eis placet, calumnias figurare, ostenditur. fo. 79. col. 4. nume. 5.
 Iulianus, et Constantinus Cæsares. Et quid de his dicat Augustinus. Et plura de hoc ibi. fo. 211. colum. 1. nume. 2.
 Iulianus, quod fuerit primus, qui post dotem spoliauerit clericos, et loca sacra possessionibus, et thesauris. Et quid illi ob id acciderit. fol. 211. column. 3. nume. 4.
 Iustitia omnis in baptisate constituta. fol. 173. col. 4. nume. 4.

L

Læicus, et sacerdos diuersi. fo. 20. col. 1. nu. 3.
 Lanfrancus à Guimundo nobili uiro liberalium scientiarum peritus dicitur. Et quomodo per eas Berengarium Witleff magistrum turpiter fecerit cõfutum. fo. 34. col. 2. nu. 5.
 Lanfrancus quid contra Berengariũ Witleff magistrum dicat. Et quomodo probauerit signa sacra Berengarij sacramenti postponenda signis Iudaici testamenti. fo. 64. col. 2. nu. 5.
 Lanfrancus quid de figurato loquendi modo dicat. Et quomodo hunc item loquendi modum habeat Augustinus. Et plura de hoc ibi. fo. 91. col. 3. nu. 5.
 Lanfrancus Ambrosiũ defendit contra Berengariũ, et Witleff. fo. 122. col. 1. nu. 6.
 Lapsi peccato, esto, q. possint reformari per poenitentiam ad primam, uel maiorem gratiam, q. tamen nusquam ad innocentia pristina dignitatẽ restaurantur, ex Hieronymo ostenditur. fo. 275. col. 3. nu. 5.
 Lazari solutionẽ, remissionẽ esse peccatorũ contra Witleff ostenditur. fo. 247. col. 2. nu. 2.
 Lazarũ de monumento suscitatum, q. dominus obtulerit soluendũ discipulis, quid denotet. Et quid de hoc dicat Augustinus, et Ambrosius. fo. 246. col. 4. nu. 1.

† 5

Lazarus

Index.

Lazarus q̄ per Christum excitatur, & per discipulos soluitur, quid significet. fo. 248. col. 2. nu. 3.
Legis naturalis, & scripte ex Augustino comparatio. fo. 203. col. 2. nu. 2.
Leprofitus quando mundandus erat. Et quid super hoc dicat Augustinus. fo. 245. col. 1. nu. 2.
Lincolniensis quid de esse accidētis et subiecti recitet, et de possibilitate separatiōis eorū. fo. 139. co. 3. nu. 3.
Litera q̄ tradatur ordinatis ab ordinatoribus sine ambitioe, ex antiqua patrū regula. fo. 204. co. 1. nu. 8.
Literatis ecclesie uiris quomodo amplior certitudo credibiliū donaretur, quam simplici laico, cum utriq; solo lumine fidei Christi mysteria contemplantur. fol. 81. col. 1. nume. 4.
Lux sine subiecto. fo. 119. col. 4. nu. 3.

M

MAli quatenus cognoscendi. fo. 30. col. 3. nu. 5.
Malitia secundum Augustinum, quod aliter sonet in lingua Latina, aliter in lingua scripturæ sacre. fo. 51. col. 1. nu. 2.
Māducare spiritaliter qd sit. Et plura de hoc ibi ex Chryso. Augustin. Cypriano. &c. fol. 108. co. 3. nu. 3.
Manichæorū deliramentū, & temeritas notatur. Et quomodo eadē temeritate Witticless maculetur. Et multa ibi aduersus illum ex Guimundo, & Augustino adducuntur. fo. 81. col. 4. nu. 7.
Manicheus, & Witticless hæretici quomodo uterq; tentat sub æquiuoco carnis uocabulo seducere Christianos. fo. 102. col. 3. nu. 2.
Manus impositio correctis fieri solita, ab Augustino notatur. fo. 201. col. 3. nu. 2.
Manus impositio, quæ cōfirmatio uocatur, q̄ solis episcopis apostolorū uicarijs debetur. fo. 202. c. 1. nu. 2.
Martyrium sine baptismo quando nō prodesset ad salutē, nec sufficeret. Et quid de hoc dicat Cyprianus, & Augustinus. fo. 184. col. 1. nu. 1.
Martyriū, an matius baptisinate. fol. 183. col. 3. nu. 2.
Masilianorū quorundā perfidia circa baptisimū spiritus sancti ex Damasceno recēsetur. Et quomodo illi, & Witticless in hoc præsumentes usq; ad contemptum, uel negligentiam sacramenti fluminis, dānabiliter errent. Augustini quamplurimis auctoritatibus demonstratur. fo. 171. col. 2. nu. 2.
Materia prima panis q̄ non destruat, sed per transubstantiationem Christi perficiatur, & transeat in melius. fo. 125. col. 3. nu. 1.
Materie præiacentis quod non fiat adnihilatio, uel destructio in conuersione per celebri panis in corpus Christi uerum, sanctorum & doctorum auctoritatibus cōtra Witticless ostēditur. fo. 123. co. 2. nu. 1.
Melchiadis Papæ decretum, contra eos, qui olim in ecclesia arguebant contra sacramenti confirmationis exigentiam. fo. 195. col. 3. nu. 3.
Metalipses q̄ nō sunt assumendæ, quas ponit Witticless.

Et plura de hoc ibi. fo. 120. col. 1. nu. 4.
Ministri sanctitas, & eiusdem malitia, q̄ nihil cōferat, adimat, uel derogat substantiæ sacramenti, ostēditur. fo. 25. col. 2. nu. 1.
Miracula de corpore dominico sustentatis, recēsetur. fo. 111. col. 4. nu. 2.
Miraculum in uitis patrum narratur, de subtractione dominici corporis sacramenti indignis communicaturis. fo. 113. col. 2. nu. 5.
Miraculum factum in eo, qui manibus indignis tentauit accipere arcam, in qua sanctū domini fuerat positum, a Cypriano recēsetur. Et quomodo uocet Eucharistian sanctum domini. fo. 70. col. 4. nu. 3.
Miraculum factum in eo, qui iussus facere reuerentiā hostiæ, dicebat araneam esse digniorem, ut reuere retur, narratur. fo. 115. col. 1. nu. 6.
Modi quatuor loquendi de Deo quasi in unū fasciculā ab August. cōscribiti recēsetur. fo. 153. col. 4. nu. 3.
Modus institutionis ecclesie circa cōmunionis formam in populo differēter, & sacerdotio, q̄ sit congruentissimus, ostēditur. fo. 157. col. 2. nu. 1.
Modus bibendi Christi sanguinem, re, non uisibili specie. Et quid de hoc dicant Hugo, Origenes, & Augustinus. fo. 162. col. 4. nu. 1.
Mōtes, an transfulerūt apostoli. fo. 135. col. 3. nu. 6.
Mors secunda quæ dicatur. fol. 269. col. 3. nu. 3.
Mulieris cuiusdā præstigiæ recēsetur. fo. 52. c. 4. n. 1.
Multiplicari proprie quid dicatur secundum Dionysium. fo. 130. col. 4. nu. 1.
Multiplicatio corporis Christi, secundum suam essentiam ad loca distincta, non cōtinua. &c. probatur. fo. 131. col. 1. nu. 2.
Mundus iste unde plus dependeat subiectiue, iuxta Augustinum. fo. 126. col. 1. nu. 3.
Mutationes quatuor a Guimundo describuntur. Et plura de hoc ibi. fo. 123. col. 4. nu. 3.

N

Necessitas diuini cōkursus in salutaribus sacramentis celebrandis unde sumatur, ostēditur. fol. 13. colum. 1. nu. 1.
Necessitatum modi. Et qui fuerunt horum inuētores. fo. 187. col. 3. nume. 2.
Nicolaus de Lyra, quid de cōmunionem in primitiua ecclesia usitata dicat. fo. 164. col. 2. nu. 2.
Nihil a bono maius, nihil a malo minus, Augustini dictum quomodo intelligatur. fo. 52. col. 2. nu. 8.
Nomen ad quid repertū, ex Augustino. Et unde sic appellatum. fo. 135. col. 1. nu. 5.
Notynghā doctoris triplex causa, quare sanguis nō sit tradēdus fidelibus sub specie uini. fo. 166. co. 4. nu. 8.
Nubētū sacerdotalis benedictio in ecclesia unde traxerit ortum. Et quid de illa decernant Cyricius, & Calixtus Papæ. Et plura ibi de ritibus nuptialibus. fo. 233. colum. 2. nume. 3.

Numa

Index.

Numa Pompilius quomodo noluerit sua prophana sacramenta sic publicare, ut passim tractarentur a uulgo. fo. 20. col. 1. nu. 2.
Nuptialis obligatio, quod non sit sola promissio, ut Witticless delirat, sed actualis traditio sui corporis, & alienatio suæ potestatis. fol. 231. col. 4. nu. 4.

O

Oratio in cuiuslibet polluti sacerdotis ore reperita ex euangelicis uerbis transumpta, & euangelicis mysterijs adaptata, q̄ nō debeat dici blasphemā, contra Witticless. fo. 22. col. 3. nu. 2.
Oratio, Perficiant in nobis domine. &c. pro Witticless, & Berengarij confutatione, a Lanfranco, & Guimundo explanatur. fo. 76. col. 1. nu. 2.
Orationes malorum, q̄ non obstant sacramentis, ostēditur. fo. 22. col. 1. nu. 2.
Orationes due ecclesie proferuntur, ad rectificandū Witticless errores, & pro sedanda sua rebellione heretica. fo. 76. col. 3. nu. 4.
Ordinati, q̄ debeant sensibili uocatione promoueri, ostēditur contra Witticless. fo. 114. col. 3. nu. 1.
Ordinem alium esse sacerdotij maioris, & alium minoris ex Gregorio. Et quomodo Paulus de maiori fuerit. &c. fo. 216. col. 2. nu. 7.
Ordines ecclesie ab Origene presbytero assignantur. fo. 203. col. 2. nu. 2.
Ordo participantium, q̄ cedat ordini consummanti in solemnitate ritus, non rei, ex congruentia scripturarum, ostēditur. Et quid de hoc dicant Rabanus, Augustinus, & Petrus Damianus. fo. 259. col. 1. num. 1.
Ordo quid. fo. 203. col. 1. nu. 1.
Origenis errores describuntur. fo. 3. col. 2. nu. 3.
Origenistæ taxantur a Hieronymo. fo. 3. col. 2. nu. 4.
Oxonienſe studium quomodo per decretum publicum duodecim doctissimorum uirorum, plusquam ducentarum hæresum Witticless dogma delcuerit, & codices concremauerit. fo. 5. col. 1. nu. 3.

P

Panem Witticless, quod ecclesia catholica neget, cōsecratione peracta. fo. 74. col. 4. nu. 4.
Panem transubstantiari in corpus Christi, q̄ sit articulus fidei, contentus in Symbolo Apostolorum, ibi, Credo sanctorum communionem. Et quid de hoc dicat Dionysius. fo. 167. col. 4. nu. 1.
Panis cur dicatur corpus Christi. Et de istius appellationis multiplici ratione. Et quomodo a prophetis huiusmodi forma appellationis uenerit. fol. 90. col. 4. nu. 2.
Panis uisibilis forma, ex quibus resultet. Et quādo dicatur illud uisibile sacramentū. fo. 92. col. 2. nu. 3.
Panis, q̄ non annihilatur in sacramento, sed transubstantiatur. fo. 62. col. 3. nu. 5.

Panis, q̄ ita figuret corpus domini ante consecrationem sicut post, quantum est de nuda ratione figure sine præsentia corporali. Et multa de hoc ibi per doctores. fo. 66. col. 4. nu. 5.
Panis, quem in oratione dominica posulamur, q̄ sit sacramentalis, non usualis. fo. 72. col. 1. nu. 2.
Panis noster quotidianus quis dicatur secundum Augustinum, Cyprianum, & alios doctores. fo. 72. col. 3. nu. 4.
Panitarum obiectio, & ad eam responsio. fo. 118. colum. 1. nu. 3.
Panitarū positio, q̄ sit difficilis. fo. 118. col. 2. nu. 4.
Panite quantum aduersentur ecclesie, ostēditur. fo. 119. col. 4. nu. 2.
Panum propositiois & corporis Christi quanta differentia, ostēditur. fo. 63. col. 3. nu. 1.
Papæ q̄ sit obediendum contra Witticless, dicentes non esse illius monitis attendendum, aut decretis, appellantesq; illum Antichristū. fo. 5. col. 2. nu. 1.
Paphuntij consilium in Nicæna Synodo ex Casiodoro recēsetur. Et quid Synodus tunc circa conuigium clericorum decreuerit. fo. 226. col. 3. nu. 3.
Parentes, utrū baptizatis paruulis suis noceant, cū eos demoniorum sacrificijs sanare conantur: & si non nocent, quomodo eis proficit, cū baptizantur, fides parentum, quorum eis non potest obesse perfidia. fo. 186. col. 1. nu. 2.
Parentum, seu aliorum delicta, quomodo noceant frequenter baptizatis paruulis quo ad afflictionem temporalis incommodi, aut retardationem a gratia. fo. 186. col. 2. nu. 3.
Participantū totus ordo, tam laicorū, quam religiosorū quando cōmunicat solum in panis specie, quomodo cedant principatatem, non rei, sed ritus sacrificij, sacerdoti consummanti sacrificium uice Christi. fo. 158. col. 2. nu. 6.
Participium errorum. fo. 34. col. 3. nu. 5.
Paschasti dictum de corpore Christi, super illud Matthei, Cœnantibus autem eis. &c. fol. 43. col. 2. num. 2.
Paschasius quid de corpore Christi dicat in explanatione uerborum, Hoc est corpus meum. fo. 90. colum. 1. nu. 3.
Paschasius, quid de uisibilitate corporis Christi in sacramento, dicat. fo. 101. col. 1. nu. 3.
Patres sancti quomodo docuerunt ab auctoritate probatissimum modum esse ad disceptandum de fide. fo. 34. col. 1. nu. 4.
Patrum antiquus mos seruatus, quum de hostia consecrata loquerentur, notatur, contra Witticless, & Berengarianā figuralia sacramenta. fo. 66. col. 2. num. 3.
Paulus, & Barnabas cū essent sancti, quomodo adorari non se permiserūt a populo. fo. 49. col. 2. nu. 4.
Paulus quos Ethnicos citauerit. fo. 138. col. 1. nu. 2.

† 6 Paulus

Index.

- Paulus quare, & ad quid ad Ananiam missus. fo. 201. col. 3. nu. 3.
- Paulus, q. per primam manu Ananiam impositionem, ante lauacri susceptionem non receperit Spiritum sanctum. fo. 201. col. 3. nu. 4.
- Paulus quantum sollicitus, operosus, & humilis plus ceteris fuerit, q. tamen alijs non preferatur apostolis, contra VVitleff, qui dicebat, q. qui foret humilior, & ecclesie seruitior, gradum habebat altiozem. Et plura de hoc ibi. fo. 208. col. 1. nu. 3.
- Paulus, q. usus fuerit literis testimonialibus pro susceptione Onesimi ad fraternitatem. &c. fo. 203. col. 3. nu. 3.
- Peccata mortalia quomodo designentur per trabem, uenialia uero per festucam. Et quid de hoc dicat Hieronymus. fo. 271. col. 1. nu. 4.
- Peccata quomodo animam uulnerent, ex Origene ostenditur. fo. 273. col. 2. nu. 5.
- Peccatorum remissiones quantae. fo. 183. col. 3. nu. 3.
- Peccatorum remissio, q. ab initio fuerit promissa, & nunciata, sed in fine donata. fo. 241. col. 4. nu. 4.
- Peccatorum mortalis, & uenialis differentia ex abysso scripturae, & primo ex ueteri testamento producit. fo. 270. col. 2. nu. 1.
- Peccatorum uenialis, & mortalis ex testamento nouo differentia ostenditur. &c. fo. 271. col. 2. nu. 6.
- Peccatorum mortalium, & uenialium differentia, q. bene sumantur per actus extrinsecos, ostenditur. fo. 272. col. 1. nu. 1.
- Peccatorum mortalis, & uenialis manifesta differentia, quomodo in finibus suis sit occulta. fo. 273. col. 3. nu. 7.
- Peccatum q. non sit, quicquid a peccatore sit, contra VVitleff. fo. 15. col. 1. nu. 2.
- Peccatum quid, & quid delictum, & quomodo differant ex Augustino. Et quomodo delictum, quod est omissionis peccatum, etiam in Baptismo remittatur. Et quid de hoc dicant Augustinus, Haymo, Beda, &c. fo. 189. col. 3. nu. 3.
- Peccatum ueniale ubi reperitur in scripturis expressum. fo. 269. col. 3. nu. 4.
- Peccatum aliquod quare ueniale dicatur. Et in quo distinguitur a mortali. fo. 270. col. 3. nu. 2.
- Peccatum mortale, & ueniale quibus uerbis solent distinguui. fo. 271. col. 1. nu. 3.
- Peccatum mortale, q. sit eterno supplicio dignum, etiam post fructuosam a peccante de suo peccato penitentiam peractam, multorum autoritatibus sanctorum contra VVitleff ostenditur. fo. 277. col. 4. nu. 1.
- Peccatum praesciti q. sit nullum, de quo non potest, uel potuit esse contritus, contra Witleff Augustini uerbis ostenditur. fo. 281. col. 3. nu. 2.
- Pelagianistae heretici, q. damnati fuerint in Palestina sine examine, quod petebant, praecedente. fo. 7. col. 1. nu. 2.
- Pelagij fraus. fo. 9. col. 4. nu. 4.
- Petilianus, quod falsum sibi finxerit principium, cui Witleff inuitur, scilicet, q. conscientia sancte dantis attendatur. &c. Augustini uerbis ostenditur. fo. 26. col. 1. nu. 6.
- Petri sententia, q. non praecedat, sed sequatur sententia caeli. fo. 249. col. 3. nu. 2.
- Petrus cognomine clericus, alter Palladius. Et de Palladij seuitia. fo. 8. col. 1. nu. 5.
- Petrus quare inter omnes Apostolos ecclesiae catholicae personam sustineat in suscipiendo clauis pro tota ecclesia. Et plura de hoc ibi. fo. 253. col. 4. nu. 8.
- Petrus inter Apostolos primus, & caput. fo. 208. col. 1. nu. 2.
- Philippus q. non confirmauerit Samaritanos, quos baptizauerit. Et quare. fo. 200. col. 2. nu. 4.
- Philippus Imperator in primaeu ecclesiae confiteri coactus, recensetur. fo. 243. col. 3. nu. 2.
- Philosophia humana quam sit meretrix fornicaria uiro incauto, ostendit Origenes. fo. 34. col. 3. nu. 7.
- Philosophis orthodoxis, q. Witleff positio de accidente non placuerit, demonstratur. fo. 142. col. 2. nu. 5.
- Pignus, & arra, in quo differant. fo. 191. col. 3. nu. 3.
- Pilati percontationes, tribunalia necis Christi exercendo, notantur. fo. 4. col. 1. nu. 2.
- Platonis, & Ciceronis error circa materiam, dicentium, q. Deus eam non fecerit, sed praesto habuerit eam, ut utatur, recensetur. Et quid de hoc dicat Lactantius. fo. 129. col. 4. nu. 4.
- Platonis error. fo. 212. col. 1. nu. 5.
- Poenitentiae iuxta Canones indictae, & aliae arbitrariae, unde reperitur fundata. fo. 274. col. 3. nu. 2.
- Pompeius Romanorum magnus idololatra. Et quid Iudeis impropauerit. fo. 49. col. 1. nu. 1.
- Praeceptum antiquum currens per creaturas, q. simul arguat cooperantem Deum, & promittat effectum. fo. 13. col. 3. nu. 4.
- Praedestinationis gratia, q. non est in praedestinato, quousq. uocatus iustificetur bonis operibus, ecclesiae sacramentis. &c. fo. 281. col. 2. nu. 1.
- Praedestinati charitas q. sit mortua per peccatum, & eius gratia per peccatum extincta, ostenditur. fo. 282. col. 1. nu. 1.
- Praedestinati charitatem remitti posse, amitti non posse, unde sumpserint Witleuista. Et quid contra hoc dicant Augustinus, Hieronymus, & Ambrosius. fo. 282. col. 3. nu. 3.
- Praedestinatum non posse mori per peccatum, quod ab antiquo serpente manauerit. fo. 283. col. 1. nu. 4.
- Praedestinatus, an possit perire finaliter. fo. 32. col. 3. nu. 3.
- Praedicandi ratio. fo. 205. col. 1. nu. 9.
- Praedicatoris excellentia. Et q. sit eminentius praedicare, q. baptizare, quinque rationibus ostenditur. fo. 215. col. 4. nu. 5.

Praelatos

Index.

- Praelatos praescitos, q. Deus perpetuo non suspendat. fo. 29. col. 4. nu. 3.
- Praelatus, aut presbyter infidelis, quanquam a Deo indicatus, & suspensus, & simul forsitan ab ecclesia condemnatus, q. uerum si intendat, conficit sacramentum, sicut ueri characteris retinet sanctitatem. fo. 30. col. 1. nu. 4.
- Praesciti, quod non necessario excludantur a sacramentorum fructibus, uel ab ecclesia electorum ostenditur. fo. 31. col. 1. nu. 1.
- Praescitus quod sit nullus superstes huic uitae, quin poenitere possit finaliter, & ignoscatur ei, etiam si manifestatus fuerit sicut Cain. fo. 202. col. 4. nu. 6.
- Praescitus, q. possit praedestinari ad gratiam. Et quomodo Augustinus appellet ecclesiam praedestinatum hortum conclusum. fo. 31. col. 2. nu. 2.
- Praescitus, & a Deo damnatus, q. possit esse membrum praedestinatum. fo. 32. col. 1. nu. 1.
- Praescitus, aut quocumq. mortali detentus, si non praeseruetur, quomodo comedit corpus, & sanguinem Saluatoris. fo. 108. col. 2. nu. 2.
- Pragensium Witleuistarum querela pro communione in utraq. specie contra morem ecclesiae orbis terrarum. Et quomodo etiam si liceat, q. tamen non expedit, ostenditur. fo. 156. col. 1. nu. 1.
- Presbyteris legis ueteris quare erant ad tempus licita coniugia, & quare nostris sint illicita, ex Beda, & Ambrosio ostenditur. fo. 225. col. 2. nu. 5.
- Presbyter solus q. conficiat sacramentum corporis Christi, non reges, non periti de seculo, imo nec angelus quisquam. fo. 53. col. 4. nu. 2.
- Proles, q. ex nullo parente tantum trahat delictum, quantum ex primo Adam. fo. 186. col. 3. nu. 4.
- Proles, quae nascitur, utrum omnibus malis actibus, & multiplicatis delictis originalibus implicetur, ut tanto peius, quanto postrius quis nascatur. fo. 186. col. 4. nu. 6.
- Protestationis Witleff forma, & eiusdem callida exceptio. fo. 10. col. 1. nu. 6.
- Psalmista, qui & Lectores dicuntur. Et quomodo Christus lectoris officio functus fuerit. fo. 204. col. 3. nu. 6.
- Pulchritudo quid sit secundum Ambrosium. fo. 92. col. 1. nu. 2.
- Punicorum loquendi modum de sacramento Eucharistiae laudat Augustinus. fo. 40. col. 3. nu. 2.

- Questiones de Eucharistia omnes difficiles, q. in tres resoluantur. Et quae sint. fo. 141. col. 1. nu. 1.
- Questio ex epistola Augustini ad Bonifacium circa paruulos baptizatos. fo. 186. col. 1. nu. 2. & col. 4. nu. 6. Et fo. 187. col. 1. nu. 6.

Questio Augustini Episcopi Anglicani. Et Gregorij Pontificis ad eam responsio. fo. 234. col. 4. nu. 3.

R

- Rabani dictum de Christi corpore & sanguine, q. uera sit caro in ministerio, & merus sanguis, non tantummodo figuralis. fo. 66. col. 3. nu. 4.
- Rabani Maguntiensis, & Heribaldi Altiisiodorensis error circa corpus domini in sacramento, dicentes esse cibum digerendum in humanam carnem. Et quomodo eis consonat VVitleff. Et qualiter Rabanus alter hanc perfidiam tanquam horrendam abiiciat. &c. fo. 99. col. 4. nu. 1.
- Rationes contra impanantes corpus Christi. fo. 118. col. 2. nu. 5.
- Regum criminatio recensetur. fo. 5. col. 3. nu. 3.
- Reputare uerbum, quo utitur Witleff, ab Authore explicatur. Et multa de sacramentorum participatio ne, contra VVitleff. fo. 27. col. 2. nu. 4.
- Responsio ad argumentum VVitleff, quo probare conatur ex presumptione facti euacuationem corporis Christi, & naturam panis cibarij ibi praesentem. fo. 70. col. 3. nu. 2.
- Responsio ad argumentum VVitleff, dicentis, q. sacramentum Eucharistiae quinque uocetur panis in Canone. &c. unde arguit illud esse panem in natura. fo. 72. col. 3. nu. 3.
- Responsio ad argumentum VVitleff, dicentis, q. dicta sanctorum, atq. ecclesiae docent, q. sacramenta sensibilia non sunt corporis Christi, & sanguinis, sed eorum figura. fo. 75. col. 4. nu. 1.
- Responsio ad argumentum VVitleff, falsificantis, & deprauantis Romanae curiae decretum, ad probandum suum errorem de corpore Christi. Et quomodo in hoc sequatur Berengarium magistrum suum. fo. 77. col. 1. nu. 2.
- Responsio ad argumentum VVitleff, qui pro pane suo materiali defendendo, ruit ad laicos, & uulgus, ut de fidei subtilitate in sui fauorem testificentur. fo. 80. col. 4. nu. 1.
- Responsio ad auctoritates, quas VVitleff adducit, ad probandum, q. corpus Christi non sit uisibile in sacramento. fo. 96. col. 2. nu. 1.
- Responsio ad argumentum VVitleff, dicentis, q. moderniores doctores negant corpus Christi corporaliter in sacramento uideri. fo. 99. col. 4. nu. 8.
- Responsio ad argumentum VVitleff, probatis materia non posse conuerti. &c. Et quid de hoc dicat Ambrosius, Augustinus, & Bernardus. fo. 126. col. 3. nu. 4.
- Responsio ad argumenta VVitleff contra accedens sine subiecto. fo. 143. col. 2. nu. 1.
- Responsio ad ea, quae VVitleff extorquet ex sanctorum testimonijis contra accedens sine subiecto, & potissimum ex quibusdam Augustini locis. fo. 144. col. 2. nu. 1.

Respon-

Index.

Responsio ad auctoritatem Euangelij, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. ab Witleuistis pro sua opinionis confirmatione adductam. fo. 161. column. 3. in principi.

Responsio ad auctoritates Ambrosij de Sacramentis, quem Witleuistae adducunt in testem ad sua opinionis fulcimentum. fo. 164. col. 1. nu. 1.

Responsio ad dicta Walerami, & Paschasis, & quod non faciant pro Witleuistis, ostenditur. fo. 164. col. 4. nu. 4.

Responsio ad argumentum Witleff de martyrio, quo baptismi necessitatem euacuat. fo. 182. col. 3. nu. 1.

Responsio ad calumnias Witleff in prelatos, & clericos, quos uocat Caesareos à Caesare Constantino. fo. 210. col. 4. nu. 1.

Responsio ad dictum Witleff, Praelatos praescitos Deus suspendit perpetuo tam ab officio, quam à beneficio. Et quomodo sit falsum, Augustini auctoritatis ostenditur. fo. 220. col. 3. nu. 4.

Responsio ad obiectum Witleff ex Armacano. Et refellitur Armacani sententia, dicentis, q. Apostoli non receperunt potestatem dimittendi sacramentaliter peccata post resurrectionem, sed in prima institutione ad apostolatam. Et quid de hoc dicat Hieronymus. fo. 241. col. 2. nu. 1.

Responsio ad cauillationem Witleff contra sacramentalem confessionem pro ignorantia sacerdotis de reciduatione confessi, ex Augustino, & Ambrosio. fo. 264. col. 1. nu. 1.

Rex, aut Princeps temporalis, etiam malus, quomodo regnet ex dono Dei: & q. non amittat nomen, ius, aut officium pro quolibet mortali. Et q. idem sit de Papa, Episcopo, uel sacerdote. fo. 16. col. 1. in prim.

S

Sacerdos infidelis, q. non derogat Sacramento, ostenditur contra Witleff Augustini auctoritatis. fo. 17. col. 3. nu. 1.

Sacerdos uerus ut quisq. sit, quid requiratur. fo. 22. col. 2. nu. 2.

Sacerdos, q. cum celebrat, conficiat corpus Christi, & non nudum exterius sacramentum, sanctorum auctoritatibus ostenditur. fo. 51. col. 1. nu. 4.

Sacerdos catholicus q. nullus esse possit, nisi à Deo uocetur ad sacerdotium per electionem uisibilem, & humanam. fo. 215. col. 3. nu. 3.

Sacerdotes omnes orthodoxi, q. sint Christi, non Episcopi eos ordinantis. Et quomodo episcopalem gratiam det Deus per hominem, quamuis prauum, & simoniacum. fo. 217. col. 2. nu. 4.

Sacerdoti malo q. astat Deus in sacramenti ministratio ne, ne ecclesia seducatur. fo. 21. col. 2. nu. 2.

Sacerdotum nouae legis praestantia. fol. 61. column. 3. num. 3.

Sacerdotum q. proprie sit inuocare dominum, & ho-

stias offerre, &c. Et quomodo ab alijs distinguantur. fo. 158. col. 1. nu. 4.

Sacerdotum ordines duo, summorum, & inferiorum, ex ueteri lege, notantur. fo. 204. col. 4. nu. 8.

Sacramenta Dei propter hominum uitia uiolans, quomodo semper errat, ut Witleff. fo. 22. col. 3. num. 4.

Sacramenta, q. non ideo uberiora, & sanctiora sint, quia per meliorem ministrantur, ostenditur. fo. 27. col. 1. nu. 2.

Sacramenta per malos facta, q. ualeant. fol. 642. col. 1. num. 6.

Sacramenta Iudeorum, q. fuerint signa, & figurae, non uero ueritas reuelata, probatur. fol. 64. column. 4. num. 7.

Sacramenta uenerabilia corporis, sanguinis, & passionis domini, q. nemo possit intuitiue cognoscere, nisi Princeps, & Pontifex noster Christus. fo. 85. col. 1. nu. 2.

Sacramenta, q. à muribus, & bestijs non corrodantur, quamuis sic uideantur secundum exteriores species. Et quid de hoc dicat Guimundus. Et plura de hoc ibi. fo. 85. col. 3. nu. 4.

Sacramenta diuinorum sacramentorum, q. tribus gradibus sint commissa. fo. 158. col. 2. nu. 5.

Sacramenta tria sola, scilicet Baptismus, Confirmatio, & ordo, q. imprimunt characterem. Et quare illa non iterentur. fo. 194. col. 2. nu. 5.

Sacramentali in propositione quid demonstratur promine demonstratio. Hoc, ostenditur contra Witleff. fo. 89. col. 3. nu. 2.

Sacramenti, & eius effectus distinctio. fo. 16. column. 2. num. 2.

Sacramenti ministratio, quod non semper sit uniuersalis, & uniuoca cum magistro, ostenditur. fol. 21. col. 4. nu. 4.

Sacramenti Baptismatis uisibilis unius ad formam requisita, describuntur. fo. 92. col. 3. nu. 4.

Sacramentis Dei, q. nihil obstat hominum malorum mores, quo illa, uel omnino non sint, uel minus sancta sint, sed ipsis malis hominibus. fo. 22. column. 4. num. 5.

Sacramento Christi q. diuina uirtus assistat, siue ad salutem bene utentium, siue ad perniciem male utentium. fo. 16. col. 4. nu. 5.

Sacramento ex eodem, & ex una re quomodo pascantur boni, & mali, quamuis Christi gratia diuersimodum in eis operetur. fol. 59. col. 2. nu. 3.

Sacramentorum primi temporis, & eorum, quae sub lege scripta, uel sub gratia instituta sunt, differentia. fol. 13. col. 3. nu. 3.

Sacramentorum celebratio, q. ordinati sit opus, non laici, contra Witleff. fol. 19. col. 4. nu. 1.

Sacramentorum ueterum, & nouorum substantialis differentia assignatur. fo. 65. col. 3. nu. 8.

Sacramen-

Index.

Sacramentorum quae sunt, q. oculis corporis non uideantur. Et quomodo Sacramenta non uere capiantur exteriori sensu, sed mente. Et quid de hoc dicat ibi Ambrosius. fo. 84. col. 1. nu. 4.

Sacramentum quid, & quis sit eius fructus. Et quomodo etiam à perditis uiuentibus in ecclesia detur, & accipitur. &c. contra Witleff. fo. 16. col. 2. num. 3.

Sacramentum ordinis ab Augustino commemoratur, & Baptismi. Et qui possint illa conferre. fo. 20. column. 4. num. 6.

Sacramentum gratiae, & gratia sacramenti quomodo ualde inter se distent, & q. sine alterutris esse possint. fo. 21. col. 3. nu. 3.

Sacramentum, q. melius ministratur per pium uirum, quam impium, quomodo debeat intelligi. Et quid de hoc dicat Augustinus. fo. 26. col. 4. nu. 1.

Sacramentum, quod non minus conficit publicus, quam peccator occultus. Et quomodo Iudas etiam baptizauerit, quamuis indiscussa conscientia, contra Witleff. fo. 28. col. 2. nu. 1.

Sacramentum quid. fo. 39. col. 2. nu. 1.

Sacramentum, q. principaliter designat unitatem fidei in corpore Christi, secundum Apostolum. fo. 42. col. 1. nu. 2.

Sacramentum, q. frequenter pro nudo signo sacramenti accipitur, maxime pro ipsa re sacramenti, ut est ibi signata. fo. 42. col. 4. nu. 4.

Sacramentum unctionis quando signatum à Christo. fo. 45. col. 4. nu. 4.

Sacramentum, & mysterium altaris esse solum corpus & sanguinem Saluatoris substantialiter in ueritate naturae, uelatum autem figura panis, & uini, q. secundum fidem ecclesiae dicimus. fo. 56. column. 2. num. 3.

Sacramentum altaris q. sit unum, ostenditur. fo. 58. column. 1. nu. 2.

Sacramentum Eucharistiae, q. sit uerum corpus Christi secundum essentiam, secundum exteriorem uero figuram accidens sensibile, quod apparet. fol. 125. col. 1. nu. 5.

Sacramentum extremae unctionis, q. à Christo, & apostolis fuerit institutum, contra Witleff ostenditur. fo. 28. col. 4. nu. 2.

Sacrificij altaris unitas, sanctorum dictis demonstratur. fo. 59. col. 2. nu. 2.

Sacrificium q. sit unum per mundum in omnibus ecclesijs: & sic una hostia, non multae. &c. ex Ambrosio. fo. 48. col. 2. nu. 5.

Sacrificium altaris cum uarietate locorum, temporum, sacrificantium quoq. & uisibilium specierum, quod sit unum sine multitudine, & idem sine mutatione, & eximio modo unum supra omne iudaicum sacramentum, ostenditur. fol. 59. column. 1. num. 1.

Sagarellorum error tertius circa ordines religiosorum praelatorum, sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum. &c. fo. 214. col. 1. nu. 4.

Sagarellorum, & Valdensium error de potestate Papae. Et quomodo hunc sequitur Witleff. fo. 252. col. 2. num. 7.

Saluator cur coenatis apostolis suum corpus & sanguinem tradiderit. Et quomodo eis solis, aut saltem in eis uniuersis presbyteris praeeperit in secundo sanguinis sacramento communicare. fo. 161. col. 1. circa finem.

Sanguinis sacramentum, q. non indiscriminatum populis porrigendum, secundum doctorem de Halis, & Bonauenturam. fo. 199. col. 3. num. 6.

Sapientia, bona mentis qualitas, & primum donum, secundum quam mens contempletur aeterna, quod quibusdam uideatur quoad esse accidens sine subiecto. Et quid de hoc dicat Augustinus. fo. 140. col. 2. num. 5.

Satanæ magna solutio quando fit futura. Et quomodo per modicum tempus soluetur. Et quare. fo. 36. column. 4. nu. 5.

Scripta diuina cum proferimus, q. ea non captiuemus sensibus nostris, sed eis potius nostros captiuemus sensus. fo. 68. col. 2. nu. 2.

Scripturae loquutio secundum Augustinum, quod res significans appellatur nomine rei significatae. Et multa de hoc copiosissime tractantur ibi. fo. 151. col. 3. num. 3.

Sensibus occupati, quod sint à fide remoti. Et quomodo culpentur ab Augustino. Et plura de hoc ibi contra Witleff referuntur. fol. 83. column. 3. num. 3.

Sensuum experimento, quod non sit ualde adhaerendum: & quare secundum Bernardum. fol. 83. col. 2. num. 2.

Sententia etiam iniuste lata, q. sit timenda. fol. 249. col. 4. nu. 4.

Sentiendum qualiter sit, & loquendum de praelatis praescitis perpetuo ab officio ordinandi suspensis iuxta Witleff. Et quid super hoc dicant Augustinus, & Bernardus. fo. 218. col. 4. nu. 1.

Signaculum, seu Character, quod sit aliud quid à Spiritu sancto, uel uisibili sacramento, uel effectu sacramenti, quod est gratia. Et quomodo sit indelebile ostenditur. fo. 192. col. 1. nu. 5.

Signum intelligi pro signato, ut inquit Witleff, cum Theologus dicit, Panis est corpus Christi, q. sit ualde hereticum. fol. 64. col. 1. nu. 4.

Signum, quod imprimi Baptismus, unctio, & ordo, q. sit aliud, & alterius generis sanctitas, quam sit illa coniugij, aut item poenitentiae. fo. 193. column. 3. num. 2.

Species Sacramenti sensibilis, q. quodammodo uocetur corpus Christi. fo. 90. col. 3. nu. 1.

Species

Index.

Species uisibilis panis, quod sit in sacramento sine substantia sua ex Anselmo. fo. 147. col. 3. nu. 1.
 Spes, q̄ in Deo sit ponenda, non in homine. fo. 18. col. 2. nu. 3.
 Spiritus sancti gratia, q̄ suos habeat gradus, ex Augustino. fo. 172. col. 3. nu. 4.
 Spiritus sanctus q̄ in solo Christo manserit, ex Origenes. fo. 279. col. 4. nu. 2.
 Spiritus sanctus q̄ per manus impositionem detur. fo. 195. col. 2. nu. 2.
 Spiritus sanctum quatenus det homo. Et quid ibi dicant Ambrosius, & Augustinus. fo. 200. col. 4. nu. 6.
 Status peccatorum duo ab Ambrosio assignantur. fol. 283. col. 2. nu. 6.
 Status, seu conseruatio suppositi. fo. 111. col. 3. nu. 3.
 Subdiaconi Nathinai dicti, qui & apud Græcos Hypodiacones uocantur. Et quod sit eorum officium. fo. 204. col. 3. nu. 7.
 Subdiaconos fuisse in prima ecclesia, ex Clementis, & Anastasij Paparum dictis palam fit. fol. 204. col. 1. nu. 5.
 Substantiam dicere esse accidens, quàm sit absq̄a positio, ostenditur. fo. 141. col. 4. nu. 3.

T

Tau signum. Et plura de eo ex Hieronymo, Anselmo, Isidoro, Cypriano, &c. referuntur. fo. 194. col. 1. nu. 4.
 Taxatio uaria pœnarum pœnitentibus, & confessis, in qua fiat potestate. fo. 274. col. 3. nu. 3.
 Tentatio, quibus modis agatur secundum Bedam. fol. 272. col. 3. nu. 3.
 Theodosij Imperatoris pœnitentia publica ab Ambrosio indicta, recensetur. fo. 261. col. 1. nu. 5.
 Thomæ dictum, q̄ non faciat pro Wittleustarum petitione, ut ministraretur communio sub utraq̄ specie. fo. 198. col. 4. nu. 2.
 Transubstantiationis, & conuersionis nomina quomodo peruertat Wittleff in suum sensum hereticum. fo. 127. col. 3. nu. 1.
 Transubstantiationis exemplum, quomodo uideatur aliquantum propinquum à cibo, quem post resurrectionem Christus accepit. Et in quo istæ duæ transubstantiationes differant, ostenditur. fol. 129. col. 3. nu. 2.

V

Valdensium error octauus à Guidone recensetur. fo. 204. col. 3. nu. 3.
 Valdensium error circa extremæ unctionis sacramentum, à Guidone, & Alano recensetur: & quomodo hunc sequatur Wittleff. fo. 284. col. 4. nu. 1.
 Verum, & unum conuerti. fo. 116. col. 4. nu. 5.
 Via domini quæ sit, & quis corruiat in ea. fo. 11. col. 1. nu. 3.

Via duæ male. fo. 14. col. 4. nu. 1.
 Vinum nouum, & eius effectum implorat Author. folio. 10. col. 4. nu. 2.
 Virgæ in serpentem essentialis mutatio, & serpentis in uirgam. fo. 121. col. 1. nu. 2.
 Virginitas Mariæ. Et quid de hoc dicant Hieronymus & Anselmus. fo. 133. col. 2. nu. 4.
 Visibilis gradus, & sensibilis per accidens. fo. 98. col. 3. nu. 2.
 Viuere q̄ possit quis ex uirtute dominici corporis per diuinum miraculū longo tempore. Et secessum posse ei exinde fieri, omnino denegatur. fo. 111. col. 4. nu. 1.
 Vnctio extrema sacramentalis q̄ non nisi oleo per Episcopum cōsecrato compleatur, contra Wittleff. fo. 285. col. 2. nu. 3.
 Vnctione ecclesiæ quanta egrotis bona statim contingant. fo. 285. col. 4. nu. 5.
 Vnctionis sanctæ forma, q̄ non tam corporis, quàm animæ sit fomentum, & à longo æuo nostris uisibus re promissa. fo. 209. col. 1. nu. 7.
 Voluntas Dei, q̄ in omni sancto opere sit prior, posterior liberi arbitrij. fo. 24. col. 3. nu. 4.
 Urbani Papæ decretum pro Sacramento Confirmationis. Et de necessitate eius ex Concilio Laodiceo. & Aureliæ. fo. 195. col. 4. nu. 4.
 Valerianus, author de officijs. Et quomodo suspectus fuerit circa fidē. &c. Et quid de eo dicat Anselmus. Et q̄ hic putatur esse, de quo Wittleff loquitur. Et plura de hoc ibi. fo. 87. col. 1. nu. 2.
 Wittleff, & discipuli eius, quomodo sepe obtendant auctoritates Augustini, Hieronymi, Chrysostomi, & aliorum sanctorum patrum ecclesiæ, contra catholicos. fo. 1. col. 4. nu. 1.
 Wittleff sectatores, uolentes magistri sui purgare in famam, dicentes, q̄ non ea docere studuerit, in quibus eum maculauit ecclesia, reijciuntur. fo. 3. col. 1. nu. 1.
 Wittleff errata recensentur. fo. 3. col. 2. nu. 3.
 Wittleff protestatio, ut ignarus suam ostendat innocentiam. fo. 9. col. 3. nu. 1.
 Wittleff proteruia notatur. fo. 10. col. 1. nu. 7.
 Wittleff superbia ostenditur. fo. 10. col. 1. nu. 8.
 Wittleff prima, & generalis iniuria, quæ cuncta cōcernit sacramenta, q̄ Deus ex fide non concurrat cū ministro ad sacramenta celebranda, sanctorum auctoritatibus prostermitur. fo. 11. col. 4. nu. 1.
 Wittleff, quomodo errat cum Donatistis, non distinguens effectum, uel fructum sacramenti à sacramento. fo. 16. col. 2. nu. 1.
 Wittleff, qui semper nititur tollere fidelibus populis fidem sacramenti certificant, cōsuetur. fo. 27. col. 1. nu. 3.
 Wittleff, qui dicit prelatos præscitos à Deo suspendi perpetuò tam ab officio, quàm beneficio. &c. & sic

Index.

sic non posse conficere, confutatur. fo. 29. col. 3. nu. 1.
 Wittleff Satanas quo tempore fuerit solutus, ostenditur. fo. 36. col. 3. nu. 4.
 Wittleff quomodo emulatur Arianos hereticos, qui coloribus uerborum suam instaurabant heresim, ita, ut in nullo uiderentur à catholicis alieni. fol. 39. col. 3. nu. 2.
 Wittleff, q̄ loquatur Christum, & occultet Antichristum, ostenditur. Et quid de Sacramento dicat. fol. 39. col. 4. nu. 4.
 Wittleff, quomodo à Samaritanorum idololatria nõ recedat. Et quid de eis dicat Chrysostomus. fo. 49. col. 1. nu. 2.
 Wittleff, quod sit idololatra, ostenditur. fo. 50. col. 2. nu. 8.
 Wittleff, qui dicit sacramentum altaris esse corpus in figura, & panem in natura, sanctorum auctoritatibus confutatur. fo. 56. col. 4. nu. 5.
 Wittleff, qui sepe uocat Augustinum, & alios ecclesiæ doctores in testes pro suarum heresim tuitione, quomodo non debeat mouere eum, qui uult esse grauium firmum in Christi ecclesia. fol. 58. col. 2. nu. 3.
 Wittleff, qui figuram solam corporis Christi, & sanguinis in sacramento concessit, confutatur. fol. 61. col. 2. nu. 1.
 Wittleff, qui dicit, quod post consecrationem remanet panis, & uinum, eo quod in nullo articulo triplicis fidei ecclesiæ sit iste articulus declaratus, confutatur. Et q̄ sit triplex Symbolum. fo. 67. col. 3. nu. 6.
 Wittleff, qui per scripturam Euangelij more magistri eius Berengarij, arguit hostiam consecratam esse panem in natura, cōsuetur. fo. 68. col. 1. nu. 1.
 Wittleff, & sui sequaces, quomodo sint Iudeorum gulonum sectatores. Et in quo. fo. 68. col. 3. nu. 3.
 Wittleff, qui in sui erroris argumentum assumit textum Apostoli. 1. ad Corinth. 4. Panem, quem frangimus. &c. uolens ex hoc probare hostiam consecratam esse panem naturalem, multorum auctoritatibus confutatur. fo. 69. col. 4. nu. 1.
 Wittleff, qui pro erroris sui corroboracione de hostia consecrata, q̄ sit panis in natura, assumit illud orationis dominicæ, Panem nostrum quotidianum. &c. confutatur. Et multa ibi de pane quotidiano per doctores sacros. Et quomodo secundum Hieronymum, & alios, panis ille dicatur Epiousios, non naturalis. &c. contra Wittleff. fo. 71. col. 3. nu. 1.
 Wittleff, qui pro sui panis usualis in hostia consecrata defensione, adducit illud Luc. 24. cap. Cognouerunt eum in fractione panis, confutatur. Et q̄ non intelligatur de pane usuali, seu communi, ostenditur. fo. 73. col. 2. nu. 1.

Witleff, qui post falsificationem uerborum Christi & eius Apostoli, adducit doctores sanctos commemorantes panem, confutatur. fol. 74. col. 2. nu. 1.
 Wittleff, qui dicit modernam Romanam ecclesiam hereticam, & priori contrariam, confutatur. folio 78. col. 2. nu. 1.
 Wittleff, q̄ sit falsarius Nicolai, illius decreto conuincitur. fo. 80. col. 3. nu. 6.
 Wittleff, quomodo usurpet sibi uocem hereticorum antiquorum, iactantium se, & dicentium, Diuites facti sumus. &c. Et quid super hoc dicat Hieronymus. fo. 81. col. 3. nu. 6.
 Wittleff, qui testimonium sumit ab humanis sensibus, q̄ Eucharistiæ sacramentum non sit corpus Christi secundum substantiam suam propriam in altari, sed ut prius panis materialis, & putribilis, reijcitur. fo. 83. col. 2. nu. 1.
 Wittleff, qui ad fallaces sensus, & iudicium humanum, relicto documento fidei, imò ad mures peruenit, ut testimonium perhibeant de suo sacramento, confutatur. fol. 84. col. 4. nu. 1.
 Wittleff sophisma, Iste panis est corpus Christi: ergo est, & manet panis. quod sit idem cum Berengarij eius magistri argumento, ostenditur. Et de eius solutione per Lanfrancum, Innocentium, Ambrosium. &c. fo. 87. col. 3. nu. 1.
 Wittleff fallacia, Cæci uident, ergo cæci sunt: ergo manent cæci. Claudi ambulat. &c. diluitur. folio 88. col. 3. nu. 4.
 Wittleff, q̄ sit de heresi Anthropomorphitarum. Et quomodo sit contra eum beatus Ignatius. fol. 91. col. 2. nu. 3.
 Wittleff, qui rationes quasdam physicas adducit, ne corpus Christi uideatur corporaliter, aut sentiat in sacramento, confutatur. fo. 98. col. 1. nu. 1.
 Wittleff, qui dicit se notasse ex dictis Augustini, q̄ caro, & sanguis solum spiritualiter sunt edendi, confutatur. Et multa de hoc ibi. fol. 103. col. 3. nu. 5.
 Wittleff, quod non saluetur in sua logica glossa, quod corpus Christi est in sacramento corporaliter, id est, per modum corporis, multorum auctoritatibus ostenditur. fo. 106. col. 1. nu. 1.
 Wittleff, qui contēdit sanctum sacramentū dominici corporis esse obnoxium cōbustioni fortuitæ, & digestionis humane, confutatur. fo. 113. col. 3. nu. 6.
 Wittleff quantas abominaciones, quàmq̄ horridas expuat ad desolandum sanctissimum sacramentum corporis Christi, ostenditur. Et quid item falso impudet Christi fidelibus. fo. 113. col. 4. nu. 1.
 Wittleff, qui negat, & dissimulat fidē conuersionis simplicis panis in corpus Christi per transubstantiationē altissimi. &c. cōsuetur. fo. 116. col. 1. nu. 1.

WVita

Index.

VVitleff aduersus Iſidorū obiectio diluitur. fo. 122. col. 2. nu. 2.

VVitleff, quomodo mentatur in Ambrosium, q. no- lit per conuersionem panis in corpus Christi, muta- ri panis naturam. fo. 127. col. 4. nu. 2.

VVitleff conuersio recensetur, & eiusdem confutatio ex Augustino, Chrysostomo, Casiodoro, Hilario, Lásfranco. &c. fo. 128. col. 1. nu. 3.

VVitleff de transubstantiatione obiectio, & ad ean- dem responsio. fo. 129. col. 3. nu. 3.

VVitleff de multiplicatione corporis Christi obie- ctio, & ad eam responsio. fo. 131. col. 2. nu. 4.

VVitleff replica ex Augustini uerbis prauē ab eo in tellectis desumpta, diluitur. fo. 131. col. 4. nu. 6.

VVitleff, uitans fidem fateri catholicam, quomodo in- cidat errorem reprobatorum Gentilium Democriti, & Leucippi, ostenditur. fo. 132. col. 2. nu. 1.

VVitleff calumnia, de terminis, quos ad expositionē fidei sacramenti ecclesia adiuuenit, quia non sint in usu scripturæ Canonice. &c. diluitur. folio. 133. col. 4. num. 1.

VVitleff, qui uetustate patrum hæresim suam corro- borat, & fidem elidit ecclesie, more quorundam Gallorum in partibus Masilie ciuitatis contra Au- gustinum, ut refert Prosper. &c. confutatur. folio 135. col. 4. nu. 1.

VVitleff prima ratio, impugnans accidens sine sub- iecto, & eiusdem ex philosophorum dictis solutio. Et plura de hoc ibi. fo. 138. col. 3. nu. 4.

VVitleff quomodo in materia de accidente, Parme- nis, & Anaxagoræ errores sequatur. fol. 141. col. 3. nu. 2.

VVitleff, qui omnes rerum possibilitates in definitio- nibus naturarum intendit ponere, confutatur. fol. 143. col. 4. nu. 2.

VVitleff glossa, dicentis Anselmum non concessisse accidens sine subiecto. Et ad eandem responsio. fol. 147. col. 3. nu. 2.

VVitleff glossa uolentis Hugonem non concedere ac- cidens sine subiecto, diluitur. fo. 148. col. 2. nu. 3.

VVitleff, qui secundum glossam suam uult Lincol- niensem non intellexisse accidens sine subiecto, con- futatur. fo. 149. col. 3. nu. 1.

VVitleff error primus, qui contra leges scripturæ extendit loquutionem figuratam ut propriam, & sine authoritate figuram transfert in locum pro- prium. fo. 151. col. 2. nu. 2.

VVitleff error secundus in materia de figuris, recen- setur. Et plura contra eum ibi adducuntur. folio 152. col. 2. nu. 4.

VVitleff, qui concedit Spiritum sanctum columban. &c. modo suo, ab Authore confutatur. Et multa contra eū ibi ex Anselmo, Gregorio Nissen, &c. adducuntur. fo. 155. col. 2. nu. 3.

VVitleff, qui dicit Augustinum solum reputatiue lo-

qui, quicquid de necessitate Baptismi scripsit, consu- tatur. fo. 170. col. 3. nu. 6.

VVitleff, qui peruertit textum Euangelij, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. &c. di- cens intelligi de aqua, quæ effluxit de latere Chri- sti, & non de aqua baptismali, confutatur. folio 177. col. 3. nu. 1.

VVitleff quomodo uincat Pelagium, & Vincentium hereticos, ostenditur. fo. 178. col. 1. nu. 2.

VVitleff, qui prætermissa necessitate Euangelij pro Baptismi perceptione, assignat necessitatem absolu- tam erroneam omnium futurorum, Augustini au- thoritatibus confutatur. fo. 187. col. 2. nu. 1.

VVitleff, qui dicit, q. in Baptismo non remittuntur peccata omissionis, confutatur. Et quomodo in hoc fatagit in perfidia superare Pelagium. fol. 189. co- lum. 2. nu. 1.

VVitleff, qui dicit, q. Christus non fuit sic chrismate unctus, ut nunc Christiani, & ideo non sit curan- dum de huiusmodi unctione, confutatur. fol. 197. col. 2. nu. 1.

VVitleff q. sit Donatista, & plusquam Donatista, cō- uincitur. fo. 202. col. 2. nu. 8.

VVitleff mendacium circa orantes, ab Authore dete- gitur. Et q. fuerint plures duobus Christi ecclesie designati, ostenditur. fol. 203. col. 2. nu. 3.

VVitleff, qui dicit, q. multitudo cleri est onerosa, & infundata in lege Christi. &c. confutatur. fo. 213. col. 1. num. 1.

VVitleff alter Pharao. fo. 214. col. 1. nu. 5.

VVitleff, qui ualide molitur contra fidem sacramen- ti ordinis propter culpam ordinantis, confutatur. fo. 216. col. 3. num. 1.

VVitleff, q. participet duplicem hæresim, Masilia- norū uidelicet, & Achaicorū. fo. 216. col. 4. nu. 2.

VVitleff, qui literas episcoporum testimoniales pro clericis ordinandis concernit, confutatur. fo. 203. aliās. 223. col. 1. nu. 1.

VVitleff nouum dogma (dicens, unius uxoris uirū, sic debere intelligi, ut cum una uxore contineretur uiuat) diluitur. Et plura de hoc ibi. fo. 226. col. 1. num. 2.

VVitleff, qui signa sensibilia, quæ sunt de ratione ec- clesiastici sacramenti, suspendit à sacramento matri- monij, confutatur. fo. 230. col. 1. nu. 1.

VVitleff dictum contra uerbum de præfenti, q. hæc conuertuntur (Te accipio in uxorem, & Te acci- piam in uxorem) multorum auctoritatibus dilui- tur. fo. 230. col. 3. nu. 2.

VVitleff, qui sanctorum patrum nuptijs nostras sat- agit coequare, culpatur. Et quid contra illius, & si- milium temeritatem dicat Augustinus. fo. 236. col. 4. nu. 9.

VVitleff, qui dicit confessionem auricularem esse hæ- resis inductiuam, & in scriptura infundabilem, confutatur.

confutatur. Et quomodo auctoritatem, & exemplū sumpserit confessioni ecclesie detrahendi ab Apo- stata Iuliano, Masilianis, & Iacobitis. fo. 236. col. 1. nu. 1.

VVitleff, qui arguit, q. propter anteriorationem sa- nationis leproforum, quibus Christus dixit, Ite, o- stendite uos sacerdotibus. ista ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis nouæ, confutatur. fo. 244. col. 4. nu. 1.

VVitleff, qui semper pugnat pro sua libertate, qua quis sit suo iudicio pro commissis, refutatur. Et plura ibi contra eū ex Augustino, Hilario, & Am- brofio adducuntur. fo. 250. col. 1. nu. 5.

VVitleff, qui potestatem clauium non considerat, sed fictitiam esse inquit, cōfutatur. fo. 250. col. 4. nu. 1.

VVitleff, qui ut ecclesiasticæ detrahat potestati, con- tra successorem Petri, merita Petri obtendit, Augu- stini, & Ambrosij auctoritatibus confutatur. folio 254. col. 4. nu. 3.

VVitleff contra confessionem sacramentalem cauilla- tiones, pro ignorantia proportionis pœnæ ad cul- pam, de minoritate scientiæ sacerdotis, & de incer- titudine confitentis, ex Augustino, Hugone, & Am- brofio, diluuntur. Et plura de hoc per totum Cap- itulum. fo. 262. col. 3. nu. 1.

VVitleff cauillatio contra confessionem sacramenta- lem pro incertitudine clauium. Et quid contra hæc ex Augustino Authore referat. fo. 264. col. 4. num. 2.

VVitleff prima accusatio contra confessores catholi- cos, de leuitate nimia. Et ad eam responsio. fo. 265. col. 3. nu. 1.

VVitleff aduersus confessores, de seueritate nimia, secunda accusatio, diluitur. fo. 266. col. 1. nu. 2.

VVitleff tertia contra confessores, quia confessos non produunt, accusatio, refellitur. fo. 266. col. 4. nu. 3.

VVitleff quid de ueniali, & mortali peccato dicat. Et multa ibi contra eum ex Augustino adducuntur. fo. 272. col. 4. nu. 4.

VVitleff, qui asserit nullum esse mortale peccatum, nisi finalis impoenitentia, & præsciti, Gregorij, & Augustini dictis ab Authore confutatur. fo. 176. col. 2. nu. 1.

VVitleff semper stolidus ostenditur. fo. 286. col. 2. num. 1.

VVitleff, quæ crimina in ministris sacramentorū ob- iiciat. fo. 286. col. 4. nu. 2.

VVitleff, qui in omni sacramento obseruat pro regu- la, quod sacramentum habet suum pretium ex me- rito sacerdotis, non omnino ex instituto Christi, & merito Saluatoris, confutatur. Et quomodo in hoc sit Donatista. fo. 285. col. 3. nu. 4.

VVitleff magistram suam extollentes, & sapien- tissimum iactantes, ut simplicium animas sub scien- tiæ falso nomine terreat, q. non sint audiendi, san- ctorum auctoritatibus ostenditur. fo. 2. col. 3. nu. 1.

VVitleff uolentes magistram suam VVitleff ex- cusare, dicentes non omnia asserere, quæ Episcopi, uel Patres ipsi imponunt, aut in dictis eius inue- niunt, q. nullo modo sint audiendi. fo. 4. col. 1. nu. 1.

VVitleff hæretici, quomodo à Pelagianis eorum patribus quasi hereditarium habeant mendacium, in quo conueniant, iactantes suum dogma laudatū in remotis partibus, in studijs generalibus, & potif- simum in Oxonia. fo. 4. col. 4. nu. 2.

VVitleff, qui roborant partem suam pro conu- nione sub utraq. specie, auctoritate Euangelij, Bi- bite ex hoc omnes, confutantur. Et quomodo illorū articulus, quo id petunt, sit hereticus. fo. 160. col. 1. num. 1.

VVitleff fraudum circa quasdam literas sigillo uniuersitatis Oxoniensis falso & furtiue signatas pro illorum falsæ doctrinæ approbatione. folio. 4. col. 4. nu. 1.

VVitleff uaria, & peregrina doctrina (ex qua in orthodoxos quosdam Principes, & uulga- res manauit opinio, q. author eorum VVitleff nun- quam fuerit per uiam suam ab ecclesia reprobatus, aut iudicialiter ab Episcopis in hæresibus condēna- tus) q. nullo modo sit audienda. fo. 6. col. 1. nu. 1.

VVitleff uesaniæ referantur, & potissimum Guillelmi cuiusdam Iacobi. fo. 50. col. 2. nu. 7.

VVitleff Berengarianorū hæresis de Eu- charistia, q. antecedit in malum hæresim eorū, qui sumebant Eucharistiam intinctam. fo. 156. col. 4. num. 4.

VVitleff obiectum ex Canone Gregorij, & ex Zofimo, diluitur. fo. 163. col. 2. nu. 2.

VVitleff error de laicis, circa sacramentorū ministrationem. Et quomodo sit contra Apostolum. fo. 215. col. 3. nu. 4.

Vulgi auctoritas, q. in fidei subtilitatibus non sit pe- tenda. Et quid de hoc dicant Seneca, Cælestinus Pa- pa, Lactantius. &c. fo. 80. col. 4. nu. 2.

FINIS.

R E V E R E N D I P A-
tris, Fratris Thomæ VValdensis, Theo-
 logi præstantissimi, atq; Carmelitarum in An-
 glia Prouincialis, in Tractatū de Sa-
 cramentis contra Wit-
 cleuistas,

P R Æ F A T I O.



Doctrinis varijs,

et peregrinis nolite abduci.
 Heb. 13. Regalibus iustis ue-
 stris obtemperans, inclite do-
 mine Angliæ rex Henrice,
 Christi gratia triumphator
 inuicte, doctrinalis antiquita-

tum ecclesiæ I E S V Christi contra Witcleuistas
 nostrates hereticos uolumen ingredior iam secundum:
 opus mihi arduum, et ingens, sed utinam tuæ Chri-
 stianissimæ charitati, quantum optatum, tam compe-
 tens, tam acceptabile, quam erit acceptum. Non latet
 hunc terrarum orbem quo stomacho istorum nouellorum
 hereticorum detestaris infamias. Prodit hoc te tacen-
 te ignis iugis supplicij: qui te uel magis in te Christo
 iubente in synagoga eorum frequenter exarsit, flam-
 ma combussit peccatores. Prodit hoc assistrix tua sa-
 pientia, quam regni pontificibus obtulisti, ut cum eis
 laboraret semper, arderet semper scire, quid eis acce-
 ptum esset coram Deo, omni tempore. At quis fide se-
 dulus, non gauderet eximie, cum tantus Princeps non
 diu post primæ unctionis, et fastus regij sacramentū
 gauderet se in causa Christi, et ecclesiæ primū erexij
 se uexillum, et super hoc deuotissimè Deo caneret,
 Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas
 ad prælium, et digitos meos ad bellū? Nec in hoc gau-
 dens, quod erratici spiritus, quibus inflantur heretici,
 subijcerentur ei: sed quia sperauit, tali auspicante prin-
 cipio, nomen suum in cælis esse conscriptum: sperauit
 se ex hoc heredem plusquam Ducis Guillelmi, ducis
 Moyse, qui libans Deo primitias probitatis, ut Israeli-
 tam erueret, iugulauit Ægyptium, successorem etiam
 fidelem instituens Gedeonis, nocte destruxit arā Baal,
 lucūq; succidit, et domorum latibula, in quibus Lol-
 laydi sua conuenticula celebrabant, docentes doctrinas
 Balam, et offerentes contra Christum heretica sacra-
 menta. Imitabatur ex animo Ezechiam in regno, qui
 plus alijs regibus in exordijs regni docuit populum
 audacter frangere simulacra opinionum, et hæresum,
 quas furor Witcleuisticæ prauitatis in regno conscut

psit: succidere lucos, altaria demoliri, quibus decepti
 uulgares, aut doctores eorum decumbebant in clero,
 et ne liberè docerent in ecclesijs, excelsis eis cathe-
 dras publica sanctione ecclesiæ fecerat interdicti. Hæc
 prima bella tibi præstituis, his galeis caput dedicas re-
 center coronatum. His ducibus, his regibus, tibi plus
 placet fide, quam Eduardis, et Henricis illustribus,
 alioquin regibus carne succedere. At uerò hoc ipso in-
 uitas me pauperulum seruum tuū, ut post Eliam pa-
 trem meum simili animositate decurram, quatenus in-
 uocatione I E S V Christi in hoc torrente scriptu-
 ræ paternæ octingentos pseudoprophetas gladio peri-
 nam uerbi Dei, uel certe magis, ut tu ipse perimas ho-
 stes Christi, qui omniuaq; cupis eos esse deuictos: pro
 ut in simili casu A M B R O S I V S loquitur ad Gra-
 tianum Augustum. Petis (inquit) a me fidei libellū san-
 cte Imperator profecturus ad prælium. Nosti enim fi-
 de magis Imperatoris, quam uirtute militum queri so-
 lere uictoriam. Nam et Abraham trecentos octodecim
 duxit ad bellum: et ex innumeris hostibus trophæa
 reportauit: signosq; dominicæ crucis, et nominis quin-
 q; regum, uictoricumq; turmarum subacto robore: et
 ultus est proximum, et filium meruit, et triumphū.
 Iesus quoq; filius Naue hostes, quos totius exercitus
 manu ualida superare non poterat, septem tubarum
 sacerdotalium sono uicit, ubi duces militiæ celestis
 agnouit. Ergo et tu uincere paras, qui Christum ado-
 ras, qui fidem uindicas, cuius a me libellum petisti.
 Hæc ille in principio primi libri ad Gratianum Au-
 gustum in præfatione, quæ incipit, Regna Austri-
 A V T H O R. Ad opus ergo properans expectatum,
 quod ueram doctrinam et tradit, et exprimit eccle-
 siæ I E S V Christi: simul oēs doctrinas demonū eli-
 minandas censeo hac uoce Apostoli, Doctrinis uarijs,
 et peregrinis nolite abduci. H A Y M O dicit in ex-
 positione huius textus, quod doctrinæ uariæ, et pere-
 grinæ noua dogmata sunt hereticorum, quibus abdu-
 cuntur, et separantur simpliciores a ueritate fidei.
 Quomodo autē sunt doctrinæ uariæ, A V G V S T I N V S
 N V S exponit sermone. 76. de uerbis Apostoli, dicens,
 Nemo uarietur: nemo leprofus sit doctrina inconstans,
 non ha-

Ambrosius.

Haymo.

Augustinus

A non ha-

non habens unum colorem, mentis lepram significat, & istam Christus mundat. Fortè in aliquo uariasti, & inspeixisti, & in melius sententiam commouisti: & quod uarium erat, unius coloris effectum est. Hec Augustinus. AVTHOR. Ecce uaria doctrinam dicit, quæ de lepra mentis erumpit, quam inconstantia parit, nec commutat in melius, quæ alterius coloris est in fundo scripturæ, alterius in garritu expositionis, uel assumptionis hereticæ.

Doctrina prima.

S V M M A.

- 1 Hereticorum hominum doctrina prima quæ sit.
- 2 Doctrina prima ecclesiæ Iesu Christi hereticorum doctrina primæ contraria.
- 3 Heretici, quod non habeant sermones Dei, quomodo fideles indocti debeant illud firmiter credere.

D R I M A ergo doctrina omnium hereticorum est transformatæ scripturas sacras ad detestabiles sensus suos: eadè uerba Dei, sed alieno sensu vestire. Contra quam prima est doctrina ecclesiæ Iesu Christi: nullo mentis ausu peregrino colore doctrinas cælicas variare, sed eò tantum sensu, & ritu expositionis uti, quem eis tinctor cælestis testimonio sanctorum patrum indixit. Vnde Beda in expositione primæ canonicæ Ioannis, tractans hunc textum. Sicut uinctio eius docet nos de omnibus. Significans, inquit, quia verax est eadè uinctio, id est, ipse spiritus, qui docet homines, mentiri non potest. Ideo sicut docuit vos, manete in eo, doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci: ea fide, eo ritu, quo ipse docuit, in illo manete. Hæc ille. AVTHOR. Et fideles indocti, si uelint esse fide constantes, debent firmiter credere, quod heretici non habent sermones Dei, neque sensum eorum, quia secretis Dei non interfunt, quæ rēte de tali heretico Esaias propheta. Quis enim adfuit consilio domini? Vbi Hieronymus libro. 4. commentarij, Nolite, inquit, credere o vulgus indoctum, prophetis uobis falsa pronuntiantibus, qui dicunt; Hæc locutus est dominus, Pax erit uobis. Vnde enim possunt Dei nosse secretum? aut quo annuntiante domini didicere consilium? Quomodo ad eos diuinæ dispensationis sermo peruenit? Hæc ille. AVTHOR. Bene dicit vulgus indoctum, quod credit unum hereticum habere sensum domini contra totam eius ecclesiam. Cui dicit Ioannes in epistola, Qui nouit Deum, audit vos. In hoc co-

gnoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris. Spiritus ecclesiæ est spiritus ueritatis. Spiritus omnis, qui contradicit ecclesiæ, est spiritus erroris. Hoc credite de Witcleuistis, & eritis vulgus edoctum.

Doctrina I I.

S V M M A.

- 1 Witcleff, & discipuli eius, quomodo sæpe obtendant auctoritates Augustini, Hieronymi, Chrysostomi, & aliorum sanctorum patrum ecclesiæ, contra catholicos.
- 2 Hereticus quidam quomodo contra sanctum Ambrosium per quæ improbè uerba Niceni Concilij allegauerit unatatum in Christo fuisse naturam.
- 3 Heretici omnes, quæ à sancta uniuersali ecclesia sint egressi, ostenditur.
- 4 Artemonis heretici Samosatensium hereticorum capitis, hæresis, quod Saluator purus homo, & absque Deo fuerit, quomodo antiquitus ab ipsis Apostolis traditum esse mentiuuntur.

Q Uidam hæc Witcleff, & discipuli eius contra catholicos auctoritates Augustini, Hieronymi, Chrysostomi, & aliorum sanctorum patrum ecclesiæ: frequenter itē dicta canonum, & Conciliorum magnorum, uociferans, & strepēs: sic habet Augustinus, ut doceo, sic lex papalis, & concilia. Quomodo ergo aduersa mihi docentes, & tenētes, non sunt heretici capitales? Propter has furias nolite abduci: nec citò moueamini filij ecclesiæ: doctrinæ istæ dico uobis sunt variæ, & peregrinæ. Caterum quomodo formidaret hereticus iste falsificare dictum Augustini, quādo non timet falsum testē facere textum Dei? Nūquid sæpe probaui, & monstrauit, & rursum infra monstrabo, Deo præstante, quomodo de scripturis falsò interpretatis hæresim suam semper nitatur obfirmare: & oēs sancti dicant omnes retrò actos hereticos fecisse similiter? Ita & omnes falsi prophetae patres eorum, scriptura teste, fecerunt. Ita ut dominus ipse querelā de eis faciēs, & populū suum monens, dicat Hiere. 23. Nolite audire uerba prophetarum, qui prophetāt uobis, & decipiūt uos, uisionē cordis sui loquētur, non de ore domini. Sequitur. Nō mittebā prophetas, & illi currebāt: nō loquebar ad eos, & ipsi propheta bāt. Si stetitissent in concilio meo, & nota fecissent uerba mea populo, auertissem utiq; eos à uia sua mala, & à pessimis cogitationibus suis. Et iterum. Audiui quæ dixerūt prophetæ prophetates in nomine meo mēdaciū, atq; dicētes, Sōnia somniaui. Vsq; quo istud in corde prophete

Doctrina prima hereticorum.

Doctrina prima ecclesiæ.

Beda.

Hierony.

prophetarum uaticinantium mēdaciū, & prophetarum seductionē cordis sui? Propheta, qui habet somniū, narret somniū, & qui habet sermonē meū, loquatur sermonē meum uerè. Ecce isti falsi prophetae loquebantur sermonem Dei, sed non uerè. Similiter pseudoapostoli deciperūt populū tēpore sancti Pauli, dicentes, Ita dicit Paulus: & sub nomine Pauli scribentes epistolas. Vñ. 2. ad Thessalonicen. 2. monēs eos, ut caueāt, Rogamus, inquit, fratres per aduentū dñi nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in idipsum, ut non citò moueamini à nostro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolas, tanquam per nos missas. Notatèr monuit Paulus fideles, ne citò mouerētur à sensu nostro, id est, apostolico: quia sensus est interpres uerbi, quæ quādiu homo retinet, in uerbis falli non poterit. Quid igitur ideò miraretur fideles, quod hereticus iste uerba canonum, uel conciliorum corrupta producat, uel ad sensum omnino à cōdentibus alienū? Sic item quidā hereticus contra sanctum Ambrosium uerba Niceni concilij allegauit, unam tamen in Christo fuisse naturam, per quæ improbè, cum ex toto nifu illud idē concilium duas in Christo naturas docuerit, & probarit. Vñ Ambrosius eum recitat, libro de incarnatione uerbi, parū ante mediū, sic scribens, Legi, quod non crederem, nisi ipse legissem. Legi, inquam, in cuiusdā libris sic positū, Organū, & eū à quo mouebatur organum, unius in Christo fuisse naturam. Quod ideò posui, ut ex scriptis nomē deprædatur actoris: & aduertatur, quis exquisitis argumētis, & phaleratis sermonibus, non posse uim ueritatis obduci. Et hic mihi frequenter Niceni concilij tractatū se tenere cōmemorat: sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed Dei uerbum unius substantiæ cum patre esse dixerūt. Sequitur. Quomodo ergo Niceni concilij nomē obtēditur, & noua inducuntur, quæ nunquā nostri sensere maiores? Hæc ille. AVTHOR. Videte qualiter hæresis ueritatē uocat in testem, sed per bonos iudices est ueritas liberanda. Quomodo, inquit, Niceni concilij nomē obtēditur, & noua inducuntur, quæ nunquā nostri sensere maiores? Quomodo item quādo Witcleff dicit legem Papalē affirmare panem esse corpus Christi, in ea. Ego Berengarius? Quomodo itē alia capitula decretorum, & Decretalium? Quo ausu pro parte heretica facri concilij, & canonum nomē obtēditur, quādo nunquā nostri sensere maiores? Sic mirū uidetur multis, qua temeritate mēdaci potuit is idem appellare sanctum Thomam, & doctorem subtile, & Gadauū, & alios doctores scholasticos;

in authenticos testes, quod non maneat accidēs sine subiecto in sacramento altaris, in tractatu suo de eucharistia? Sed heresis impudica erubescit nuditatem suam, ideò cōsuluit sanctos viros, ut sub simplici ueste patrum, lupum possit abscondere, & nedum abscondere, sed per antiquitatē, & probitatē testium cōparare catholicis, quæ ad modum amicus ille Iob typum gerēs heretici. Senes, inquit, & antiqui sunt in nobis multo uetustiores, quam patres tui. Super quo textu Gregorius. 1. 2. Moral. sic inquit, Quod omnes heretici à sancta uniuersali ecclesia sint egressi, testatur Ioannes, qui ait. Ex nobis prodierūt, sed non erāt ex nobis. Sed ut ea, quæ asserūt, cōmendare stultis mētibus hominum, quasi de antiquitate possint, antiquos patres se habere testantē atq; ipsos doctores ecclesiæ suæ profersionis magistros dicūt. Cuius præfentes predicator despiciūt, de antiquorum patrum magisterio falsa præsumptione gloriātur, ut ea, quæ ipsi dicūt, etiā antiquos patres tenuisse fateatur, quatenus hoc, quod rectè astruere non ualēt, quasi ex illorum autoritate cōfirmēt. Hæc Grego. AVTH. Bene dicit, ut ea, quæ ipsi dicūt, etiā antiquos patres tenuisse fateatur: & quæ rectè astruere non ualēt, quasi ex illorum autoritate cōfirmēt. Nōne Augustinus sensit hanc iniuriā irrogari sibi, dū uixit? Respiciatur liber retractationū eius, ubi dicit Pelagium hereticū posuisse in libro suo quoddam dictū eius de libero arbitrio, & purgat se ibi de assensu heretico. Petilianus itē in re ipsionibus suis allegat pro se Augustinum in materia de baptismo: & Augustinus librū edidit contra quædam capitula sibi falso imputata in materia de prædeterminatione. Credibile est si in carne uiueret, multo crasiorē librū iam scriberet contra innumera quasi capitula falso imputata per ipsum. Nō tamen aut hæc, sed ut omnibus Paganis impudētius mētiantur, iactāt scriptis, & uerbis innumeris sanctos patres ab antiquo etiā uniuersa Christi concilia ab apostolorum temporibus suam hæresim approbasse. Proinde cum auditis Witcleff, aut eius falsos sectatores dicere: Istæ nouæ sectæ unā nouā hæresim addiderūt contra patrum dicta, & scripturam Christi, & apostolorum eius, Nolite statim terreri uerbis fallacibus, sed patres ipsos ad loca, quæ iactat, exquirite, & uidebitis eum contra totam Christi ecclesiam falsam de eis iactasse sententiam, sed quæ didicisse sic facere ab Artemone heretico capite Samosatensium hereticorum. de quo scribit Eusebius lib. 5. ecclesiasticæ historiæ ca. 28. Hæc hæresis purus hominē, & absque Deo fuisse Saluatorem cōtendit. Idem antiquitus ab ipsis apostolis traditū esse mētiantur. Aduersum quos uerus ex-

Gregorius.

Augustin.

Petilianus.

Artemon. Eusebius.

his, quos supra memorauimus, ecclesiasticus scriptor, ita respondit: Aiunt, inquit, etiam ipsos apostolos ita vel suscepisse, vel ceteris tradidisse, sicut nunc ipsi asserunt, & hac veritate praedicationis esse seruata usque ad Victoris tempora: & quo successores scribentes aduersum gentiles, vel aduersum hereticos, est Iustinus, & Melciades, & Tacianus, & Clemens, & alij quod pluri de diuinitate Christi aptissime dixerunt: Irenaeus verò, & Melitonius, ceterorumque, qui per idem tempus fuerunt, volumina quis ignorat? Sequitur. Quomodo ergo tot seculis fide praedicata nunc isti asserunt, quod à Victore exordium sumpserit? Hæc ibi. A V T H. Ita Witcleff, quomodo non est confusus, quando Innocentium tertium criminatur de accedente sine subiecto, de presentia corporali Christi in sacramento, de confessione vocali, & huiusmodi, quæ dicit ante ipsum ecclesijs inaudita? Respice hunc Artemonem cum Victore Papa, & sic videbitis Witcleff mentiri, non Innocentium.

¶ Doctrina tertia.

S V M M A.

- 1 Witcleuiffæ magistrum suum extollentes, & sapientissimum iactantes, ut simplicium animas sub scientiæ falso nomine terreant, quod non sint audiendi, sanctorum auctoritatibus ostenditur.
- 2 Hereticorum frequens iactantia, quod nullus eos intelligat, à Hieronymo annotatur. Et quo ex his sunt sapientes seculi, hereticorum magistri, & Iudeorum Pharisei.
- 3 Figmenta mendacia, quod sint difficilia, & laboriosa.



Doctrina tertia. Extollunt Witcleuiffæ magistrum suum, & sapientissimum iactant, & prudenter, terrent animas simplicium sub falso nomine scientiæ, si tam perito scripturarum obaudiant, & dicunt orthodoxos, nec omnes, qui superstites sunt, posse dicere, quæ dicta sunt. Huic autem blasphemiae in prologo alterius voluminis, ecclesiæ documenta subscripsi. Sed recole dixisse Augustinum in principio libri de unico baptismo ad Constantinum, quod ipse sæpe ad eadem obiecta diuersa responderit, tum propter tarditatem quorundam ingenij, qui & si non per hæc verba, retento sensu, tandem intrabunt per alia: tum ut res multiplicata ad multorum manus accedat. Respondere, inquit, diuersa sentiētibus sapientissime cogimur etiam de ijs rebus, quas alij atque alij sermonibus frequentauimus. Quod

Augusti.

utiliter existimo fieri, ut propter eorum ingenia tardiora, qui putant aliud dici, cum aliquid legunt, aliter dici: & propter ipsam disputationum copiam, ut non solum ad diligentiores res rara perueniat, sed quodlibet est multis in manus etiam negligentioris incurrat. Hæc ille. A V T H O R. Hoc autem, quod de sapientia doctoris sui, quod de nostra tarditate, & eius altitudine sermonis extollunt, de hereticis frequenter iactatum legi: de orthodoxis autem quātūcūq; subtilibus inauditum. Et ideo in hoc ipso, quod laudare magistrum querunt, humiliat, eo quod Sapiens dicit Prover. 13. Doctrina prudentium facilis. Aut ergo predicet magistrum suum, ut intelligatur à fidelibus, facile: aut verè (ut est) arguat imprudentem. Beda. super illo textu, lib. 2. dicit. Doctrina prudentium facilis tunc erat, quando Cornelius cum omni domo sua, & ceteri tales verbum humiliter audientes mox credebant: & accepto Spiritu sancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quoque doctrinam fidei catholicæ prudens quisque dum catechizatur, facile percipit, quam heretici, quia peruersè quarunt, nunquam prorsus inueniunt. Hæc ille. A V T H O R. Et Hieronymus adaptat sibi, & similibus illud Esaiæ. 29. Veh qui profundi estis corde, ut à domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera eorum, & dicunt, Quis videt nos? & quis nouit nos? peruersa est licet nostra cogitatio. Vbi Hieronymus in explanationis libro. 9. sic. Aduersus eos dicit, de quibus supra dixerat, Perda sapientiam sapientium, & intelligentiam prudentium reprobabo: etiam nunc Dei sermo dirigitur, qui sapientes sunt in semetipsis, & in conspectu suo prudentes: de quibus rectissime illud intelligi potest, Defecerunt scrutantes scrutiny, cum scriptum sit de Dei sapientia. Si enim quis perfectus fuerit in filiis hominum, absque tua sapientia in nihilum reputabitur. Qui dicitur arbitratur Deum suum nescire consilia, quia in tenebris sunt opera eorum, & dicunt, Quis videt nos? aut quis nouit nos? Hæc autem dicunt & sapientes seculi, aut hereticorum magistri, & Iudeorum Pharisei, quod nullus eos intelligat. Hæc Hieronymus. A V T H. Blasphema ecce trinitas præceptorum solet ita dicere, quod nullus eos intelligit. Nos autem non ita dicamus de aliquo orthodoxo, quia non hoc consuevit ecclesia Iesu Christi. Et in 2. lib. contra Rufinum Hieronymus. Dydimi interpretaris exodion, in quo ille casso labore conatur alienum errorem defendere, quod Origenes quidem bene dixerit, sed nos simplices homines, & Cicures Enniani, nec illius sapientiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus. Hæc ille. A V T H O R. Sed & fieri potest, ut qui intelligibilis

Hierony.

Hierony.

Cicures Enniani.

Hierony.

intelligibilis nobis esse negatur, fuerit etiam minus intelligibilis sibi ipsi. Certè ubi errauit, ibi nefcius sibi fuit. Sicut & idem Hieronymus lib. 1. contra Rufinum, versus finem sic attestatur. Quid ad te pertinet, si alius non intelligat quid velis dicere, cum non ad omnes, sed ad tuos loqueris? Denique & ego scripta tua relegens, quando interdum non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me legere putem: tamem non doleo, nec me poenitet tarditatis. Id enim in legendo patior, quod tu pateris in scribendo. Hæc Hieronymus. A V T H. Quid ergo erit nobis graue, quod nouum Arium, aut Philetum non datur intellexisse quod scriperit, qui non omnibus, sed suis clericulis calamum tinxerit: & hoc ille patitur scribens, quod nos dum legimus, putamus quod se non intellexerit? Saltè quod tulit, puidus & profundus doctor Hieronymus ab æmulis suis, nos mediocriter feremus à nostris. Non dubium quin veri fideles cupiant esse faciles in dicendo, cum contra heretici, quia laborant tegere quod medaciter proferunt, obscure loquatur. Vnde Augustinus de vera innocentiâ, propositione. 67. Difficilia sunt, & laboriosa sunt figmenta mendacij. Qui enim vult verum dicere, non laborat: quietiores enim sunt boni, quam mali: & absolutiora sunt verba veracium, quam commeta fallacium. Hæc ille.

Augustin.

3

¶ Doctrina quarta.

S V M M A.

- 1 Witcleff sectatores, uolentes magistri sui purgare infamiam, dicentes, quod non ea docere studuerit, in quibus eum maculauit ecclesia, reijciuntur.
- 2 Origenistæ taxantur à Hieronymo.
- 3 Origenis errores describuntur.
- 4 Witcleff errata recensentur.
- 6 Iudeorum inter Christianos permansio, quid utilitatis afferat.
- 6 Chartis hereticorum quod conuincantur heretici.



Doctrina quarta varia, & peregrina istorum Witcleuiffarum est, quæ sectatores Witcleff nituntur magistri sui purgare infamiam, & dicunt, quod non ea docere studuit, in quibus eum maculauit ecclesia, sed dicunt fratres libros eius iam corrupisse post mortem, & deprauasse sententias. Sed idcirco docet ecclesia filios suos, ne huic fallaciæ hereticorum corda relaxent, sed firmiter æstiment, & nouerint iuste sanctos patres, & perfidiam, & auctorem eius condemnasse sub nomine. Nam ipse cum superstes esset in cõ

cilio prouinciali sanctorum episcoporum Londonijs, in conclusionibus, & peruersis dogmatibus suis iustam tulit sententiam. Ipse autem ut dignè censeretur hereticus, eadem tuebatur, & defendebat. postmodum in secunda parte sermonum, & in Trialogo, ita, ut pudeat sectatores suos contra os proprium velle purgare magistrum. Testantur item, & conuincunt eum super peruerso dogmate libri, quos à discipulis suis inquisitores vi tollunt, quos ipsi contrario magnificant, docent in angulis, & in alias terras deferunt, & scribendo multiplicant. Sed quia conformem sibi locum inueniunt argumenta Hieronymi, duco in publicum quæ ipse armata penna contra fautores heresum Origenis inuexit, quorum vnus asseruit errores illos additos, ac insertos libris suis ab hereticis. libro. 2. contra Rufinum sic scribens. Respondeat unde illi orta sit suspicio hæc ab hereticis addita. Quia, inquit, de eisdem rebus in alijs locis eiusdem authoris catholicè dictum legeram. Videamus quod primum est, ut ordine venerit ad secundum. Probo quod ego inter multa Origenis mala hæc maxime hæretica, Dei filium creaturam, Spiritum sanctum inanimatum, Mundos innumerabiles æternis sibi seculis succedentes, Angelos versos in animas hominum, Animam Saluatoris fuisse, antequam nasceretur ex Maria, &c. Hæc in Origenis libris ego hæretica doceo, tu ostende, in quo eius opere his contraria legeris. Nolo dicas, quæ de eiusdem rebus in alijs locis eiusdem authoris catholicè dicta legeram. Nec me mittas ad sex millia eius libros, quos legisse beatum Papam Epiphanium criminaris, sed ipsa loca nomina. Nec hoc mihi sufficit, nisi dicta eadem ad verbum protuleris. Non est fatuus Origenes: & ergo sibi contraria loqui non potest. Hæc ille. A V T H O R. Et ego etiam contra fautores Witcleff his rationibus Hieronymi quare non utar? Non est nouella hæc excusatio, quam assertis: sed non video nisi solis hereticis vtilem. Dicitis à fratribus, non dicitis hereticis, hæc addita mala: quanquam sine heretico dolo, ut arbitrator, addi non possent. Sed ubi ergo in operibus eius illorum error ipsius assertionem legetis opposita? Ipse dixit, & asseruit, quidlibet esse Deum. Deum esse vilissimam creaturam, quia materialè essentiam. Corpus Christi in sacramento esse aliquid peius testudine, vel rana. Religione comuni populi Christiani nullam esse in ecclesia meliorem. Totum cœtum episcoporum, & Paparum à Syluestro deinceps esse vnū corpus Antichristi. & talia plura. Vbi in operibus eius reperietis eum asse-

Origenistas taxat Hierony.

Origenis errores.

Errata Witcleff.

ruisse contrarium? Non me mittas ad multas eius chartulas, quas conscripsit. Non mihi sufficiet, nisi sicut dixit Hieronymus, eadē dicta sana ad verbum protuleris. Non erat fatuus Witcleff, vt dicitis, ergo contraria sibi ipsi loqui non potest: & sicut addit bene post in eodem libro Hieronymus. Alioquin omnia, quæ hæretica sunt, nō erūt Origenis, sed hæreticorum. Omnes aut propemodū illius Tomi his erroribus pleni sunt. Nihil Origenis erit, sed eorum, quorum ignoramus vocabula. Hæc ille. A V T H O R. Ita dico, si ista hæretica nō sunt Witcleff, quia fingi possunt esse fratrum, sic omnia, quæ sunt hæretica, non erunt Witcleff. Et cum nō sit vel schedula eius à talibus libera, nihil tamen erroris erit Witcleff: imò nec alicuius ante eum hæretici, sed bene dicta erunt illorum forsā: peruersitates autem hæreticæ erunt illorū, quorū ignorant vocabula. Sed iterū ego solebā interrogare, cuiusnā sint peruersitates, quas prædicant discipuli Witcleff, & à quo doctore acceperint illas? Si illæ fuerunt corruptiones fratrum, quare sic odiunt fratres? Cur persequuntur ita magistros? Quare etiam fratres ab exordio prædicāt, docent, latrant in omni schola, in omni ecclesia cōtra corruptiones illas, cōtra dogmata, nō (vt ipsi dicunt) aliena, sed propria? Saltē respiciant ipsi corruptelas fraternas: nolint hæreses illas defendere, quas (vt dicūt) nō Witcleff veridicus doctor, sed falsi fratres invidentes claritati nominis eius inseruerūt post obitū. Detestentur palam, abiurent vt noxiū, abnuant vt dogma corruptū, q̄ panis naturalis sit Eucharistiæ sacramentū, q̄ solū figuratiter, & nō in absoluta essentia sit ibi corpus Christi, q̄ Deus est quidlibet, q̄ summus Pōtifex propter dotē est manifestus Antichristus, & similia. Nā si ista sunt dogmata Witcleff, ritē debuit condēnari. Si sunt corruptelæ fraternæ, quis eos seduxit sequi peruersitates fratrum, quos t̄m abhorret, & omnibus vijs prædicāt abolēdos? Sed ꝑ̄ idcirco dñs noster Christus voluit permanere Iudæos inter Christianos, vt ipsi nobis essent testes de gestis, & prædicatione Christi, dicente Psalmista, Ne occidas eos, nequādo obliuiscātur populi mei. & Augustino super Psal. 40. in fine. Modò fratres nobis seruiūt Iudæi tanq̄ capfarij nostri, erudiētibus nobis codices portant. Sequitur. Apud illos sunt prophetæ, & lex, in qua lege, & prophetis Christus prædictus est, quādo agimus cū Paganis, & ostendimus hoc venire modo in ecclia Christi, quod ante prædictū est de nomine Christi, de capite, & de corpore Christi: ne putēt nos finxisse

illas prædicationes, ex his rebus acciderunt: quas si existimāt nos cōfinxisse, pferimus codices Iudæorū: nepe Iudæi inimici nostri sunt, chartis inimici cōuincitur aduersarius. Hæc ille. A V T H O R. Ita ꝑ̄ ergo chartis hæreticorum cōuincētur hæretici: ipsi inimici nostri sunt, de ipsorū libris proferimus, quid ipsorum doctor docuerit, non quod nos ipsi cōfinximus. Ipsi capfarij, ipsi codices nobis ferunt. Sic dñs Iesus Christus in euāgelio suo dogma Pharisæorū interfert, Quicūq; iurauerit per tēplū, nihil est, qui aut iurauerit in auro tēpli, debet. Sic egregius Augustinus disputatur cōtra Iulianū per. 6. lib. cōtra Faustū per. 2. 2. libros, cōtra Manichæū in epistola fundamēti, contra eundē de natura boni, propositiones semper assumit hæretici: & tandē solutiones suas submittit. Sic dicit æquē sanctus Ambrosius lib. de p̄re, & filio ad Gratianū Augustū. ca. 7. q̄ sancti patres interferrere sacrilegia dogmatis Arianī libris suis, vt ipsa peruersitas se proderet. Deus, inquit, ex Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, ex patre natus, nō factus, vnus substātiæ cū patre. Sic nepe nostri secū dum scripturas dixerūt patres, qui etiā sacrilega dogmata ideò suis inferenda putauere decretis, vt Arij perfidia ipsa se proderet, ne quasi fucus quibusdā, & coloribus illita, velaretur. Fucū enim faciūt, qui nō audēt explicare qd̄ sentiūt. Censoriē itaq; impietas Ariana, nō expositione referatur, sed dānatione detegitur, vt qui curiosē gestit audire, prius dānam cognosceret, ne laberetur, quā expositā audiret vt crederet. Hæc ille. A V T H O R. Volo ergo satisfacere credituris, vt caueāt, & errantibus ne insultent contra nos, q̄ aliud imputemus, vel aliter, q̄ ipse scripserit. Ipsa verba eius producentur in medium cum annotatione locorum, & nedum hoc, sed cum fucum facit, vt dicit Ambrosius, deprehēdatur, & si nō à me, tamen ab alijs. Fucum enim interdū facit, non audens explicare quod sentit. sicut in. 2. parte de sermone Dñi in monte, in materia de Eucharistia dicit patere posse quod sentit scienti camerare verba sua. Et lib. de ideis, q̄ nō esset dicendum rustico, q̄ equus esset Deus eius.

¶ Doctrina quinta. S V M M A.

- 1 Witcleuista uolētes magistrū suū Witcleff excusare dicētes nō omnia asserere, quæ episcopi, uel patres ipsi imponunt, aut in dictis eius inueniūt, q̄ nullo modo sint audiendi.
- 2 Pilati percontationes, tribunalia necis Christi excercendo, notantur.

Hæretici

- 3 Hæreticus q̄ semper sit in biuio, iungendo ueritatem mendacio, aut saltem uerisimile ueritati componendo.
- 4 Disputatoris fidelis & infidelis conditiones ab Augustino assignantur.
- 5 Hæreticorum priscorum mos peculiaris circa hæreses suas, semper producere illas sub tertia persona, quasi alij hoc dixissent, & non ipsi.



Doctrina quinta Witcleuistarum varia, & peregrina est, q̄ ꝑ̄ magister suus Witcleff non omnia asserit, quæ Episcopi, vel fratres ipsi imponunt, aut in dictis eius inueniunt. Quia inquisitione, inquit, aut argutiue multa dicit, quæ asserere non proponit. Sed econtrario docet, & monet ecclesia Iesu Christi, ne in his friuolis excusationibus permittāt sibi Witcleuistas nidificare prostibulum. Nā ubi Witcleff assumptū suum hæreticū ratione corroborat: & falsē tortis scripturis, & patrum dictis defendit, & sine solutione, aut declaratione ueritatis oppositæ cum multiplici blasphemia, & aggeribus scandalorum quā bene tutum reliquit præsidium, qualiter tibi uideri potest, cum sola argutione, aut tentatiua inquisitione procedere? Vbi tu uides, ubi me latet cor eius hereticum? aut quia tantūm arguit vel interrogat? Aut putas solum argumentum non posse proficere, vt causa hæretica ualidē militet, subuertat efficaciter? Respicere attentius coloratū biuium Tullianum: quāta vi ratiocinatio, aut concinna subiectio causam exaggerat, quali cuspide vulnerat aduersantem. Interrogatio sola non citius porrigitur, quā soluitur. An ꝑ̄ nō erunt isti tunc solidi aduocati ad excusandum Pilatū, qui hoc modo penē semper inquirendo exercet tribunalia necis Christi? Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Quid faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Quid enim mali fecit? Regē uestrū crucifigā? Mihi nō loqueris? Nescis, quia potestātē habeo crucifigere te? Quid est ueritas? Et vt scires more Rhetorico etiam planā asserentis, & affirmantis mentē in nuda ratiocinatione, vel interrogatione ueritatis, cum Christū interrogat argumēto cōcludēs, Ergo rex es tu? Christus hoc eum asseruisse respondit, Tu dicis, inquit, quia rex sum ego. Egeni ergo Rhetorici hoc modo excusant hereticū. Non affirmat, quia interrogat, argumentatur, vel inquit: imò affirmat, & eo arctius, q̄ sic argumētatur, & nō soluit. Sicut uir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cū fuerit deprehen-

sus, dicit, Ludēs feci. Prouerb. 26. Eo em fallere intendit simplicē, & eo si deprehēdatur, aut agere. Sēper ꝑ̄ in biuio est hæreticus, & semper iungit ueritatē mendacio, aut saltē uerisimile cōplicat ueritati: sicut idola Paganorū amphibologica cultoribus suis solebant dare responsa. Hieronymus scribit in illud Esaiæ. 41. Hæc, quæ uetura sunt, indicate nobis. Si aliquis dixerit, multa ab idolis esse prædicta: hoc sciendū, q̄ semper mendaciū iunxerint ueritati: & sic sentētias tēperarint, vt seu boni, seu mali aliquid accidisset, utrumq; posset intelligi, vt est illud Pyrrhi regis Epirotarū. Aio te Bacida Romanos vincere posse. Et illud Croesi. Croesus Halym trāsiens, perdet exercitū. Et tandē in fine expositionis huius. Quicqd̄ de idolis, & gentibus diximus, referam⁹ ad dogmata prauitatis, & ad principes eorū hæresiarchas, q̄ Christo pacē ecclesiæ nūntiant, & mōstrāte eis ueritatis uia, ipsi sequantur. Hæc Hierony. A V T H. Ita igitur hucusq; proficit disputatio Witcleuistica, vt cautē illaqueet innocentē, & tū possit defendi ante iudicē. Quo cōtra disputator fidelis planē arguit, nullū fallit, & ne ipse fallatur, præcauet: quē admodū Augustinus cōditio Augustin. nes utriusq; fidelis scilicet disputatoris, & infidelis assignat lib. 1. cōtra Grefconiu Grāmaticū, ca. 17. Qui, ꝑ̄ inquit, disputat, quid sit uerū discernit disputādo à falso: qd̄ qui nō possunt, cum Dialectici uideri uolūt, per insidiosas interrogationes captāt in eautorū assensio- nes, vt ex eorū respōsionibus cōcludant, uñ illos, vel in aperta falsitate, deceptos rideāt, vel occulta falsitate deceptis persuadeāt, quā plerūq; etiā existimāt ueritatē. Qui aut uerus disputator est, id est ueritatis à falsitate deceptor: primò id apud seipsum agit, ne nō rectē discernens, ipse fallatur, quod nisi diuinitus adiutus peragere nō potest: deinde cum illud, quod apud se agit, ad alios docēdos profert, intuetur primitus, quid iā certi noueriat, vt ex his eos adducat ad ea, quæ nō nouerāt, vel credere nonlebant, ostēdens ea cōsequētia his, quæ iā sciētia, vel fide retinebāt: vt per ea uera, quibus se prospiciūt cōsentire, cogātur alia uera, quæ ne gauerāt, approbare: & sic uerū, qd̄ fallum antea putabatur, discernatur à falso, cum inuentur cōsentaneū illi uero, quod iā antea tenebatur. Hæc August. A V T H. Ecce duplex disputatorū genus. Cuius generis est Witcleff uerster, quē defenditis: nōne cum arguit, aut inquit, & inquisitio ipsa est hæretica, si nō subiungat ueritatē respōso, aut hoc intēdit habere p̄ uero, vel facit vt p̄cōnā rideat innocētis: & uerūq; modo falsus est, & disputator hæretic⁹?

A 4 sicut

Hierony.

Ironia uide sur.

Errata Vitcleff.

Iudæorum utilitas.

Augustin.

Ambrosius.

Hierony.

Augustin.

Pilati percontationes.

sicut iam docuit Augustinus. Per insidiosas, inquit, interrogationes captant incautorum assensiones, ut concludant vel in aperta falsitate rideant, vel occultam falsitatem deceptis persuadeant. Idcirco catholici doctores si tale quid interrogent, statim veram solutionem aptant, ut veritas pateat dicendorum. Quod autem dicitur esse aliena promouere quandoque; quibusdam inscijs lectoribus eius esse videtur, quantum noui nullus scriptor catholicus, qui contra eum ante hoc scripserit, sic offendit, ut haec illius esse dixerit. Sed hoc noui, quod isto modo priores haeretici suas haereses produxerunt sub tertia persona: quasi alij hoc dixissent, & non ipsi: erubescetes contra fidem ecclesiae suas proderent nouitates: qualiter Pelagius putari potest fecisse: & detegit Augustinus epistola ad Marcellinum ca. 3. Nos, inquit, non negligenter oportet aduertere istum (sicut eum, qui nouerunt, loquuntur) praecauendum virum hanc argumentationem contra peccati propaginem, non ex propria intulisse persona, sed quid illi dicat, qui eam non approbat, intimasse. Nec solum hoc quod modo proposui, eique respondi: verum etiam caetera, quibus me in illis libris iam respondisse recolui. Nam cum dixisset, Si Adae, inquit, peccatum etiam non peccatis nocuit: ergo & Christi iustitia etiam non creditibus prodest, quod in ijs, quae respondi, cernis, quam non solum non expugnet, quod dicimus, sed etiam nos admoneat quid dicamus, secutus adiunxit. Deinde ait, Si baptizatus mundet antiquum delictum: & illud quoque addit, inquit, quod si anima non est ex traduce, & c. Dicit etiam, inquit, nulla ratione concedi, & c. Vnde subdit Augustinus. Vides ne obsecro quemadmodum hoc totum Pelagius non ex sua, sed ex aliorum persona indiderit scriptis suis? vsque adeo sciens hanc nescio quam esse nouitatem, quae contra antiquam ecclesiam insitam opinionem sonare nunc coepit, ut eam ipse confiteri, aut verecundatus, aut veritus fuerit. Sequitur infra. Sed fieri potest, ut etiam istorum argumentis, qui contra peccati traducem sentiunt, adhuc fortasse moueatur, ut audire, vel nosse quid contra eos dicatur, expectet. Haec Augustinus. AVTHOR. Ecce biuium Augustini, quod Pelagius intulit haec argumenta ex personis aliorum, quia erubuit propria confiteri, imo ipse non esse, assentatores eius dixerunt: & sic amouerunt Augustinum de multis responsis, quae tanquam ipsi Pelagio praeparasset. Vel forte erat aliorum: sed quomodo alius eis responderet, expectat, & tunc subdit Augustinus. Ego autem & si refellere istorum argumenta non valeam, video tamen inharendum esse scripturis. Haec ille. AVTHOR. Ita quantum possum consequar Augustinum possuisse, quod ipse sunt, quis ut non sua quaedam ex

Quod aliena non impu-
nent VVite-
cleff.

Augustin.

aliorum persona pronuntiet: sed erubescit dicere propria, quia tam pijs auribus sunt absurda. Nec existimandum est eum, qui a cunctis penes retroactis haeticis aliquam haeresim sapuit, magistrorum suorum velle praeterire cautelas. Vel sint aliena, & si ipsi non placeant, aut pro eo non militent, non sint eius, saltem, ne seducant simplices, qualiter eis respondeatur, expectet, & tandem haereat veritati.

¶ Doctrina sexta.

S V M M A.

- 1 Witcleuistarum fraus circa quasdam literas sigillato uniuersitatis Oxoniensis falso, & furtiue signatas pro illorum falsa doctrinae approbatione.
- 2 Witcleuista haeretici quomodo a Pelagianis eorum patribus quasi hereditarium habeant mendacium, in quo conueniant, iactantes suum dogma laudatum in remotis partibus, in studijs generalibus, & potissimum in Oxonia.
- 3 Oxoniense studium quomodo per decretum publicum duodecim electissimorum uirorum, plusquam ducentarum haeresum Witcleff dogma deleuerit, & codices concremauerit.



Doctrina sexta, per quam abducunt fideles doctrinis suis varijs, & peregrinis haeretici Witcleuistae affirmantes voce valida, quod doctrina sua sit laudata in remotis partibus, & in studijs generalibus, Parisijs, Oxonia, Bononia, & per fines Hispaniae, Angliae, & Franciae comprobata. Vnde, sicut fertur, literas approbationis Oxoniae, quas apud Pragenses pro grandi authoritate monstrarunt. Sed nolite abduci fideles ecclesiae, stante super petram, & in hac ventilatione haeretica sitis grana, non paleae: cum primo flatu haeretico de Christi area dispergendae. Hic mos haeticis Witcleuistis relictus est a patribus eorum Pelagianis, quasi hereditarium mendacium, in quo conueniant. Vnde Augustinus ita recitat Pelagianos fecisse libro quarto contra duas epistolas Pelagianorum in fine. Quid, inquit, est, quod rabiosa mentis caecitate nunc iactant toto penitus occidente non minus stultum, quam impium dogma esse susceptum? Quandoquidem domino miserante, suamque ecclesiam miserericorditer gubernante, sic vigilauit catholica fides

VVitecleuistarum laus.

Augustin.

¶ Doctrina septima.

S V M M A.

- 1 Papae quod sit obediendum contra Witcleuistas, dicentes non esse illius monitis attendendum, aut decretis, appellantesque illum Antichristum.
- 2 Criminari ab inimicis ecclesiae, quod non sit parum parumque gloriosa consolatio.
- 3 Regum criminatio recusetur.
- 4 Haeticorum mos peculiaris, iudices, & errorum suorum aduersarios, diris semper insectari calumnijs, etiam quos ante palpabant.



Doctrina septima varia & peregrina Witcleuistarum, de qua moneo fideles ecclesiae, ne abducantur, aut se permittant abduci, est, quod non sit attendendum monitis, aut decretis Papae: imo, cum displicet, resultandum, & imputandum esse ipsi, quod non recte doceat secundum scripturae varietatem: & appellari debere Antichristum potissimum & haeticum profundatum audietis frequenter: nam libelli eius his replentur blasphemijs. Attendite fideles, Papae obediendum. quid lex domini dicat Deuter. 17. Qui superbia non obediens obedire faceret imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, in decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de medio Israel: cunctusque populus audiens, timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Praeceptum hoc morale, nullus ambigit auditus: quod ne per tortuosum aliquem Witcleuistam dicatur intelligendum de summo sacerdote Christo, textus adiunxit, Qui eo tempore ministrat domino Deo tuo. ita per vicissitudinem temporis sacerdotem temporaneum distinguens a perpetuo, & eo, qui semper est viuens ad interpellandum pro nobis. Et quid si dicat filius contumax patrem suum haeticum, non ideo liber morte euadet, quam lex sacra taxauit? quia sic populus Chamica, sic semine Chamica, & non Iuda: sic viperarum genimina quotidie viscera paterna dirupunt: & non solum sanctos, sed & sanctissimos, peritissimos, & fidelissimos arguunt infideles, reprobant inhonestos, iudicant imperitos. Respice etsi non a primis Dominata illi psbyterum (contra quem beatus Augustinus librum scripsit de vnico baptismo) qui superbia despexit papas Romanos, & eius clerum, quia contra suam haeresim decreta praescripserat. Quid ergo iam opus est (inquit) ut episcoporum Romanae ecclesiae, quos incredibilis calumnijs infectatus

Papae obediendum.

Augustin.

fides, ut non minus stultum, quam impium dogma, quemadmodum Manichaeorum, ita etiam non susciperetur istorum. Haec ille. AVTHOR. Ita nempe quia veros non possunt, falsos sibi fauores accumulantes, & amicos suae peruerfitatis mendaciter iactantes, ne testibus destituti, vilescant. Sed sicut Pelagiani capti sunt, ita non dubium in mendacio vestro capti sunt Witcleuista: quando felix Oxonia assumet contra vos sententiam Esaiam dicentis. Fortitudo maris ait: non parturui, neque peperui, neque enutriui iuuenes, neque exaltaui virgines. Cum autem auditum fuerit in Aegypto: apprehendet eos dolor super Tyro. Hieronymus ibidem in commentario lib. 7. Non enim (inquit) parturui, neque peperui, nec captos a te enutriui iuuenes, nec eleuaui virgines: quarum stultitia in euangelio condemnatur. Mea enim parturitio, & partus, & nutrimentum, & eleuatio virginum, apostolorum Christi parturitione deleta est: quorum vnus loquebatur, Filioli mei, quos parturio iterum, donec Christus formetur in vobis. Cum hoc Aegyptus audierit, quae haecbraice dicitur Mesraim, quod interpretatur tribulans, & coarctans: etiam ipsa terrebitur, se quoque intelligens eadem, quae Tyrus passa est, esse passuram. Quod cum ad omnia vitia referatur, potest & in haeseon diuersitate sentiri: quando alia capta haesi, alia pertremisit: & in alterius confusione alter capiendum esse se sentit. Haec ille. AVTHOR. Captus est Pelagianista in falso allegatis coplicibus Occidentis: quia plane ab omni Occidentis ecclesia condemnatus, aufugit. In hac iterum confusione Witcleuistarum turba capiendum se sentit, quando audietur in mundo quomodo per publicum duodecim electissimorum virorum decretum Oxoniense studium plusquam ducentarum haeresum eius dogma deleuit, & codices concremauit. Tunc potuit audisse Husita Bohemus fortitudinem maris, Britannicae scilicet insulae, dixisse fortem Oxoniam: Non parturui, neque peperui iuuenes Witcleuistas, non ipsos in sua peruerfitate nutriui: nec has stultiuagas virgines exaltaui, imo depressi: & quantum ad me attinet, in synodo sanctorum antistitum aut corripiendas, aut extra ecclesiae ianuas excludendas, abiciendas, & conculcandas penitus postulauimus.

Hierony.

Aegyptus.

infectat? est, obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus, & presbyteri eius Melciades, Marcellus, & Syluester traditionis codicū diuinorū & thurificatiōis ab eo crimine arguuntur. Sed nunquid ideo etiā conuincuntur, aut cōiuncti aliqua documentorū firmitate monstrantur? Ipse sceleratos, & sacrilegos fuisse dicit, ego innocētes fuisse respōdeo. Quid labore probare defensionē meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationē suam? Hæc Augustinus ibi cap. 22. & cap. 14. AVTHOR. Idem calumniator hæreticus maledicis verbis infectatur multos episcopos Circensis ecclesie, inter quos gaudet Augustinus se maledictorum esse participē. Nō sane (inquiens) parua est parūq; gloriosa cōsolatio cuiuscūq; nostrū, si ab inimicis ecclesie cū ipsa ecclesia criminatur. Hæc ille. AVTHOR. Sic itidē eundem sanctum Augustinum, quia cōtra eorum hæresim viriliter insudabat, Petilianus, & sui incredibiliter infamabant: & respōdet Augustinus, q̄ non sic fuisset maledictus, si cū eis fuisset hæreticus: & prouisis sibi remedijs contra falsa crimina, inter cætera intulit. Nesciēs (inquit) mercedi Augustini additur, quæ sciēs detrahit. Lib. 3. contra eundē Petilianum cap. 6. Ita etiam nō tantū papas, episcopos, & clericos, sed & religiosos monachos mordaciter criminantur: & ne quem seuarēt illæsum, in principes christianos Cōstantinū, Piū, & alios, infamias pessimas instaurabāt, dicētes. Quid aut nobis est cum regibus seculi, quos nunquā christianitas nisi inuidos sensit? Quod, vt breuiter doceā, Machabæos fratres rex persecut⁹ est. Rex quoq; tres pueros. Rex quæsiuit aīam pueri saluatoris. Rex iustissimū Danielē ferinjs moribus (vt putabat) obiecit. Ipseq; dñm Christū iudex nequissimus regis occidit, & cætera multa, penē folio magni libri. Et respondet Augustinus ibi. lib. 2. cōtra Petilianū. respon. 93. Sic semper mos est hæreticis, iudices, & aduersarios errorū suorū diris infectari calumnijs, etiā quos ante palpabant, dū nihil contra eos agēbāt: sicut tu ipse magne princeps Henrice probasti, quia Witcleuistæ nostri applaudētes tuis principijs p̄clarū regē dixerūt, & habere te potestātē primā corrigēdi clerū, & tollēdi eis dotē, & libris docuerunt, & verbis. At postq̄ vibrasti in eos ecclesiasticū gladium, publicis coniectis scheidulis, & famosis libellis, appellabant te principem sacerdotum. Sed veniamus ad primā. Nā quis sanctum Papam Gregoriū nisi filius diaboli dixerit, aut vita improbū, aut fide suspensū: Sed hæretici illius tēporis, quia cōtra disci-

plinā ecclesiasticā moliebātur aufugere, hoc eum nō pauebāt asserere. prout ipse in Registro conqueritur epistola ad Secundianū seruū Dei reclusum, quæ incipit, Dilectionis tuæ scripta. Peruersi (inquit) homines, qui triū capitulorum occasione reperta ecclesiasticam disciplinam fugiūt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescūt, subesse sedis apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quā ipsi nesciunt: dū neq; in fide recti sunt, neq; bonis operibus intendere student, vt certare pro fide videantur. Sicq; fit, vt quotidie deteriores fiant, dū in eis culpa grafescit, quæ quasi de zelo feruoris videri etiam laudabilis appetit. Sed iuxta hoc, quod scriptum est, Ex operibus eorū cognoscetis eos, vitam eorum tua charitas attendat, & meritū intētionis aspiciat. Hæc ille. AVTHOR. Posset ergo contumax Witcleuista se scuto malignationis suæ contegere contra patrem, si non similiter malignantes stylo quasi eodem reprehendissent sanctum & illibatum in fide Gregorium, quo ipse iam debacchatur in papam. Sed certē eadem sunt feriendi sententia, qui eadem peruersitate rebellāt. Vnde sapiēs ait. Oculus, qui irridet patrem, & despicit senectutem matris, effodiant eum corui de conuallibus, & comedant eum pulli Aquilarum. Quem textum tractans Hieronymus in commentario. Esa. lib. 7. Statim (inquit) vt sensus hæreticorum irriserit creatorem patrem, & senectutem ecclesie matris despexerit, effodietur à tetrīs & immundis volucris, qui referuntur ad contrarias fortitudines, nec possūt istiusmodi dicere, Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Hæc ille. AVTHOR. Et bene dixit, qui irriserit creatorem patrem: quia Christus dixit apostolis, & eorum successoribus, Qui vos spernit, me spernit: & qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.

Gregorius.

Hierony.

¶ Doctrina octaua.

S V M M A.

- 1 Witcleuistarum varia, & peregrina doctrina (ex qua in orthodoxos quosdam principes & vulgares manauit opinio, quod author eorum Witcleff nunquam fuerit per viam suam ab ecclesia reprobatus, aut iudicialiter ab episcopis in hæresibus condemnatus) quod nullo modo sit audienda.
- 2 Synodus prouincialis episcoporum Angliæ Londonijs contra Witcleff, & de damnatione, & eiusdem

eiusdem querela. Et quomodo uocet illud concilium, terræ motus.

3 Concilij Nicæni mitas in Arium, notatur. Et de eius deportatione, & exilio. Et plura de Ario, &c.



Doctrina octaua varia & peregrina Witcleuistarum docet vltimus sectatores suos: ex quibus etiā in orthodoxos quosdam principes, & vulgares manauit opinio, q̄ Author eorum Witcleff nunquam sit per viā suam ab ecclesia reprobatus, aut iudicialiter ab episcopis in hæresibus condemnatus: inuenientes, quasi ecclesia foret nimis simplex & nescia, tantum illaqueare doctorem, aut quia omnino fuisset immunis ab obiecta sibi perfidia. Docent autem ecclesiastica acta temporum illorum quod contrarium in vniuersitate Oxon. ipso præfente gestum sit: quid etiam in synodo prouinciali episcoporum Angliæ factum sit, ipso referente, & de damnatione sui querente, multiplici loco scripturarum eius agnouimus. Vocat enim illud concilium terræ motus, eo quod ipso die terræ motus insonuit: quia tunc contra se, & suos, quos Christi membra dicit, synodus patrum decreuit: sicut etiam terræ motus inualuit, quādo coctus pontificum Iudæorū in Christi mortem exarsit. in. 4. ter damnati trialo. cap. trigesimo sexto. Et notat tempus. Anno (inquiens) domini. M. CCCLXXII. recenter & pertinaciter in suo concilio terræ motus Londonijs fratres generaliter intoxicauerunt regnum nostrum &c. Item de eodem ante capite. 27. in tractatu de oratione dominica. Item in secunda parte sermonum, sermone. 74. & frequentius alibi. Testatur item epistola Gregorij tunc Romani pontificis ad vniuersitatem Oxon. quæ incipit, Mirari coguntur ac dolere. vbi versus finem subiungit. Dictumq; (Ioannem intelligens Witcleff) autoritate nostra capiatis, seu capi faciatis, & ipsum venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Cantuarien. & episcopo Londonien. aut eorum alteri sub fida custodia transmittatis. Hæc ibi. AVTHOR. Itaque nec vecors, nec iners tunc fuit ecclesia: quoniam ipsum viuū sicut & mortuū iustanouit iniustum ferire sententia. Et dato q̄ moderatori modo, quo posset, patrum synodus decreuisset contra nouellum hæreticum, cuius germen ad modicum pullulauit, & modo dico potuit vt putabant sarculo extirpari, nū-

quid ita patrum pietas debet interpretari simplicitas, & misericordia dicet inertia? Quod si omnino contendant pro condemnatione personæ, hoc notum sit, quod si ex verbis suis iustificabitur, & ex verbis suis condemnabitur homo decreto Christi Matthæi. 12. Cuius peruersum dogma damnatur: & ipse author damnatur in dogmate. Ipsum reum voco in testem: quod multum distant in iudice potuisse damnare cum parcit, & actu damnare si velit: maxime vbi comperta perfidia, tacente iudice, reum accusat, & vincit. Aut dicant isti hæretici defensores, quod mulier non fuit in adulterio deprehensa, nec Christus eā potuit, aut ausus fuit condemnare vt voluit, quia nō condemnauit, sed pepercit vt Deus, quam homo etiam misit indemnem. Nemo te condemnauit? nemo domine: nec ego te condemnao: vade, iam amplius noli peccare. Hæc erat vox, & pietas capitis: hæc etiam pietas membrorum eius: adulterij rea erat illa femina. Sic enim dicit scriptura. Iste adulterij verbi reus. Illi misericorditer parcutur, & isti sola pietas & sancti concilij suffragatur. Nec tamen hic aut illa de suis viribus gloriatur: quia vterque in factis adulterinis lapidatur, vterq; sola gratia liberatur. Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Nec hoc citra Christum sine exem-

Nicæni cōcilio mitas
Eusebius
Cassiodorus
Athana.

Nicæni cōcilio mitas
Eusebius
Cassiodorus
Athana.

Criminati ab inimicis ecclesie.

Regū criminatio.

sente, detegitur. Et cum eius perfidia dogma eorundem episcoporum sententia refutaretur, ab ecclesia separatur, ne tam impia doctrina diu in ecclesia latens, cunctorum inferperet mentibus. Sed ubi imperator comperit integram ab episcopis fidem ecclesiae, ut est ab apostolis tradita, sanctius confirmari: praecipit eundem Arium ut rebellem sacre fidei exilio relegari. Hæc ille. A V T H O R. Et post zelo fororis suæ Constantiæ reuocans eundem Arium, fecit aliud conuocari concilium episcoporum apud Alexandriam: quia Arius dixit se in priori Niceno concilio frustra damnatum. Quo concilio durante, Imperator mortuus est Nicomediæ: legauitque Constantio fratri suo eiusdem terminationem concilij. Ipse autem super eodem cōsiliū Probum secularē designauit in iudicem. Probus itē ab eo cōtemnitur, & ad personam item principis appellatur. Cui finaliter *Probus* dixit. Imperatorum & nimis de scientia præsumptus est prauitati potius studium dare, quam veritati patientiam commodare: cum id assertoribus fidei conueniat veritatem potius sequi, quam erroris, vel falsitatis compede præpediri. Horum igitur mos est, qui eum suæ perfidia causam ad finem vsque venire conspexerint, metuentes, ne cunctis hominibus eorum perfidia innotescat, ad potioris se cōferre præsentiam ignorantes: quoniam & illic victoria attribuitur, ubi potentia liberalis sententia promulgatur. Frustra igitur Arius videtur de nostro iudicio ad principis appellare præsentiam, cum in cōsiliū certaminis nihil aduersum se senserit prauitatis, qui suam ignauiam quibuslibet modis obtegere cupiens, ad principis nisus est conferre sententiam: quem constitit Athanasium ab Homouij defensione, quod est vnus substantiæ, diuellere penitus non potuisse: sed ut eius superflua decreuit intentio eum ne faciat eo modo refræna- bo, ne victi personam non sustinens, de adepto temporis spatio gloriatur. Meæ verò solertia erit, vniuersa, quæ ab vtrisque in nostra cognitione prolata sunt, gloriosis sensibus pij principis intimare, ut falsidicis ambagibus procul amotis, ad victoriæ palmam putatæ fidei assertor valeat peruenire. Hæc ille. A V T H O R. Et *Manfuetus* Mediolanensis epistola ad Constantinum de fide. Amplissimus (inquit) princeps zelo orthodoxæ fidei animatus, congregauit sanctum concilium. 318. sanctorum patrum in Nicea vrbe Bithyniæ, in qua sancta synodo nefandæ sectæ serpentinam malitiam vnâ cum Authore suo Ario

in perpetuum fecit damnari, & æterna animaduersione percelli. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quot sancti patres per ecclesiastica gesta fultici testantur Arium damnatum per se, & dogma in se. Vna (inquit) cū authore suo Ario Constantinus dogma dicit damnatum: authorem verò eius sine animaduersione mansisse. Cū verò Constantinus damnationi præsens interfuit, falli non potuit: sed aut zelo seducte fororis hereticæ potuit circumueniri, ut emolliret sententiam, peruersitati hereticæ totum crimen imponens: quæ si ventre malo patta non esset, peccare non potuit, dicente domino. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. At sancti patres scelus ipsum in authore damnabant, non authorem in scelere. Incantatum pomum in arbore, terram in opere, ineptum fructum in germine, & communem infectionis iniuriam in capite suffocabant.

¶ Doctrina nona.

S V M M A.

- 1 Constantiense concilium in Witcleff adducitur, contra Witcleuistas, qui dicunt, magistrū suū, non obseruato iuris processu, & ordine, fuisse damnatum.
- 2 Pelagianistæ heretici, quod damnati fuerint in Palestina sine examine, quod petebant, præcedente.
- 3 Hereticorum in damnatione, quod processus iuris sint quandoq; soluendi, ostenditur.

Doctrina nona varia, & peregrina est, qua docet Witcleuisticæ sectatores, vñ simplices fideles conturbet: quod iniquo, aut non obseruato iuris processu, Magister ipsorum infamis sit damnatus diu post obitum, non auditus quid responderet: aut inquisitus legitime quid erraret. Addentes item in odium catholicæ partis, quod per clericum quendam suadentem, & quosdam in concilio, & Papam hereticos, damnatio processit Sufannica clerici tam fidelis. At contra fideles moneo, ne in hac suasionem turbentur. Est enim vna de doctrinis varijs & peregrinis, quâ fingunt Witcleuiste, ad abducendū catholicos populos. Imò breui termino concludentes noueritis ad examen omnes vocatos edicto publico, & locum

cis

eis oblatum esse, qui vel poenitentiam saltem eius probare finalem: sicut gesta ecclesiastica in concilio Constantiensi testantur, quæ sic habent in fine sententiæ. Examinatis tandem testibus super impoententia finali, pertinaciaque dicti Witcleff per commissarios deputatos, per dominum Ioannem Papam modernum, & hoc sacrum concilium: seruatisque seruandis, prout in tali negotio postulat ordo iuris. De cuius impoententia, & finali pertinacia, per euidentia signa, testibus legitimis comprobata fuit legitime facta fides. Propterea instante promotore, & procuratore concilij, edicto que proposito ad audiendum sententiam ad hunc diem: hæc sancta synodus declarat, definit, & sententiat eundem Ioannem Witcleff fuisse notoriè hereticum, pertinacem, ac in hæresi decessisse. Anathematizatum ipsum pariter & eius memoriam condemnando decreuit: decreuitque & ordinat corpus eius, & ossa, si ab alijs fidelium corporibus decerni possunt, exhumari, & procul ab ecclesiastica sepultura iactari secundum canonicas & legitimas sanctiones. Hæc ibi. A V T H O R. Quid iam habent Witcleuistæ obijcere prædictis? Saltem pudeat eos mentiri de cetero magistrum suum damnatum post obitum sine examine competenti & processu legitimo: quanquam antiqui patres certis de causis sine examinatione quinque damnauerunt etiam coniuuentes sibi hereticos, quâ doque etiam iuris ordine non seruato. Nam Pelagianistæ heretici damnabantur in Palestina sine præcedente examine quod petebant: quia scilicet fuerunt notorij, & in toto seculo detestandi. *Augustinus* scribens contra Iulianum Pelagianistam. libro tertio, capite primo in fine. Si (inquit) putatis ideo vos esse victores, quia non vobis datum est quale desideratis examen, Maximianistæ vos ad ista vaniloquia præcesserunt: quanuis dederit vobis ecclesia catholica iudicium, quale debuit, ubi nostra causa finita est. Illis autem nullum dare dignata: quia non à nobis sicut vos, sed à Donatistis fuerant segregati. Si autem in Maximianistis videtis non esse conseques, ut qui conferre in aliquo iudicio non sinuntur, putari debeant de veritate confidere: nolite vterius hæc vana iactare nobis, quia sufficiat, quod vos ecclesia catholica, & materna bonitate sustinuit, & iudicialia seueritate, vel potius medicinali necessitate damnauit. Hæc *Augustinus*. & parum antè idem *Augustinus*. Vestra (inquit) apud competens iudicium communium episcoporum modo cau-

sa finita est: nec amplius vobiscum agendum est: quantum ad ius examinis pertinet: nisi ut prolata de hac re sententiam cum pace sequamini: quod si nolueritis, à turbulenta, vel infidiosa inquietudine cohibeamini. Hæc *Augustinus*. A V T H O R. Ecce quam planè probat *Augustinus* sententiam damnationis in Pelagianos iure examinis prætermisso: à qua ipsos resilire non licuit. Nota item Maximianistas non debere examinari in specie, nec iudicari, & tamen damnatos haberi: quia non debuerunt à Donatistis in damnatione disingui, à quibus fuerant in sola parte diuisi: qualiter iam *Hufsitæ* omnes sunt in Witcleuistarum fonte damnati: quanuis ab eis in hæresi eucharistia sunt semoti. Sunt etiam processus iuris quandoque in hereticorum damnatione soluendi: si scilicet seditioni fuerint, vel pluries turbulenti. Vnde *Augustinus* ubi iam supra, item ad Pelagianos loquens. Nec vos (inquit) nec alios decipiatis, velut talem vocem habentes aduersum nos, qualem nos aduersus Donatistas, quos ad collationem nobiscum venire per imperialia iussa compulimus. Illorum enim furor occupauerat Africam totam, nec prædicari à catholicis veritatem contra suum patiebatur errorem violentis aggressionibus, latrocinantibus, itinerum obsidionibus, rapinis, ignibus, cadibus, multa vastantes, cuncta terrentes, cum quibus per episcopos, quos communes non habebamus, nihil agere poteramus. Quod verò ferme centum annos maiores nostri cum eis egerant, populorum memoria non tenebat. Hæc igitur necessitas compulit, ut saltem gestis nostra collatione confectis, eorum contunderemus inuerecundiam, & reprimeremus audaciam. Hæc *Augustinus*. A V T H O R. Ecce quod dicunt Witcleuistæ fecisse ecclesiam, quanuis non ita fuerit: potuit legitime esse factum: propter seditionem scilicet, & furoris audaciam. Sed quod detrahunt sententiis latitis contra suam perfidiam, quod damnauerunt inauditum, quod iudicauerunt non inquisitum, quod catholicos authores vel iudices appellat hereticos, & suos, quos ecclesia damnauit, orthodoxos prædicant & fideles, quid aliud faciunt, quam omnes heretici priores, cum condemnarentur, egerunt? Idem enim contigit in Nestorianis hereticis, qui condemnatum Nestorium in Ephesino concilio in quadam furtiua epistola scripserunt catholicum, & sanctum *Cyrrillum* condénatore eius hereticum, prout *Gregorius* habet in nono libri registri epistola ad *Secundianum* seruum Dei reclu-

Probus.

Homouio.

Manfuetus

Concilium
Constan. in
Witcleff.

Augustin.

Idem.

Hufsitæ.

Processus
iuris quan-
do soluendi.
Augustin.

Gregorius.

reclusum, quæ incipit: Dilectionis tuæ scripta. Ibas. Epistola (inquit) quam reuerendissimus Ibas denegat suam, quod in extrema parte Synodi iaceat, agnoscis: quæ videlicet epistola Nestorium inauditum, & inquisitione non facta damnatum asserit. Cyrillum verò in Apollinariis dogma tendisse suspicatur. Et si totus superior textus prædictæ Synodi legitur, quantum hæc epistola eidem Synodo aduersetur, inuenitur. Igitur si sancta Synodus, & Nestorium sicut est hæreticum denuntiat, & beatum Cyrillum patrem catholicum veneratur: Epistola ergo; quæ illum defendit, qui à Synodo damnatus est, & eum accusat, qui à Synodo veneratur, proculdubio definitioni sanctæ Synodi probatur aduersa. Sed quia eius defensores solent dicere, quod Ibas eo tempore scripserit, quo adhuc Cyrillus propter duodecim capitula, quæ necdum exposuerat, dubius habebatur: & in hac ipsa epistola perpende, quia legitur, quod inter orientales episcopos & beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo post concordiam pacis, post satisfactionem amotæ dubitationis, hæc eadem epistola scripta est, constat quia non est catholica, quæ patrem catholicum, atque in toto Synodi volumine laudatum hæreticum appellat. Hæc Gregorius. AVTHOR. Ex his omnibus consulo, cauti sitis fideles, magisque heretis, parti communis, & maioris ecclesiæ: quousque sancti antistites eius scripta damnant detestemini, & catholicos reputandos, studeat laudare cum patribus.

Doctrina decima.

S V M M A.

- 1 Doctores hæretici, quod apud discipulos suos uarietatem suæ doctrinæ, mentiendo sibi colorem persecutionis, aut odij, soleant contere.
- 2 Epiphanius in Origenis doctrinam.
- 3 Boëmorum hæresis narratur.
- 4 Boëmorum seuitia recensetur.
- 5 Petrus cognomine clericus alter Palladius.
- 6 Arianorum crudelitas, ex Casiodoro.
- 7 Ecclesiæ quanta sit clementia, atque mansuetudo, ostenditur.



Doctrina decima varia & peregrina est, qua & doctores istiusmodi solent apud discipulos suos uarietatem suæ doctrinæ contegere: mētendo

sibi colorem persecutionis, aut odij. Isti (inquiunt) episcopi, & fratres, odio habent nos gratis, & idcirco non tam ueritate, quam odio persequuntur. Sed contra hanc, doctrina ecclesiæ Christi docet filios suos hostium fidei detestari causas, non animas, non personas: qualiter & in epistola Epiphaniij ad Ioannem Constantinopolitanum habetur. Nihil (inquit) mihi surripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec propter aliquas res mundi vel hæreditatem odium aduersus illum pugnamque suscepi: sed ut simplicem fatear doleo, & valde doleo uident plurimos fratrum, & eorum præcipue, qui professionem habent non minimam, & in gradum quoque sacerdotii maximum peruenerunt, eius persuasione deceptos, & peruersissima doctrina cibos factos esse diaboli: in quibus completum est illud, quod dicitur, Super omnem munitiōnem ludit & esse eius electæ: & congregauit sicut arenam captiuitatem. Te autem frater liberet Deus, & sanctum populum Christi qui tibi est creditus: & omnes fratres, qui tecum sunt, ab hæresi Origenis, & aliis hæresibus & perditione earum. Si enim propter unum uerbum, aut duo, quæ contraria fidei, multæ hæreses abiectæ sunt ab ecclesia: quanto magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruersitates, & tam mala dogmata contra fidem adinuenit, & Dei, & ecclesiæ hostis extitit? Hæc ille. AVTHOR. Ecce qualiter fautores hæretici famam sancti patris sub nomine odii decolorare studebant. Sed nihil mihi, inquit, surripuit Origenes, sed uerè nec mihi Witcleff quicquam surripuit, nec in mea generatione: nisi fortè dum infans fueram ipse fuit. Causa personalis, aut rerum huius seculi, Deo teste nulla nos diuidit, sed causa fidei læsæ: doctrinæ mortiferæ subuersarum gentium, innocentis populi fraus, & delusio, inter nos, & ipsum publicam pariunt actionem. Et uerè cum sancto Epiphanio doleo: sed quod dolendum est non satis doleo: quia cor non frangitur, sed superuinit dolori: uident quod in ordine sacerdotum, imò summo ordine sacerdotij, aut fautores, aut sequaces fiunt huius flagitiosi didascalij. At & quis non dolore torquebitur, audiens præclarum illud regnum Boëmiae iam detentum, & totum penè per Witcleuistas esse possessum? Vbi, ut fertur, uulgariter quidam magnus Archiepiscopus nouus eorum tyro, & fortis dogmatista, contra Christi ecclesiam, quam tueretur, decertat. Ibi in odiū eucharistiæ panis grandis, ut uideatur, leuatur

Epiphanius in Origenis doctrinam.

Bohemorum seuitia.

Sigismundus.

Petrus clericus.

Palladii seuitia.

Casiodorus Arianorum seuitia.

Augustinus.

in palo. Ita ut nihil desit, quin sic contra corpus Christi in sacramento, sicut illi contra idē corpus eius in ligno insultent, & dicant, Si filius Dei est, descendat nūc, & credimus ei. Ibi quot cathedrales, & alias locales ecclesias deiecerunt? quot sanctos diris supplicij peremerunt? Ita quod seuitiam paganorum excedat referre, quod circiter duodecim claros doctores, quosdam religiofos, quosdam schematicis clericalis in unā fornacem calcis ardentis trudentes, gloriosos martyres flammis coctilibus suffocauerunt. Quot item putas Christianos milites iugulabant in præliis? quot proceres? quot pios de populo? Ita ut non vacaret domus in oppido, non strata magna, aut uia vicinalis in regno à cadauere funesto ense prostrato. Proh dolor peccatis nostris agentibus, sæpe resumpta bella ad nostrum vertebatur excidium. Sigismundus tunc Cæsar, & Hungarorum rex illustris bis cum sui periculo uix eua dēs, pios Christi exercitus satanæ satellitibus deuorandos amisit. Sic iam ad nostra tempora redeunt Saturnia regna: & sacro Athanasio patri defensori ecclesiæ præfertur Lucius nostri temporis (ut fertur) Petrus dictus cognomine clericus, sacerdos simul, & tortor auxilio cautus armatorum idololatrarum, quo Christianos quosdam uerberet, quosdam suspendat, quosdam cogat effugere, pluriū domos publicare non desinit. Iam redit paganus ille Palladius, qui sacras uirgines nudas circumferri iubet, & pollui: qui super altare Christi masculum puerum apistum fecerit celebrare: qui Zoium armigerum Lucij defendat: si orthodoxos episcopos clericos & populos cogat ad Arium: aut nunc ad Hufianū dogma deflecti: huic blandiendo promittens pecunias, quæstus, honores: huic carceres, supplicia, tormēta, flagella, uincula sustinere. Et (ut scribit noster Casiodorus. libro. 7. cap. ultimo Historiæ tripartitæ de hæreticis) licet malitia nunquam separentur alterutris: sunt tamen incredibilia, quæ dicuntur, inhumana, crudelia, sæua, barbara, amara, sine misericordia: in quibus exultabant Ariani choros agentes, cum uniuersa ciuitas ingemisceret. Non enim fuit domus, in qua non erat mortuus. Hæc & multo acerbiora ibidem. AVTHOR. Sed hæc ad expianda nostra facinora iustus Deus permittit. Sic (sicut dixi) ad nostra tempora reuertuntur antiquæ hæreticorum seuitiæ, de quibus item Augustinus. commemorat epistola ad Victorianum inter epistolas: 47. In regione (inquit) nostra Hipponensi: quoniam eam Barbari non attigerunt, cleri-

corum Donatistarum, & circuncellionum latrocinia sic vastant ecclesias, ut Barbarorum fortasse facta mitiora sint. Quis enim Barbarus excogitare potuit quod isti? ut in oculis clericorum nostrorum calcem & cenam mitterent: quorum membra etiam cætera plagis horrendis uulneribusque fauciarunt: depredatur etiam domos aliquas, & incendunt; fructus aridos diripiunt, humidos fundunt, & talia cæteris comminando: multos etiam rebaptizari compellunt. Hæc Augustinus. AVTHOR. Hieronymus quoque superbiam talium recordatur. tractans enim hunc textum: In die cum stares aduersus eum quando capiebant. &c. Legimus, inquit, & uidemus quotidie, & comprobamus, quando persecutio contra ecclesiam oritur: multo persecutores peiores Iudæos, & hæreticos in Christianos fieri, quam ethnicos. Et infra: Eo igitur tempore, quo persecutionis impetu, & mortiferis uoluptatibus de ecclesijs quispiam corruerit, uidemus exultare hæreticum, gaudere in Deum, & unum esse de persecutoribus, & in ethnicorum eum numero computari. Hæc ille. AVTHOR. Ita est: nunquam enim sentit mater ecclesiæ æmulo acriores, quam est plebs hæreticorum degenerans: de qua Ieremias in threnis sub tropologia filia ex parte ecclesiæ. Lamia (inquit) nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei quasi struthio in deserto. Sed & mater ecclesiæ in eam semper maternam exhibet pietatem. Quia etsi per correptionem eam pungat, tamen suspendit aculeum: nunquam sine audientia pura & modesta dijudicat: præcedunt monitiones, instructiones: in spiritu lenitatis diriguntur eis clerici graues, aut sancti antistites, qui crimen arguant, & fidem ostendant. Blandè terrent, asperè consolantur, expectatur poenitentia sub sancta spe, extensæ conceduntur induciæ: omniquaque mansuetudinē suam contra furorem hæreticorum exercet pietas orthodoxa. Quod & Augustinus testatur libro primo contra Parmenianum in fine, sic scribens. Hæc cum ita sint, & cum diuinis & humanis legibus ita damnentur: tanta est tamen mansuetudo Christiana, ut non solum teneant basilicas, quas iam præcisi ædificauerunt, sed nec eas omnes tradiderint uinitati, quas ab exordio unitas tenuit: & cum ipsi Maximianistas de basilicis ad partē Donati pertinentibus per iudices à catholicis imperatoribus missos instanter excluderint, tamen à multis locis, quos catholica ante unitas retinebat, nec ipsorum imperatorum catholicorum

Hieronymus.

Ecclesiæ clementia.

Augustinus.

Boëmorum hæresis.

licorū legibus excluduntur. Postremò si quid forte aliquando immoderatus factum est, vt Christianam excederet lenitatem, displicet omnibus frumentis mensis dominicæ, id est, in Christo laudabilibus Christianis, qui siue cenenario, siue sexagenario, siue tricenario fructu in catholica ecclesia toto orbe succrescūt. Hæc Augustinus.

Doctrina vndecima.

S V M M A.

- 1. Hæresis etiam si per aliquot tempus stet, quod non sit à Deo, ut dicunt hæretici, et quomodo illo tempore non præscribat male fidei possessor.
2. Habitare in monte qui dicantur, et qui in valle.
3. Beda quid de hæreticorum pertinacia dicat.
4. Hæresis quare ad tempus stet.
5. Hæreses uarie recensentur.
6. Guillelmi Sartoris supplicium.



Ndecimo loco docet hæresis sectam suam per hoc esse à Deo, quia stat. Stetit, inquit, iam circiter quadraginta qui quaginta annis: nec persecutionibus episcoporum, nec fratrum, aut aliorum pseudo potest calūniis obrui, aut machinatione dissolui. Sed contra prolem suā docet mater ecclesia, quæ possessor malæ fidei vilo tēpore nō præscribit. Nec absoluit turpitudinē criminis, sed magis acumulat diuturnitas temporis. Vis ne tu male possessor Saracenorum approbare demētia: quia diutius te iam mille annis in paganitatis suæ squalore durauit? O quæ diuinam, quæ sacram perpendis turbā demonū: choreā luciferi, quæ à principio tēporis hæresim, quam in superis edidit, sine fine collaudat, & sustinet. Idcirco remittit nos mater ecclesia ad filiū suū Iudā: qui, vt scribitur Iudic. primo. montana possedit, nec tamē potuit delere habitatores vallis: quia falcatis curribus abundabant. Manifesti peccatores in monte habitant, velut sunt superbi, auari, lasciuī, contentiosi, & consimiles: non potest celari quin peccat: non potest abscondi ciuitas supra montem posita. Sed alij peiores illis in vallibus habitant, qui peccatū hæresis, falsæ suæ humilitatis, & simulatæ sanctitatis fucō depingunt, & recuruæ scripturæ & acutæ rationis allegatione defendunt. Qui & eo tardius vincuntur, aut nūquam, quia simulandi, & se defendendi consuetudine animosos, & ipsa animositate proteruos, & post

Prescriptio in malo.

Habitantes in monte.

In valle.

pter uia inflexibiles, imò inexpugnabiles statuunt. Beda dicit facilius posse paganū flectere, quæ hæreticū induratum lib. 2. super prouerbiorū textū. Expedi magis vrfæ occurrere raptis scetibus. Facilius, inquit, erat doctoribus sanctis furori gentilitatis occurrere, raptis ad se populis aliquibus, atq; à bestiali eius sauitia ad fidei pietatē prædicādo cōuersis, quæ hæretico cui libet confidēti in sui perfidia dogmatibus: quia nimirū illud cōtra exteros, hoc cōtra viscera sua certamē agebāt. Potest etiam vrfæ nomine ipsa hostis antiqui malitia intelligi, cui foctus rapimus, cū eos, qui erant filij diaboli, catechizando, & baptizādo filiorū Dei societati adiūgimus: & hoc plerūq; multo leuiore modo perficitur, quæ si hæreticū ad fidē reuocare coneris. Hæc Beda. A V T H O R. Ecce Pharaonis indurati sequaces: ecce iudaicæ obstinationis hæredes. Vsq; huc Iudæorū perfidia remanet: nūquid ergo roborat à Deo? Sed quis vos ita fascinoit o malæ bestię ventres pigri: quia sic Witcleff vestrū laudatis, inuocatis, adoratis? Nūquid in eo spem omnē ponitis, vt Christū velitis relinquere, & sponsam eius matrē ecclesiā ne recederetis semel à vrfō Witcleff, & inferretis maculam gloriæ eius, quem totius mundi damnauerūt episcopi, & principes, & reges terræ despiciunt? Verescio hoc ita esse: tam clari nominis est penes vos Witcleff, vt pro eo contra Christum negetis ecclesiam. In hoc sequaces estis hæreticorum præcedentium: de quibus Augustinus prima parte sermonum sermone. 42. de pace & charitate. Quare (inquit) nō vis? Quare huic promissioni, & hæreditati, & diuitijs inimicus es? Quare non vis? Propter Donatū, propter Cecilianum. Quis fuit Donatus? quis fuit Cecilianus? vtiq; homines. Si boni, bono suo, non meo: ergo & si mali, mali fratri meo. Tu Christum accipe, & zelantem eius apostolū attende. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est: aut in noīe Pauli baptizati estis? Vt autē hoc diceret, vide quid diceret. Vnusquisq; vestrū dicit, Ego quidem suum Pauli, ego verò Apollō, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Nūquid diuisus est Christus? nunquid pro vobis Paulus crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis? Si nō in nomine Pauli, multo minus in nomine Donati: & tamen adhuc post apostolicas voces, post ecclesiæ declarationē, & toto mundo dilatationem, dicitur mihi: nō dimitto Donatum: non dimitto nescio quem Caium Lucium Parmenianum: mille nomina: mille scissuras. Priuabis te sequendo hominem tanta hæreditate, de qua modo audisti à mari

Beda de hæreticorum pertinacia.

Vrfæ.

Augustinus.

mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terræ? Hæc Augustinus. A V T H O R. Ecce Iudas Christi pugil potest omnes planè peccantes in ecclesia vincere, non autem peccatores in valle: non hæreticos, qui curribus falcatis abundant, scilicet, opinionibus suis astutis, quibus incumbunt, aut authoribus hæreticis, quibus plusquam Christo, & toti ecclesiæ Christi confidunt. At si tantam eorum malitiam punire Deus distulerit: tamen bono ecclesiæ suæ in eorum mora, & expectatione nō dubium consulit. Sicut in angelo Satanæ apostolo suo sufficientiā gratiæ suæ Christus prouidit. vnde glossa in prædicto textu Iudicum, vbi dicit. Non potuit Iudas delere habitatores vallis. In hoc ipso fuit dominus cum Iuda. Restringit enim Deus propitius etiam in cordibus suorum nimiam prosperitatis excessum: vt in vsus eorum conuertat inimicos, non solum quando vincuntur, sed etiam quando metuuntur. Illud ad cōmendandam suam largitatem, hoc ad reprimendam eorum elationem. Inimicus enim sanctorum est angelus Satanæ, quæ sibi datū, & se colaphizantem dicit apostolus, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Hæc ibi. A V T H O R. Tres hæc ecce causas in prædictis videtis, quare Witcleuistarum secta non statim diuellitur, quia catholicis doctoribus valde obsistūt, quia doctori suo nimis assistunt: & quia per eorum sauitiam catholicorum insolentia castigatur. Nam ita planè scribitur Iudicum. 2. Iratus est furor domini in Israēl, & ait: quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorū, & vocem meam audire contempsit, & ego nō delebo gentes, quas dimisit Iosue, & mortuus est: vt in ipsis experiar Israēl vtrum custodiāt viam domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum an non. Dimisit ergo dominus has nationes omnes, & citò subuertere noluit, nec tradidit eas in manus Iosue. Hæc sunt gentes, quas dominus dereliquit, vt erudit in eis Israēlem. Nationes istæ in cōmuni tropologia doctorum semper designant hæreticos, quos derelinquit dominus vicibus suis per regna diuersa, & climata mundi, vt in eis castiget ecclesiam: & ista hæresis Witcleuistica hoc modo inualefcit per Angliam, & (sicut dicit textus) non citò dominus voluit subuertere illam. Non tamen affirmo hanc hæresim non casuram: imò veniet finis eius, cum dominus dignum duxerit misereri suis supplicibus. Serpens enim verus de virga Moyfi procreatus deuorabit Magorum virgas: superabitq; potenter doctrina doctrinam: quemad-

Hæresis quare ad tempus stet.

Augustinus.

Hæreses vtriusque.

Guillelmi Sartoris supplicium.

¶ Doctrina duodecima.

S V M M A.

- 1 Witcleff protestatio, ut ignaris suam ostendat innocentiam,
- 2 Arii perfidum facinus.
- 3 Cælestij Pelagij hæretici socij fraus.
- 4 Pelagij fraus.
- 5 Berengarij Witcleff magni magistri fraus.
- 6 Protestationis Witcleff forma, & eiusdē callida exceptio.
- 7 Witcleff proteruia notatur.
- 8 Witcleff superbia ostenditur.

VWitcleff protestatio



Doctrina duodecima, qua ꝑ docet Witcleff, vt ostendat innocentiam suam ignaris, protestationem se semper habere catholicam: quòd si per scripturas, vel rationem viuam docetur aliter dicere debuisset de sacramento altaris, de baptismo, de necessitate futurorum, de religiosis perfectis, & huiusmodi, paratum se dicit ad credendum. Hanc protestationem frequenter interserit in dialogo, de sermone domini in mote: de Eucharistia, de apostasia, de papa, & aliis locis multis: volens ex hoc fugere, vt existimat, maculam hæresis, fouendo latebram protestationis. Huic tamen respondet mater ecclesia, admonēs filios gregis sui, Doctrinis variis, & peregrinis, nolite abduci. Iam ouina pelle lupus induitur: iam foueam suam vulpes ingreditur. Nam qualiter crederet ipsi christianus protestanti vocaliter, vel extra iudicii locum scripto, quòd non seducet finaliter plusquam magistro eius Ario: qui ꝑ postquam damnaretur à pleno totius orbis concilio: & cum confessionem sibi oblatā, & ab eo lectam protestand o iurasset, sub axillis manum, qua iuraret, apposuit: vbi occultā erroris sui schedulam firmavit, eam fidē se vel le tenere dum viueret. Quam delusionem statim post Deus aperuit: cum egeret intestina, & falsæ protestationis schedulæ reuelarentur, vt habet Ambrosio libro de patre & filio. ca. viii. Ecce iste nesciens aliunde confugere, non est veritus publicè prodere veritatem. Quid ergo faceret isti versipelli hæretico tot instaurato cautelis magno, & antiquo labore collectis aliquis pius & doctus catholicus, quanquam diuina reuelatione suffultus, & hac intentione simplici porrigeret planam fidem? Cælestius

Arii perfidum facinus.

Ambrosius.

Cælestij fraus.

3 ꝑ item Pelagij hæretici socius abiuravit hæresim illam coram Innocentio papa, sed sefellit, dicente Augustino libro. 2. contra duas epistolas Pelagianorum ca. 1. Respondisse fallaciter nouissimo exitu ostendit, cum se subtraxerit examini, ne secundū Africana rescripta ipsa omnino de hac quæstione verba commemorare, & anathematizare, quæ in libello suo posuit, cogeretur. Hæc ille. A V T H O R. Sic ꝑ etiā Pelagius quod subdolo ore damnauit in palestino iudicio episcoporum, post in libris suis falsiter reassumpsit. vnde Augusti. ibi ca. 3. Obiectum quippe illi ex verbis discipuli sui Cælestij, quòd etiam ipse diceret gratiam Dei secundū merita nostra dari: quòd ille de testans, vel quasi detestans ore. duntaxat anathematizare non distulit: sed sicut eius libri posteriores indicant, & istorum sectatorum eius nudat assertio, ficto corde seruauit, donec postea quò metu tunc texerat negantis astutia, etiam in literis proferret audacia. Hæc ille. A V T H O R. Quis igitur, his attentis, mouetur in protestatione subdola bilinguis hæretici? Nunquid ꝑ item Berengarius magnus magister Witcleff optima charitate, & simplici veritate per sacri orbis concilii præfidentem Nicolau, & patres qui aderant, planè victus, & iterum doctus catholicam fidem iuramentum suum postmodum irritum fecit: patres omnes deludit, & reciduum passus, hæresim, quā abiurauit, per se phisma restituit: clamans per gētes, quòd dogma suum sacrum concilium fortius roborasset? Et sic item clamat cum eo Witcleff eius dilectus. Reuoluite fideles ecclesiæ antiquas eius historias, & non erit vobis pro magno, vel nouo, quòd iste in hoc voto fallaci magistros suos imitari disposuit. Sic enim temporibus Augustini Donatistæ sæui hæretici postulabant, vt in in magno totius Africæ concilio collatio fieret: & qui superaret, veram fidem habere publicum firmaret edictum. Factum est: cōsensit gaudens pars catholica: protestationes factæ publicæ complebant archiua. Id cogitantes orthodoxi patres (vt Augustinus scribit) quòd si hoc fieri vellent, adiuuante Dei misericordia facillimè poterat quicquid in causa nostra esset, agnosci. Si autem recusarent, saltem diffidētia eorum frustra illis, qui hoc à nobis poposcerant, appareret. Factum est, conuēti sunt, recusarunt, quibus verbis, quo dolo, maledictione, & amaritudine plenis, nunc longum est demonstrare. Hæc Augustinus lib. 3. contra Cresconium grammaticum cap. 32. A V T H O R. Quid vultis ergo deludi verbis falsis, verbis mendacibus? Protestatur se velle corrigi,

Pelagij fraus.

Berengarij fraus.

Protestationis VWitcleff forma.

Exceptio callida.

VWitcleff superbia

corrigi, velle doceri: iā humilē creditis, iā docibile: sed videte si docibile Dei. Primò protestationis verba perpēdite, & ex his secutura facta discernite. In fine tractatus sui de blasphemia. 6 ꝑ Si (igt) in istis errauero, peto humiliter à Deo veniā, & submitto me correctioni, & informationi cuiuscunq; creaturæ, quam sibi placuerit ad hoc ministerium limitare. Iam clamant Witcleuistæ, iam Lollardi cōcinnūt, ecce quā generale verbum, cuiuscunq; creaturæ. Sed iterum dico, sed quā specialis exceptio: quā ad hoc Deus voluerit limitare. Vbi putas inueniendus, vbi habendus, quem Witcleff vt doceatur, admittet à Deo limitari? Si Witcleuista quiquam docere plebem attentet, pro rato, & firmo statim vult haberi, quòd ad hoc officium sit à Deo limitatus. Si autem aut corrigi per quemlibet doctum virum, aut sacrum antistitem, incipiet disputare, an ad hoc officium limitetur à Deo, imò pro disputato habebit, & firmo, quòd sit vir apostata, pseudo frater, prælatus cæsareus, aut de quatuor sectis vnus. Et sicut supra dixit Augustinus de Donatistis: quibus verbis, quo dolo, maledictione, & amaritudine plenis, erit numerare difficile, enarrare prolixum. At ꝑ si volebat faciliter emendari, cur temporis sui prudentibus viris & pijs aurem non dignabatur exponere? quot conductores insurgent pariter determinantes, & exhibentes contra eum tunc præsentem Oxoniæ sanam fidem? At talia inducētes contra suas insanias, vt iam insipientibus acta peritis planè pateat hæreticū vi fuisse prostratum, sed nec sic deuictum, culpatur in congregatione, eijcitur vt contumax ab eo, cui incumbebat hospitio: tandem excommunicatur: & post multa ducitur ad prouinciale totius cleri concilium: vbi metropolitano Cantuariensis sedis instante Guillemo, fides ipsi catholica declaratur: tandem hæreses eius dānantur in terminis: & nec sic contumax iste confunditur, sed profilit statim in consuetam conuicia, paucis annexis sophismatibus, & concilium terræ motus appellat, pōtificates Pharisæos, & Satrapas, magistrōs omnes & clericos congregatos canes, & cæsareos clericos increpat, & blasphemat. Mira res: qualiter est paratus doceri per vnum, nolens doceri per omnes? Aut si illos culpatur, qui hoc tunc nitentur efficere: cur saltem in omni vita sua vnū aliquem non inuenit? Sed ꝑ vt ampliùs ferueant in superbia, dicent sectatores eius, quòd omnes in sciendo præcessit. Verè sic habent, & ita ipse (vt putatur) existimauit de se, impossibile scilicet esse doceri per aliquē. Dicit enim

in secunda parte de sermone domini in monte, ca. 47. se cōfiteri humiliter, quòd per aduersarios docto contrario per impossibile vult errorem suum renuere, & veritati contrariæ assentire. Sed docibilis Dei Augustinus, non sic luctabatur contra clerum, sed hæreticos: dicens hoc habere de more libro secundo contra Donatistas ca. 16. Vident (inquit) se non habere quid respondeant: & putant se non habere quid faciant, quid loquantur non inueniunt, tacere non permittuntur. Malunt peruersis vocibus veritati reluctari, quā confessis erroribus paci restitui. Hæc ille. A V T H O R. Ecce hi mores vestri, & magistrō vestri o Lollardi: quare non potestis sustinere sanam doctrinā sicut dicit Petrus? Vultis iam mores sancti Augustini & sanctorum patrum in quarendo veritatem audire? Ipse libro septimo post responsa præfulum capite. 6. Nobis (inquit) tutū est in ea non progredi aliqua temeritate sententiæ, quæ nullo in catholico regionali concilio coepta, nullo plenario terminata sunt? Id autem figura securæ vocis asserere, quòd in gubernatione domini Dei nostri & saluatoris Iesu Christi vniuersalis ecclesiæ consensione roboratum est. Hæc ille. A V T H O R. Ita si tu faceres, non tam abundanter errares. Si tibi videtur tutum in ea non progredi, quæ nullo regionali cōcilio coepta, nullo plenario concilio terminata, dic, aut saltem dices posteriùs, in quo regionali concilio hæresis tua de eucharistia, aut cæteræ hæreses, quas de fēdis, fuit incoepta, accepta, & in quo plenario concilio terminata? Aut ecōtrario dic te penè nullā hæresim sustinere adhuc, quæ nō fuit in multis prouincialibus coepta, & in plenariis conciliis pro detestabili condemnata. Quomodo vis reputari docibilis tam habens frontem attritam? Si autem vis esse quòd asseris, noli ultra Augustinum per alicuius temeritatem sententiæ ulterius progredi, quā te permittit catholici & approbati tractatus concilij. Postremò quòd vniuersali ecclesiæ consensione roboratum est, id asseras figura securæ vocis: & sic ad declinandum vniuersalis Christi ecclesiæ censuras, que relas, & iurgia doceris in paucis.

Augusti.

Augusti.

B 2 Inuoca-

Inuocatio auctoris in exordiū libri sacramentorum contra Witcleuistas hæreticos.

S V M M A.

- 1 Auctoris inuocatio in principio operis, atq; eiusdē culpæ deprecatio.
- 2 Vinū nouū, & eius effectum implorat Auctor.
- 3 Via domini quæ sit, & quis corruat in ea.
- 4 Hæreticorum consuetudo, & praxis.

Inuocatio auctoris.



Ggredior igitur q̄ spon-
di, inuocans velocissimū scri-
bā Christum, quatenus me-
ipsum calamum sibi aptum
constituat patula veritate ful-
gentem, paterna fide constā-
tem, nullis ex omni parte obliquantem erro-
ribus, nulla rationis simulatione fallētem. Nil
me delectet scribere, quod non ædificet, ad sit
sua virtute quod proderit, quærens inueniam,
pulsans intrem, petens accipiam, panem scri-
pturæ fidelis, ouum gallinæ ecclesiæ & pater-
næ traditionis æqualiter, & piscem viuacis ra-
tionis efficaciter, vt diuinorum sacramentorū
iniurias à truculenta manu Witcleuistarum,
Iesu iubente, semel videam absolutas. Oro te
domine Iesu, qui hæc ipsa primò donasti fide-
libus: oro iugiter: sed dum nescio, potest esse
aut error in sensu, aut in sermone delictum. Id

Deprecatio culpæ.

Ambrosius.

circo tutius oro cum tuo seruo *Ambrosio* in fi-
ne primi libri, quem edidit ad principem Gra-
tianum de patre & filio. O (inquiēs) miser ego
& compuncto corde, qui cum immunda la-
bia habeam, in medio quoq; populi inhabi-
tem immunda labia habentis, vidi dominum
sabaoth. Ergo si Esaias miserum se dicit, qui
vidit dominum sabaoth, quid ego de me di-
cam? qui cum immunda labia habeam, cogor
de domini generatione tractare. Quò igitur
de his quæ metuo, locuturus erumpo, cum Da-
uid de his, quæ sciat, ori suo custodiam ponat?
O si mihi quoq; vnum de Seraphim candē-
tem illum carbonem, quem de altari diuino
sumpsit, vtriusq; forcipe deferens testamenti,
immūda adurat labia. Aut quia tūc Seraphim
descendit in figura ad prophetam, tu autē Do-
mine, reuelato mysterio, ad nos in carne veni-
sti: non per legatum, neq; per nuntium, sed ipse
per te ab occultis meis cōscientiam meam mū-
des: vt ego quoq; dudum immundus, sed iam
per tuā misericordiam fide mundus, illud Da-

uidicum canam, dicens. Psallam tibi in cithara
deus Israël, gaudebunt labia mea cum cantauero
tibi, & anima mea, quam redemisti. Itaq; do-
mine calumniatores tuos, & hostes relinquēs,
confer te ad nos, & sanctifica aures principis
Gratiani (A V T H O R. Iam dico Henrici illu-
stris principis Christiani) omniūq; preterea,
quorum in manibus hie liber venerit, vacuas
mihi præsta: nec ibi audita perfidiae sordes re-
fideant. Emunda ergo emunda aurem, nō fon-
tanis poculis, vel fluuiali haustu: nec susurro
prætercurrentis riuuli, sed sermonibus ad vicē
aquarum operantibus, supra nitorem aquarū
perspicuis, ac omni purioribus niue: illis utiq;
sermonibus, quibus dixisti, Si fuerint peccata
vestra sicut phoenicium, vt niuem dealbabo.

2 Est etiā poculū, quo secreta mētis mūdare cō-
sueuisti: poculum non naturæ veteris Noë ex-
vite solenni, sed poculum nouum ex illo bo-
trione peregrino: qui sicut vua de vite, ita ille
in carne crucis pependit è ligno. Ex hoc ergo
botrione est vinum, quod lactificat cor homi-
nis, sobrietate inebriat, crapulam fidei & veræ
religionis exhalat, crapulam castitatis infun-
dit. Hoc igitur vino domine meus domine, au-
rem augustæ mentis emunda: vt sicut vino na-
turali homines inebriati, quietem diligunt, ti-
morem mortis expellunt, iniurias nō sentiūt,
aliena nō quærunt, suorum obliuiscuntur: ita
etiam vino tuo crapulatus, pacem diligit, & fi-
dei exaltatione securus mortem infidelitatis
ignoret, patientiam charitatis exhibeat, sacri-
legia aliena non teneat: fidem etiam pignori-
bus suis præferat: secundum quod scriptū est,
Relinque omnia, & veni, sequere me. Hoc vi-
no, domine Iesu, sensus etiam nostros dilue:
vt te adoremus, te colamus visibilibus & inui-
sibilibus creatorē. Nō potest ergo inuisibilis,
aut bonus non esse, quod etiam tuis operibus
contulisti. Hæc ille. A V T H O R. Hæc oratio
ne sancti patris Ambrosii emundante affectū
& illustrante conceptū, quasi duabus turmis
audacter regredior, vt terram repromissionis
ex parte Christi & sanctorum forte percipiā.
Sed erue me domine Iesu Christe de manu fra-
tris mei Esau, quia valde eum timeo: non qui-
dem gratia tua opitulante fidem tuam defen-
dere: non sophismata, & illiusua eius motiua
confringere: non rationum eius extorta phi-
losophiæ, aut logicæ, quam ipse nouus auctor
inuenit, vasa diripere, in quibus confidebat:
sed falsas eius calumnias in sanctos ecclesiæ sa-
cerdotes, præpositos, religiosos, antistites, prin-
cipes orthodoxos, fratres, monachos, sancti-
moniales, pijsimos maritatos & foeminas, vitu-
periosa eis assignata vocabula, suspiciones
criminofas, impositiones enormes: quales in
catholicorum libris ego nunquam, in sæuisi-
morum hæreticorum, imò vel paganorum li-
bris credo ante istū nullus inuenit. Timeo
mihi multum: sustinere non possum, dubito
an deberem. Domine tu deduc me in iustitia
tua propter inimicos meos: dirige in conspe-
ctu tuo viam meam. Hunc vericulum mihi
assumo: simulq; cum Hieronymo seruo tuo do-
mum tuam intrare me præparo. Ego (inquit)
cupio intrare in domum tuam, & volo intrare
per viam tuam rectam: sed quoniam continua-
ta semitis meis scandala ponunt inimici mei,
& me in domum tuam cupiente, laqueos po-
nunt in itinere: propterea quæso te, vt tu diri-
gas pijsime pedes meos vlq; in finem in via
tua. Meum est ponere pedes in viam tuam, tu
um est corrigere gressus meos: propter inimi-
cos meos dirige in conspectu tuo viam meā,
hoc est, viam tuam rectam fac propter inimi-
cos meos, qui insidiantur mihi. Hæc ¶ via, est
lectio scripturarū, hoc est, ne in scriptis tuis,
per quæ ingredi cupio in ecclesiam tuam, cor-
ruam. Omnis enim, qui malè intelligit scriptu-
ras, in via Dei corrui. Hæc Hieronymus in
minori breuiario. A V T H O R. Ita domine
scio inimicos certè plus tuos, quàm meos scā-
dala mihi exposituros in via. Sed præ omni-
bus vereor, ne turbatus ruā in istum, qui hoc
egit de præterito: qui tam copiosus est maligna-
tus in sancto. Sed faciam (te donante) ne red-
dam malum pro malo, nec vincar à malo, sed
vincam potius in bono malum: vt sic ex vna
parte nō vituperetur per me ministerium no-
strum: & ex alia parte pro repellendis conuici-
is, non relinquatur principale negotium. Est ¶
enim communis hæreticorum praxis, quā iste
Witcleff nunquam prætermittit in libris, desi-
ciente sensu, intermiscere litigia: vt vel sic fa-
mam eorū perdat falsis, quandoq; in parte ve-
ris criminibus contra quos agit: vel vt prudēs
videatur, quia respōsa nōn delunt: & vtrobq;
fides patiatur excidium in mentibus incau-
torum. Sed Augustini cautela functus in hac
parte, rarò respōdebo cōuiciis, quousq; locus
aduenerit quædam purgādi pro simplicibus:
sed tolerans, & orans pro perfidis, velociter sa-
liam in tractatum. Sic enim *Augustinus* scribēs
ad Hipponensem ecclesiam dicit faciendum.
Proinde (inquiens) fratres mei, qui timetis do-
minum, memētote quod ait apostolus Petrus.
Quoniam aduersarius vester diabolus tanquā
leo rugiens circuit quærens quē deuoret. Quē
verò non potest deuorare seductum ad nequi-

Vinum nouum.

Hierony.

Via domini

Hæretico- rum con- suctudo.

Augustin.

tiam, famam illius inquinare conatur: vt si fie-
ri posset, opprobriis hominum, & malarum
linguarum detractioe deficiat, vt sic in suas
fauces ruat. Si autem nec famam innocentis
maculare potuerit, hoc persuadere tentat, vt
per malas suspiciones de fratre suo iudicet, &
sic implicatus, absorbeat. Et bene infra. No-
lite itaq; augere cruciatus meos deficiendo,
vel in suspitionibus falsis, vel in peccatis alie-
nis. Nolite, obsecro vos. nam quidam de vo-
bis super dolorem vulnerum meorum addide-
runt. Nam illi, qui gaudent de istis doloribus
nostris, de quibus in persona corporis tantò
antè dictum est, Aduersum me insultabāt qui
sedebant in porta: valde tolerabilius sustine-
tur pro quibus tamen ipsis etiam orare, & so-
num eis velle dicimus. Ad quid enim aliud se-
dent isti? & quid aliud captant, nisi vt quisquis
episcopus, vel clericus, vel monachus, vel san-
ctimonialis ceciderit, omnes tales esse credāt,
sed non omnes posse manifestari: & tamē ipsi
si cum aliqua maritata adulteria inueniantur,
nec projiciunt vxores suas, nec accusant ma-
tres suas. Cum autem de aliquibus, qui nomē
sanctum confitentur, aliquid criminis, vel fal-
si sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt,
ambiunt, vt de omnibus hoc credatur. Hæc il-
le. A V T H O R. Quis non ista sapius experi-
tur de nostratibus Witcleuistis. ò bone domi-
ne Iesu? Quomodo nō omnes per regnum ci-
uitatum vel vicorum domus talibus scandalis
resonant virorum sanctorum? His igitur hære-
ticis hostibus Augustini illos adiungite, cum
eos audire cōtinget, vel cum capitaneū eorū,
quem talibus spumis stridere videtis, quan-
uis ego cū Augustino præteream, nihil aliud
pro tunc inponens hæretico, nisi quòd sit hæ-
reticus, vnde versus finem ibi concludit *Augu-
stinus*. Ecce docuit nos Deus, vt qui gloriatur,
in domino gloriatur. Nec obiciatis hæreticis
nisi quia non sunt catholici: nec similes eis fi-
tis, qui non habendo quod in causa suæ diui-
sionis defendant, non nisi hominum crimina
colligere affectant, & ea ipsa plura falsissima
iactant: vt quia ipsam diuinæ scripturæ veri-
tatem criminari & obscurare non possunt,
homines, per quos prædicatur, adducant ad
odium: de quibus & fingere quicquid in men-
tem venerit possunt. Vos autem nisi ita didi-
cistis Christum: si tamen illum audistis, & illo
docti estis. Hæc Augustinus. A V T H O R. Hos
igitur hæreticorum laqueos, hæc tendicu-
la iurgiorum dona domine Iesu securè petrā
sire pede catholico, & affectu pacifico: vt veri-
tas sacramentorū tuorum de blasphemis hæ-
reticorū

Idem.

Augustin.

reticorum Witcleuistarum tanquā ex abyſſo liberata, pr̄ oſiliat, & omni laude digniſſima, & ſalutis fructu pleniſſima fidelium corde credantur, & in effectibus ſentiantur. Amen.

De Hæreſibus antiquorum & Witcleuistarum cōtra eccleſiæ ſacramēta.

Quòd ex fide Deus concurrat cum miniſtro ad ſacramēta celebranda.

CAP. I

SVMMA.

- 1 Witcleff prima & generalis iniuria, quæ cuncta concernit sacramenta, quòd Deus ex fide non concurrat cum ministro ad sacramenta celebranda, sanctorum autoritatibus prosternitur.
2 Christus quòd membris suis aſſiſtat, ostenditur.
3 Christus quomodo cum ecclesia sua ſit ſemper.
4 Christus quòd quotidie cibum noſtrum menſalem ſanctificet, maxime ſi cum gratiarum actione percipiatur.
5 Christus, quòd cooperetur ſalutem, etiam per miniſtrum peruerſum, contra Witcleff.



Sacramenta veneranda Chriſtianiſmæ religionis, quæ à temporibus Apoſtolorum ſucceſſiuè per tot annorum fluxus ſemper in eccleſia ſua patēs liber vitæ ſeptem ſignaculorum ritu ſeruauit, & numero: ſicut à fidelibus populis in magna ueneratione coluntur, ita inuidente diabolo, per hæreticam prolem eius continuis denigrantur infamijs, & iniurijs diſtrahuntur. Ideo nil mirum, ſi conſequēter poſt duos equos, Chriſtum ſcilicet, & martyres, duo alij equi ſellores habētes diabolū, & hypocriſantes hæreticos, ſecundū expoſitionem Hieronymi, ſeptem ſignaculorum apertioni ſe coniunxiſſe ſcribuntur. Sunt enim ualida contra peccatum remedia, ſancta contra malas immiſſiones ſignacula, ſunt cōtra morbos uitiorum loçuli gratiarum: & idcirco hoſtes humanæ ſalutis nihil malè moliendo proficiunt, ſi ſancta, & præueneranda ſacramenta

non ſubruant. Quòd quia ſtatim nō poſſunt, ſaltem attenuare cultum, infirmare propoſitū, & ſic affectum plebis demutare proponunt: dicentes ſe aliunde repletos Dei gratia, & ſine talium ſignorum obſeruatione fatiſ diuites eſſe Deo: ſicut & vetuſti idololatræ. Viuit (inquiunt) Deus tuus Dan. Vbi Hieronymus in commentario ſuper Amos lib. 3. Hæretici (inquit) in extremis ſcripturarum ſanctarum finibus ſcientiæ Dei iudicium contemnentes, & deſiderantes uiam Berſabee, quæ fuit in tribu Iuda: multaq; eccleſiæ imitari cupientes ſacramēta, ſaturatos, & repletos ſe eſſe dicunt: quibus apoſtolus exprobrat Paulus, Iā ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis. Hæc ille. AVTHOR.

Modernum hoſtē ſacramentorum alloquor Witcleff, ipſum inſeſtum habeo, ipſe mihi eſt dolori, qui noua quædam inſtaurat conuicia ſacramentis. Nec noua penitūs, ſed quæ nouo picta ſophiſmate, ciſternas ueterum hæreticorum redolent diſſipatas. Et prima quidem eſt, quæ cuncta ſacramenta concernit generalis iniuria. Dubitare (inquit) habent fideles: utrum moderni hæretici conſciunt, uel ritè ordinant, uel miniſtrant alia ſacramenta, quia non eſt euidentia, quòd Chriſtus aſſiſtit tali pontifici propter hoc, quòd tam malè ſuper illam hoſtiam mentitur: & in ſua conuerſatione dicit contrarium vitæ Chriſti. Hæc eſt inter conſuſiones ter dānatas. 74. AVTHOR.

Non hīc expeçto gloſſas euaforias, quas ad hoc dictum ſacrilegum dealbandum eius ſectatores inuenient: ſed ſenſum illum uerborū eius, qui ſubuerſurus eſt populos, cum iſta legerint, uel audierint: & in quo nō dubium eſt ipſa dixiſſe, ut patet aſpicienti prudenter plures paſſus librorum eius, ipſum immūdum, & hæreticum ſpiritum in ſpiritu Chriſti & eccleſiæ patrum eliminare conabor. Intendit enim generaliter certitudinem fidei noſtræ corrumperet de concurſu Dei cum ſuis miniſtris in ſacramentorū celebratione. Quo factō, ſi Deus nō cooperetur, nec eſt ſacramentum editum, nec perceptum. Semper ergo remanere habēt fideles incerti, tam ſecundum experientiā ſenſus, quàm fidei, de celebrationibus ſacramentorū, & fructibus. Quo ad ſenſum cūctis liquet. Quo ad fidem: quia dicit, Dimiſiſiſtis ridiculis infidelibus conſidentibus de prælato cæſareo, dicimus uobis probabiliter, quòd non eſt de ſubſtantia noſtræ fidei, quòd Deus cooperetur cum tali prælato cæſareo miniſtrando huiuſmodi ſacramenta. ſecunda parte de ſermone domini in monte. capi. 68. Et dicit probabiliter, non quaſi perſuaſoriè tantum: quia ſuſtinet

Hieronymus.

Iniuria prima.

Concluſio. 74.

Christus membris suis aſſiſtit.

ſuſtinet & aſſiſtat, ſed quia probationes ſuas annectit. Iam quia fidem ſacramentorum euacuat, à radicibus fidei inchoandum eſt. Chriſtus ꝑ nanq; caput eccleſiæ ſecundum uirtutem fidei membris ſuis cōiungitur, tam in ratione creatoris per conſeruationem: ſed plūs in ratione ſaluatoris per ſalutis operationem. Nam in ratione capitis ſic operatur ſalutem in medio terræ noſtræ, influens membris uitam, & ſenſum: ſenſum, per uerba: uitam, per ſigna, & ſacramenta. Manus noſtræ, dicit apoſtolus, tractauerunt de uerbo uitæ, & ipſi nos audiuiſimus, & uidiuiſimus. Manus ergo, oculus, aut auris ſi ſenſum habeat, neceſſe habet conſiderari hoc ſibi miniſtrari de capite: nec poteſt aliquid quantum dubitare uirtutem capitis ſecū operari in diſcretionem ſui ſenſibilis, quotiēs ſentire placet, habitis requiſitis. Sed recta fides uacillare neminem ſinit de poenitentiā redemptoris ad effectum operis, quotiens conſecrari tentabitur in nomine ſaluatoris: imò iubemur hoc credere ſub poena in crudelitatis non tantum in ſacramentorum exercitio, ſed & de uerbo uitæ ſalubriter audiendo, neceſſaria poſtulat: & huiuſmodi qui quærit, inueniet: & pulſanti, aperietur: quia, Quicquid orātes petitis, credite quæ accipietis, & fiet uobis. Qui credit in filium Dei, habet uitam æternam. Et baptizandus Eunuchus interrogatur: ſi ex toto corde credat. Et cuſtodi carceris: Crede in dominum Ieſum (ait Paulus) & ſaluus eris. Qualiter potuit hoc promittere Paulus, ſi non eſſet ſecurus de concurſu capitis? Hoc autem ſemper nitentur apoſtoli facere, ne ſcilicet dubitarent gentes Chriſtum cooperari eis. Audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in uobis. Ephe. 3. Et ibi. Mihi autem omnium ſanctorum minimo data eſt gratia. Et. 1. Corinth. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Quid eſt hoc dicere, niſi ego operam dedi, & Deus cooperabatur mihi? Et quomodo potuit probaſſe hoc Paulus tunc Witcleuiſtæ proteruo de ſcripturis? ſed ideo uoluit eſſe de ſubſtantia fidei credituris. Sed dicit Witcleff, Paulus fuit uerus apoſtolus Chriſti in moribus: idcirco potuit eſſe certus de cōcurſu capitis in ſuis operibus. Sed quid ergo de illo dices, qui in nomine Chriſti eiecit dæmonia, & nō ſequebatur eum, etiam nec pedibus? Marci. 9. Et Ieſus ait, Nolite prohibere eum. Nemo enim eſt qui faciat uirtutē in nomine meo, ut poſſit citò malè loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt. Cū iſto ergo cooperabatur Chriſtus, & ipſi aſſiſtebat quotiens attentauit eiecere:

quia non eiecit niſi in nomine Chriſti, & tamē non ſequebatur Chriſtū in moribus: imò nec pedibus ſequi dignabatur. Ergo multo magis aſſiſtet Chriſtus generaliter intendētibus per ſacramenta publica ſalutem animarum, quam uis recedant à Chriſto taliter conſcientes in ſequela morum. Et hoc eſt de ſubſtantia fidei argumentum. Si tamen negaueris conſequēs quia aliud eſt de gratia ſaluatoris, aliud de ſalute corporis: Quid dicis de his, qui non caſtè, ſed pro quæſtu, uel ex contentione prædicabāt Chriſtū? Ecce Chriſtus aſſiſtit eis in prædicando. Vnde Apoſtolus gaudebat de fructu eorū. ad Phil. 1. & tamē iſti animoſè reſiſtebant Paulo. Nonne ergo de ſubſtantia fidei noſtræ eſt, quòd Deus cooperatur prædicanti in nomine ſuo, quamuis longè diſtet in moribus? Auguſtinus hoc habet argumentum contra Petilianum. libro. 2. reſponſione. 82. dicēs. Quid enim dum omnimodo ſiue occaſione ſiue ueritate Chriſtus annuntietur? & in hoc gaudebo, ſed & gaudeo. Videmus iſtoſ rem quidem ſanctam, & caſtam, & ueram, non tamen caſtè annuntiaſſe, ſed per inuidiam, & contentionē ſine charitate, ſine caſtitate. Certè paulò antè laudes charitatis aduerſus nos dicere uidebaris ex Apoſtoli teſtimonio: quia ubi charitas non eſt, quicquid fuerit, nihil prodeſt. Ecce in his charitas non eſt, & tamen erat Chriſti prædicatio: de qua ſe gaudere dicit Apoſtolus. Neque enim malo illorum gaudet, ſed bono nominis Chriſti. In ipſo quippe charitas erat, quæ non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autē ueritati. Inuidia porro, quæ in illis erat, diabolicū malum eſt. Hæc enim cecidit, & deiecit. Hæc Auguſtinus. AVTHOR. Ecce iſti per prædicationem ſuam in nomine Chriſti augebant in populo gratiam ſaluatoris: & quomodo hoc, niſi cooperante domino, & ſermone confirmante? Quibus congaudebat apoſtolus, quamuis extra charitatem, & per inuidiam prædicafſent. Non ꝑ eſt ergo diſſidentium in ſacramentis ſalutis concurrere caput eccleſiæ Chriſtum ad ſalutem plebis: imò modis omnibus conſidendum, dicente Chriſto, Ecce ego uobiscum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Nobiſcum eſt in miraculis, nobiſcum in pronuntiatione euangelij pacis, nobiſcum indubiè in ſacramentis conſciendis, quia nobiſcum eſt in minoribus ſanctificandis. Vnde Apoſtolus. 1. ad Timotheum. 4. Nihil reiiciendum, quòd cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per uerbum Dei & orationem. O bone Apoſtole, nunquid non & per miniſtrum ſanctifica-

Augustinus.

Christus quomodo cum ecclesia sua.

ter, & tam efficaciter cuncta ad esse deduxit? Nonne Deus? Et nunquid alius Deus, quam is, qui iam coenatus cum discipulis, accepit panem in manus suas dicens, Hoc est corpus meum. ac demum adiunxit, Hoc facite, quotienscumque sumitis in meam commemorationem? Ecce qui dixit, faciamus hominem: is dixit, Hoc est corpus meum. Qui dixit, Crescite, ille idem hoc facite. Qui dixit, multiplicamini, & replete aquas maris: ille dixit, Baptizate omnes gentes. Cur de necessitate oportet Deum coassistere omni pisci maris, & volatili caeli, quando intendit aliis habitis generare? quia alias non possent implere praecipitum illud, Crescite, & multiplicamini &c. quoniam eadem necessitate oportet Deum coassistere omni praelato in consecratione cuiuslibet sacramenti, vel alias inuauum dixisset eis Christus, Hoc facite, quotienscumque sumitis. Nam idcirco dicuntur sacramenta necessitatis. Vnde Hugo parte. 1. 1. de Sacramentis lib. 1. capite. 3. Illud quoque inter ipsa primi temporis sacramenta, quae sub naturali lege erant, & ea, quae sub lege scripta, vel sub gratia instituta sunt sacramenta inter esse perspicimus: quod illa voluntatis magis esse videntur, ista necessitatis. Illa ex voto celebrata sunt, ista ex praecipito. Et idem capite. 7. Sacramenta naturalis legis non ex praecipito indita videntur, sed ex consilio ad votum proposita. Sacramenta vero scriptae legis & gratiae necessitatem quandam executionis inducere, propterea quod non ex consilio tantum, sed ex praecipito instituta noscuntur. Haec ille A V T H O R. Ergo si sunt ex necessitate propter praecipitum, etiam ex necessitate exigunt diuinum concursum. Praecipitum enim antiquum currens per creaturas, simul arguit cooperantem Deum, & promittit effectum, sicut dicit Basilus in hexaemero. Currit enim (inquit) in constitutione mundi per omnem creaturam Dei verbum, ut subito de terris omnia, quae statuit Deus, secundum genera producantur: & in futurum lege praescripta secundum genus sibi similitudinemque; vniuersa succedat, ut leo leonem generet, tigris tigridem, bos bouem, ouis agnum, aquila aquilam: semel praecipitum in perpetuum inoleuit naturae. Et ideo ministerij sui obsequium praebere terra non desinit, ut praeae animantium species reparabili generis successione in nouas reparentur aetates. Haec ille de opere sextae diei. A V T H O R. Ita ergo cuncta animantia secundum primum praecipitum lege perpetua in nouas succedunt aetates: & ideo praesentia suam dispensat eis omni potens generali quodam pacto indito cum

natura: de quo ipse dixit Ioan. 5. Pater meus usque; modo operatur, & ego operor. De quo quidem concursu certissimo nullus dubitat, qui videt effectus, nisi nimis deliret cum academiis, dicens se nescire quod comedit. Cur ergo dubitaret quisque; super generali concursu Dei cum volentibus consecrare, nisi nimis velit errare, dicens non fuisse sacerdotibus sic praecipitum: Hoc facite quotienscumque sumitis in meam commemorationem? Praecipitum ergo ut prodit concursum Dei generalem in naturis, ita necessario in sacramentis, maxime ubi terminus generalitatem exprimit temporis: ut ibi, quotienscumque. Nusquam tamen gerit creatura principalitatem operis: sed cooperans Deo tam in propagandis foetibus, quam in mysterijs consecrandis. vtrobiusque enim verum est quod ait Christus, Pater in me manens, ipse facit opera. Praedicta enim omnia sic combinans sanctus pater Chrysostomus in sermone de prodicione Iudae, qui incipit, Paucis hodie necessarium est. Nunc (inquit) praesto est Christus, qui illam ornauit mensam, istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita corpus Christi facit & sanguinem, sed ille, qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & domini virtute consecrantur, & gratia: Hoc est (ait) corpus meum, hoc verbo proposita consecrantur. Et sicut illa vox, quae dixit, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura: ita vox illa semel dicta est, sed per omnes mensas ecclesiae usque; ad hodiernum diem, & usque; ad eius aduentum praestat sacrificio firmitatem. Haec Chrysostomus. A V T H O R. Audi mi Witcleff si non vis totam per orbem ecclesiam, saltem Chrysostomum. Illa vox, quae dixit, Crescite, semel quidem dixit, sed omni tempore sentit effectum. Illa eadem dixit, Hoc facite: & per omnes mensas ecclesiae hucusque; & usque; ad aduentum eius vltimum praestat sacrificio firmitatem. Non dixit dubitationem, aut reputationem aliquam imbecilem, & agram, sed perpetuam firmitatem. Itē audi Damascenum sanctum patrem. 4. libro sentent. & 89. capite libri sic dicentem. In coenaculo igitur sanctae & gloriosae Sion, vetus pascha cum discipulis suis manducans, & impletus vetus testamētum, lauat discipulorum pedes, signum sancti baptismatis tribuens. Deinde frangens panem, dabat eis, dicens: accipite, comedite: Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Similiter accipiens calicem ex vino & aqua, tradidit ipsis, dicens: bibite ex ipso omnes:

Chrysto.

Damasc.

omnes: Hic est meus sanguis noui testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Quotienscumque enim utique; comedetis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem filii hominis annuntiabitis, & resurrectio nem ipsius confitebimini donec utique; veniat. Si ergo verbum viuens est, & operatum, & omnia quaecumque; voluit dominus fecit: si dixit: fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum, & factum est: si verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: si caelum, & terra, & aqua, & ignis, & aer, & omnis ornatu eorum verbo domini completa sunt: & hoc utique; famosum animal homo si volens ipsum Deum verbum factum est homo: & sanctus semper virginis puros & immaculatos sanguines sibi ipsi infemaliter carnem substituit, non potest panem, suum corpus facere, & vinum & aquam sanguinem? Dixit in principio: Educatur terra herbam foeni, & usque; nunc pluuia facta educit propria germina diuino coacta & fortificata praecipito. Dixit Deus, Hoc meum est corpus: & Hic meus est sanguis: & Hoc facite in meam commemorationem: & omnipotenti ipsius praecipito usque; utique; veniat, fit. Sic enim dixit: usque; utique; veniat, & fit pluuia nouae huic agriculturae per inuocationem: ea quae sancti spiritus obumbrans virtus. Quem admodum enim omnia quaecumque; fecit Deus sancti spiritus operatione fecit: sic & nunc spiritus operatio haec, quae super naturam operatur: quae non potest capere nisi sola fides. Quae liter erit mihi hoc (ait beata Dei genitrix) quia virum non cognosco? Respondet Gabriel archangelus. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et nunc interrogas qualiter panis fit corpus Christi: & vinum & aqua sanguis Christi? Dico tibi & ego: Spiritus sanctus superueniet. & haec facit, quae super rationem & intelligentiam. Haec ille. A V T H O R. Quid clarius, quid planius dici potest? Si Latinae non credis ecclesiae, saltem Graecos patres Damascenum, Basilium, Chrysostomum: imò totam ecclesiam in orbe diffusam attende, quodque; praecipit Deus sic fieri, sic factum est, & erit quoque; veniat. Proba tu non esse Christi praecipitum, aut certis terminis & exceptionibus modificatum: & tunc vtaris exceptionibus pro personis, locis, aut temporibus assignatis. Si enim generaliter nullum annotans dixit, Hoc facite: si nullum tempus excepit: sed addidit, quotienscumque; si terminos nullos praefixit, sed donec veniam ad finem mundi: vtantur ecclesiastici sacerdotes libere

commissa sibi caelitum potestate. Si quaeras quae potestate? Respondet Damascenus: sancti spiritus obumbrantis, & cooperantis sua Dei virtute. Scit enim Christus nos nihil ab eo praecipitum deducere posse sine eo ad effectum. Sic enim ipse dixit: Sine me nihil potestis facere. Concurrit ergo regulariter ad perficiendum quod praecipit. Sic enim ratio euidenter ostendit ne cessesse fieri: & sic humanae leges decernunt quod libet in omni praecipito fore concessum, sine quo non potest expleri praecipitum. Christus praecipit singulis sacerdotibus hoc facere in sui memoriam, quod nisi cooperetur, non possunt: necessario ergo cooperatur Christus, quotiens sacerdos, iussis mediis, se disponit ad actum. Item quia signa petis, aliam euidentiam facio tibi. Deus enim concurrit regulariter in minoribus, ergo multo magis non deerit in magis necessariis ad salutem. Antecedens probant quot libet exempla. Nidificat passer, cooperante Deo, descendit lapis, humectat latex, calor folis glaciem dissoluit: & vt veniamus ad hominem, nec stat, nec sedet, nec fricat manus, non purgat oculos, quin quotiens libet ista facere, vel huiusmodi, etiam ultra debitum, statim Deus cooperatur ad actum. Sine Deo vermes non rodunt, nec tinea demolitur. Et quare nisi propter generalem influentiam, quam Deus pepigit cum natura? At ne obstaculum facias pro peccato consecrantium, quod posset deum abigere, ne concurret: ecce homicidae iniustos gladios vibrant, vnde perimunt innocentes: mendaces noxias linguas soluunt, piratae mare nauigant, praedones rapinas exercent: Spiritus procellarum secundum potestatem datam sibi a domino, pios, & mali nescios viros torquent: mœchi & adulteri tenebras suas fouent, & in fornicibus, & latebris actus impudicos exercent, quibus singulis omnipotens Deus sciens bene vt malis, adest indubie quo ad actum substantiae, quamuis detestetur maculam turpis culpa. In his omnibus negari, aut dubitari non potest cooperatio Dei, quotiens creatura voluerit sponte sua in actum procedere. Cur non vincit experientiam fides, vt per inuisibilem gratiam totiens Deus adierit inuocatus, quotiens pro salute plebis suae etiam per impudicum ministrum interuentum fuerit salutaribus sacramentis? Maxime cum (vt dixi) ille iubet hoc facere, quod supra, vel contra naturam existimas: qui cum natura semel pactum suum semper conseruare non desinit, vt habet Rabanus capite. 30. de corpore & sanguine domini. Verbo (inquit) patris dictum est: Crescite, & multiplicamini, & ecce adhuc

Nota.

Deus omni actioni concurrat.

Rabanus.

adhuc hodie ex eo cuncta creantur, non noua, sed ex eodem semine. Ita & caro Christi eodem verbo fit caro, quo uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Unde si ex illa benedictione tanta manet multitudo, quod putas ex carne Christi? Nunquam inefficax est ex se, qui tanta fecit ex nihilo. Et si panes duxerat quantitate substantiae, quam natura non dederat, nunquid impotens est facere ex aliquo, quod sine semine ex utero creauerat? Pullulat ergo illa uerbata carnis Christi, & manet integer Christus. Igitur sicut propterea quod semel dixerit: germinet terra herbam uidentem, adhuc hodie ex eo, quae per singulos nascuntur annos, omnino creatur: Sic utique & in eo quod semel uoluit, & deinceps carne & sanguine in hac commemoratione iussit esse, fit quod iubetur. Quae si quis non credit, impio deterior est: quia ille, quod dicit, approbare non potest: iste quod in multis cognouit contra naturam fieri, etiam in carne Christi non credit. Haec ille. AVTHOR. Conuenit iste doctor superiori dicto Chrysostomi: si mul & addit, quod Christus in commemoratione huius sacramenti hoc facere mandauit sacerdotibus: qui sic crescere, vel germinare primo imperauit naturis. Item Deus excitauit corda patrum ueteris legis ad sancte uiuendum sub obtentu praemij temporalis. Et nunquam defuere eis cum conarentur capere quod spopondit: uel iustis actibus, uel uicis sacramentis. Sed omnia illa fuerunt propter ista bona spiritalia. Ergo multo magis Deus excitat iam corda fidelium, & cooperatur cum eis certifice iustis actibus & sacramentis ad capiendum vitam perpetuam. Conforme huic argumentum facit Augustinus contra Pelagianistas, & deridet negantes libro suo ad Prosperum & Hilarium, dicens, Agit quippe Deus quod uult in cordibus hominum, uel adiuuando, uel inducendo, ut etiam per eos impleatur, quod manus eius, & consilium praedestinauit fieri. Frustra itaque quod regnorum & Paralipomenon scriptura teste probauimus: cum Deus uult fieri, quod non nisi hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda, ut hoc uelint, eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo, & ineffabili operatur & uelle: ad causam, de qua disserimus, non pertinere dixerunt. Quid est aliud nihil dicere, & tamen contra dicere: nisi forte existimant ad regna terrena faciendam Deum inclinare: ad regnum uero caeleste obtinendum Deum non inclinare, quorum uoluerit uoluntates: Sed puto propter regnum caelorum, non propter regnum terrenum esse dictum, Inclina cor meum in testimonia tua. Haec ille. AV-

Augusti.

THOR. Conformer in presenti Deus Iudaeis nunquam defuit, quando volebant seruire mandata & legalia sacramenta propter regnum terrenum, & commodum temporale, sed multo magis excitat hominum uoluntates, & excitatis, cooperatur ad obtinendum regnum caelorum. Ergo sacramentis spiritalibus christianorum Deus nunquam deest: quae sunt cunctis Christianis ad consequendum salutem per eum publica prouisa, & instituta remedia. Maxime cum, ut dicis, de dominio ciuili capite. 7. Deus non potest dare cuiquam bonum creatum, nisi prius dederit eidem bonum increatum.

Sacramenta.

¶ Non semper propter mortale peccatum potestas consecrationis sacramentalis suspenditur in praelato.

CAP. III.

SVMMA.

1. Via duae male,
2. Peccatum quod non fit, qui e quid a peccatore fit contra Wicleff.
3. Deus quod det, aut praestet alicui dum est in mortali aliquod bonum suum, & non tantum bonis bona, ostenditur contra Wicleff, ex Origene.
4. Deus quod omnia det regna.
5. Deus quomodo corda hominum quod uult, inclinet.
6. Rex, aut Princeps temporalis, etiam malus, quomodo regnet ex dono Dei, & quod non amittat nomen, ius, aut officium pro quolibet mortali. Et quod idem sit de Papa, episcopo, uel sacerdote.



Ingreditur autem iste peruersus prostibulum praedictae haeresis Madian, in conspectu totius Israel, duabus uis, quem admodum scriptura dicit. Ecclesiastici secundo. Veh duplici corde, & labiis scelestis, & manibus male facientibus, peccatorum terram ingredientibus duabus uis. Prima est uia actualis iniustitiae, & secunda uia praesentiae. Quantum ad primam, secunda parte sermonum

Via duae male.

sermone. 6. dicit. Videtur, inquit, primo, quod Deus quemcunque praelatum, uel uiatorem suscipit a suo officio, uel ministerio, quando incidit in mortale. Patet ex hoc, quod eo ipso, quo quis irretitur mortali, peccat mortaliter quicquid in hoc fecerit: sed cum Deus non approbat, sed uetat, ut quis peccet mortaliter, patet, quod omne talis praelati ministerium a domino prohibetur. Sub hoc assumpto principio probare conatur secunda parte sermone domini in monte. cap. 44. multis uis, quod Deus non cooperatur cum tali praelato in celebrando sacramenta. Primo: quia cum fructus huiusmodi sacramenti, qui foret sequi Christum in moribus, longe melior & utilior ecclesiae, quam consecratio huiusmodi sacramenti, in poenam peccati talis praelati dimittitur: quare non inutilior scilicet sensibilis ministratio sacramentis: Haec Wicleff. AVTHOR. Instat ergo ad probandum, quod peccator praelatus non coficit, quia suspenditur a Deo propter mortale: & hoc a posteriori, quia fructus sacramenti non consequitur, qui est sequi Christum in moribus. Quoniam plane sua sponte iam cecidit in haeresim Donatistarum: qui idcirco se ab uniuersali ecclesia praeciderunt, & uniuersos ad se uenientes rebaptizabant, dicentes sacrilegum, & profanum mundum baptismum nulli posse praestare: quid iam pugnabimus contra primodictum, quod quicquid quis fecerit in mortali, peccat mortaliter: cum clypeus eius potissimum in hac parte sit uerile illud sophisma, iste scribit cum naso suo? Sed illud magis tangendum est: quod substantialiter errat: quod praelatus quisquam, aut sacerdos per quodlibet mortale est a sacerdotis officio eo ipso a Deo suspensus. Hanc haeresim plane tenet: hic fugam nullam capere prauelebit. Unde & conclusio eius inter ter damnata. 143 est. Sicut rex princeps, uel dominus tempore, quo est in mortali, non sortitur nomen illius officij nisi nominatenus & satis aequiuoce: sic nec papa, episcopus, uel sacerdos dum lapsus fuerit in mortale. AVTHOR. Quantum ad primam partem de dominijs temporalibus iam satis armauimus ueritatem in primo uolumine: simul & protosyllogismum eius depressimus, quo sibi uidetur insolubiler hoc probare: quia Deus non dat, aut praestat alicui dum est in mortali aliquod bonum suum, sed dat tantum bonis bona: quae haeresim scriptura ipsa damnauit in terminis. Ecclesiastes. 2. ut ibi habetur per Hugonem. Et Origenes palam dicit hanc olim iam fuisse haeresim Iudaeorum homilia. 16. super Leuiticum. Videamus (in-

Non quicquid a peccatore fit, peccatum est. Scribere cum naso.

Origenes.

quies) quae sit prima benedictio ijs, qui ea, quae mandantur, impleuerint. Dabo uobis, inquit, pluuiam in tempore suo. Igitur primo ad Iudaeos dicamus, & eos, qui simpliciter, uel corporaliter intelligenda opinantur. Si pluuiam haec tanquam remuneratio pro laboribus datur ijs, qui mandata custodiunt, quomodo & ijs, qui mandata non seruant, una atque eadem pluuiam datur temporibus suis: & uniuersus mundus communibus utitur pluuiis a Deo datis? Pluit enim super iustos, & iniustos. Quod si iustis & iniustis datur pluuiam, non erit eximia remuneratio ijs, qui mandata seruauerint. Vide ergo, quod etiam si Iudaei non acquiescunt uerbis Iesu Christi domini nostri, tu tantum, qui nomine eius censeris, & Christianus appellaris, debes ei credere dicenti, quia pater suus caelestis comunem hanc pluuiam pluit super iustos & iniustos. Et non debes putare, quod iustis eximiam separauit portionem hanc, quam comunem posuit etiam cum iniustis. Queramus ergo in scriptura quae sit pluuiam, quae sanctis tantummodo datur: & de qua mandatur nubibus, ne pluant pluuiam istam super iniustos? Quae ergo sit pluuiam ista, ipse nos Moyses horum legislator edoceat. Ipse enim dicit in Deuterio. Attende caelum quae loquar: audiatur terra uerba ex ore meo. Expectetur sicut pluuiam eloquium meum. Haec ille. AVTHOR. Vides ne Iudaeos hic increpatos in haeresi: peruerses intelligentes scripturam, interpretabantur eam de pluuiam corporali, quod daretur solis iustis? Et attende, quod ego non subornauerim Origensem, qui plane infert Christum dicere: pluuiam dare, & non tantum illam pliere patrem caelestem super iustos, sed etiam iniustos. Tu autem in fauorem haeresis tuae: Notanter inquis, dicit Christus pluit super iniustos, non autem dat. Imo dat, dicit Origenes. Nec est pluuiam corporalis, nec aliquod bonum corporum, quod Deus tantum iustis reseruat eximiam portionem. Sed exquirens eam Origenes, fugit reputationes tuas, & usurpationes superfluas: & plane fatetur esse solam pluuiam uerbi Dei, & rorem meriti spiritalis, reseruans utique hanc haeresim obstinatis Iudaeis: non existimans eam inter Christianos posse conferri. Tu (inquit) qui Christianus es, debes credere Christo dicenti: quod pater suus caelestis comunem pluuiam &c. Et ad hoc item est ratio. Nam dysscoli principes quantumlibet usurpent, nihil habent, quod non ab aliquo potiore accipiunt secundum illud Apostoli. Quid habes quod non accepisti? A quo ergo? Nunquid a demonibus secundum idololatrarum perfidiam? Sed

Sed ipsi nihil concedere possunt suis cultoribus. Attamen error ille minor esset, quam dicere, miseros ex seipsis tantum habere dominia. Si ex Deo sic permitte quod non conferente, adhuc restat querere cum ex se non regnent, quo dante regnum accipiunt? Restat omnino dicere, quod Deo dante, non tamen ut eos remuneret, & tandem beatificet, propter merita, quæ non habent: dicente cum Origene iam supra concorditer Augustino de consensu euangelistarum lib. 1. cap. 24. Ita ne istos mores dilexerunt dii hostes suarum ciuitatum fauendo hostibus earum? cum potius nec illas deserendo presserunt, nec ad istos tra-
 4 feundo eos aliquid adiuerunt: quia non habent in potestate regnum dare & auferre: sed vnus Deus, & verus hoc agit occulto iudicio: nec continuo beatos facturos, quibus terrenum regnum dedit, nec continuo miseros, quibus ademerit, sed beatos, & miseros propter aliud, & aliunde faciens temporalia regna, atque terrena, quibus voluerit, & quandiu voluerit, secundum prædestinatum ordinem seculorum vel finendo, vel donando distribuit. Hæc ille.
 A V T H O R. Deus ergo ipse solus regna distribuit, vel donando sicut Dauidi, Sauli, Cyro, & huiusmodi, quos dominari fecit signatè ex nomine, vel finendo sicut Cæsari, & cæteris Romanis, quos non expressè vocauit ad regna. Non ita finendo, ut Deo nolente, vel non tradente, accipiât sibi regna: vel aliquo citra Deum eis donante. Sed sicut Augustinus ibi dicit: siue finendo, siue donando, Deus semper distribuit. Nam ita ex datione voluntaria Dei accipit regnum malus ad poenam, sicut bonus ad gloriam. Ita non venit Saul reprobus ad regnum sine voluntate Dei concurrentis & intelligentis hominum voluntates, quem dominum postea poenituit statuisse regem: sicut & Dauid, quem inuenit verum secundum cor suum: sicut comparat & indicat quantum in ipso erat sanctus Augustinus lib. de correptione & gratia cap. 70. dicens. Non est itaque dubitandum voluntati Dei, qui in cælo, & in terra etiam illa, quæ futura sunt, fecit, humanas voluntates non posse resistere quominus faciat ipse quod vult: quandoquidem de ipsis hominum voluntatibus quod vult, cum vult facit. Nisi forte ut ex multis aliqua comemorem: quando Deus voluit Sauli regnum dare, sic erat in potestate Israelitarum subdere se memorato viro, siue non subdere, quod utique in eorum positum erat voluntate, ut etiam Deo valeret resistere. Qui tamen hoc non fecit, nisi per ipso-

rum hominum voluntates: sine dubio habens humanorum cordium quod placeret in clinandorum omnipotentissimam potestatem. Sic enim scriptum est, Et dimisit Samuel populum. Et abiit vnusquisque in locum suum. Et Saul abiit in domum suam in Gabaa. Et abierunt potentes, quorum tetigit Deus corda, cum Saule. Et filij pestilentes dixerunt, Quis saluabit nos hinc? & inhonorauerunt eum, & non obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicitur est: non iturum fuisse cum Saule quenquam eorum, quorum tetigit corda Deus ut irent cum illo? Aut isse aliquem pestilentium, quorum ut hoc facerent, corda non tetigit? Item de Dauid, quem Deus in regnum successu prosperiore constituit, ita legitur. Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus erat cum illo. Hoc cum præmissum fuisset: paulo post dicitur est: Et spiritus induit Amasai principem inter. 30. & dixit, Tui sumus Dauid, & tecum futuri filii Iesse. Pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis, quia auxiliatus est tibi Deus. Nunquid iste posset aduersari voluntati Dei, & non potius eius facere voluntatem, qui in eius corde operatus est per spiritum suum, quo inductus est ut hoc vellet, diceret, & faceret? Item paulo post ait eadem scriptura. Omnes hi viri bellatores dirigentes aciem corde pacifico venerunt in Hebron, ut constituerent Dauid super omnem Israel. Sua voluntate utique isti constituerunt regem Dauid. Quis non videat? Quis hoc neget? Non enim hoc non ex animo, aut non ex bona voluntate fecerunt corde pacifico: & tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum, quod voluerit, operatur. Propter quod præmissis scriptura, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus omnipotens, qui erat cum illo, adduxit istos, ut eum regem constituerent. Et quomodo adduxit? Nunquid corporalibus vllis vinculis alligauit? Intus egit, corda tenuit, corda mouit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in eis operatus est, traxit. Si ergo cum voluerit reges in terra Deus constituere, magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas: quis alius facit, ut salubris sit correptio, ut cælesti constituatur in regno? Hæc ille. A V T H O R. Videtis quanto passu probet scripturis testantibus Augustinus, quæ æquæ Sauli, sicut Dauidi, quanuis alio conatu disposuit regnum, ita voluntate sua. Excitauitque voluntates aliorum per spiritum suum, ut acciperent eos in reges. Et vbi magis potest apparere donantibus effectus, quam

Regnant omnes ex dono dei.

quam se voluntarium exhibere, & alios voluntarios facere? Credamus ergo omnes & singuli Christiani, quod rex, aut princeps temporalis, etiam malus, regnat ex dono Dei, & per consequens non amittit nomen, ius, aut officium pro quolibet mortali. Sic nec papa, episcopus vel sacerdos sui potestatem ministerii: quia neutra potestas est de necessitate gratuita: sed sicut temporanea pluuia, quam pater cælestis dat iustis & iniustis largiffua manu sua. Et quia ut dixi, hæc positio est utique cognata hæresi Donatistarum, recitentur vniuersa motiua, & videbitis, quam apte ipsa congruant Donatistis: nec fuerint ab ipso primo reperta, quæ tam laboriose, quam copiose adnihilat Augustinus, & ibi ut loca petunt subruetur affirmatio eius de præcitis & quibuslibet iniustis: nec feruabimus eis loca distincta, quæ in peruersa conclusione videntur vnita.

Respondetur ad argumentum Vitaleff primū, quod sacramentum potest conferri, & esse sine effectu fructus gratiæ saluatoris.

C A P. IIII.

S V M M A.

- 1 Vitaleff quomodo errat cum donatistis, non distinguens effectum, vel fructum sacramenti, à sacramento.
- 2 Sacramenti, & eius effectus distinctio.
- 3 Sacramentum quid, & quis sit eius fructus. Et quomodo etiam à perditè uiuentibus in ecclesia detur, & accipitur. &c. contra Vitaleff.
- 4 Deus, quod sacramentum gratiæ det per malos, ipsam uero gratiam non nisi per seipsum, uel per sanctos suos.
- 5 Sacramento Christi quod diuina uirtus assistat, siue ad salutem bene utentium, siue ad perniciem male utentium.

Argumentum primū Vitaleff.



Rimum igitur motiuum est hoc: quia fructus sacramenti, qui est sequi Christum in moribus, dimittitur: quare ergo non inutilior, scilicet sensibilibus ministratio sacramenti? Dubium fuisset mihi à quo dimitteretur fructus huiusmodi sacramenti, nisi quia statim annexuit in poenam peccati talis prælati, quod mihi videtur ipsam uelle fructum sacramenti ei di-

mitti, cui confertur in poenam peccati peccatoris conferentis: ita ut ipse non fructificet in susceptione sacramenti cui confertur per manum criminosis ministri. Dicitur, quod hic erras
 1 cum donatistis: quia effectum, vel fructum sacramenti à sacramento non distinguis. Augustinus lib. 6. de baptismo contra Donatistas in principio. Poterat (inquit) iam fortasse sufficere, quod totiens repetitis rationibus, & multipliciter disputando versatis, atque tractatis, adiunctis etiam scripturarum diuinarum documentis, iam etiam corde tardiores (quatum existimo) intelligunt baptismum Christi nullam peruersitatem hominis siue dantis, siue accipientis posse violari. Nec ob aliud illis temporibus, quando ista quaestio contra uitalem consuetudinem disputationibus salua charitate atque unitate altercantibus discutiebatur, visum est quibusdam etiam egregijs uiris antistitibus Christi, inter quos præcipue beatus Cyprianus eminebat, non esse apud hæreticos, vel schismaticos baptismum Christi: nisi quia non distinguebatur sacramentum ab effectu, vel usu sacramenti. Et quia eius effectus atque usus in liberatione à peccatis & cordis reuerentia apud hæreticos non inueniebatur, ipsum quoque sacramentum illic non esse putabatur: sed conuertentibus oculos ad interioris palæ multitudinem cum et ij, qui in ipsa unitate peruersi sunt, & perditè uiuunt, appareant remissionem peccatorum nec dare posse, nec habere: quia non malignis, sed bonis filiis dictum est: si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis, tenentur: habere tamen, & dare, & accipere baptismi sacramentum, satis eluxit pastoribus catholice ecclesie toto orbe diffusæ, per quos postea plenarii concilii autoritate originalis consuetudo firmata est, etiam ouem, quæ foris errabat, & dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus suis foris acceperat, uenientem ad christianæ unitatis salutem ab errore corrigi, à captiuitate liberari, à vulnere sanari, characterem tamen in ea dominicum agnoscere potius, quam improbari. Hæc ille. A V T H O R. Jam audis aliud esse sacramentum, aliud effectum, vel secundum te fructum sacramenti. Sacramentum est, quod præstat ex terius. Fructus eius, vel effectus, reuerentia cordis. Sacramentum ipsum à perditè uiuentibus in ecclesia datur, & accipitur: & in oue errante. i. in hæretico, vel schismatico approbatur: ubi reuerentia cordis, aut sequela Christi nulla esse cognoscitur. Et hoc ergo minus per te scilicet sacramentum datur, vel accipitur à ministro,
 2
 3
 4
 5

Augusti.

Deus omnia dat regna.

Augusti.

Deus corda hominum quod uult inclinat.

Responsio Augusti.

Sacramenti & eius effectus distinctio.

Sacramentum Fructus.

nistro, quando quod magis est, scilicet fructus, vel effectus sacramenti, non consequitur. Ita ergo definitur vniuersalis ecclesia per totum orbem: ut negaretur argumentum, quod feceris: quia fructus, & effectus sacramenti dimittitur, quod est maius: ergo sacramentum minus non praestatur, nec Deus cooperatur. Et vide quam nihil proficis arguendo: fructus miraculi Christi cum sanaret daemonicum, surdum, & mutum, dimittebatur a conuersione pharisaeorum ne sequeretur Christum in moribus: imò suo peccato interpretabantur in malum, dicentes eum in Beelzebub eiecisse daemona, ergo multò magis miraculum Christi nullum erat, nec deitas concurrebat ad sic agendum. Item praedicatione Christi non habebat fructum in volentibus eum lapidare, aut in fratribus suis: de quibus dicitur, fratres eius non credebant in eum: ergo nec Christi praedicatione fuit vlla: nec cooperabatur ipsi Deus, quia non habebat effectum. Quod si aliter est: quare non concurrat Deus cum malo presbytero, aut suscipiente iniusto ad susceptionem sacramenti, quanuis absit longè, nec concurrat ad effectum gratiae sacramenti? Vnde Augustinus. lib. 5. de baptisca. 23. Sacramentum ¶ (inquit) gratiae dat Deus per malos: ipsam verò gratiam non nisi per seipsum, vel per sanctos suos: & ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per illius colubae membra, quibus ait. Si cui dimiseritis, dimittetur, si cui tenueritis, tenebuntur. Baptismus verò, quod est sacramentum remissionis peccatorum: quia nulli dubium est habere posse, etià homicidas, qui in tenebris sunt vsq; adhuc: quia de cordibus eorum fraternum odium non exclusum est: siue nulla eis peccata dimissa sint, si non mutato in melius corde baptizati sunt: siue continuo dimissa redierint per seipsum, quia Dei est sanctum esse cognoscimus: & siue tradatur siue accipiatur a talibus, nulla eorum peruersitate violari. Hæc ille. AVTHOR. Ecce si bonus minister baptizet bonum, praestat indubie ipsi (quod sine concursu Dei non esset) sacramentum gratiae, & gratiam sacramenti. Si verò malus minister, & malus accipiens: sacramentum quippe percipit, sed non gratiam sacramenti. Malus verò minister in baptizato fideli nec gratiam adimit, quia tunc Deus dat per seipsum: nec item malus violat sacramentum. Vnde Augustinus lib. 3. de bap. ca. 8. Non est (inquit) aqua prophana, & adultera, super quam Dei nomen inuocatur, etiam si a prophanis, & adulteris inuocetur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomen adulterum est,

Baptismus verò Christi verbis euangelicis cõsecratus, & per adulteros in adulteris sanctus est: quanuis illi sint impudici, & immundi: quia ipsa sanctitas eius pollui nõ potest. Et si sacramento suo diuina virtus asistit, siue ad salutem bene vtentium, siue ad perniciem malè vtentium. An verò solis, vel etiam lucernæ lux cum per coenosa diffunditur, nihil inde sordidum contrahit: & baptismus Christi potest cuiusquam sceleribus inquinari? Si enim ad ipsas res visibiles, quibus sacramenta tractantur, animum conferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? Si autem ad id, quod per illas agitur: quis non videat non posse corrumpi? quanuis homines, per quos agitur, pro suis moribus vel praemia percipiant, vel poenas luant. Hæc ille. AVTHOR. Iam videtis Witcleff fuisse seclatorum Donatistarum, & pugilem, eo quòd cum eis propter ministrum malum, & (sicut ipse dicit) praelatum caesareum, diuinum irritat sacramentum. Augustinus e contrario dicit: quòd baptismus Christi nomine consecratus, etiam per adulteros, & in adulteris, sanctus est, sanus est, verus ergo baptismus est. Quòd si locus quaestionis hoc peteret, idem de reliquis sacramentis assereret. Sacramentum confirmationis aut ordinis, verum est, imò nec minus est per adulterum ministrum, vel in adultero consecrato. Sacramentum eucharistiae verum est, venerabile corpus & sanguis Christi cõsecratus est, vel adultero consecrante, vel adultero cõmunicante. Et quomodo si Deus non cooperetur tali ministro: quanuis in vita sua dicat cõtrarium vitæ Christi: & idcirco tam in ipso quam in accipiente adultero fructus deficiat gratiae sacramenti? Si quidem accipiens castus fuerit, iniquitatè ministri cautè deuitet: & gratiam integram consequetur. Vnde lib. 3. contra Cresconium cap. 29. Augustinus. Cum ergo (inquit) baptismus Christi, siue per iniquum, siue per iustum ministratus, nihil aliud sit, quam baptismus Christi: ab homine cauto, & bono fideli, iniquitas hominis est vitanda, non Dei sacramenta damnanda. Hæc ille. AVTHOR. Ecce baptismus Christi per malum quemlibet ministratus, nihil aliud est quam baptismus Christi: ergo ipsum operatur praesentia Christi. Ideò supra dixit, quòd sacramenti sanctitas pollui non potest: sed sacramento suo diuina virtus asistit, vel ad salutem bene, vel ad perniciem malè vtentium. Nõ ergo definit Deus cooperari malis consecrantibus, quia non est ipsum proprium, sed Dei, quod consecrant sacramentum.

Infide-


¶ Infidelis sacerdos non derogat sacramento.

CAP. V.

S V M M A.

- 1 Sacerdos infidelis, quòd non deroget sacramento, ostenditur contra Witcleff, Augustini auctoritatibus.
- 2 Christus quòd non desinit cooperari qualicumque flagitioso ministro in consecratione sacramentorum.
- 3 Spes, quòd in Deo sit ponenda, non in homine.
- 4 Deum bonum sine bono ministro per venerabile sacramentum influere gratiam suam hominibus, & cooperari etiam odientibus eum ministris, quòd secundum ecclesiae fidem omnino sit credendum.

Arg. VVit.



Terum instat Witcleff.

Videtur multis difficile dicere rationem patentem, vel euidentiã ex fide scripturæ, quod oportet Deum coassistere omni tali praelato infideli, & conficere sacramentum quodlibet, quod simulat se facere. Primò quia in aliis operationibus Deus non coassistit illa opera practicando. Ut licet vnus Caesareus praelatus dixerit, quòd absoluit a poena & culpa: & praecipit angelis, ut ducant eum ad paradysum: tamen nec est fides, nec probabile, quòd Deus cõficit totaliter, ut falsus satrapa talis fingit. Quare ergo non sic foret in consecratione huiusmodi sacramenti? Hæc ille dicit loco de sermone domini in monte. AVTHOR. Stuperem valde audiens, quod de tam crudis ratiunculis, tam acerba maledacia, & tam spissa protrahit maledicta: nisi amicum eius Petilianum ingentem & frontosum hereticum, quem ipse sequitur omni pede, quandoq; vidissem, qui sic ex more haberet in libris, maledictis copiosis exercere catholicos, dicens. Quem doces traditor? Quem condemnas traditor? Quem occidis? Postremò quem doces, an quem feceris homicidam? &c. Augustinus autem aggrediens respondere maledico, sic inquit. Certè proposueras plenè discutere baptismum trinitatis, & intentos nos multum feceras: sed (quod facillimum vobis est) quam citò ad solita maledicta te vertisti. Hoc reuera copiose facis. Proponis enim tibi quos vis, in quos inueharis quantum vis: in quam magna sermonis latitudine: vno breuissimo verbo, quod dici-

tur, proba, in arctissimas coarctaris angustias. Hoc enim dicit tibi semen Abrahæ: in quo cum omnes gentes benedicantur, non curant cum a te maledicuntur. Hæc ille lib. 2. contra Petilianum responsione. 32. AVTHOR. Optime pater Augustine & ego vtar hoc consilio contra hunc aduersarium tuum: & totius seminis Abrahæ. Cum praelatos, infideles simulatores, falsos satrapas, & fictores appellat, dicam, proba: cum mendacia sua fingit demandando angelis, & absoluendo a poena & culpa, dicam, proba. Saepius enim prohibitiones talium in canonicis regulis audire poterit, exhibitiones nunquam quantum occurrit: & hoc facto, iam argumentum eius plenius solueretur, si saltem de claritudine veritatis esset fidelibus satisfactum. Iam enim supra monstrauimus euidenter ex fide, quòd Deus necessario coassistit presbyteris conficiantibus aut cõsecrantibus, modo quo Christus iussit, & intendit ecclesia. Ipse enim dixit, & facta sunt: sine ipso autem nihil est factum. Ipse ergo euidenter, & omni rectitudine fidei coassistit his, quæ iussit ad quodlibet consecrandum. Ipse enim non simpliciter, sed in grandi praecepto dixit. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos. Ipse praecipit, & dixit: Hoc facite quotienscunq;. Quomodo ergo si aliquotiens non concurrat, potest eius creatus sacerdos baptizare omnes gentes, aut quotienscunq; facere viaticum sacramentum? Dicis, quod non est fides, nec probabile, quod Deus conficit totaliter ut falsus satrapa talis fingit. Quare ergo non sic foret in consecratione huiusmodi sacramenti? Adhuc peto. An quia falsè fingit? & tunc si æque falsè conficit, consentio ego tibi: ad neutrum Deus asistit. Aut si falsè fingit, sed verè conficit, quis fatuus comparisonem tuam pessimam non deridet? Quia idem erit, spiritus disciplinae effugiet fictum, ergo effugiet sincerissimum sacramentum. Si intelligis eum falsè fingere, quia falsus est satrapa: & ideo nec hic, nec ibi vera cõficit sacramenta: iam hoc est, quod dixi tibi, quod tu conficeris Donatista. Sic enim in magno concilio Cecilius dixit a Bilta, ut habet eum August. lib. 6. de baptismo. responsione. 1. Augustin. Ego (inquiens) vnum baptismum in ecclesia sola scio, non apud hereticos, vbi spes nulla est, & fides falsa, vbi omnia per mendaciam agunt, vbi exorcizat daemona, sacramentum interrogat, cuius os, vel verba cæcer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit Antichristus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare

Augusti.

4

Augusti.

Petilianus.

Augustin.

Augusti.

C altare

altare sacrileg^o. Ad hæc omnia accedit & illud malum, vt antistes diaboli audeat eucharistiã facere. Ecce ad qualia cogitur ecclesia cõsentire, & sine baptismo, & venia delictorum communicare compellitur. Quã rem fratres fugere, ac vitare debemus, & à tanto scelere nos separare. Augustinus respondet. Quoniam fatalis est quisquis etiam intus confitetur se nosse Deũ, factis aut negat, quales sunt auari, inuidi, & qui propter fraternum odium, nõ meo, sed sancti Ioannis apostoli testimonio dicuntur homicidã, & spem non habent, quia malam conscientiam gerunt, & perfidi sunt, quia nõ id agunt, quod Deo vouerũt, & mēdaces, quia falsa profitentur, & dæmoniaci, quia diabolo, & angelis eius in suo corde præbet locum, & verba eorũ putredinẽ operantur, cũ corrupũt bonos mores per colloquia mala. Et infideles sunt, qm̄ quod Deus talib⁹ minatur, irridet. Et scelerati, quia nefariẽ viuunt. Et Antichristi, quia mores eorum Christo aduersantur. Et à Deo maledicti, quia vbiq; tales scriptura sancta execratur. Et mortui, quia carent vita iustitiã. Et impacati, quia contrariis factis cũ Dei sermone confligunt. Et blasphemii, quia per eorũ perditos actus nomini Christiano derogatur. Et prophani, quia ab illo Dei sanctuario spiritualiter interiore seclusi sunt. Et sacrilegi, quia in seipsis templum Dei malẽ viuendo, corrumpũt. Et antistites diaboli, quia fraudi, & auaritiã, quã est idololatria, seruiunt. Tales autem nonnullos, imò plurimos & apostolus Paulus, & Cyprianus etiam intus esse testantur. Cur ergo isti baptizant? Hæc Augustinus. A V T H O R. Intelligas quid arguit Augustinus? Cecilius arguit, quod hæreticus non confert sacramentum, quia mendax est, quia cancer, quia sceleratus, maledicus, blasphemus, sacrilegus, prophanus, antistes diaboli, Antichristus: ergo non potest baptizare. Augustinus respondet: auarum, inuidũ, & sceleratum intra ecclesiam existentem secundum Cyprianum & Paulum, si non sit hæreticus, posse conficere verum baptismum: & tamen omnis talis est sceleratus, prophanus, sine fide, sine spe, blasphemus, Antichristus, sacrilegus, antistes diaboli: & si quid peius dicitur, vt ibi probat. Ergo propter ista mala non negatur hæreticis, quin vera cõferunt sacramenta. Falsum ergo assumpsisti principiũ mi Witleff, quod omnis vir præcitus, aut irretitus mortali peccato sacerdos, est eo ipso à Deo suspensus, ne possit vera sacramenta conferre: & ideo hæreticẽ conclusisti, quod Deus totaliter non coarsifit cum falso satrapa in consecratione se-


cundum ritum ecclesiã venerabilis sacramenti. Iam non ultra parcas blasphemis appellationibus: voca prælatos Cæsareos, falsos satrapas, Antichristos, pseudoapostolos, sacrilegos, impacatos, dæmoniacos, aut diabolos: quid ecclesiã & sacramentis? In his omnibus præuenit te à Bilita Cecilius. Sit sacerdos apostolicam intentionem habens, & autoritate scripturã & vniuersalis concilij tibi dicit Augustinus: nihil minus vera sacramenta que cõfert ad salutem valitura, quando charitas aderit suscepturis. Cuius ratio est, quia Christus est, qui baptizat, aut consecrat intus, etiam si sit malus, & dæmoniacus sacerdos, qui conficit foris: non deserit Christus sacramentum, quanuis malum habuerit instrumentum. Cooperari ergo non desinit Christus qualicũ que flagitioso ministro. Vnde lib. 3. cõtra Petilianum. cap. 49. Augustinus. Dicite, quod dicit veritas, & catholica ecclesia: quia non solum cum malus minister est baptismi, verum etiam cum bonus & sanctus est, non est in homine spes ponenda: sed in illo, qui iustificat impium, in quem credentibus fides ad iustitiam deputatur. Cũ enim dicimus: Christus baptizat, non visibili ministerio dicimus: sicut putat, vel putari cupit nos dicere Petilianus: sed occulta gratia, occulta potentia in spiritu sancto: sicut de illo dictum est à Ioanne baptista: Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Nec sicut Petilianus dicit, iam baptizare cessauit, sed adhuc id agit non ministerio corporis, sed inuisibili opere maiestatis. Quod enim dicimus, ipse baptizat, non dicimus ipse tenet, & in aqua corpus credentium tingit, sed ipse inuisibiliter mundat: & hoc vniuersam prorsus ecclesiam. Neque enim Apostolo Paulo non est credendum, qui de illo dixit, Viri diligite vxores vestras, sicut Christus ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquã in verbo vitæ. Ecce quod Christus sanctificet: ecce quod Christus etiã ipso lauacro aquã & verbo, vbi ministri corporaliter operari videntur, ipse abluit, ipse mundat. Nemo ergo sibi arroget quod Dei est. Sic est certa spes hominum, cum in illo fidit, qui fallere non potest: quoniam maledictus omnis, qui spem suam in homine ponit: & Beatus cuius est dominus Deus spes eius. Ipsius nãq; dispensator fidelis mercedem accipiet vitam aternam. Dispensator autem infidelis cum cibaria dominica distribuit cõseruis: absit vt per suã infidelitatẽ cibaria inutilia faciat. qm̄ que dicũt (inqt) facite: quã aut faciũt facere nolite. Quod ideo cõtra malos

Augustin.

Augustin. Spẽ in Deo ponere.

malos dispensatores præceptum est, vt bona Dei per ipsos accipiantur: mala autem ipsorũ vita ex dissimilitudine caueatur. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod tendit iste tam spatiosus textus Augustini, nisi ad probandum Christum inuisibiliter consecrare, & in spiritu sancto cooperari quantumlibet flagitioso ministro? quia non potest dispensator inutilis per infidelitatem suam cibaria domini inutilia facere. Quomodo ergo suspendit dominus ministrũ, cui cooperatur ad effectũ? Falsum est, mendacium est, blasphemum est. Et vtique blasphemum: quia ad tantum magnificare ministrum, vt sine bonitate eius non sit bonum sacrificium, est habere eum ita necessarium sicut Deum: quia sine ipso neq; Deum. Et hoc est spem habere in alio, quã in Deo. Maledictus autem omnis homo, qui in homine ponit spem suam. Et nunquid ita est dicis? Non, sed ideo magis spero in Deo: quia quero iustum & sanctum ministrum. Iustitia enim & sanctitas non nisi à Deo est. Sed adhuc ibi es cum Cresconio Donatista, qui hoc ipsum respondit. Vnde lib. 3. contra eum cap. 8. Augustinus. Maledictus homo qui spẽ suã ponit in homine. Quod à me in illa epistola commemoratum cũ sit, te intelligere ostēdis, vt ideo magis dicas iustum, & fidelẽ, per quem hoc sacramentum celebretur inquirere, quia spem, & fiduciam Dei non hominis habes. Dei autẽ esse fidẽ atq; iustitiã, quã semper in ministris eius attendis. Hoc verũ dicis, quia bonorũ omnium nihil habemus, quod non accepimus: & ideo fides, & iustitia nobis à Deo est. Sed cũ dicis hanc tibi dominum dare non posse, nisi habeat eã homo, per quem baptizaris, spem pferẽtõ ponis in homine. Hæc ille. A V T H O R. Omnino ergo credendum est secundũ fidẽ ecclesiã: Deum bonum sine bono ministro per venerabile sacramentũ influere gratiã suã hominibus: & cooperari etiã odientibus eum ministris, quia semper verũ est illud Apostoli. Neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementũ dat Deus. Plantet Paulus, nihil est: riget Iudas, nihil est. Solus autem cõfert vel defert sacramentũ, qui sacramentũ dat Deus. An dicat Witleff nõ præstare Deum femini incrementũ, si cõtingat illud seminari per colonũ malũ, & conuersatione contrariũ vitæ Christi: Aut qualiter cooperabitur & cõcurret Deus ad quodlibet, quod falsus agricultor finxerit seminare? Quod si poterit: quare nõ potest in sacramentũ maioris gratiẽ cõcurrere pernicioso ministro? Rogo ne præcipiti capite comparisonem dãnes, quã fecit apo-

stolus: & Augustinus eam explanat tractatu super Ioannem. 5. Et habet Beda in collectario super epistolas Pauli textu eo. 1. Corinth. 3. Quid ergo est Apollo? quid verò Paulus? Augustinus. Apostolus discernens interius Deũ creatantẽ & formantem ab operibus creaturã, quã admouetur extrinsecus, & de agricultura similitudinem sumens, ait, Ego plãtaui, Apollo rigauit, Deus autẽ incrementũ dedit. Ergo in ipsa vita nostra mentem iustificãdo formare nõ potest nisi Deus: p̄dicare autẽ extrinsecus euangeliũ & homines possunt, nõ solum boni per veritatem, sed etiã mali per occasionẽ. Ita creationẽ rerum visibiliũ Deus inuenit operatur: exteriorẽ autẽ operationẽ siue bonorũ, siue malorum, vel angelorum, vel hominum, siue etiã quorũcũq; animalium ita rerum naturã adhibet, in qua creat omnia, quemadmodum terrã agriculturã. Si fuerit iustus minister, cõputo illum cum Paulo, cõputo illum cũ Petro: cũ istis computo iustos ministros, quia iusti ministri gloriam suam nõ querunt: ministri em̄ sunt: pro ducibus haberi nolunt: spem in se poni exhorrescunt: ergo cõputo cũ Paulo iustũ ministrũ. Quid em̄ dicit Paulus? Ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus incrementũ dedit. Neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Qui verò fuerit superbus minister, cũ diabolo cõputatur: sed nõ cõtaminatur donũ Christi: quã per illũ fluit purũ, quod per illũ trãsit liquidũ, venit ad fertilẽ terrã. Putat quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructũ ferre nõ potest: sed & per lapideũ canalẽ tranfit aqua ad areolas. In canali lapideo nihil generatur, sed hortus plurimũ fructum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti ita est vt lux: & ab illuminãdis pura excipitur: & si per immũdos trãseat, nõ inquinatur. Hæc Augustinus. A V T H O R. Iam vides (quod supra dixi) de cõcursu regulari Dei ad sublunares effectus, bene probare, & euidẽtiam fidei facere, quia Deus cooperatur cum ministris malis, regulariter gratiã sacramentis. Et igitur infideliter conuinceris dixisse, quod Deus suspendit omnẽ principem secularẽ ab actu iure dominãdi: & omnẽ sacerdotẽ ab officio consecrandi, dum est in mortali. Vel saltem exi de occultis finibus fidei, reproba contra omnem experientiam, quod Deus suspendit colonum malum à potestate colendi, & eo ipso, q non cõcurrit cum ipso ad centuplũ incrementi: nolo cõparationẽ despicias Apostoli: nec argumentũ irrideas Augustini. Ideo adduco mecũ disputatorem illum egregium doctore tuo Cresconio inuehentem. libro. 3.



Augustin. contra eundem. capite septimo. Augustinus. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Quod ego ex Apostolo cum in meis literis posuissim, ita respondere voluisti, vt diceret: Dei quidem dare est incrementum: sed sicut qui plantat, & rigat non nisi colonus fidelis, & diligens queritur: sic in sacramento baptismatis non nisi fidelis, & iustissimus operarius adhibetur. Quasi verò quod infidelis colonus plantauerit, propter eius infidelitatem non germinet. Vis feminis, & fecunditas terræ, & aliq; temperies hanc efficaciam diuinitus acciperunt, vt ad propagandos fructus, plantatorem, vel rigatorem operarium tantummodo expectent: qua mente operetur, qua labore intentione non curent, vt rum dominum agri fideliter diligat, an sua, non illius lucra conquirat. Hec Augustinus. A V T H O R. Ecce non suspedit Deus opificem malum, cum quo concurrit, & cooperatur effectum. Nemo enim aliquem suspendit, vel prohibet facere, cui statim cooperatur: & hoc promouet, quod horrescit. Dat ergo & cooperatur iustus Deus in cremetum per colonum peruersum tritici seminati: & ita etiam sacramentum semen consecrat per medium Antichristi.

Quod sacerdos infidelis fide formata, aut aliàs fictus, non minus cōficat sacramentum.

C A P. V I.

S V M M A.

- 1 Fidei error, quod nihil adimat sacramentis, contra Witcleff, ex Augustino.
- 2 Hæretici omnes, atq; infideles, quod baptismum uerum prestare possunt, ostenditur.
- 3 Fides formata, quæ dicatur. Et quomodo de hominis charitate sacramenti pendeat ueritas.
- 4 Deus, quod sine fide formata cooperetur infideli ministro usque ad spiritus humani salutem, figuratiter ostenditur.

Argum. Vitcle.



Rguit item Witcleff contra regularem Dei concursum in perficiendis sacramentis prædicto loco de sermone domini in monte. Deficien-

te intentione, & fide, vt contingit in pica, & graculo, Prælatus talis non conficit: quia fides formata ipsi deest, per quam Deus cooperaretur cum tali intentione sui operis exsupplendo. Cum ergo nec ratio, nec fides scripturæ cogit, quod Deus in tali ministro hoc perficit, videtur quod hoc non sit tanquam catholicum simpliciter asserendum. A V T H O R. Iste penuria veritatis inuoluit se circulariter vagis verbis. Primò loquitur de nuda fide, & intentione. Postmodum assumit sibi in robur argumenti fidem formatam: & tunc informiter ingerit, concludendo absentiam Dei, quod nihil cum tali ministro de sacramento perficiat. Vt autem solidam ponamus contra eius versutias escam, qua fidelis cibetur cum ista perlegerit, & vitet toxicum in buccella: supposita intèntione Christi, & ecclesiæ, & fide, quanuis non omnino recta re-ctitudine subiecti, sed obiecti, dicitur, quod sacramentum ecclesiæ satis integrum Deus perficit cum ministro. Nam ex parte suscipientis, quod error fidei nihil adimat sacramentis Augustinus docet de vnico baptismo cap. 14. Augustin. dicens. Prorsus fieri potest, vt aliqui verum habeant baptismum, & non habeant fidem veram: sicut fieri potest, vt verum habeant euangelium, quod malè intelligendo falsi aliquid credant de Deo. Nūquid propter ipsam fidei falsitatem etiam euangelium, quod apud eos inuenitur, detestandum, aut emendandum putabimus? Nec illos Corinthios arbitror, quos in schismata dissiuissimè Paulus redarguit, veram fidem habuisse in eo, quod dicebant: Ego sum Pauli. Hoc enim falsum erat. Verum tamen baptismum habebant: ex cuius veritate, vt istam corrigerent falsitatem, ab eo ipso audiunt: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Erant illic etiam, qui mortuos resurgere non credebant: & in eo vtique non veram tenebant atque habebant fidem: ex eo tamè, quod verum habebant, quoniam credebant Christum resurrexisse, in quo fuerant baptizati, dat operam Apostolus etiam illud curare, in quo eis fides sana non erat. Hæc ille. A V T H O R. Perpende quid dicit fides scripturæ ad Corinthios. Dicit eos habere verum baptismum, qui fidem baptismi, aut resurrectionis vltimæ non habebant: ex eo tamen quod inerat, scilicet generali fide Christi, fuit quod defuit corrigendum. Idem etiam libro de baptismo contra Donatistas. 3. capite vndecimo sic dicit. Nec interest cum de sacramenti integritate & sanctitate tractatur, quid credat, & quali

li fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed ad sacramenti questionem nihil interest. Fieri enim potest, vt homo integrum habeat sacramentum, & peruersam fidem: sicut fieri potest, vt integra teneat verba symboli, & tamen non rectè credat, siue de ipsa trinitate, siue de resurrectione, vel aliquid aliud. Neque enim parua res est in ipsa intus catholica tenere integram fidem, ita, vt omnino non de aliqua creatura, sed de ipso Deo nihil aliter credat, quam veritas habet. Et infra. Quis autem carnalis & animalis homo non per phantasmata sui cordis euagetur, & constituat sibi Deum, qualis pro suo carnali sensu placuerit: atque ita credat tantum longè aliter, quam Deus est, quantum à veritate vanitas differt? Verissimam quippe sententiam dixit Apostolus plenus lumine veritatis: Animalis homo, non percipit ea, quæ spiritus Dei sunt. Et tamen de his hoc dicebat, quos iam fuisse baptizatos ipse manifestat. Hæc ille. A V T H O R. Ecce questio fidei est impertinens sacramentum. Quod si omnes isti sine vera fide verum habuere baptismum: quomodo hoc, si Deus ad hoc agendum non affuit per ministrum? Sed dicitis: de intentione & fide ministri loquitur argumentum: quomodo si illa desit Deus per eum adierit sacramentis? In eodem capite. 13. respondet Augustinus. Quamobrem si euangelicis verbis, in nomine patris & filii & spiritus sancti Marcion baptismum consecrabat: integrum erat sacramentum, quanuis eius fides sub eisdem verbis aliud opinantis, quam catholica veritas docet, non esset integra, sed fabulosis vanitatibus inquinata. Nam sub eisdem verbis, id est, in nomine patris & filii & spiritus sancti, non solum Marcion, aut Valentinus, aut Arius, aut Eunomius: sed ipsi carnales paruuli ecclesiæ, quibus dicebat Apostolus: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: si pollent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. Nunquid tamen ideò non integrum sacramentum accipiunt? Aut nunquid ideò si profecerint, & opinionum carnalium vanitatem emendauerint, denuò quod acceperant, repetendum est? Accipit quisque secundum fidem suam: sed quantum capit gubernante illa Dei misericordia, de qua præsumens idem Apostolus dicit. Si quid aliter sapitis, id quoque vobis Deus reuelabit. Laquei tamen hæreticorum, & schismaticorum pro-

pterea carnalibus nimium perniciosi sunt, quia ipse prouectus eorum intercluditur, confirmata sententia vanitatis aduersus catholicam veritatē, & confirmata animositate dissensionis aduersus catholicam pacem. Sacramenta tamen si eadem sunt, vbique sunt integra: & si prauè intelliguntur, & discordiosè tractantur: sicut scriptura ipsius euangelii si eadem ipsa est, vbique integra est: etiam si innumerabili falsarum opinionum varietate asseratur. Hæc ille. A V T H O R. Iam habes planè, quomodo Marcion, & Arius, & omnes hæretici infideles præstiterunt verum baptismum iis, quos lauerunt in nomine patris & filii & spiritus sancti. Multò magis, qui intra ecclesiam sunt paruuli, & aliqua parua fidei opinione lapsascunt. Adhuc arguas, adhuc quæras quid dicas, & picas tuas consulas, & augureris in graculos. Si columbam euangelicam aspexisses audiens, quoniam hic est qui baptizat, abrenuntiaisses in breui Donato, & Cresconio: nec propter hominum crimina proscriptis ecclesiæ sacramenta. Quis tibi miser dedit audaciam post Donatum in vniuerso orbe damnatum dicere: quia fides formata deest prælato, per quam Deus cooperaretur ipsi: ergo nec ratio, nec fides scripturæ cogit, quod Deus in tali ministro hoc perficit? Quid est fides formata, nisi fides charitate vestita? & ita de charitate hominis pendet veritas sacramenti: & non erit verum dicere, hic est qui baptizat, sed hic nec spiritus, quem insufflauit Christus, peccata dimittit his, quibus ipsa dimittuntur: sed homines in societate charitatis vnà simul coniuncti. Et Augustinum non videris: quomodo Augustinus libro secundo contra Parmenianum dicit post medium, inquires. Illud ex euangelio, Sicut misit me pater, & ego mitto vos: & hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit: Accipite spiritum sanctum: si cui dimiseritis peccata dimittentur, & si cui retinueritis retinebuntur: contra vos esset, vt cogere fateri ab hominibus hæc non per homines fieri: si posteaquam dixit, & ego mitto vos, subiecisset continuo, Si cui dimiseritis peccata dimittentur eis. Cum vero interpositum est, insufflauit, & ait illis: Accipite spiritum sanctum: & deinde illatum per eos, vel remissionem, vel retentionem fieri peccatorum, satis ostenditur, non ipsos id agere, sed per ipsos vtique spiritum sanctum: sicut alio loco dicit, Nō em̄ vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Spiritus autem sanctus in ecclesia præposito vel ministro

nifro sic inest, vt si fictus non est, operetur per eum spiritus, & eius mercedem in salutem sempiternam, & eorum regeneracionem, vel ædificationem, qui per eum siue cõsecrantur, siue euangelizantur. Si autem fictus est: quã verissimè scriptũ est: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: deest quidem salutem eius, vt auferat se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu: ministeriũ tamen eius nõ deserit, quo per eum salutem operetur aliorũ. Hæc ille. AVTHOR. Audi iam per non fictũ præpositum: id est, hominem sanctum sancto ministerio respõdentem Deum cooperari in salutem eorum, qui per eum, vel consecratur, vel euangelizantur: & ipsi mercedem perpetuam. Per fictum verò nihil ipsi ad meritum: sed propter fictionem, & malitiam, ministeriũ tamen eius non deserit, quo per eum salutem operetur aliorum. Ecce iam quod arguebas antè: Deum non coassistere ipsi ad sacrandũ quodlibet quod simulat se sacrare: imò quodlibet dicit Augustinus tuus: si saltem non simulet sacrare seipsum qui fictus iam est, sed aliud quidlibet capax consecrationis diuinæ. Non enim Deus deserit ministerium suũ quominus per eum operetur salutem aliorum. At

4 Aduerte figuram.

Quòd celebratio sacramentorum est opus ordinati.

CAP. VII.

S V M M A.

- 1 Sacramentorum celebratio, quòd ordinati sit opus, non laici, contra Witcleff.
- 2 Numa Pompilius, quomodo noluerit sua prophana sacramenta sic publicare, ut passim tractarentur à vulgo.
- 3 Laicus & sacerdos diuersi.
- 4 Firmianus de muliere sacerdotem agente.
- 5 Fideles in primitiua ecclesia recensentur. Et quomodo ex his nullus sacramenta conulerit, præter presbyteros.
- 6 Sacramentum ordinis ab Augustino commemoratur, & baptismi. Et qui possint illa conferre.
- 7 Baptizare quòd non liceat laico citra necessitatem.



Tem sic arguit Witcleff Arg. VVit.

incredulus de cooperatione Dei in sacramentis ecclesiæ. Si (inquit) Deus non cooperatur laico quantumcunque fidei, & deuoto, conficiendo huiusmodi sacramentum, quæ ratio necessitaret, quòd Deus necessario conficit cum peiore? Nec valet excusatio, quòd hoc fit, ne ecclesia seducatur: quia hoc contingit, & est verisimile, quia propter peccatum hypocrisis consentientis peccato talis prælati, est rationabile apud Deum, quòd populus taliter seducatur. Et ad idem vadit textus scripturæ, & dictum Gregorij super illud Iob. 34. Qui regnare facit hypocritam propter peccatum populi. Hæc Witcleff ibi in sermone domini in monte. AVTHOR. Mira deductio, si Deus non cooperetur deuoto laico ad conficiendum sacramentum, quomodo cooperetur cũ peiore presbytero, id est, si laicus deuotus nõ potest celebrare missam, quomodo presbyter indeuotus. Et idem erit, si deuotus presbyter non potest contrahere matrimonium cum foemina: quomodo deuotus laicus potest hoc cooperante Deo? Vel si vero Israëlita Nathanaeli non cooperabatur Deus ad apostolatus officium: quæ ratio necessitaret concurrere cum peiore Iuda ad opus Apostolicum? Sed hoc agit Deus, vt malitia patefaceret stoliditatem authoris, & innata proteruita ruditatẽ. Nescio tamen, an si ruditas mentis hoc fecit, an induratio, vt simul vnam irrogaret sacramentis iniuriam Christianis. Primò quia dicit ministracionem sacramentorum esse opus laicale: per quod populus in signis Iudai-

Solut.

eis communiter est deceptus capite. 20. de officio pastoralis. Et in hoc lib. præfacto capite præcedente, dicit: Credat fidelis in dominum Iesum Christum, & baptizetur à laico, & est in via sufficienti veniendi ad patriam: cũ Christus, qui mentiri non potuit, dicat Marci ultimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. AVTHOR. Ecce ¶ paganus rex Numa Pompilius noluit sic publicare sacramenta sua prophana, vt passim tractarentur à vulgo: cunctis paganis hoc non licuit. Et dominus in lege veteri pro sanguine pecudum immolando tantam reuerentiã indixit sacerdotibus, quantum in unctis regibus sub mortalis interminatione supplicij indixit. Et quid est laicus? nescio, nisi forte differentiam statuas vel modo tuo identifices laicum sacerdoti: sicut magister tuus olim fecit Petilianus, dicens laicum Timotheum. At ¶ contra eundem lib. 2. respõsione. 107. Augustinus. Erras (inquit) vt dicitur, toto celo per superbiam, dum non vis communicare orbi terræ per humilitatem. Nam neque hoc laico dictum est: & nescis quemadmodum hoc dictum sit ad Timotheum. Apostolus enim cùm scriberet hoc, monebat eundem: cui alio loco dicit, Noli contemnere gratiam, quæ in te est, per impositionem manuum presbyteri. Et multis aliis documentis ostenditur, quòd non erat laicus. Hæc Augustinus. AVTHOR. Sufficit ergo pro præfenti, quòd ecclesiastici moris est alium laicum dicere, & non eundem, sed alium sacerdotem. Quod si ita est, quid valet arguere, Deus non cooperatur deuoto laico ad exercitium sacramenti: ergo nec indeuoto presbytero: nisi quòd irritare velit officium, cui nihil operis æstimat referuatum? Quid mihi cum officio sacerdotis, si nihil fuerit potestatis? Cuncti laici prædicent, ipsi missas celebrent, ipsi baptizent: quia iam est ministratio sacramentorum opus laicale: etiam fortè opus foemineum: & ita verũ erit, quòd ordo, sexus, ætas, conditio, nullo hinc gaudet priuilegio: nihil plũs sacerdos, quàm laicus, aut laica præstat, aut efficit per ecclesiæ sacramenta: & ita passim cunctis licet quòd sanctum est. Et adhuc Donatistis magnis hæreticis hoc turpe fuit auditu, quòd est Witcleuisti porcis honestum. Vnde pro inconuenienti maximo hoc catholicis obiecerunt, sicut at testatur contra Cresconium lib. 2. cap. 28. Augustinus dicens. Adhuc pergis, & dicis, quòd causam nostram non probauit: faciamus, & quodammodo nos esse peccatores fateamur: quemadmodũ nobis obiicitur ius baptismatis, qua nobis licentia vèdicemus? Non de me-

Laicus. Laicus & sacerdos diuersi.

Augustin.

Augustin.

rito actuum. Non de vno sententiam detrahimus: sed cuique licere dicimus. Attẽde certè ex his, quæ dicta sunt, non cuiq; licere nos dicere, sed ei poenam esse, qui sanctum tractat illicitè: & eum esse corrigendum, non sanctũ, quòd illicitè tradat, illicitè rescindendum. Sicut homines non legitime lege vtentes, corrigi volumus: nõ ipsam legem irritam dicimus: sicut Dei testamentum illicitè per os suum asumentem reprehendimus: non ipsum testamentum negamus, aut scindimus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Augustinus hoc imputatũ ab hæreticis tanquam turpe reiecit: quòd scilicet ministrare sacramentum baptismi cunctis liceret, quia solis sanctis non licuit. Verum tamen quia ianua salutis est, à quibus datum est, non reijcitur: sed tamen propter hoc non à cunctis dari debuit: sed ex istorũ usu quòd sequitur antiquorum patrum tempore horror erat auditui, sicut inter epistolas Cypriani ad ipsum Cyprianum epistola continet Firmiani circa medium sic scribentis. Quædam ¶ mulier in extasi constituta, cùm prophetense præferret, & quasi spiritu sancto plena sic ageret. Ita autem principalium dæmonũ impetu ferebatur, vt per longum tempus sollicitaret, & deciperet fraternitatem, vt mirabilia quædam, & portentosa perficiens, etiam mouere se terram polliceretur. Sequitur. Atque illa mulier, quæ prius per præstigijs, & fallacijs dæmonis multos ad deceptionem fidelium mouebat, inter cetera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, vt & inuocatione non contemptibili sanctificare se panem & eucharistiam se facere simularet, & sacrificium domino cum solito sacramento precationis offerret: baptizaret quoq; multos, vsitata, & legitima verba interrogationis vsurpans, vt nihil discrepare ab ecclesiastica regula videretur. Quid ergo de huiusmodi baptismi, quo nequissimus per mulierem baptizauit? Hæc ille. AVTHOR. Si enim Witcleff catholicè dixit, hæc mulier arrepticia vsurpans sacra mysteria, quid ergo mali fecit? Putas displicuisset ista ipsi, an potius placuisset, & fuisset pro auctrice magna dogmatis peccantis? Cuius item typo à sectatoribus suis instituebatur quædã iuuenula filia cuiusdam coriarij in ciuitate Londoniarũ, quæ corã eis missas publicas in vulgari anglico celebrabat, vt tunc tempore regis Richardi secundi fama personuit, & vsq; nunc durat. Procul hæc à ritu Christi fidelium: quæ itẽ à mundi exordio, non solum sanctis, sed prophanis gentibus sunt indigna memoriẽ. Numerata tẽporũ sta-

Firmianus De muliere sacerdote agente.

tus, & in lege naturæ non passim quilibet, sed primogenitus erat sacerdos: cui prærogatiua sacrificandi Deo soli licebat. Vide statum legis, & magna Dei diligentia per pulcherrimū virgæ florem ex omnibus tribus Leui præeligitur, sanctificatur, remuneratur, & in honoris culmine collocatur: ita vt intra templum omnia sacra sola pertractet, & nullam de eis alienæ tribui deferat potestatem. Quid iā pro statu gratiæ circa sacramenta ministranda putamus Christus author instituit, aut apostoli successores? Apostolis audio dictum, & eorū habentibus commissam potestatem, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos. &c. Et item. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis. &c. Et item. Hoc facite quotiescumque sumitis. & cætera similia. An putas quia in his verbis nō solos sacerdotes in apostolis intellexit, sed cunctos fideles ingressuros ecclesiam? Sit inter ecclesiam Christi & te, index, executio facti, interpres semper verissima sensus verbi. Petrus, Iacobus, Andreas, & cæteri apostoli: item Iudas Scarioth baptizasse legitur. Nicodemus quanquam fidelis, aut Nathanaël, cui dolus non erat, baptizasse non legitur. Beata virgo mater domini, aut aliæ mulieres, quæ cum domino circuibant ministrantes ei, vt vxor Chusæ, aut alius quilibet, vel quilibet præter discipulos domini sacramentum tunc temporis nulli leguntur contulisse, aut verbum domini publice prædicasse. Vide in actibus Apostolorum, vide ipsorum epistolas, vltra discipulos, quos Christus instituit, nullus baptizauit, aut manus cuiquam imposuit præter presbyterum ad hoc primitus institutum. Priscilla & Aquila fideles erant, An dronicus & Iulia: Apelles & Probus, Philologus & Iulia, Nereus & soror eius Olympias. Quis istorum aliquem scit exercitatum fuisse in sacramentorum collatione? nisi forte, quod ad ministrandum assistit aliquid adiuuandū presbyterum: quod hucusque laicis licet, & tunc licuit foeminis: sicut Febes soror Apostoli putabatur implese ministeriū diaconissæ: sicut exponit locum illum Hieronymus ad Romanos vltimo. Et sic etiam priuatiū potuit foemina docere per domos. Solennis autem Sacramentorum exhibitio cunctis laicis præcludebatur per totum hoc tempus: quo tamen ecclesia maiori fuit angustata penuria ministrorum. Quod si liceret ex institutione diuina singulis, non tunc vacaret à laicis, & reseruaretur presbyteris. Idcirco ab institutione Christi sciamus in his præferri presbyteros, & eorum esse mune-

ris, & proprium potestatis. Vnde Augustinus quasi pro regula habet hoc libro primo de baptismo contra Donatistas sic dicens. Non tamen dici fas est, non datum esse quod datum est: aut non hoc dedisse quisquam calumniatur: cū hoc dedisse quod acceperat confitemur. Sacramentum enim baptisimi est quod habet qui baptizatur: & sacramentum dandi baptisimi est quod habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus si ab vnitare recesserit, sacramentum baptisimi non amittit: sic etiam ordinatus si ab vnitare recesserit, sacramentum dandi baptisimum nō amittit. Nulli enim sacramento iniuria faciēda est. Hæc ille. A V T H O R. Duo scilicet sacramenta commemorat, baptisimi, & ordinis. Sacramentum baptisimi habet baptizatus, nec amittit: sacramentum dandi baptisimi nō quilibet baptizatus, sed ordinatus habet, nec amittit cū recedit. Sed nec per hoc excludo laicis potestatem baptizandi, si necessitas fuerit. Sed vbi necessitas non imminet, præfero ordinatum. Et omnino interdico, ne vsurpet laicus potestatem, prout ab apostolis traditum tenet tota per orbem ecclesia: & Augustinus recitat libro secundo contra Parmenianū circa tertiā partē, sic dicens. Si laicus aliqua pereuntis necessitate cōpulsus dederit, quod cū ipse acciperet quod dandum esset, addidit, nescio an quisquam piē dixerit esse repetendum. Quod si nulla cogente necessitate si fiat, alieni muneris vsurpatio est. Si autem necessitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum est. Sed & si nulla necessitate vsurpetur, & à quolibet cuiuslibet detur, quod datum fuerit, non potest dici non datum, quanuis rectē possit dici illicitum datum. Illicitam ergo vsurpationem corrigit remissio, & poenitentis affectus. Quod si non correxerit, manebit ad poenam vsurpatoris quod datum est: vel eius, qui illicitē dedit, vel eius, qui illicitē accepit: non tamen pro non dato habebitur. Hæc ille. A V T H O R. Planè ecce dicit Augustinus, quod si laicus sine necessitate periculi det baptisimū, alieni iam vsurpat muneris potestatem: & si non poeniteat, manebit ad poenam. Ideo Donatistæ hæretici non audebant ad tantum distendere hæresim suam, quoniam habebant pro inconuenienti magno committere laicis non ordinatis ministerium sacramentorum. Quod supposuit eis, cū disputaret libro tertio contra Donatistas. capite. 43. Augustinus. Nam si non nisi in ecclesia prepositis, & euangelica lege, ac dominica ordinatione fundatis licet baptizare, nunquid tales erant, qui

Augustin.

Sacramentū ordinis.

Augustin.

Baptizare citra necessitatē laico non licet.

Augustin.

Fideles in primitiua.

fundos insidiosis fraudibus rapiabant, & vris multiplicantibus fœnus augebant? Arbitror em̄, quod illi dominica ordinatione fundati sunt, quibus cū formam daret Apostolus, ait, Non auarum, non turpilucrum. Tamen tales ipsius Cypriani temporibus baptizabant, quos cœpiscopos suos fuisse cum magno gemitu confitetur. Hęc ille. A V T H O R. Ecce iam est Augustinus in tuo casu: Deus nō cooperatur cum laico quædam sacramenta volente reconferre, quia solis ordinatis, & ecclesiæ prepositis hoc licet. Petē ab eo, quæ ratio necessitatē, quod Deus conficiat cum peiore, raptore putā, aut fœnereatore preposito, vtrūq; est ab eo datum, pete alterius rationem.

Quod Deus conficit cum malo ministro, ne ecclesia seducatur.

C A P. VIII.

S V M M A.

- 1 Deus, quod concurrat malis ministris, ne ecclesia seducatur.
- 2 Sacerdoti malo quod assistat Deus in sacramenti ministratio, ne ecclesia seducatur.
- 3 Sacramentum gratiæ, & gratia sacramenti quomodo ualde inter se distent, & q. sine alterutris esse possint.
- 4 Sacramenti ministratio q. non semper sit uniuersalis, & uniuoca cum ministro, ostenditur.

Iantum ergo dictum sit ad hoc, quod ministratio sacramentorum non est opus laicale, maxime illorum, quorū necessitas non postulat laicos, sed est opus sacerdotale, & cū eo Deus conficit, quanuis peior sit, destituens laicum meliorem. Sed quid inferat, attendamus. Nec valet excusatio, quod hoc fit, ne ecclesia seducatur: quia hoc contingit, & est verisimile, quod propter peccatum populus taliter seducatur, sed in grandi populo non omnes congaudent hypocritæ. Nunquid propter malos fallat Deus electos, ne concurrat, præstans gratiam sacramentis? Tu dicis excusationem non valere, sed Chrysostomus dicit eam validam, & adducit eam super Ioannem Moralium. 86. dicens. Dico si non acceptans eos, qui sacerdotium indignè dispensant, sed miserans, & lachrymans. Non tamen propter

Chryso.

Concurrat malis ministris Deus,

hoc aio iustum esse ab ijs, qui principatui subijciuntur, iudicari: & si vita eorum valde detrahibilis fuerit. Tu verò si tibi ipsi attenderis, nullo læderis in his, quæ commissa sunt ei à Deo. Si enim per asinam vocem emitti fecit: & si per vatem benedictiones spirituales elargitus est: & in rationabiliore, & immunda lingua Balaam agens propter eos scilicet Madianitas offendens Iudeos, multò magis propter vos, qui deuoti estis, & si valde mali sunt sacerdotes, quæ eius sunt, omnia operabitur Deus, & mittet Spiritum sanctum. Neq; enim qui mundus est, à propria attrahit spiritus mundi, sed gratia est, quæ totum operatur. Omnia enim, ait, propter vos, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, quæ enim commissa sunt sacerdoti Dei, solum est donari: & quantacūq; humana præuenerit sapientia, minor quam gratia illa apparet. Sequitur. Et quid dico sacerdotes? Neq; angelus, neq; archangelus operari quid potest in eis, quæ data sunt à Deo, sed pater, & filius, & Spiritus sanctus omnia dispensant. Sacerdos autem suam mutuatur linguam, & suam tribuit manum. Etenim neque iustum esset propter alterius malitiam in notas nostræ salutis eos, qui fidei adueniunt, noceri. Hæc igitur vniuersa videntes, & Deum timeamus, & sacerdotes eius honorabiliter habeamus, omnem eis præbentes honorem. Hæc ille. A V T H O R. Quam copiose præbuit Christus totum sacramenta ecclesiæ, quæ sunt maxime Dei opera, non posse perverti, vel abesse propter malitiā alicuius. Quia diuina sunt communia nobis opera salutis, in quæ non posset Spiritus quisquam cælestis: nec tamen sunt propria sacerdotis, sed Trinitatis magnifica, ad quæ sacerdos manum exponit, & linguam. Et ideo concludit non esse iustum propter alterius malitiam noceri debere salutis nostræ signaculis. Hic intendens, quod propter iniustitiam personalem non debet rei communi pluribus derogari: sicut propter vitium vnius hominis non sinitur infici cōmunis humanitas. Neq; quia virginitas vnius est temerata, idcirco tota virginitas cōmunis est corrupta: imò vna seruata, virginitas est salua. E ego dico omnibus viatoribus corruptis ex impossibili per accidens per mortale, sacramenta Christi sunt integra, quia Dei dona sunt, & nō hominum, sed pro hominibus constituta. Et sic approbatur excusatio nostra per Chrysostomum, quod si Deus assistat sacerdoti malo in ministratio sacramenti, ne ecclesia seducatur. Et o quam mirabilis Deus, qui ita permittit cæcari hæreticum sua malitia, quousq; ad-

docat pro se, quod contra se plana fronte de-
certat. Ad idem (inquit Witeless) vadit textus
scripturæ, & dictum Gregorij, qui regnare fa-
cit hypocritam propter peccata populi. Ad
quid vadit textus iste? ad hoc, quod propter
peccatum prælati in exhibitione sacramenti
contingit seductio populi. Combinentur er-
go simul probatio, & assumptum. Populus se-
ducitur in sacramentis per peccatum prælati:
quia Deus facit regnare hypocritam propter
peccata populi. O male prouise, peccatū po-
puli est in causa quare Deus regnare facit hy-
pocritam: suam ergo, & non prælati culpam
accuset in causam. Et Gregorius item ibidem.
Nimirum sua culpa fuit peruersi rectoris sub-
iacere ditioni. Culpam ergo proprii operis
magis accuset, quam iniustitiam gubernantis.
Scriptum namq; est, Dabo tibi reges in furore
meo. Quid ergo illos nobis præesse despici-
mus, quorum super nos regimen ex domini
fur ore suscipimus? Hæc ille. AVTHOR. Ad
hoc ergo probandum vadit textus ille, & di-
ctum Gregorij, quod regimen prælati damnū
sentit ex peccato populi. Tu autem e contra-
rio conaris asserere grauem iacturam populi
propter peccatum hypocritizantis prælati.
Sic sæpe commonui. Attendant diligenter fi-
deles huius hæretici probamentis in scriptu-
ris patrū dictis, & rationibus seductiuis. Nus-
quam enim verè sunt, & verè procedunt. Nec
tamen intendo dicere, quin sit aliquando vita
pastoris detrimentum plebis, sicut ibi subdit
Gregorius. Gregorius, non autem ex dato illius textus, di-
cēs, Certum verè est, quod ita sibi inuicem, &
rectorum merita connectuntur, & plebium:
vt sæpe ex culpa pastorum, deterior fiat vita
plebium: & sæpe ex merito plebium, mutetur
vita pastorum. Hæc ille. AVTH. Verum est,
quod vita ex vita inficitur per cōsensum. Sed
quid hoc ad sacramentum? Chrysostronus di-
xit supra. Et si vita sacerdotum valde detracta
bilis fuerit, tu verò non læderis in ijs, quæ cō-
missa sunt ei à Deo. Vitam habet vnusquisq;
malam à se, sacramenta tantum à Deo. Sacra-
menta fidem respiciunt, vita mores. Multum
ergo distant mores peruersi prælati, & sacra-
menta fidei. Quia ¶ item valde distant, & sine
alterutris esse possunt sacramentum gratiæ, &
gratia sacramenti: & potest Deus ad sacramen-
tum concurrere propter fidem, & non causa-
re gratiam propter culpam. Quemadmodum
in Nazareth sacramētū verbi euangelici Chri-
stus vsq; ad multorum admirationē edocuit,
& tamen præterquam in paucis infirmis nul-
lām virtutis imaginem ibi fecit. Tunc enim

fuit gratia curationum effectus fidei acceptæ,
sicut gratia fidei effectus verbi. Iustè ergo gra-
tia sanitarum priuatus est populus, quia fru-
ctum in eis fidei non protulit eorum faciente
proteruia, verbum gratiæ Saluatoris. Sicut er-
go verbum Christi fuit verbum sacramenti si-
ne effectū gratiæ populi, & per hoc sine effe-
ctū miraculi. Ita potest esse sacramentum ve-
rum Eucharistiæ, vel baptisimi, sine gratia ba-
ptizati, vel communicati, & e contrario. In si-
gnum veri sacramenti si peccator conficiat,
quia est verum sacramentum, bonis proderit
ad salutem: ipsi quia vsurpauit, ad pœnam. Si-
cut verbum euāgelij præsumenti ad pœnam,
audienti benigne valet ad meritum. Vnde cō-
tra Cresconium libro. 2. cap. 37. Augustinus. Si-
cut iste prædicator si ius sibi prædicandi testa-
menti diuini vsurpauerit, sibi nihil prodest, au-
dientibus autem, & facientibus, non ipse, sed
quod prædicat, prodest. Ita & ille, qui ius ba-
ptismatis sibi vsurpare non debuit, sibi nocet,
qui bonum malè vsurpauit, non ei, qui bonū
bene percepit. Hæc ille. AVTH. Præter hæc
tamen notandum existimo iam dicendum, qd
¶ non semper vniformis est, & vniuoca sacra-
menti ministratio cum ministro. Imò quāuis
minister adulter sit, vel ancilla, potest tamen
per medium sacramentum propagatus suus
esse proles legitima. Et item ministro existen-
te viro legitimo, & spōso ecclesiæ, potest sine
culpa eius per mediū sacramētū, ppagari spu-
ritium vitulamen. Ita ergo vir hypocrita, non
generat omnes hypocritas, etiam consentien-
tes, vel pro vnitatis pacis tolerantis hypocri-
tam: & multos forsitan generabit hypocritas
per media sacramenta legitima, qui sibi nec
consentiunt moribus, neq; fauent. Sed cum
mali filij euāgelizantur à pijs ministris, vel im-
buuntur ministerijs, tunc, dicit Augustinus,
Rebecca eos parit, sicut Esau. Si autem per pa-
stores nō castos pessimi generantur, tunc Sa-
ra quidem eos generat, scilicet per Agar. Item
spirituales à carnalibus initiati pastoribus, Ra-
chele faciente, procedunt per ancillam. Spiri-
tuales autem, & boni filij, à bonis pastoribus
procreati, sicut ex Sara per Isaac, vel ex Lia
per Iacob fideliter renascuntur. Libro primo
contra Donatistas, cap. 26. Augustinus. Quæ
peperit Abel, & Enoch, & Noë, & Abraham
ipsa peperit Moysen, & prophetas: & quæ
istos, ipsa & Apostolos, & martyres nostros,
& omnes Christianos. Sequitur. Item quæ
peperit Cain, & Cham, & Ismaëlem, & Esau,
eadem ipsa peperit & Datan, & alios in eodē
populo similes: & quæ istos, eadem ipsa & Iu-
dam

Gregorius.


Gregorius.

3 Sacramen-
tum gratiæ,
& Gratia sa-
cramenti.

Augustin.

4 Ministratio
non vnifor-
mis.

Augustin.



Imiliter, inquit, valde iustus,
propter indignitatem perso-
næ, pro qua oratur, commu-
niter non auditur: quæ ergo
euidencia necessitadi Deum,
ad audiendum sacerdotem re-

probum, mediante oratione blasphema tali-
ter deprecantis? Hæc Witeless, vbi supra de
sermone domini in monte. AVTHOR. Iam
¶ vult orationes malorum esse in causa, quare
Deus non cooperetur regulariter sacramen-
tis: si tamen assumptum non erranter æqui-
uocet ab inducto. Noli declinare ab orationi-
bus, quibus in mysterijs vtimur inuocando.
Nec te leuiter transferas ad deprecationes, &
instantias personales. Et quidem in sacramen-
tali oratione duo inuocantur instanter. Ipsa
scilicet veritas sacramenti, & salus eius, cui sa-
cramētū porrigitur. Sacerdos verò reprobus
propter improbitatē suam veritati sacramēti
nō derogat, quia propter indignitatē forsitan
vtriusq; salutem eius spiritualem non adiu-
uat. Sed sciendum esset, cur orationē blasphe-
mam appellas, quam tota per orbem ecclesia
verbis euangelicis conformatam, aut appro-
bat, aut ipsa prouidit in cælestium mysterio-
rum traditione solenni. O linguam maledi-
cam, O blasphemum discipulum, & docilem
magistri tui Petiliani, quem prius audisti sic
dicere, & delectatus es scribere, quod dictauit:
sicut contra eundem libro. 2. responsione. 29.
eum recitat Augustinus. Petilianus dixit. Aut si
quisquam carmina sacerdotis memoriter te-
neat, nunquid inde sacerdos est, quod ore sa-
cilego carmen publicat sacerdotis? Et Augu-
stinus respondet. Vt ¶ enim sit quisq; verus sa-
cerdos, oportet vt non solum sacramēto, sed
iustitia quoq; induatur, sicut scriptum est, Sa-
cerdotes tui induantur iustitia. Qui autem so-
lo sacramento sacerdos est, sicut fuit Caiphas
Pontifex persecutor vnus & verissimus sacer-
dotis, quauis ipse nō sit verax: quod tamen
dat, verum est, si non det suum, sed Dei: sicut
de ipso Caipha dictum est. Hoc autem non à
se dixit, sed cum esset Pontifex, prophetauit.
Et tamē vt eo quoq; simili vtat, quod ipse po-
fuisse, si audias ab aliquo vel prophano præcē
sacerdotis, verbis, mysterijsq; euangelicis cō-
formatam, nunquid potes ei dicere, Non est
vera, quia ipse non solum verus nō sit, sed etiā
malus sacerdos sit? Cum Apostolus Paulus
quoddam testimonium verū esse dixerit Cre-
tenis, nescio cuius prophetæ, qui inter pro-
phetas Dei non computabatur. ait enim, Di-
xit quidam ex ipsis proprius eorū propheta-
Creten-

Orationes
malorū nō
obstant sa-
cramentis.

Oratio quæ
blasphema.

Petilianus.

Augusti.

dam pseudoapostolum, & Simonem Magū,
& ceteros vsq; ad hæc tempora pseudochri-
stianos, in affectione animali pertinaciter ob-
duratos. Et infra. Sed cum tales à spiritualibus
euangelizantur, & sacramentis imbuuntur,
tanquam per seipsam Rebecca eos parit, sicut
Esau. Cum autem per illos, qui non castè an-
nuntiant euangelium, tales in Dei populo ge-
nerantur, Sara quidem, sed per Agar parit. Itē
boni spirituales, quando euangelizantibus, &
baptizantibus carnalibus generantur, Lia qui-
dem, vel Rachel iure coniugali eos, sed per an-
cillarem vterum parit. Cum verò per spiritua-
les in euangelio generantur boni fideles, sicut
ex vtero Saræ Isaac, vel Rebecca Iacob in no-
uam vitam, & nouum testamentum nascun-
tur. Hæc ille. AVTHOR. Quod ergo popu-
lus aliquis seducatur, non argui statim debet
ex verisimili culpa pastoris, quauis hoc in-
terdum eueniat, sicut topicè refert Chryso-
stomus: Sicut nec bonus filius statim arguit, qd
pastor est bonus, hoc posito, quod subditus
fit de ijs, qui audiunt corde bono, & optimo:
quæ dicunt vobis, facite: pastor autem cum ijs,
qui dicunt, & non faciunt.

¶ Quod orationes malorum sa-
cerdotū non faciunt, quin Deus
adsit consecrationibus sa-
cramentorum.

C A P V T. I X.

S V M M A.

- 1 Orationes malorum, q non obstant sacramentis, ostenditur
- 2 Sacerdos uerus ut quisq; sit, quid requiratur.
- 3 Oratio in cuiuslibet polluti sacerdotis ore reper-
ta ex euangelicis uerbis transumpta, & euange-
licis mysterijs adaptata, q non debeat dici bla-
sphema, contra Witeless.
- 4 Sacramenta Dei propter hominum uitia uiolans,
quomodo semper errat, ut Witeless.
- 5 Sacramentis Dei, quod nihil obstat hominum ma-
lorū mores, quo illa, uel omnino non sunt, uel mi-
nūs sancta sint, sed ipsis malis hominibus.
- 6 Intercessor sine gratia.
- 7 Deus quomodo peccatorem audiat.
- 8 Deus q indubitanter, & omni fide concurrat ad sa-
cramenti consecrationē, quæ sine euāgelicis uerbis
nusquā est, siue fidelis consecret, siue hæreticus.
etc.

Cretenses semper mendaces, malæ bestia, vē-
 tres pigri. testimonium hoc verū est. Si ergo
 apostolus nescio cui⁹ alienigenę testimonio,
 quia verū cōperit, etiam ipsi attestatus est, cur
 nos apud quēlibet inuenerim⁹, quod Christi
 est, & verū est: etiā si ille, apud quē inuenitur,
 peruersus, & fallax est, nō discernimus vitiū,
 quod homo habet, & veritatē, quā non suam,
 sed Dei habet: & dicimus, sacramentū hoc ve-
 rū est, sicut ille ait testimoniu hoc verū est? Nū
 quid ideo dicimus, etiā ipse homo verax est:
 quia dicimus hoc sacramentū verū est? sicut
 & apostolus nūquid ideo prophetā illū inter
 prophetas Dei cōputauit: quia quod in eo ve-
 rū inuenit, verū etiam firmavit? Hæc ille. A V-
 T H O R. Ecce miser homūcio, ecce Donatistę
 germinis furculæ rediuuæ. Oratio ꝑ ex euāge-
 licis verbis trāsumpta, & euāgelicis mysterijs
 adaptata in cuiuslibet pollutū sacerdotis ore
 reperta, nunq̄ debuit dici blasphema: sicut nec
 catholicus quisq̄ euāgelicū volumen maledi-
 ctū appellat, nec euangelium ipsum dicit bla-
 sphemū, vel hæreticū, quādo in ore, vel mani-
 bus Witcleuistæ turpissimū est cōpertū. Apo-
 stolus honorauit verbū Ethnicī: & tu blasphemū
 pronūtiās verbū Dei: quia in ore repertū
 est (vt tu dicis) reprobī sacerdotis? Nec tātū
 ideo orationē sanctā contaminās, sed propter
 malū sacerdotē violās, imō ad nihilas sacramē-
 tum. Vñ *Augustinus*, Vos, inquit, necesse est, vt
 semper erretis, q̄ diu ꝑpter hominū vitia Dei
 sacramēta violatis, aut vos propter Dei sacra-
 mēta, quæ in vos violare etiā vestri schismatis
 sacrilegiū assumere putatis. Hæc ille. A V T H.
 4 Audi, quos *Augustinus* alloquitur. Vos ꝑ oēs
 Witcleuistę, vos Donatistę necesse est vt sem-
 per erretis, q̄ diu propter hominū vitia Dei sa-
 cramēta violatis. Hominis vitium est, q̄ sacer-
 dos est reprobus. Sed nūquid ideo sacramētū
 Dei iuste violasti? etiā impune dixisti oratio-
 nē eius blasphemā? Scio, sacerdos est nō ver⁹,
 propter vitiū, sed verē tñ est sacerdos propter
 ordinē, & veram, & sacrā orationē fundit, quia
 euāgelicā: & verū sacramentū cælesti virtute
 cōficit, quia diuinū. Sicut Caiphas ꝑphanus
 fuit ꝑpter vitiū, & inde nō verus: verē tñ Pon-
 tifex erat, ꝑpter euāgelicū testimoniū: & ve-
 rā, nō blasphemā, cooperatē virtute cælesti, e-
 didit prophetiā, quia diuinā. Iā arguas, quod
 dixisti. Ecce nō iustus, sed valde iniustus Cai-
 phas pro indigno fauore iudaici populi lo-
 quitur prophetiam. Nunq̄ sine diuino cōcur-
 su? Quę ergo ratio necessitadi Deū ad audiendū,
 & iuuandū sacerdotē reprobū, mediāte ꝑphe-
 tia blasphema, sic loquētis maximē, vt Deus

Augustin.

generaliter sic cōcurrat, dicēte euāgelio, Cū
 esset Pōtifex anni illius? Et ecōtrario, non tñ
 valde, sed maximē iustus Christus ꝑpter indi-
 gnitatē populi Nazareni, populi, quē docuit
 verbū Dei, nō audiebatur vt faceret eis genera-
 liter sanitatē: nūquid ideo verbū eius non fuit
 verū Dei verbū, quia nō audiebatur ad salutē?
 Et nūquid ideo habuit Deū min⁹ assistentē
 sibi, tā quo ad verbi sacramētū, q̄ quo ad salu-
 tis effectū? Ita est nō min⁹ Dei sacramētū, cui
 necessariō Deus adest ꝑ orationē sacrā inuo-
 catus verē, nō veri, sed reprobī sacerdotis. Vñ
 idē *Augustinus* cōtra Petilianū lib. 2. respō. 47. Augustin.
 sic scribit. Memēto ꝑ ergo, sacramētis Dei ni-
 hil obesse mores malorū hominū, quō illa, vel
 omnino nō sint, vel min⁹ sancta sint, sed ipsis
 malis hominibus, vt hæc habeant ad testimo-
 niū dānationis, nō ad adiutoriū sanitatis. Hæc
 ille. A V T H. Ecce mores malorū hominū ni-
 hil obfunt sacramētis, quo vel omnino non
 sint, vel min⁹ sancta sint. Nihil ergo minus co-
 operabit Deus sacramētis ꝑpter mores malo-
 rū hominū. Imō, dicis, scđm Gregoriū, Deus
 magis iratus, pl⁹ odit hominē, pro quo talis
 reprobus deprecatur. Falsum dicis de Grego-
 rio. Sed & si ita diceret, hoc cōtra malū homi-
 nē esset, nihil adhuc cōtra sacramētū, sup quo
 talis sacerdos reprobus deprecatur. Veruntū
 quod *Gregorius* dicit, est. 10. ca. Pastoralium. Cū
 6 eti, ꝑ inquit, liquidō nouimus, quia cū is, qui
 displicet, ad intercedendū mittitur, irati anim⁹
 ad deteriora ꝑuocatur. Qui ergo adhuc desi-
 derijs terrenis astringitur, caueat ne districti
 irā iudicis grauius accendēs, dū loco delectat
 gloriæ, fiat subditis author ruinæ. Hæc ille.
 A V T H. Irati, inquit, animus ad deteriora ꝑ-
 uocat. Non dicit cōtra eū, pro quo intercedit.
 Nec dicit, q̄ Deus sic magis sibi irascitur, nec
 cōtra sacramēta ꝑuocatur. Et quod postea
 cōsultat, astrictū terrenis desiderijs, vt caueat, ne
 iudicis irā accēdat: hoc vtiq; consultat, ne fiat
 subditis author ruinæ, delectatus loco glorię,
 nō cōtra bonas preces orātis, vel cōtra diuina
 sacramēta ꝑpter absentiā cooperationis diui-
 næ. Sicut & Balaā reprobus minister erat, ꝑ-
 pter quē tñ nō magis irascebatur Deus popu-
 lo, imō cui Deus magis attēdebat, & fauebat,
 vt parceret populo: sicut deducit *August.* 2. ca. Augusti.
 cōtra Parmenianū. Cū certū, inquit, sit q̄ pec-
 catorē Deus audit: quod quidē inuenit in scri-
 pturis: Balaā propheta nō de populo Iesu, sed
 alienigena, conductus ab inimico, vt populo
 Dei malediceret, cōuersus à dño ad bñdicēdū
 est. Cuius verba omnia bene imprecātis audi-
 mus, & legim⁹: & cū aliud haberet in voto
 verba

Gregorius.
Intercessor
sine gratia.

verba tamen precātis, & bona sunt, & pro po-
 pulo exaudiuntur à domino. Vnde nimirum
 est, si verba bona, quæ pro populo dicuntur
 in precibus, & si à malis dicantur episcopis,
 exaudire tamen, non pro perueritate ꝑꝑo-
 sitorum, sed pro deuotione populorum. Ve-
 runtamen ꝑ quod scriptum est in euangelio,
 7 Deus peccatorem non audit, sed si quis Deū
 Deo quomodo peccatorem au-
 diat.
 colit, & voluntatem eius facit, hunc Deus ex-
 audit: nō à domino dictum est, sed ab illo, qui
 oculos corporis iam quidem restitutos habe-
 bat, sed ei oculi cordis nondum patebant. Vñ
 de ipsum dominum adhuc prophetam puta-
 bat: nam eum postea cognitum Dei filiū ado-
 rauit. Ipse autem dominus cū in vno tem-
 plo orarent Phariseus, & Publicanus, confitē-
 tem peccatorem peccata sua magis iustifica-
 tum dicit, quā Phariseum iactantem merita.
 Cui similes isti sunt: quanquam enim iusti-
 ficatus desitit esse peccator, tamen vt iusti-
 ficaretur peccator, orabat, & peccata confite-
 batur, & exauditus iustificatus est, vt desine-
 ret esse peccator. Non vtiq; desineret esse pec-
 cator, nisi prius exaudiretur peccator. Quam
 obrem non quidem omnem peccatorem ex-
 audire, sed tamen non omnem peccatorem
 non exaudire veritas testis est. Hæc ille. A V-
 T H O R. Ecce peccatorem Deus exaudit, &
 preces dictas à malis episcopis, sicut & repro-
 bi Balaam, & miseri Publicani: non pro per-
 ueritate episcoporum, sed pro deuotione po-
 pulorum. Vtrobique ergo verū est, quod Au-
 gustinus dicit, Sacramētis Dei nihil obesse
 mores malorum hominum, sed ipsis malis ho-
 minibus, vel scilicet malis orantibus, vel mini-
 stris, vt hæc habeant ad testimonium damna-
 tionis, non ad adiutorium sanitatis: quemad-
 modum Iudas verum sacramentum Eucharis-
 tiæ: & Samaritani verbum ꝑꝑositionis euā-
 gelicæ. Sequitur. Est multis euidentibus, cū talis
 vir duplex animo, atq; manifestus hæreticus
 effundit orationes hypocriticas pro populo,
 licet sit bonus, non prodest illi populo ꝑ or-
 ationem huiusmodi, sed pl⁹ obest. Hæc Wit-
 cleff. A V T H O R. Idem sæpe frustra resumit,
 quæ nunquam probat. Oportet tamen respō-
 dere resumtis, ne forte laqueus alicubi ten-
 sus, capiat innocentes. Orationes, inquit, viri
 hæretici, non profunt, sed magis obfunt popu-
 lo, quāuis bono. Et sancta ecclesia dicit, quod
 nec eius dicta, nec mala facta bonis obfunt, si
 malis non consentiant. Sed quia dicis, Vir du-
 plex animo effundit orationes hypocriticas.
 Si orationes illæ errorum verba contineant,
 & peccator forsan imperitus non intelligit,

Deus quomodo peccatorem au-
 diat.

Witcleff.

Orationes
hypocriti-
cæ.

nescio an orationem talem dicis hypocriticā,
 aut si manifestus hæreticus sit, qui orat, & vel
 orationes ecclesiæ iuxta verba euangelica cō-
 stitutas effundit, vel scienter orationes fundit
 hæresim continentes, vel solum, quia non ca-
 stus est, sed corruptus orator. Breuiter trans-
 euntes dicimus, quod vbi intentio comitatur
 ecclesiasticæ formæ, nec hæresis, nec corruptio
 vite nocet pijs populis, vel in se, vel in sa-
 cramentis edendis. Vnde libro. 6. contra Do-
 natistas, responsione. 16. *Augustinus*. Sedatus
 à Tuburbo dixit. In quantum aqua sacerdotis
 8 Huius respondetur, quia ꝑ si non sanctificatur
 aqua, cum aliqua erroris verba per imperitiā
 peccator effundit: multi non solum mali, sed
 etiam boni fratres in ipsa ecclesia non sancti-
 ficant aquam. Multorum enim preces emen-
 dantur quotidie, si doctioribus fuerint recita-
 tæ: & multa in eis reperiuntur contra catholi-
 cam fidem. Nunquid si manifestetur aliquos
 baptizatos, cū illæ preces dictæ super aquā
 fuissent, iubeantur denuo baptizari? Quid
 ita? quia plerunq; precis vitium superat pre-
 cantis affectus: & quia certa illa verba euange-
 lica, sine quibus non potest baptismus conse-
 crari, tantum valent, vt per illa sic euacuentur
 quæcunq; in prece vitiosa contra regulam fi-
 dei dicuntur. Quemadmodum dæmonium
 Christi nomine excluditur. Nam vtiq; hæreti-
 cus si offerat precem vitiosam, nec bonum ha-
 beat charitatis affectum, quo possit illa impe-
 ritia superari: afferat etiam aliquam precem,
 in qua loquatur contra regulam fidei: multi
 quippe irruunt in preces, non solum ab impe-
 ritis loquacibus, sed etiam ab hæreticis com-
 positas, & per ignorantia simplicitatem, non
 eas valentes discernere, vtuntur eis, arbitrātes
 quod bonæ sunt: non tamen quod in eis per-
 uersum est, euacuat illa, quæ ibi recta sunt, sed
 ab eis potius euacuat. Sequitur. Si autē ma-
 lus est ipse, atq; peruersus, si precem integram
 dicat, & nulla ex parte fidei catholicæ aduer-
 sam, non ideo ille rectus est, quia illa recta est.
 Et si in aliquibus peruersam precem afferat,
 Deus adest verbis euangelicis suis, sine quib⁹
 baptismus Christi consecrari non potest: &
 ipse sanctificat sacramentum suum vt homi-
 ni, siue antequam baptizetur, siue cum bapti-
 zatur, siue postea quandoq; veraciter ad se cō-
 uersus id ipsum valeat ad salutē, quod ad per-
 niciem, nisi conuerteretur, valeret. Hæc ille.
 A V T H O R. Nihil omittit *Augustinus*, quod
 tibi re-

Responsio
Augusti.

tibi responderi iam debuit. Sit manifestus hæreticus, sit vir duplex animo, effundat orationes hypocriticas, vitiosas, erroneas contra doctrinam fidei ecclesie factas, non euacuant virtutem verbi euangelici, quo minus effectum habeat sacramentum. Imò illud sufficit ex virtute sua omne nociuum abigere in prece mala contentum. Et quod omnino ponderis est, Deus, inquit, adest verbis euangelicis, sine quibus baptismus Christi consecrari non potest. Deus ergo indubitanter, & omni fide concurrat ad sacramenti consecrationem, quæ sine euangelicis verbis nusquam est, siue fidelis consecret, siue hæreticus, & hoc prece blasphema, vt tu dicis, vel vitiosa, & contra ecclesie fidem dictata verbalia oratione catholica. Ipse enim qui dixit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, ipse est, qui nec permittit descendere auem in terram sine patre suo, quanto magis nec deuotam plebem ascendere ad sublimia sacramenta sine caelesti patre concurrente. dixit enim, Sine me nihil potestis facere.

Quòd Deus vltra meritum, & dignitatē orantis audit eum, maximè tradentem diuina.

CAPVT. X.

SVMMA.

- 1 Deus, quòd vltra meritum, & dignitatem orantis audit eum, maximè cum tradit diuina, contra Witleff.
- 2 Homo, quòd nullo modo possit esse, vel dici dignus salute, quæ ex Deo est, dignitate, quæ ex meritis est, sed sola dignitate Dei uocantis.
- 3 Dona sua, quòd in nobis coronet Deus, non merita nostra.
- 4 Voluntas Dei, q. in omni sancto opere sit prior, posterior liberi arbitrij.
- 5 Gratia q. detur, non uerò reddatur.
- 6 Equitis, & equi per Augustinum ad liberum arbitrium & gratiam comparatio.

Argumentū Witleff.



Vare ergo necessitaretur ad audiendum orationem huiusmodi traditoris fallacis: cū sine oratione Deus facit secundum dignitatem personæ? Witleff in eo loco. AVTH.

Responso. Quare necessitatur Deus dignificare istā per-

sonam ad gloriam propter merita sua, cū antequam esset digna ex meritis, Deus prædestinavit eam ad eundem gradum gloriæ, & ad hoc præstandum, necessitatur Deus absolute? Nunquid sine tali significatione Deus facit, sicut prædestinavit facere illi personæ? Scio, dices, quòd non. Assumpto concessio, quare non ita tibi dicet ecclesia Christi, quòd sine oratione tali Deus non sic faciet. Sed reuera non est hæc simplex illatio, imò contra orationes acerrimè pugnat. Sed de hoc super est tractare loco suo inter sacramentalia præstante Deo. Hæc tamen verba prædicta contra orationes sacramentales fidelium sacerdotum scripsit ante eum magister eius Petilianus Donatista, cū blasphemaret in ecclesia, vt recitat Augustinus eundem contra se, lib. 2. responsione. 53. sic scribens. Petilianus dixit, si precem domino facitis, aut funditis orationē, nihil vobis penitus prodest: vestras enim debiles preces cruenta vestra conscientia vacuat, quia dñs Deus magis puram cōscientiā, quā preces exaudit, domino Christo dicente, Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum calorum. Voluntas itaque Dei bona est. Hæc ille. AVTHOR. Ergo non est nouum, quòd Witleff iam furens dixit, quòd traditores vocat orthodoxos presbyteros, sicut idem etiam Petilianus saepe vocauit. Idem responsione. 35. respondit. Traditores quidem non solum non probatis, sed nec patres vestri patres nostros probare poterunt. Et infrā. Quia secundum apostolicam vocem vnusquisq; nostrum proprium onus portabit: nec ille raptor noster est, nec vester est, quotquot non estis raptores, nec quispiā traditor, aut noster, aut vester est, quotquot non sumus traditores. Et ideò nos catholici sumus, qui secundum istam sententiam non deseruimus vnitatem: vos verò hæretici, qui propter quorundam hominum crimina, seu vera, seu falsa non vultis tenere cum Abrahamæ semine charitatem. Hæc ille. AVTHOR. Interumperē nimis integritatem scribendi, si semper disgrederi vellem, quando possem ostendere calumniosa verba, & motiua, & fugas, & inuentiones eius in priori hæreticorum antiquitate compertas. Penè nihil habet de suo, quòd facit ingenium: & penè nullum dimittit errorem ante damnatum. Ita secundum Psalmistam, Omnis iniquitas oppilabit os suum. Nam videre potestis, quia non sufficit ipsi hæresis Donatistarum in euacuando sacramenta ecclesie, & fidem concursus Christi propter hominum demerita: idcirco volat super pennas

Witleff. pennas ventorum vsq; in hæresim Pelagianorum, dignificans homines per propria merita. Attende quid dixit, Sine oratione Deus facit secundum dignitatem personæ. Exponit hoc latius infrā, dicēs, Et cum oportet omnia hæc dona à Deo procedere, & non est mediū ad impetrandum à Deo in hoc adiutorium, nisi vel ex dignitate populi, vel ex dignitate huiusmodi sacerdotis: videtur, quòd necesse est per turbationem gratiæ, charitatisq; carentiam in populo residere. Hæc Witleff. AVTHOR. Nec instet Witleuista termino dignitas, quia magister eius intelligit ibi dignitatem ex humanis meritis in officio pastoralis, cap. 20. Quæcunq; oratio viatoris non proderit nisi sibi incognitè de quanto Deus acceptat meritum sic orantis. Hæc Witleff. AVTHOR. Sed quid igitur facit Deus ex pura gratia, si nō prodest cuiquam, nisi secundum merita sua? Apostolus dixit ad Romanos. 11. Si autem gratia, iam nō ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Tu autem dicis non esse medium ad impetrandum aliquid à Deo, nisi ex dignitate hominis, & merito sic orantis. Nulla ergo gratia subuenit, vbi opera gratiam, non gratia opera præuenit. Alioquin gratia iam non est gratia, dixit Apostolus, si quomodo sit ex meritis. Ideò Augustinus secundo libro Retractationum cap. 57. commemorat se dixisse libro quodam de 6. quæstionibus contra Paganos expositis, quæstione. 2. in hæc verba. Salus religionis huius, per quā solam vera salus veraciter promittitur, nulli vnquam defuit, qui dignus fuit, & cui defuit, dignus non fuit. Non ita dixi tāquam ex meritis suis quisq; dignus fuerit: sed quemadmodum, ait Apostolus, non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, maior seruiet minori. Quam vocationem ad Dei propositum asserit pertinere. Vnde dixit, Non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gratiam. Vnde item dixit, Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositū vocati sunt sancti. de qua vocatione ait, Vt dignos vos habeat vocatione sua sancta. Hæc ibi. AVTHOR. Hoc igitur recitare duxi pro regula Christianæ loquutionis de dignitate hominis penes Deum, quia nullo modo potest homo esse, vel dici dignus salute, quæ ex Deo est, dignitate, quæ ex meritis est, sed sola dignitate Dei vocantis. Quomodo ergo nō est homini medium ad impetrandum à Deo adiutorium in confessione sacramenti, nisi ex dignitate populi, vel ex dignitate huiusmodi sacerdotis:

Dignus salute.

quia oratio non proderit, nisi Deus acceptet meritum sic orantis? Falsum est, hæreticū est. Quid habes, quòd non acceperis? Nihil ergo est tui meriti, sed ab illo accepti. Vnde si coronat te Deus post labores, non tua merita, sed facta itaq; sua coronat, sicut Psalmista dicit, In misericordia, & miserationibus. Vbi Augustinus super Psalmū. 102. sic ait. Iam fortè quasi arrogans esse coeperas, cū audires, coronat te: ergo magnus sum, ergo luctatus sum, cuius viribus? Tuis, sed ab illo subministratis. Nam luctaris, manifestum est: & ideò coronaberis, quia vinctus: sed vide quis prior vicerit: vide quis te faciat etiam secundo victorem. Ego, inquit, vici seculū, gaudete. Et vnde gaudeamus, si ille vicit seculum, quasi nos vicerimus? Ita planè gaudeamus, quia nos vicimus. Qui enim in nobis victi sumus, in illo vincimus: ergo coronat te, quia dona sua coronat, non merita tua. Hæc ille. AVTHOR. Ecce coronat Deus, sed non merita tua, coronat autem non nisi in misericordia, & miserationibus: ergo sola, & pura dona sua coronat: & quia nō merita tua, ideò ex gratia. Et subiungit ibi de Apostolo Augustinus. Plus omnibus illis laboraui, Apostolus ait, sed vide quid adiunxit, Non autem ego, sed gratia Dei mecū. Et post labores omnes expectat ipsam coronam, & dicit, Bonum agonem certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. De cætero superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. Quare? quia agonem certavi. Quare? quia cursum consummaui. Quare? quia fidem seruaui. Vnde certasti? vnde seruaisti? non autem ego, sed gratia Dei mecum. Ergo & quòd coronaris, illius misericordia coronaris. Hæc ille. AVTHOR. Ista si des est, ista spes catholica contra Pelagianos hæreticos dignificantes homines ex meritis proprijs, etiam ante gratiā Dei, sicut iam Witleff facit consequenter catenans errorem errorum. Nullum bonum suum temporale, vel spirituale potest Deus dare, vel præstare existenti in peccato mortali. Hoc docet omni corde, vt in alio volumine tactum est. Cū ergo potestas consecrandi sit aliquod magnum, & diuinum bonum: nulli potest hoc dare, vel præstare, nisi existenti in gratia. Ideò si sit bonum spirituale, cōfert secum gratiam. Si autem bonum temporale, præsupponit gratiam in fumento: quia vt dicit in de dominio ciuili, ca. 7. Deus nulli dat bonum creatum, nisi prius det sibi bonum increatum, scilicet gratiam: & sic oratio nihil confert, quia nisi fuerit dignus ex præuina gratia, nihil orando consequitur. Fa-

Augusti.

Dona sua coronat in nobis Deus

Augusti.

Witleff.

Responso. teor au-

teor autem me sustinere potuisse affirmatiuam talem. Quod si populus fuerit dignus, vel sacerdos, Deus aderit sacramentis: vel Deus bene acceptat meritum sic orantis. Sed quando per negatiuam omne aliud medium adiuuandi excludit, & solum dignitatem sacerdotis admittit, vel populi ad obtinendum adiutorium, adeo aegre tuli, quod gratiam Dei praueuientem excludit, quae nos blasphemos, & reos gehennae prius inuenit: & de peccatorum voragine euocat, euocatos conuertit, conuersos dignificat. Et quis post peccatum surgit, nisi per gratiam euocatem? Hoc est ergo ante omnia merita nostra primum beneficium Saluatoris, excitare per gratiam. Cui largitur Deus istam primam gratiam? homini iam iustificato, an adhuc peccatis detento? Si secundum, ergo Deus dat peccatori, & inimico suo optimum bonum suum, quia gratiam. Si primum, non ergo omnes, qui peccauerunt, egent gratia Dei, secundum fidem Apostoli ad Romanos. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem, quae est in Christo Iesu. Et ibi post. Vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi, quia homo iustus factus est, & dignus ex meritis gratia illa prima: & haec fuit haeresis Iudaeorum, de qua loquitur Augustinus in libro intitulo super quaedam propositiones Apostoli ad Romanos, dicens, Hoc autem exemplum quibusdam Iudaeis obiectum est, qui Christo crediderunt, & de operibus ante gratiam gloriabantur, & dicebant se ipsam euangelij gratiam per sua bona opera praecedentia meruisse, cum bona opera in nullo esse possent, nisi qui acceperit gratiam. Est autem gratia, ut vocatio peccatori praerogatur, cum eius merita non nisi ad damnationem praecesserunt: quod si vocatus vocantem secutus fuerit, quod est iam in libero arbitrio, merebitur & Spiritum sanctum, per quem bona possit operari: in quo permanens quod nihilominus est in libero arbitrio, merebitur etiam vitam aeternam, quae nulla possit labe corrumpi. Haec ille. AVTHOR. Ecce vocatio diuina gratia est, quam nulla merita praecedunt, nisi ad poenam. Sed meritum viatoris adest ei per hoc, quod applicat se vocanti per liberum arbitrium, & sic potest mereri gratiam, & Spiritum sanctum. Et idem Augustinus in hypognosticon libro. In omni, inquit, opere voluntas sancto prior voluntas Dei, posterior liberi arbitrij, id est, operatur Deus, & cooperatur homo. Quod si dicas, ut dicere consueuisti, quia ego prior volui, voluit Deus: iam meritum facis, ut gratia ex operibus iam non sit gratia,

sed merces: & hoc loco redarguit te Apostolus, dicens, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Gratia igitur donatur, non redditur: quia si redderetur quasi ex debito, non ab Apostolo, non ex operibus, diceretur. Haec ille. AVTHOR. Ecce haec est prima vocantis gratia, de qua hic loquitur, quae ex voluntate Dei donatur ante motum liberi arbitrij. Necessario ergo ante omnem gratiam iustificantem: quia qui fecit te sine te, non te iustificat sine te. Haec ergo gratia a Deo donatur, iniquo, & mortali peccato detento, quod tu vitas ut toxicum. Et qualiter Deus prior excitat per gratiam ad capiendum indulgentiam peccatorum: ita quoque in alijs Deus prior excitat mentes fidelium ad sic orandum, & sic operandum. Cui excitationi quia si expergefata mens humana quandoque applaudit per liberum arbitrium, & tunc causatur meritum. Vnde in eodem hypognostico Augustinus. Oportet, inquit, ea orare poenitentem, quae ad eius emundationem expediunt, quod ut faciat vnde sit, audi. Similiter autem ait Apostolus, Et spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, neficimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis (id est, postulare facit) nos gemitibus inenarrabilibus. Haec ille. AVTHOR. Hoc vult o Witcleff iste processus Augustini, quod Spiritus sanctus praueinit nos in orando, faciens nos orare quod profit, non autem ex meritis nostris, sed ex gratia praueinente omne meritum nostrum. Falsum ergo errore Pelagiano infectum, dixit Witcleff. Oratio viatoris non proderit, nisi sibi incognite, secundum quod Deus acceptat meritum sic orantis. Falsum est, quia ante acceptationem talis meriti ipse excitat ad orandum, ut possit mereri sic acceptari. Quia quod spiritus sic adiuuat infirmitatem nostram in orando, principium est operis: quod autem iste orans sic mereatur, liberi arbitrij est cooperantis effectus. Melius ergo, & item Christianius dixisset iste, quod auxilium nullum habemus in orationibus sacramentalibus ad aliquid impetrandum a Deo, nisi per gratiam Dei: sicut ait Apostolus, Et omnis dignitas siue populi, siue sacerdotis, etiam si per gratiam vocantis, vel cooperantis Dei sit quaedam dignitas, tamen totum diuinae gratiae debet attribui, ut qui gloriatur, in domino gloriatur ad modum illum, quo dici solet, Eques iste currit triginta millia hodie, quia equum, cui insedit, tot currere fecerit. Sicut in eodem hypognosticon opere comparans gratiam seffori, & liberum arbitrium, vel hominem equo, dicit

Gratia datur, non redditur.

Augustin.

Eques, & equus. Augusti dicit

dicit Augustinus. Sicut ergo homo sedens in iumento, cum peregerit iter, quod incessit, dicit, Feci hodie ut puta triginta millia, cum ille sedens in iumento cucurrit triginta millia. Sed non ea cucurrisset, nisi a seffore tam directus in via, quam gubernatus fuisset. Recte ergo seffor quasi gratia in figura dicit, feci triginta millia: ipse enim fecit, qui iumentum facere fecit: cum utriusque labor itineris imputetur. Ita gratia, & liberum arbitrium peragit sine dubio iter fidei, dum Dei Christianus facit praercepta: sed non, ut supra dixi, sine gratia dirigente, vel gubernante. Haec ille. Et super quasdam propositiones ad Roma. Quod autem ait, Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, dixit, quemadmodum homines hominibus reddant mercedem. Nam Deus per gratiam dedit, quia peccatoribus dedit per fidem, ut iuste viuerent, id est, ut bene operarentur. Quod ergo bene operamur iam accepta gratia, non nobis, sed illi tribuendum est, qui per gratiam iustificauit. Nam si debitam mercedem vellet reddere, poenam redderet debitam peccatoribus. Haec Augustinus. AVTHOR. Sic si secundum dignitatem solius sacerdotis, vel populi deberet Deus adiutorium suum impendere, poenam, non gratiam redderet eis condignam pro mercede. Quod si ex gratia eos dicas dignos, ergo secundum fidem Apostoli ipsam Dei gratiam potissimum pone medium impetrandi, cum gratia seffor, homo est iumentum, & seffori debetur nomen laboris, qui ex utroque perficitur. Ita totum Dei gratiae tribuendum est, quod eius est, & liberi arbitrij cooperatione perfectum.

¶ Quod Christus sine sanctitate conscientiae sacerdotis conficit sacramentum.


CAPVT. XI.

SVMMA.

- 1 Ministri sanctitas, & eiusdem malitia, quod nihil conferat, adimat, vel derogat substantiae sacramenti, ostenditur.
- 2 Deus quod non dicatur cogi, nec proprie necessitari, ut putabant haeretici.
- 3 Christi assumptio a diabolo in sanctam ciuitatem, quod non ex imbecillitate fuerit domini, sed de ini-

mici superbia, qui uoluntatem Saluatoris necessitatem putat.

- 4 Augustini ad argumenta Petiliani Donatistae (dicentis, quod ministri sanctitas simpliciter requiratur ad Dei praesentiam in sacramentis) responsio.
- 5 Anastasij Papae rescriptum ad Anastasium Imperatorem pro ministracione sacramentorum per Achatium haeticum.
- 6 Petilianus quod falsum sibi finxerit principium, cui Witcleff inuitur, scilicet, quod conscientia sancte dantis attendatur, &c. Augustini uerbis ostenditur.



Generalis color, quo instaurat sibi motiua contra regularem concursum Dei ad sacramentorum coactionem, semper assumitur de vita reproba ministrorum: pro qua videtur sibi euidenter coccludere subtractionem diuinae praesentiae sacramentis. Et ideo inchoat semper rationem facere a praelatis caesareis, mendosis episcopis, praelatis infidelibus, false fingentibus, sacerdote reprobo, & hypocrita, viro duplici, & manifesto haeretico, & similibus: quasi hoc assumptum sufficienter euacuet sacramentum. Ne igitur simpliciter ista legentes in hoc Donatistarum laqueo capiantur, quem ipse tendens intendit: ponamus propositionem, quam protestatur ecclesia directe opposita. Quod si sanctitas ministri nihil confert, & malitia eius e contrario nihil adimit, vel derogat substantiae sacramenti. Sed omnino ex fide ita conficit Deus sacramentum cooperante malo, sicut homo, & sancto ministro. Quo contra ipse dicit loco praedicto. Fingendo de Deo, sine inspiratione, & sine ratione scripturae, quod Deus sic faciat, Antichristi more seipsum magnificant supra Deum: quia dicunt se scire, quod Deus nescit: & dicunt se cogere Deum facere, quod aliter nisi per istos hostes Dei, Deus non faceret, sed ubi maior blasphemia? Haec Witcleff. AVTHOR. Nota quod dicit hostes Dei, recordans semper illius principij sui haeretici, quod Deus nihil potest dare inimico suo, quale reputat omnem ministrum catholicum: ideo nulli tali dat potestatem conficiendi sacramentum. Quod autem dicit praelatos cogere Deum facere, odiosum terminum inducit, & in medio id facit: quia nullus catholicus ita dicit. Et post dicit ibi, Praelatum caesarem vi cogere subditum suum, ut hoc credat. Sed sequitur in hoc termino Ceciliam Donatistam, qui hoc similiter imposuit orthodoxis. Vnde de baptismo contra Donatistas lib. 6. respon. 1. cum recitat Augustinus. Ecce, inquit, ad qualia cogitur ecclesia consentire, & sine baptismo, &

Witcleff.

Augustin.

D venia

Augustin.

Augusti.

Voluntas Dei prior.

venia delictorum comunicare compellitur. Et Augustinus respondet. Iam verò quòd indignatur, & dicit, Ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire, & sine baptismo &c. ostenditur illos etiam tunc veriora sensisse, qui non recesserunt à pristina consuetudine, quæ postea concilij vniuersitate firmata est. Hæc ille.

2 A V T H O R. Sed si discant omnes Witcleuista, & Donatista, ecclesiam Christi non dicere Deum cogi quomodocumq; imò nec propriè necessitari: sed hoc putant hæretici habentes. Scholam magistri sui diaboli, qui putauit Christum necessitatum, & coactum in montem assumi, quem vidit assumi, sed sua voluntate. Vnde in commentario super illo Matth.

4. Hieronymus. Tunc, inquit, assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Assumptio ista, quæ dicitur, non ex imbecillitate domini venit, sed de inimici superbia, qui voluntatem Saluatoris necessitatem putat. Hæc ille. A V T H O R. Vide Witcleff, qui voluntatem Saluatoris gratiosè concurrentis salutiferis sacramētis, appellasti necessitatem, dixisti coactionem, quantum scholæ Satanæ conuenisti? Si autem vis scire curam ecclesiæ, qua coërcet ab usum necessitatis, & coactionis à Deo, videatur

Anselmus. *Anselmus secundo, Cur Deus homo. ca. 17.* Vterius autem non immoremur contumeliosis eius, sed docto in superioribus concursu Dei regulari cum ministris ecclesiæ, auctoritate scripture, & patrum experientia, & ratione, videamus si sanctitas ministri simpliciter requiratur ad Dei præsentiam in sacramentis.

Argum. 1. *Petilianus.* Fundamentum huius hæresis Petilianus Donatista ad hoc vnum principium redegit cōpendij. Conscientia dantis attenditur, quæ abluat accipientis, supple conscientiam per baptismum. Quòd si bona conscientia fuerit, bene baptizati: si mala, potius maculat, quam baptizat. Et facit argumenta, quæ Augustinus seriatiim absoluit lib. 1. contra eundem, ca. 5. Sæpe, inquit, mihi ignota est humana conscientia, sed certò sum de Christi misericordia. Hæc ille. Et. 4. libro contra Donatistas. ca. 23. Cùm baptisma verbis euāgelicis datur, qualibet ea peruersitate intelligat ille, per quem datur, vel ille, cui datur, ipsum per se sanctum est, ppter illum, cuius est. Et si quisq; per hominem peruersum id accipiens, non accipiat, tamen ministri peruersitatem, sed solam mysterij sanctitatem in bona fide, & spe, & charitate vnitati compaginatus ecclesiæ, remissionem accipit peccatorum, non per verba, sicut cancer serpentia, sed per euāgelica sacramenta de cælesti fonte manantia. Hæc ille. A V T H O R.

Responso Augustin. *Augustinus.* Quod beatus Augustinus vna quæstione manifestè conuincit. Quid, inquit, si conscientia sacerdotis sit mala, sed hoc lateat baptizatum,

Ecce Augustinus est certus de misericordia Christi concurrentis per primum, & secundum baptisma datum fatetur per euāgelica sacramenta manantia de cælesti fonte Christo: quanuis per peruersum ministrum ex. 2.

Secundum argumentum Petilianus est hoc. Omnis res origine, & radice sua consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est: peccator sacerdos est sine origine, & radice, & capite bono, ergo nihil præstat. Respondet Augustinus. Origo mea Christus, radix mea Christus, caput meum Christus. Item Petilianus. Nihil bene regeneratur, nisi bono semine regeneretur: sacerdos malus habet omne semine falsum. Respondet Augustinus. Semen, quoregeneror, verbum Dei est: quod obedienter audire sum monitus, etiam si ille, per quem audio, quæ dicit mihi, ipse non facit. Item Petilianus. Quæ peruersitas, vt qui suis criminibus reus est, alium faciat innocentem? Respon-

det Augustinus. Me innocentem non facit, nisi si qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Non enim in ministrum, per quem baptizor, credo, sed in eum, qui iustificat impium, vt de putetur mihi fides ad iustitiam. Item Petilianus. Arbor bona bonos fructus facit, arbor mala malos. Et nunquid colligunt de spinis uvas? non potest ergo malus minister bona facere sacramenta. Respondet Augustinus. Hoc ergo fructus bonus est, vt arbor bona sim: hoc autem, non qui plantat, & qui rigat, mihi dabit, sed qui incrementum dat Deus.

Item Petilianus. Qui baptizatur à mortuo, non ei prodest lauatio eius. Respondet Augustinus. Viuit Christus, iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur: de quo dictum est, Ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto. Baptizantur autem à mortuis, qui baptizantur in idolorum templis. Non enim & ipsi à sacerdotibus suis se accipere arbitrantur sanctificationem, quam putant, quoniam homines fuerunt, ita modo sunt, vt neque super terras, neque in requie cæli sint. Hæc ille. A V T H O R. Ad hoc consonat rescriptum Anastasij Papæ ad Anastasium Imperatorem, qui sedit tempore Augustini in Epistola sua decretali ad eundem pro ministracione sacramentorum per Achatium hæreticum, in qua sic. Gloriosissimo, & clementissimo filio Anastasio Augusto Anastasius Episcopus. & infra, versus finem. Secundum ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quòd nullū de ijs, quos vel baptizauit Achatius, vel quos sacerdotes,

siue Leuitas, secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Achatij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramēti gratia minus firma videatur. Nam & baptismum (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adulto, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ sonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, & dicitur, Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto, & igni. Nam si visibilis solis istius radij, cū per loca foetidissima transeunt, nulla contactus iniquatione maculatur: multò magis illius, qui istum visibilem facit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas cū fuerit sacrilegus, atq; fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per impium data, nulla ex hoc detrimento sumpserunt, declarante hoc ipsum domino manifestissima voce. Scriba, inquit, & Pharisæi super cathedrā Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari: hoc totū contineri implente diuinitatis affectu, ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autē incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquis; neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hæc ille. A V T H O R. Hæc ita adduxi, ne Augustinus videretur solus dixisse prædicta, cū in rei veritate tota sententia eius in prædictis dependeat à consuetudine ecclesiæ antiqua, & auctoritate vniuersalis concilij, sicut ista iam Anastasij scripta bene testatur. Ita hæc omnia resposā Augustini, & Anastasij generalē concursum Christi in sacramētis probant, nec impediri eius efficientiam posse propter peruersitatem ministri: quasi vterentur tali argumento. Virtus influens simpliciter prima, quia à nullo dependet, per nullum posterius impeditur ab obiecto capaci. Sicut lumen solis, infectio aëris non impedit quo minus transeat per medium: similiter nec infectio sacerdotis virtutem operatiuam Christi, quæ à sanctitate eius non depēdet, sed ipsa est prima virtus, ipsa caput fidei, ipsa omnium sacramentorum fons, & origo. Per hæc igitur omnia falsum ostēditur Petilianus finxisse sibi principium, cui Witcleff innititur: quòd conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis:

6 Augustin. Quod beatus Augustinus vna quæstione manifestè conuincit. Quid, inquit, si conscientia sacerdotis sit mala, sed hoc lateat baptizatum,

siue Leuitas, secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Achatij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramēti gratia minus firma videatur. Nam & baptismum (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adulto, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ sonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, & dicitur, Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto, & igni. Nam si visibilis solis istius radij, cū per loca foetidissima transeunt, nulla contactus iniquatione maculatur: multò magis illius, qui istum visibilem facit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas cū fuerit sacrilegus, atq; fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per impium data, nulla ex hoc detrimento sumpserunt, declarante hoc ipsum domino manifestissima voce. Scriba, inquit, & Pharisæi super cathedrā Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari: hoc totū contineri implente diuinitatis affectu, ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autē incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquis; neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hæc ille. A V T H O R. Hæc ita adduxi, ne Augustinus videretur solus dixisse prædicta, cū in rei veritate tota sententia eius in prædictis dependeat à consuetudine ecclesiæ antiqua, & auctoritate vniuersalis concilij, sicut ista iam Anastasij scripta bene testatur. Ita hæc omnia resposā Augustini, & Anastasij generalē concursum Christi in sacramētis probant, nec impediri eius efficientiam posse propter peruersitatem ministri: quasi vterentur tali argumento. Virtus influens simpliciter prima, quia à nullo dependet, per nullum posterius impeditur ab obiecto capaci. Sicut lumen solis, infectio aëris non impedit quo minus transeat per medium: similiter nec infectio sacerdotis virtutem operatiuam Christi, quæ à sanctitate eius non depēdet, sed ipsa est prima virtus, ipsa caput fidei, ipsa omnium sacramentorum fons, & origo. Per hæc igitur omnia falsum ostēditur Petilianus finxisse sibi principium, cui Witcleff innititur: quòd conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis:

6 Augustin. Quod beatus Augustinus vna quæstione manifestè conuincit. Quid, inquit, si conscientia sacerdotis sit mala, sed hoc lateat baptizatum,

siue Leuitas, secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Achatij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramēti gratia minus firma videatur. Nam & baptismum (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adulto, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ sonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, & dicitur, Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto, & igni. Nam si visibilis solis istius radij, cū per loca foetidissima transeunt, nulla contactus iniquatione maculatur: multò magis illius, qui istum visibilem facit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas cū fuerit sacrilegus, atq; fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per impium data, nulla ex hoc detrimento sumpserunt, declarante hoc ipsum domino manifestissima voce. Scriba, inquit, & Pharisæi super cathedrā Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari: hoc totū contineri implente diuinitatis affectu, ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autē incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquis; neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hæc ille. A V T H O R. Hæc ita adduxi, ne Augustinus videretur solus dixisse prædicta, cū in rei veritate tota sententia eius in prædictis dependeat à consuetudine ecclesiæ antiqua, & auctoritate vniuersalis concilij, sicut ista iam Anastasij scripta bene testatur. Ita hæc omnia resposā Augustini, & Anastasij generalē concursum Christi in sacramētis probant, nec impediri eius efficientiam posse propter peruersitatem ministri: quasi vterentur tali argumento. Virtus influens simpliciter prima, quia à nullo dependet, per nullum posterius impeditur ab obiecto capaci. Sicut lumen solis, infectio aëris non impedit quo minus transeat per medium: similiter nec infectio sacerdotis virtutem operatiuam Christi, quæ à sanctitate eius non depēdet, sed ipsa est prima virtus, ipsa caput fidei, ipsa omnium sacramentorum fons, & origo. Per hæc igitur omnia falsum ostēditur Petilianus finxisse sibi principium, cui Witcleff innititur: quòd conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis:

Argum. 2. Petilianus.

Responso.

Anastasius.

siue Leuitas, secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Achatij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramēti gratia minus firma videatur. Nam & baptismum (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adulto, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ sonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, & dicitur, Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto, & igni. Nam si visibilis solis istius radij, cū per loca foetidissima transeunt, nulla contactus iniquatione maculatur: multò magis illius, qui istum visibilem facit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur. Nam & Iudas cū fuerit sacrilegus, atq; fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per impium data, nulla ex hoc detrimento sumpserunt, declarante hoc ipsum domino manifestissima voce. Scriba, inquit, & Pharisæi super cathedrā Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari: hoc totū contineri implente diuinitatis affectu, ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autē incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquis; neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hæc ille. A V T H O R. Hæc ita adduxi, ne Augustinus videretur solus dixisse prædicta, cū in rei veritate tota sententia eius in prædictis dependeat à consuetudine ecclesiæ antiqua, & auctoritate vniuersalis concilij, sicut ista iam Anastasij scripta bene testatur. Ita hæc omnia resposā Augustini, & Anastasij generalē concursum Christi in sacramētis probant, nec impediri eius efficientiam posse propter peruersitatem ministri: quasi vterentur tali argumento. Virtus influens simpliciter prima, quia à nullo dependet, per nullum posterius impeditur ab obiecto capaci. Sicut lumen solis, infectio aëris non impedit quo minus transeat per medium: similiter nec infectio sacerdotis virtutem operatiuam Christi, quæ à sanctitate eius non depēdet, sed ipsa est prima virtus, ipsa caput fidei, ipsa omnium sacramentorum fons, & origo. Per hæc igitur omnia falsum ostēditur Petilianus finxisse sibi principium, cui Witcleff innititur: quòd conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis:

Augustin.

vel aliàs communicatum: nonne tunc baptizatur, vel conficit? Si sic, ergo perfidia, vel vita reproba sacerdotis nō officit sacramento. Si nō, ergo omnia sacramenta sunt æque dubia, sicut est ministrantis conscientia. Ista quæstio Augustini reddidit Donatistas sollicitos: ista supra modū pplexos, & vigilare fecit omnes: quā tamen Augustinus instanter, & sine cessatone pulsauit, lib. 3. cōtra Petilianum. ca. 13. Legite, inquit, nunc eius copiosissima maledicta, quæ in me iratus, & inflatus effudit: & videte vtrum quærenti mihi responderit, vñ sit abluendus, qui accipit baptismum, cū dantis conscientia polluta est, & hoc ignorat accipiens. Obsecro vos, quærite attēte, omnes excutite paginas, omnes dinumerate versiculos, omnes syllabas enucleate, & dicite mihi, si inueneritis vbi responderit, cū dantis conscientia polluta est, vnde sit eius abluenda, qui hoc accepturus ignorat. Sequitur. Ad hoc respondere flagitate, neminem relicta causa cōiunctione alienari permittite, si conscientia sancte dantis attenditur. Videte, quia non dixi conscientia dantis, sed conscientia sancte dantis. A V T H O R. Plura magno passu sequente ibidem Augustinus interfert. Compulsus ergo Petilianus satisfacere quæstioni, tandem post multa. Sed discutienda, inquit, est ministrantis conscientia, sicut fuit sanctitas Ioannis Baptistæ, & ecōtrario. Augustinus. Si, inquit, exemplo Ioannis quilibet nunc discutiendus esset baptizata, quicquid de se quisq; dixerit, credendus erit. Quis est autem fictus, quem fugit vtiq; (sicut scriptū est) Spiritus sanctus: quin de se optime credi velit: atq; id agat, quibus verbis potuerit? Iam ergo cum fuerit interrogatus quis nam sit, & responderit se esse Dei fidelem dispensatorem, nec cuiusquam criminis macula pollutam habere conscientiam: hæc erit tota discussio, an etiam mores eius, & vita diligentius intuenda est? Ita sanè, sed non hoc scriptum est fecisse illos, qui Ioannem in deserto Iordanis interrogauerūt quis esset. Sequitur. Magis apostolica illa sententia satis hanc incutit curam, vbi ait, Probetur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes. Quòd cū sollicitè, ac de more vbiq; penè ab omnibus fiat, vnde tam multi reprobi post tempus gestæ dispensationis huius inuenti sunt: nisi quia & humana diligentia plerumq; fallitur: & nōnulli primum boni in deterius cōmutantur. Quæ cum tam crebrò accidant, vt dissimulare, ac obliuisci neminem sināt, quid est, quòd contumeliose nos breuiter docet Petilianus à baptizando discutiendum esse baptismum? Sequitur.

D 2 quitur.

quitur. Quia intelligo te, inquit, ignorare ordinem sacramenti: hoc tibi breuiter dico, & tu baptista discutere, & ab eo discuti debuisti. Hæc ille.

¶ Quod melius ministratur sacramentum per sanctum virum, non tamen creditur in eum, sed in Christum per eum.

CAPVT. XII.

SVMMA.

- 1 Sacramentum quod melius ministratur per pium virum, quam impium, quomodo debeat intelligi. Et quid de hoc dicat Augustinus.
- 2 Sacramenta quod non ideo ueriora, & sanctiora sint, quia per meliorem ministrantur, ostenditur.
- 3 Wicleff, qui semper nititur tollere fidelibus populis fidem sacramenti certificant, confutatur.
- 4 Reputare uerbum, quo utitur Wicleff, ab Authore explicatur. Et multa de sacramentorum participatione, contra Wicleff.
- 5 Considerare in prælatis, & ecclesie ministris quomodo liceat.
- 6 Fidei quomodo incurrat periculum, qui à quolibet ministro detur, contemnit credere, uel concedere sacramentum.



¶ Vcūsq; laborat Wicleff pro Donatistis, ne quisquam credat sacramenta cōsecrari per ministrum peccatorem, quia nec fides, inquit, nec ratio cōpellit credere, q̄ Christus cooperetur perfido tali ministro. Quæsit ergo quem signabit, cui aderit Christus, ut de certo conficiat, necessariò dabitur sanctus minister iustus sacerdos. Sic enim dicit. 4. trialogi. cap. 10. quod sanctos sacerdotes decet istud officium, cum Christus specialiter iniungit eis sic facere, dum annectit, Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Sic ergo quando cunq; Christus operatur cum homine, & solum tunc conficitur sacramentū. Hæc Wicleff. AVTHOR. Quomodo pertinenter cōcluderet hanc exclusiuam, nisi exclusiuè intellexeret antecedens, quod solos sanctos sacerdotes decet consecrationis officium, quia solis eis concurrat Christus, & solum tunc conficitur sacramentum? Item restat probandum,

quod specialiter sanctis sacerdotibus iniunxit Christus hoc officium, dicens, Hæc quotiescunq; feceritis, cum priusquam Iudas exiret, hoc iniunctum simul cum omnibus Apostolis sine exceptione sui, vel prærogatione alicuius alterius vna generalitate sermonis accepit. Ipsa enim verba Saluatoris hoc exprimunt, ubi non dixit, Hæc quotiescunq; feceritis vos iusti sacerdotes, vos fideles Apostoli, sed simul, & æquè omnibus, simul Petro, & Iudæ, Hæc quotiescunq; feceritis. sicut æquè omnibus sanctam coenam dispersit, dicente Augustini. 2. libro contra Petilianum, responsione. 21. Nonne, inquit, erat munda, & pacifica illa coena tanti sacramenti, quam priusquam Iudas exiret, Christus omnibus dedit? Hæc ille. AVTHOR. Non tamen ego nego, quin decentius sanctus minister baptizat, & pudicum ministrum melius decet consecrationis officium, quam iniustum, quis hoc negaret prouidus? Melius etiam ministratur sacramentum per pium virum, quam impium. Melius, inquam, non ipsi sacramento, sed ministro: nec ideo peius ministratur ei, qui accipit sacramentum propter reprobum ministrum, quantum est de substantia sacramenti, sed quantum ad circumstantiam aliquam orationis, cordis compunctionis, vel huiusmodi. Vnde contra Cresconium libro. 4. cap. 15. Augustinus. Quæris per quem melius fiat, quod à Christo fieri concedis. Vbi & tu, quantum video, non negas hoc fieri posse etiam per ministrum malum, sed dicis melius posse per bonum. Hoc & nos suademus, hoc volumus, sed quærimus per quem melius fiat. At per hoc abluit Christus, & per maculosam non sanctè dantis, sed melius per mundam sanctè dantis conscientiam dat fidem Christus: & per ministrum malum, sed melius per bonum fit Christus origo Christiani: & per dispensatorem infidelem, sed melius per fidelem Christianus radicem figit in Christo. Etiam per colonum reprobum, sed melius per bonum potest Christus caput esse Christiani. Et per Felicianum, sed melius existimas per Primitianum. Parua itaq; inter nos in hac re, aut fortasse nulla dissensio est. Nam & ego dico melius per bonum ministrum, quam per malum dispensari sacramenta diuina: verum hoc propter ipsum ministrum melius est, ut eis rebus, quas ministrat vita, & moribus congruat, non propter illum, qui etiam si incurrerit in ministrum malum dispensantem veritatem, securitatem accipit à domino suo monente, ac dicente, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite:

nolite, dicunt enim, & non faciunt. Addo etiã ad hoc esse melius, ut ille, cui ministratur, ministri boni probitatem, ac sanctitatem diligendo, facilius imitetur. Sed non ideo ueriora, & sanctiora sunt, quæ ministrantur, quia per meliorem ministrantur. Illa nempe per seipsa uera, & sancta sunt propter Deum uerum, & sanctum, cuius sunt: & ideo fieri potest, ut accedens ad societatem populi Dei, alium inueniat, à quo facile baptizetur, alium eligat, quæ salubriter imitetur. Certus est enim sanctum esse sacramentum Christi, etiam si per minus sanctum, vel non sanctum hominè ministratum est. Se autè eiusdem ipsius sacramenti sanctitate puniri, si indignè acceperit, si malè usus fuerit, si non ei conuenienter, & congruè uixerit. Hæc ille. AVTHOR. Ita igitur præfert ecclesia in ministrando sacramenta sanctum, non tamè si ministrat, excludit iniquum. Per se, inquit Augustinus, sacramentum sanctum est, propter eum, cuius est: & quomodo propter eum, si ipse non adiuuet? Ipse enim dixit, Sine me nihil potestis facere. Certum est ergo eum concurrere cum quocunq; ministro, quia certus est accipiens sanctum esse sacramentum, quod accepit ab eo. Hoc dicit Augustinus cū ecclesia: sed hoc Wicleff abdicat, quantum potest, dicens non hoc credendum esse, sed reputandum, vel supponendum in loco iam dicto Trialogi, postquam cooperari Christum dixit. Quod reputari debet, inquit, de nostris sacerdotibus, & supponi: ueruntamè quia istud non est fides, non oportet q̄ credatur ab ecclesia, sed q̄ probabiliter supponatur: nec oportet, q̄ ambigatur, cum multa sint proponenda uia, quæ nec debet dubitare, nec concedere, nec negare: ut proposito mihi, q̄ sim prædestinatus, tibi nec talia concedo, nec nego, nec dubito, sed reputo vnâ partem. Hæc Wicleff. AVTHOR. Ecce quod semper dixi: nonne uerum est, q̄ iste nititur tollere fidelibus populis fidem certificant sacramenti? Non, inquit, debet credi, non eis fides danda, nec quicquã eis de ueritate debet concedi, sed faciliter reputari. Sanctus Augustinus e contra dixit, sumemtem sacramentum esse securum, quanuis per ministrum iniquum. Securitatem, inquit, accipit à domino suo, monente, ac dicente, Quæ dicunt, facite, quæ autè faciunt, facere nolite: dicunt em̄, & non faciunt. Et iterum. Certus est em̄ sanctum esse sacramentum Christi, etiã si per minus sanctum, vel non sanctum ministratum est. Si igitur certus est, quomodo non potest hoc credere, de quo certus est? Quo non potest hoc aliquo modo concedere si uerum, uel negare, si falsum est, de quo

certus est? O ergo nouellum, & inauditum Grammaticum, uel non uult aliquo modo credere, uel concedere Abraham iustificatum ex fide secundum Apostolum: quia secundum textum scripturæ credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Numquid ideo credendus non est accepisse iustitiam, quia reputata est ei fides ad iustitiam? Et numquid credi poterit, q̄ per solam fidem iustificat Deus impiū nuper conuersum, quia dicit Apostolus, Credenti in eum, qui iustificat impiū, reputatur fides eius ad iustitiam? Roma. 4. Hieronymus in annotationibus. Couertentè impiū per solam fidem iustificat Deus, non per opera bona, quia non habuit. Simul attendendum, q̄ non peccatorem iustificari per fidem, sed impiū, hoc est, nuper credentem, asseruit. Hæc ille. AVTHOR. Certum est igitur reputare æquiuocè dici pro opinari, æstimare, conijcere, ascribere, & uerè esse, quorum nullum excludit credere, uel affirmare. Quia quod horum significat, ad minus arbitrationem quandam indicat, siue tacitam, siue plenam. Aliàs exponatur textus ille Esaiæ de Christo. Cauete ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse. Nam ibidem in commentario, in fine primi libri Hieronymus. Ergo sic est intelligendum. Cum hæc uniuersa uentura sint uobis, & prophetale spiritu prædicatur, moneo, atq; præcipio, ut quiescatis ab eo, qui secundum carnem quidem homo est, & habet animam, & ita spirat, & naribus anhelitum trahit, ut nos homines spiramus, & uiuimus, sed secundum diuinam maiestatem & excelsus est, & reputatur, & creditur. Hæc ille. AVTHOR. Hic, qui reputatur excelsus, excelsus est, & reputatur, & creditur. Sed tantò maiorem parauit Christianis iniuriam, quātò strictiorem mandauit eis reputandi modum, sub quo nec sacramentis suis crederet, nec Deum adesse, cōcederent quouis modo. Sed quare hoc? quia forte minister est in mortali, uel præcitus: & tunc, ut dicit, non cōcurrit ipsi Deus. Et idem putat uerè credere sacramentis, & credere ipsis ministris. Et sub hoc Donatistarum uericulo cum ipsis irridet bene credulos orthodoxos, dicēs, Dimissis istis ridiculis infidelibus, cōfidentibus de prælato Cæsareo. Et frequenter improperat nos dicere, non sufficit credere in Deum, sed oportet credere in Papam, uel Episcopum, uel ministrum, uel aliquid de quatuor sectis. Sed e contrario pro cūctis fidelibus respondet hæretico Augustinus. Caput meum Christus, origo mea Christus: Christum credo, Christum adoro, cuius sacramenta integra etiam per ministrum malum si de certus accipio. Quid dicis insane? Quomodo

do dicis tenere te fidem catholicam, qui con-
 temnis credere sanctorum communionem? Id
 est, secundum Augustinum, spiritus societatem
 cum sanctis, & participationem in sacramen-
 tis, libro septimo de baptismo, responsione
 quadragesima quinta. Communionem credo
 eam, dicit, quae pertinet ad columbae societa-
 tem. Nam in participatione sacramentorum
 procul dubio communicabatur eis, neminem iu-
 dicantes, aut a iure communionis aliquem, si
 diuersum sentiret, amouentes. Hae ille. AV-
 THOR. Quod si participare sacramenta est
 pars fidei, quomodo non est credendum saltem in
 domino tradi, vel confici sacramentum? Anti-
 qua fides dicit, Bonum est confidere in domino,
 quam confidere in homine. Hae recens perfid-
 dia dicit, quod in sanctorum communionem per par-
 ticipationem sacramentorum, nec est bonum con-
 fidere in domino, nec in homine, sed neutrali-
 ter reputare. Plane defendi non potest, qui ve-
 ritas concedere sacramenta, vel credere, sed solu-
 modo reputare. Et quid est sic non credere, nisi
 decedere? Et propter ministros homines in
 Christi sacramenta, & in symbolum fidei irrui-
 sine fide, cum nec oportet: quia non sibi vendi-
 cant fidem dari, sed Christo, qui sacramenta con-
 stituit, qui solus dat incrementum ministris uni-
 uersis a Papa deorsum versus confitentibus
 vna cum Paulo: quod neque qui plantat, est
 aliquid, neque qui rigat, sed qui incremen-
 tum dat Deus. Nihil est minister ad iustifi-
 candum, vel ut fides detur in ipsam, aliquid
 tamen est ad dispensandum, & ad erigendum,
 ut credatur in Christum, & quod ipse opera-
 tur in disposito saltem per sacramentum. Vnde
 contra Petilianum libro .3. cap. 52. Augustinus.
 Iam volo, inquit, quaerere, vtrum non
 sit aliquid minister Christi. Quis hoc dixerit?
 Quomodo ergo verum est, Neque qui plantat
 est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum
 dat Deus, nisi quia ad aliud aliquid est, ad ali-
 ud non est aliquid? Ad ministrandum, ac di-
 spensandum verbum, ac sacramentum aliquid
 est, ad mundandum autem, & iustificandum,
 non est aliquid: quia hoc non operatur in in-
 teriore homine, nisi per quem creatus est to-
 tus homo: & qui Deus manens factus est ho-
 mo. Ille scilicet, de quo dictum est, Fide mun-
 dans corda eorum, & credenti in eum, qui iu-
 stificat impium. Hae ille. AVTHOR. Quid
 igitur mali faciunt bene creduli Christiani con-
 fidentes in Papa, vel Episcopo dicente, Credi-
 te in eum, qui iustificat impium? Credite per
 ministrum nostrum in sacramenti eius susce-
 ptione, accipere vos remissionem peccatorum

a Christo omnium Salvatore? Hoc non est,
 credite in nos, sed in Christum, neque in mini-
 sterium nostrum, sed sacramentum eius con-
 tinere gratiam caelicam. Et exemplum habet
 Apostoli Pauli fideles subditi in praelatis istis
 confidere, non solum modo reputare. Nam cum
 quosdam inuenerat pessimos, qui sub spe re-
 baptizandi peccabant, Confidimus autem, in-
 quit, de vobis dilectissimi meliora, & vicini-
 ora saluti: & si ita loquimur, ad Hebraeos. 6. Haymo.
 Quia non habuit unde eos ad praesens lau-
 daret, laudat eos de spe futura, quam habebat
 de illis. Optima quaeque opera de vobis confi-
 dimus, vestraeque saluti proficua, quanuis ita
 loquimur. Hae ille. AVTHOR. Si ergo po-
 tuit Apostolus sine peccato confidere in istis
 sub spe futurae emendae, in quibus nihil lauda-
 dum inuenit, cur non potest populus confi-
 dere in praelatis suis iubentibus eos confidere
 in domino, in quo nihil non laudandum in-
 ueniunt? Aut quis Witcleuista haereticus non
 vult sibi credi dum praedicat, quod verbis eius
 quisque obtemperat, diuinam gratiam sibi
 procurat? Et quid ergo dicent catholici, quod
 iste Lollardus praedicat, non crede in Deum,
 sed crede in Lollardum? Non ita, sed quanuis
 mentiatur, intelligit, crede per verbum meum
 in Deum: & quod accepturus sis hoc modo
 salutem: nec peius indefaceret, si non pessime
 praedicaret. Ideo sicut non vitat perfidiam,
 qui non credit in Dei verbum, etiam per non
 bonum praelatum: ita fidei incurrit pericu-
 lum, qui a quolibet ministro detur, contem-
 nit credere, vel concedere sacramentum.
 Vnde Augustinus de verbis domini, sermone
 undecimo. Dicitur, inquit, verbum contra
 Spiritum sanctum, cum ex dispersione ad con-
 gregationem nunquam venit, quae ad remit-
 tenda peccata accepit Spiritum sanctum, ad
 quam congregationem, etiam si per malum
 clericum, sed tamen catholicum ministrum
 reprobum, & fictum aliquis accesserit corde
 non ficto, in ipso Spiritu sancto remissionem
 accipit peccatorum. Qui Spiritus in sancta ec-
 clesia etiam illo tempore, quo velut in area
 cum palea tritatur, sic operatur, ut nullius
 veram confessionem aspernetur, nullius si-
 mulatione fallatur: atque ita reprobos fugiat,
 ut etiam per eorum ministerium probos col-
 ligat. Hae ille. AVTHOR. Vides quod ille
 in Spiritum sanctum peccat, qui a disper-
 sione ad congregationem fidelium per sacramen-
 ta venire dissimulat. Quid igitur, si consulat
 Witcleuista quendam in extremis positum,
 peccator ille sacerdos est, & profundus haereti-
 cus, non

cus, non cooperatur ei Spiritus sanctus, ut per
 ministerium eius, remissionem peccatorum
 accipias, & ita decedit: nonne peccati illius ir-
 remissibilis ipse est author, & opifex? O igitur
 firmiter haereamus per fidem caelicis sacra-
 mentis: non reputemus, quin affirmemus, con-
 cedamusque cum eis operari Deum in pijs
 mentibus indefectibili, & infatigabili charita-
 te salutem, & gratiam, nihilque operationi eius
 obistere. Quia si bonus minister est, gratius
 aderit: si reprobus, tamen sic operatur, ut nul-
 lius veram confessionem aspernetur, nullius
 simulatione fallatur: & sic reprobos fugiat,
 ut per eorum ministerium probos colligat.
 Quinimodo si minister est mortuus, non tamen
 Christus, qui consecrat. Vnde contra Parme-
 nianum libro secundo Augustinus. Et si, inquit,
 apud Christianos sunt aliqui praepositi, vel
 ministri, qui propter iniquitatem, & impieta-
 tem suam mortui dicuntur: uiuit tamen ille,
 de quo dictum est in Euangelio, Hic est, qui
 baptizat. Quia, sicut dicit Apostolus, Chri-
 stus resurgens a mortuis, non moritur. Hae
 ille. AVTHOR. Ergo si hic est, qui baptizat
 cum ministro, iam mortuo ex fide, certum
 est, hic est, qui cooperatur in sacramentis cum
 mortuo. Vtrum ista sint credenda, ut Augu-
 stinus nunc dicit, an leuiter reputanda, tu vi-
 deris. Hoc autem cum Augustino vniuersa
 per orbem Christi credit, & affirmat ecclesia:
 quod contra totum orbem credere, vel affir-
 mare improbus inhibet Witcleuista.

¶ Quod peccator publicus non
 minus conficit, quam
 occultus.

CAPVT. XIII.

SVMMA.

- 1 Sacramentum quod non minus conficit publicus, quam peccator occultus. Et quomodo Iudas etiam baptizauerit, quanuis indiscussa conscientia, contra Witcleff.
- 2 Consecrans siue sit bonus, siue malus, quod semper operetur Deus, in conficiendo sacramentum, latissime probatur ex Augustini auctoritatibus.
- 3 Conscientia ministrantis sacramenta, quod non sit attendenda, sed Deus & Christus, in quem creditur.



It autem per hoc soluitur
 difficultas, quod discutienda
 esset conscientia ministran-
 tis, adhuc quaerendum esset,
 cur Iudas ministravit indis-
 cussus, qui & si latuit baptiza-
 tos, quia occultus traditor erat, tamen Chri-
 stum latere non potuit, qui in ministrum eum
 designauit: ita, ut non reputatiue, sed vere, &
 assertiue contulerit sacramentum. Vnde con-
 tra Petilianum libro. 3. cap. 52. Augustinus. Ne-
 que enim dicturi sumus Iudam non baptizasse
 cum adhuc inter discipulos fuerit, quando fa-
 ciebat, quod scriptum est, Ipse non baptiza-
 bat, sed discipuli eius: aut quia nondum Chri-
 stum tradiderat, qui oculos habebat, & ea, quae
 mittebantur, auferbat, innocens potuit esse,
 dispensator tamen gratiae sine accipientium
 damno fuit. Hae ille. AVTHOR. Cur ergo
 Christus omnisciens, quem latens peccator
 latere non potuit, virum hypocritam, & tradi-
 torem non discussit, aut saltem iam notum
 non repulit? Aut quomodo hic habebat e pri-
 uilegio, quod Christus secum concurreret: ita
 ut certa sacramenta praeter alios modernis pres-
 byteris, nec tantum reputata conferret? Hic
 omnes Donatistae communi consilio suo de
 difficili tamen dedere responsum, quod secus
 est de sacerdote malo manifesto, quia ipse ni-
 hil confert. Secus item de sacerdote malo oc-
 culto, quia tunc Christus conficit, & ministrat.
 Cui item ne a magistris suis discordaret, con-
 sonat Witcleff in tractatu suo barbarico de
 simonia. Concedo, inquit, quod isti caeci pro-
 se ratiocinantur haeretici, non tamen ad intel-
 lectum eorum, & hoc est, quod sacramentum
 in se conficitur virtute verborum Christi, nec
 potest meliorari per bonum sacerdotem, nec
 peiorari per malum. Sed cupidi, & elati sacer-
 dotes nunquam probabunt, quod Deus ha-
 bet aliquam virtutem in ore eorum, nisi for-
 san ad damnandum eos iustius, propter praesumptionem suam. Et statim infra. Traditio
 Iudae fuit tam secreta, quod nullus Apostolo-
 rum eam nouit: sed conuersatio sacerdotum
 modernorum est satis publica omnibus timen-
 tibus Deum, & sic ministratio eorum sacramen-
 talis non potest acceptari propter ipsorum tra-
 ditionem publicam, sicut fuit Iudae. Sequitur.
 Et sic nullius maledicti sacerdotis, cuius male-
 dictio non potest cognosci, non potest peiora-
 re sacramentum, cum Christus ipse ministret il-
 lud suis amatoribus. Hae Witcleff. AVTHOR.
 Nihil hic oportet me loqui, sed arguat Augu-
 stinus lib. 2. contra Parmenianum, circa medium,
 D 4 ubi sic

Augustin.

Confidere in
 praelatis li-
 cet.

Augustin.
 Iudas ba-
 ptizauit.

Augusti.

vbisic dicit, Si ergo tunc homo baptizat cum baptizator manifestus est bonus, cum vero baptizator est malus, tunc Deus baptizat, aut angelus: & unusquisque spiritualiter nascitur qualiscumque fuerit, a quo baptizatur: optet, qui desiderat baptizari, ut homines, per quos baptizantur, non sint manifesti boni, sed latentes mali, ut sic Deo, vel angelo baptizate, sanctiores renasci mereantur. Hæc ille. Item in epistola ad Donatistas. & est. 98. Videte, inquit, enim quam peruersè, & impiè dicatur, quod dicere soletis, Quod si bonus sit homo, ipse sanctificat eum, quæ baptizat: si autem malus sit, & nesciat ille, qui baptizatur, tunc Deus sanctificat. Hoc si verum est, optare ergo debent homines, ut a malis ignoratis baptizentur potius, quam a notis bonis, ut magis a Deo, quam ab homine possint sanctificari. Sed absit a nobis ista dementia. Quare ergo non verum dicimus, & rectè sapiamus, quod semper Dei est illa gratia, Dei sacramentum, hominis autem solum ministerium? Quis si bonus est, adharet Deo, & operatur cum Deo: si autem malus est, operatur per illum Deus visibilem sacramenti formam: ipse autem donat inuisibilem gratiam. Hoc sapiamus omnes, & non sint in nobis schismata. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce quoniam sæpe vocas Augustinum tuum, tibi præ alijs offero condemnatorum tuorum, non authorum. Erubescere vel nunc proterue, & audax hæretice, ubique: caeperis, non habes quod fugias. Si maledicti sacerdotis, cuius maledictio cognosci non poterit, sacramentum peiorare non poterit: quia tunc Christus ministrat illud, optandum est ministerium Christi per pessimum latenter peruersum præ ministerijs bonorum mortaliu[m] sacerdotum. Sed absit a nobis ista dementia. Sed semper est Dei gratia, si operetur bonus, gratius cooperatur ei Deus. Si autem malus, operatur per illum Deus visibilem formam sacramenti, dans inuisibilem gratiam. Et sic siue bonus sit, qui consecrat, siue malus, semper operatur Deus. Quare ergo tu dicis, nunquam posse probare elatos sacerdotes, quod in ore eorum operatur Deus aliquam virtutem, quoniam per eos operatur visibile sacramentum, & inuisibile gratiam, non reputatiue, ut tu solus reputas, sed assertiue? Hoc, inquit Augustinus, sapiamus omnes. Et per os Balaam Deus edidit prophetias aliquando diu in salutem, & gratiam gentis suæ: & per eos, qui dicent in illo die, Domine in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus: quibus ita dicit, Non noui vos. Et iuxta loquendi modum tuum, præscitus semper suspenditur, quia notus est Deo finis eius. Suspeditur ergo malus, quauis occultus: quia Deo non est occultus, sed notus. Itaque tunc non subtraheret se Deus a consecrante,

propter peccatum, sed propter famam peccati, & plus offenderet Deum notorietas peccati apud homines, quam apud semetipsum. Item si quia crimen ministri esset occultum, tectum sub bona fama, quauis falsa, posset fieri sacramentum, & populo prodesse per concursum Christi: ergo falsa fama ministri, esset in casu optanda ecclesie, non cauenda: quo contra Christus ait, Caute ab ijs, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hoc modo minauit, & duxit Augustinus Cresconium Donatistam ab inconueniente uno in aliud, quorum quodlibet tibi patet, lib. 2. contra Cresconium. ca. 16. Videamus, inquit, quemadmodum ostendas rectè dixisse Petilianum, vel quemlibet alium, conscientia sanctæ dantis attenditur. Vbi ego dixi, quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit: quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Tu contra non quid a te homine acuto, sed quid a vestris dicatur, diu locutus es, quod totum breuiter ita dici potest. Conscientiam dantis attende, non secundum eius sinceritatem, quæ in illa videri non potest, sed secundum famam, quæ de illa, seu vera, seu falsa est, quia videlicet eius est hominis: quia & si sceleratus occultus sit, sufficit accipienti, quod bonæ sit estimationis, nondum cognitus, nondum iudicatus, nondum ab ecclesia separatus. Vide, obsecro te, in quod præcipitium cõpulerit homines angustia non inueniendi quæ exirent. Ita ne dantis maculosa conscientia potest accipientis abluere, si habeat famam bonam, & tantum ad abluendum poterit, quantum bona si bona famam fallendo contraxerit? Hæc ille. **AUTHOR.** Sic namque Witcleff iste patronum inuenit, ut diceret, Maledictus sacerdos, cuius maledictio non potest cognosci, non potest derogare sacramento. Sic dicit Cresconius, Si sceleratus occultus est, sufficit quod sit bonæ estimationis nondum cognitus. Sed quomodo vult, quod maledictio eius non possit cognosci? Hoc limitat idem magister eius ibi statim, ut recitat Augustinus. Ideo inquis conscientiam dantis attendo, non ut quod fieri non potest de latetibus iudicè, sed ut si quid de eo in publica conscientia est, non ignorem. Propter hoc enim ab omnipotenti Deo dictum est. Quæ nota sunt vobis? Quæ occulta mihi? Semper igitur attendo conscientiam dantis: & quia ipsam non video, quid de ea in publico notum est, quæro. Nec ad rem pertinet, si aliud sit in secreta conscientia, aliud in publica fama. Sufficit enim scisse, quia necdum eius, a quo accipio, damnata conscientia est. At Augustinus in fert. Non ergo ipse attenditur homo bonæ conscientie, non ipsa attenditur, quæ videri non potest,

potest, sed fama attenditur, quæ etiam falsa esse potest, quod ipse confiteris, atque concedis. Et in cap. 17. cuncta resumens. Si hoc dicitis: quod cum sanctus homo baptizat, sancta eius conscientia diluit accipientis conscientiam: cum verò conscientia dantis lateat immunda est, tunc Deus, angelusue abluet. Cauete ne qui vobis hæc dicentibus credunt, occultos malos optent inuenire, a quibus baptizentur, ut multo sanctius ab ipso Deo, vel angelo eius abluantur. Hanc absurditatem, vel deridendam, vel detestandam, cum verbis præcedentibus Petilianum perspiceres consequentem: sed à me in epistola mea commemoratam cautè tu quidem quasi nihil horum dixerim, rem tantam silendam petisti. Sed cõfugisti ad nescio quid absurdius: ut cum maculosa conscientia dantis occulta est: & ideo non potest accipientis abluere, tunc falsa fama eius accipiens abluatur: & in eo veritatem falsitas operetur. Nunc & accusa caluniosè dialekticos, quod fugiendi veritatem sermonis efficiant, ut si falsum est, verum sit: si verum est, falsum sit. Ecce tale aliquid ipse in sacramenta Christianæ regenerationis immitis: imò peius, magisque fugiendum. Hæc ille. **AUTHOR.** Totum hoc recitandum duxi, ut possit videri perspicue totum fundamentum huius hæresis detectis vestibus: sicut dicit propheta: Denudasti fundamentum eius usque. &c. Neque absque pondere relinquendum, quod Witcleff ministerium Iudæ probauit propter peccatum occultum ultra iam superfluum ministeria sacerdotum. Et hoc sumit pro fundamento, differentiam, scilicet, Iudaicæ traditionis occultæ, & traditionis publicæ modernorum, quasi ex hoc facto volens laudare Ioab: quia non palam percussit Amasam, sed furtiue sub osculo. Planè Iudas iste nihil faceret pro parte eius, si foret vir mente prudens, & constantis, & vires argumentorum suorum attenderet, quæ fecerat contra nostros, scilicet, quia fructus sacramenti, scilicet, sequi Christum in moribus, in poenam peccati talis prælati dimittitur. Nonne item in poenam peccati Iudæ? Itaque deficiente fide formata talis non conficit. diceresne, quod sic, si defectus lateat sicut Iudæ? Item valde iustus quandoque non auditur: quæ ergo necessitas ut audiat Deus sacerdotem reprobum? Ego quæro quæ necessitas ut audiat Iudam & traditorem occultum, & non publicum. Sed ecclesia dicit: nec quia Iudas occultus, vel alius manifestus, sed quia per vtrumque vi sacramenti Deus concurrat operando per gratiam: mali ministri tantum per visibile sacramentum. vbi supra, Augustinus. Nostri hoc

inquis de scripturis probant: quoniam Iudas traditor antequam damnaretur, omnia sicut Apostolus gessit. Quid hoc ad Petilianum sententiam fixam atque definitam? conscientia sancte dantis attenditur: nisi quod Iudas iste nimium contra vos est: cum verbis alienis inconsiderate prolatis, patrocinium præbere conamini. Cum enim Iudas, sicut Apostolus, baptizaret: quandoquidem malus erat, quia fur erat, & ea quæ mittebantur, in commissos sibi oculos auferebat: non utique conscientia eius attendebatur, sed Deus & Christus, in quem credebatur. Neque enim & ipse mali hominis falsa fama bonam credentes, accipientes abluere: nec generabat in homine gratiam diuine veritatis falsitas humanæ opinionis. Hæc ille. **AUTHOR.** Erras ergo, imprudenter erras, dicens, quod ministratio sacramentalis moderni sacerdotis non potest acceptari a Deo, sicut fuit Iudæ propter traditionem eius publicam. Et ad probandum ministrationem eius ratam, intulisti traditionem eius fuisse tam secretam, quod nullus apostolorum eam nouit, quasi propter traditionem suam occultam foret Deo plus acceptus: & falsitas humanæ opinionis generare posset in homine gratiam diuine veritatis. Quo contra lib. 7. contra Donatium. cap. 2. post responsa, Augustinus. Apparet Augustinus. (inquit) & in eis esse posse, atque ab eis dari posse sacramentum Christi, qui non sunt in ecclesia Christi, in qua non nisi unanimis & concordans habitare Cyprianus ille testatur. Neque enim saltem hoc dici potest: tunc baptizare possent, cum latent: quoniam illi Paulum apostolum non latebant, quos in epistola sua veracissimus testis notat, & gaudere se dicit, quoniam & ipsi Christum annuntiabant. Hæc ille.

¶ Quod prælati possint consecrare, quauis præsciti.

CAP. XIII.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui dicit prælatos præscitos a Deo suspendi perpetuò tam ab officio, quam beneficio. &c. sic non posse consecrare, confutatur.
- 2 Hæreticus, & quocumque peior, etiam si sit præscitus, quod possit consecrare sacramentum utique uerum ad alterius salutem.
- 3 Prælatos præscitos, quod Deus perpetuò non suspendat.

4 Prælati, aut presbyter infidelis, quâquam à Deo iudicatus, & suspensus, & simul forsitan ab ecclesia condemnatus, quod uerum si intendat, conficit sacramentum, sicut ueri characteris retinet sanctitatem. &c.

5 Mali quatenus cognoscendi.

Witcleff.



Est iam videre, vtrum diuina præscientia turbet fidem super concursu Christi cum prælatis, quando intendunt conficere. Witcleff dicit sic esse. secunda parte sermonum, sermone. 6. Prælatos (inquit) præcitos Deus suspendit perpetuò, tam ab officio, quàm beneficio, quod occupant in ecclesia militante. patet sic. Quicumque tales prælati iniuste faciunt extra gratiam prædestinationis quicquid fecerint: sed Deus suspendit de iure suo quemcumque; in illo casu positum, in quo non posset beatitudinem promereri: ergo. Nam constat ex fide, quod quilibet præcitus in illo casu ponitur, in quo ex Dei absoluta potentia non posset beatitudinem promereri: quia aliter foret possibile præciturum esse beatum, vel Deum iniuste detinere mercedem à suo famulo promerente. Et ex isto mutant quidam tam de seipsis, quàm prælatis aliis: an uerè conficiunt, vel sacramenta aliqua administrant. Ad quod solebam dicere, quod sicut fidelis non debet de talibus nimium multare, sic non debent partem affirmatiuam talium ut fidem accipere, sed contra fidem ex bonis operibus vel malis partem sequentem tanquam probabilem reputare. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce qualiter iste uelut aqua dilabitur. Ab errore primo incipit confirmare sequentem: uolens habere probato quia sic dixerit, sicut Petilianus hæreticus in uelut Augustino. Vnde contra eundem lib. 3. cap. 11. recitat Augustinus. Iudicibus uobis. Auditoribus suis, nec testem, nec argumentum requirit, cui hoc solum est probare quod dicit. AVTHOR. Primum quia dicit, quod prælatos præcitos Deus suspendit perpetuò tam ab officio &c. Negat fortè fidelis. Probat: quia quicumque talis prælatus iniuste facit quicquid fecerit extra gratiam prædestinationis. Et si hoc admitteretur gratia, persequendi, quod tamen ut infidele negamus, non posset inde sequi, quod nihil facit: quia ex fide hæreticus, uel schismaticus sacramenta ministrans, aut presbyter degradatus, uel laicus, non præuentus necessitate legitima, iniuste facit: non tamen non consecrat, uel ministrat.

Augustin.

Quot probationes fideles adducit Augustinus

ad hoc contra Donatistas hæreticos per libros. 7. Contra Petilianum per libros. 3. Contra Cresconium, per libros. 4. & loca plurima. Vnde libro. 6. de baptismo. cap. 5. Nihil (inquit) interest ad baptismi sanctitatem quantum quisque; peior id habeat, & quanto peiori tradat: potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus: sed perniciosè tradere. Ille autem, cui tradidit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat. Sicut plerisque; accidit, ut catholico animo, & corde ab unitate pacis non alienato, aliqua necessitate mortis ingruentis in aliquem hæreticum irueret, & ab eo Christi baptismum sine illius peruersitate perciperent, & siue defuncti, siue liberati nequaquam apud eos remanent, ad quos nunquam corde transferunt. Sequitur. Quia & illud in homine iusto, & in homine iniusto semper sanctum est, quod neque; alicuius æquitate augetur, neque; alicuius iniquitate minuitur. Hæc ille. AVTHOR. Hæreticus est ergo, & quantoque; peior, etiam si præcitus, potest conferre sacramentum utique; uerum ad salutem alterius: quia prædestinatis, & reprobis sacramenta fidei sunt communia, charitas separata. Vnde ibidem lib. 5. cap. 29. Augustin. Augustin. Sunt (inquit) etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter uiuant: aut etiam in hæresibus, uel in gentiliū superstitionibus iaceant, & tamen etiam illic nouit dominus, qui sunt eius. Namque in illa ineffabili præscientia Dei multi, qui foris videntur, intus sunt, & multi, qui intus videntur, foris sunt. Ex illis ergo omnibus, qui (ut ita dicam) intrinsecus, & in occulto intus sunt, constat ille hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisi cum fructu pomorum. Horum munera concessa diuinitus partim sunt propria, sicut in hoc tempore infatigabilis charitas, & in futuro uita æterna: partim uero cum malis peruersisque communia, sicut omnia cetera, in quibus sunt & sacrosancta mysteria. Hæc ille. AVTHOR. Hic habes ex Augustino, quod multi sunt de ecclesia prædestinatorum, scilicet, de horto concluso, qui adhuc foris sunt, id est, extra ecclesiam præsentem, quibus ueniam cum aliis peruersis, id est, reprobis, sacramenta possunt esse communia. Et sic quantum sint in statu præcituræ, in quo non meretur statum beatitudinis, uera tamen conficiunt sacramenta: & hoc est fides. Sed reuertamur ad primum, ubi dicit, quod prælatos præcitos Deus perpetuò suspendit. Quare? Quia iniuste faciunt, quicquid extra gratiam prædestinationis faciunt. Et ergo nihil faciunt, scilicet, nec consecrant, nec baptizant.

ptizant. Pessima deductio. Ergo si præcitus occidat, uel percutiat innocentem, quia iniuste facit, idcirco nihil facit: quia Deus suspendit eum ab officio iudicis, aut præfecti: & hæreticus si prædicet uerbum domini, non prædicat: quia Deus suspendit eum, eo quod iniuste facit, quicquid facit. Vnde lib. 3. de baptismo Augustin. Augustinus. Non itaque; ideo non sunt sacramenta Christi & ecclesia, quia eis illicite utuntur, non hæretici solum, sed etiam omnes iniqui, & impij: & tamen illi corrigendi, aut puniendi: illa uero agnoscenda, & ueneranda sunt. AVTHOR. Non dicit reputanda, sed agnoscenda, & ueneranda: ergo asserenda, non dubium à quibuscumque impijs celebrentur: ergo si à præcitis, qui puniri possunt, corrigi sine tenus non debent: quia potestas sanctificandi non tollitur à præcitis. Aliter querendum esset, quomodo sanctitas sacramenti remansit in Saule, cum spiritus Dei bonus recessisset ab eo. Vnde lib. 2. contra Petilianum responsi. 48. Augustinus. Si satis absolutum tibi uideatur quod dixisti: qui non fuerit innocens, non habet sanctitatem: quæro si non habeat Saul sacramenti sanctitatem, quid in eo Dauid uenerabatur? si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequeretur? Nam eum propter sacrosanctam uinctionem, & honorauit uiuum, & vindicauit occisum: & quia uel panniculum ex eius ueste præcidit, percussio corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem: non uitæ suæ: nam hoc sine innocentia nemo potest, sed sacramentum Dei, quod in malis hominibus sanctum est. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo sanctitas sacramenti Sauli non defuit, quem iam Deus suspendit, & abiecit ut reprobum, uitæ innocentia destitutum, nec fuit in eo sanctitas illa, & tantum secundum reputationem, quem Dauid non reputauit iustum: nec minus eum nouit à Deo suspensum, & tamen uerè honorauit ut regem, uerè sciens eum ministrare regalis ordinis sacramentum: Cur ergo suspensus à Deo prælatus, uel propter præcituræ maculam (ut tu fingis) uel propter actualè iniustitiam, si intendat ministrare, non ministrat sacramentum, sicut secum retinet ordinis sacramentum? Et ideo uolo te nosse ex hoc facto Saulis, qui diu postquam suspensus est à Deo ne regnaret super Israël, regnauit tamè de facto, & uerum exhibuit exercitium sacramenti, quod uerè habuit. Ita prælatus, aut presbyter infidelis, quantum à Deo iudicatus, & suspensus, & simul forsitan ab ecclesia condemnatus, uerum si intendat, conficit sacramen-

Augustin.

Augustin.

Augustin.

Augustin.

Augustin.

tum, sicut ueri characteris retinet sanctitatem: non nego tamen quin iniuste. Vnde contra Cresconium libro secundo. capite uigesimo secundo. Augustinus. Si autem (inquit) quæris quomodo baptizent, quos damnauit ecclesia: respondemus, Sic eos baptizare, quomodo baptizent, quos damnauit Deus antequam de illis quicquam iudicaret ecclesia. Qui enim mente peruersa, uidetur intus esse cum foris sit, ab ipso Christo iam iudicatus est. Paulus autem apostolus dicit. Ecclesia subdita est Christo. Non ergo debet ecclesia se Christo præponere: ut putet baptizare posse ab illo iudicatos, à se autem iudicatos baptizare non posse: cum ille ueraciter iudicet: ecclesiastici autem iudices, sicut homines plerumque; fallantur. Baptizant ergo quantum attinet ad uisibile ministerium, & boni, & mali. Inuisibiliter autem per eos ille baptizat, cuius est & uisibile baptismi, & inuisibilis gratia. Hæc ille. AVTHOR. Quam planè dicit Augustinus, quod iudicatus à Deo baptizat, & sic ab ecclesia condemnatus? Quid dicemus amplius? suspensus à Deo, interdictus à Deo, non hac de causa, uel illa, sed indifferenter hac & illa, uerè baptizat. Sit præcitus, sit diabolicus, uerè conficit quantum attinet ad bonitatem sacrificii: non quantum ad errorè sacrificantis iniuste: nec tantum quo ad exteriorem famam: sed ipse Christus, inquit Augustinus, baptizat interius, præstans inuisibilem gratiam. Ipse Christus concurrat. Ipse Deus Christus cooperatur iniustis, malis, præcitis, à Deo iudicatis, & suspensis. Sic enim dicit. Ipse inuisibiliter baptizat per eos. Et in decretis. de consecra. Vtrum sub figura. Et in sermone de corpore Christi, qui incipit, Veritas. ait Augustinus. Intra ecclesiam catholicam in mysterio corporis & sanguinis Christi, nihil à bono maius, uel à malo minus perficitur sacerdotis: quia non in merito consecrantis sacerdotis, sed in uerbo saluatoris, & in uirtute spiritus sancti corpus Christi efficitur. Si enim esset in merito sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc hic sicut ipse est Christus qui baptizat, ita idem Christus, qui per spiritum sanctum hanc oblationem suam efficit, carnem, & uinum transfert in suum sanguinem. Hæc ille. AVTHOR. Bonus metaphysicus in hoc Augustinus: quasi diceret: per se effectus respicit causam, per se, non per accidens. Ideo si meritum sacerdotis esset per se causa sacramenti, excluditur Christus, uel concurrat per accidens. Benedictus Deus, qui sic per filium suum Augustinum usque; ad nihilum confregit inimicum. O quot machinas Witcleff

Witcleff, quot magniloquas vanitates eius prædicta sententia Augustini concussit? Quotiens solet simplices terrere lectores, & dicere: non confidendum in absolutionibus papæ, & indulgentiis prælatorum: non metuendas eorum suspensions, & censuras: quia nisi Christus operetur cum eis, nihil agunt? Et huic vero falsum annectens: supponendum autem per vitas eorum, & opera, quod Deus suspendit eos ut reprobos: & per consequens nihil approbat, quod conantur. Saltem si faciât quod rectum putauerint, quanuis ipsi sint curui, Deus per eos absoluit, & ligat, dimittit, & retinet, dispensat, & approbat: non dico præsumptorem ministrum iustificans, sed perficiens sacramentum. Sed hoc, inquit, non est accipiendum pro fide. Viderint Christicolæ non infirmi, utrum magis crederent Augustino: non quia Augustinus sic dicit, sed quia fidem dicit: & per hoc fidem esse, quam asserit: an infideli Witcleff, quem ecclesia orbis terræ damnauit ut perfidum: nihilq; de fide scripturæ, aut sanctorum patrum ducenti in oppositum.

Quod autem dicit per opera eorum debere agnosci: potest esse quantum requiritur mihi, ne imiter eum in malum: sed quid ut certus reddar me verum ab eo suscipere sacramentum? pars fidei hæc est, nec sufficit reputari. Idcirco Augustinus conuincit Donatistas ponere spem suam in homine, & confidere in homine: quod credo mitiorem errorem esse, quæ pro sacramentis habendis nec in homine confidere, nec in Deo: sed solum leuiter reputare. Audi ipsum idcirco ex parte ecclesiæ dicere.

In domino confido. *Augustinus.* Quid istifaciunt, cum illis commemorantur tam innumerabilia, & quotidiana peccata, & scelera eorum, quibus plena est illa societas? nūquid possunt dicere, In domino confido? quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem, sicut passer? Non enim confidunt in domino, qui tunc esse dicunt sancta sacramenta, si per sanctos homines dentur. Itaque cum ab eis queritur qui sint sancti? erubescunt dicere: nos sumus: qui etiam si non erubescant hoc dicere, ii, qui audiunt, pro ipsis erubescunt. Itaque cogunt eos, qui accipiunt sacramenta, spem suam in homine ponere. Quid est, n. dicere: ego quod do sanctum est, nisi spem tuam in me ponere? Quod si non es sanctus, aut ostēde cor tuum: quod si non potes, vbi videbo quod sanctus es? An forte dicit quod scriptum est: Ex operibus eorum cognoscetis eos? Video planè mira opera quotidianas violentias circuncellionum sub presbyteris & episcopis ducibus

circunquaq; volitare: & terribiles fustes Israël vocari. Sequitur. Nā si dātis, & accipiētis meritū sit: dātis Dei, & accipiētis cōscientiæ meæ: hæc. n. duo nō mihi incerta sunt: bonitas illi, & fides mea, quid te interponis de quo certū scire nihil possum? Sine me dicere, In domino confido. Nam si in te confido: vnde confido? si nihil mali ista nocte fecisti? Postremò si vis ut credam tibi, nunquid possum amplius, quæ de te credere? Vnde ergo confido in eis, quibus heri communicasti, & hodie communicas, & cras communicabis? Hæc ille in expositione psal. 10. A V T H O R. Ecce quàm bene Augustinus inquisiuit de sanctitate ministri. Nec ibi certum potuit obtinere responsum, quantò magis de prædestinatione? Et ibi infert certitudinem sacramenti, quasi necessariam fideli: & cum inuenerit certitudinem ex parte Dei, quia bonus est: & ex parte credentis, quia fidelis est: petit Donatum: querit à te, quid te interponis ut fiam incertus? Sed idcirco Deum excludis sicut & ministrum quantum ad certitudinem sacramenti: quando dicitis, non oportet credere nec negare de veritate sacramenti, sed tantummodò reputare. Et nūquid sicut Saul reputabat manus Philistinorum fore super Dauid? Pelsima, & non ferenda blasphemia prohibetis in sacramētis fidei omni bono dicere saltem, In domino confido, me, scilicet, suscepisse verum sacramentū, sed tantummodò reputo. Reputatum ergo vel leuiter curandum, vel parupendendum penitus sacramentum: quod non curandum est esse certificum. De prædestinatione autem cuius intulisti exemplum, item falsè doces: quia hanc affirmabo per spem: certè sic ecclesiæ sacramenta per fidem.

Quod præsciti non necessariò excluduntur à sacramentorum fructibus, vel ab ecclesia electorum.

C A P. X V.

S V M M A.

1 Præsciti, quod non necessariò excluduntur à sacramentorum fructibus, uel ab ecclesia electorum, ostenditur.

2 Præscitus, quod possit prædestinari ad gratiam. Et

Et quomodo Augustinus appellet ecclesiā prædestinatorum hortum conclusum. &c.



Augustin.

Vr non posset præscitus cōfiteri, cū secūdū August. vel plūs eū turbet diuina præsciētia, quæ humana: ratio esset satis abscondita, nisi annecteret eū esse sic suspensum suspēsiōne sua phātaistica: quia quilibet præscitus in illo statu ponitur, in quo ex Dei absoluta potentia, non posset beatitudinem promereri. Quàm insipienter? cū semper dicant fideles ecclesiæ: nō ex ipso actu cōsecrandi, vel ministrandi quenquam promereri, si malus sit, quicquam ad salutem: sed nō minus tamen cōficit, vel ministrat. Sed igitur hīc principia eius coincidunt, secundum quæ necesse habebat sic dicere. Primò, quod nullus extra gratiam prædestinationis, vel statū meriti, potest quicquam boni ministrare, vel facere. Secundo, quod cū omnia quæ eueniēt, necessariò absolutè euenient: si quisquam sit præscitus, impossibile est eum absolutè sacramenta cōficere: sicut ad numerum gratiæ, vel ad membra ecclesiæ pertinere. Sed ut tecum dicā, hīc es cum clientela tua in capitulo ignorantium. Et miro modo refumis argumentū Donatistarum, patrum tuorum: & in eodem loco beati Augustini responsum celebre nō aduertis contra Cresconium libro secundo. cap. 14. Vbi vocabat ecclesiam baptismum & sacramentorum hortum conclusum, fontem signatum, puteum aquæ viuæ, cui nemo communicabat alienus, id est, non sanctus. Dicit enim. Hæc vestri de visibili baptismatis sacramento accipientes, tantum errant, ut res absurdissimas fateri cogantur inuiti: quod ad illum fontem, qui proprius vnica colubæ, de quo dictum est: Nemo alienus communicet tibi, ad hortum conclusum, puteumq; signatum potuerat accedere Simon magus, quem legitimus à Philippo baptizatum: potuerunt accedere tot fidei, de quibus gemens loquitur Cyprianus: seculo verbis solis & non factis renūtiantes: et episcopi auari, de quibus ipse idem testatur: fundos insidiosis fraudibus rapiētes, vsuris multiplicantibus fœnus augentes. Isti quippe baptizati, & baptizantes visibili baptismō reperiuntur. Ad illum tantum fontem proprium, cui nemo communicat alienus, ad illum fontem signatum, hoc est ad spiritum sancti donū, quo charitas Dei diffunditur in cordibus vestris: nullus nisi mutatus accedit: ita omnino mundandus, ut non sit alienus: sed sit cælestis particeps pacis, sanctæ socius vnita-

tis, plen⁹ indiuiduæ charitatis, angelicæ ciuitatis. A V T H O R. Ecce nemo citra initium fidei sic appropriauit ecclesiam, & fidei sacramenta, sicut Donatus, & Witcleff: plus tamē Witcleff, quæ Donatus: quia Donatus solis iustis & sanctis, qui saltem essent secundum famā sancti: Witcleff solis iustis veris & prædestinatis ad vitam. Vnde & turpius deuiavit à fide, docens non credendū esse Christiano, vel concedendum, quod aliquis iam viator verè sacramenta conficeret: nec vera esse sacramenta collata per quenquā. Ratio, ne fortè sit præscitus: sed tantum reputanda pro talibus. Et sic omne visibile sacramentum quantumcunq; celebretur à iustis, pro statu viæ esse alienum à fide. Donatus autem non sic, sed si nō esset à iusto collatum. Vterq; ergo plūs iusto clausit ecclesiam: hic excludens omnes iniustos à participatione, & ministracione cælestium sacramentorum: ille omnes præscitos & malos, & vtrūq; à cōmuni credulitate fidelium malè damnans iustos & iniustos ad paria. Vterq; error rapit sibi hortū Christi cōclusum: Donatus inde faciens ecclesiā sanctorū: Witcleff prædestinatorum. Sed dicatur tunc ad Augustinum: Ad hunc puteū: ad istū hortū conclusum, nonne Simon magus peruenit, & verè baptizatus ibi erat? Scriptura dicit quod sic. Nonne auari illi, & fœneratores episcopi? Cū ergo isti de numero prædestinatorū omnes nō erāt, saltem iusti non erant: ergo quanquā erant tūc in illo statu, qui non potuerunt beatitudinem promereri pro tunc, participabāt tamen ab ecclesia visibile sacramentum: & si non pro tunc inuisibilem gratiam, sicut dicit Augustinus. Isti quippe baptizati & baptizantes visibili baptismō reperiuntur. Valde ergo improvidè dixit Witcleff, quod nō: quia non posset talis in isto statu beatitudinem promereri. Dixisset autē melius durante eo in illo statu, sicut Augustinus dixit, quod ad illum hortū conclusum nemo nisi mutatus accedit. Sed hoc te dicere nō permittit dictio tua prior, quæ præscitus nullo modo potest prædestinari ad gratiā: quod quæ falsum sit, quid August. asserit, audiamus: primò sentiētes ab eo, quod hortū cōclusum sub allegoria ecclesiæ prædestinatorū appellet lib. 5. cōtra Donatistas cap. 28. dicens. In quantum ergo liliū intātū hortus cōclusus, & fons signatus, in illis videlicet iustis, qui in occulto Iudæi sunt circuncisiōe cordis. Ois enim pulchritudo filiæ regū intrinsecus: in quibus est numerus certus sanctorum prædestinatus ante mūdi constitutionem. Illa verò multitudo spinarum, siue oc cultis siue apertis separationibus extrinsecus adiacet

Hortus cōclusus. Augustin.

Quatenus cognoscendi mali.

Augustin.

adiacet super numerum. Annuntiaui, inquit, & loquutus sum: multiplicati sunt super numerum. Numerus ergo ille iustorum, qui secundum propositum vocati sunt, de quibus dictum est. Nouit dominus qui sunt eius: ipse est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae viuae, paradysus cum fructu pomorum. Ex hoc numero quidam spiritualiter viuunt: & super eminentem viam charitatis ingrediuntur. Infra. Quidam adhuc carnales, & animales prouectus suos instanter exercent: & ut cibo spiritualium fiant idonei, sanctorum mysteriorum lacte nutriuntur. Sequitur. Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter uiuant, aut etiam in haeresibus, vel in gentilium superstitionibus iaceant: & tamen illic nouit dominus qui sunt eius. Namque in illa ineffabili praescientia Dei multi, qui foris videntur, intus sunt, & multi qui intus videtur, foris sunt. Ex illis ergo omnibus, qui (ut ita dicam) intrinsecus, & in occulto intus sunt, constat ille hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae viuae, paradysus cum fructu pomorum. Hec ille. AVTHOR. Planè detexit Augustinus hanc praedestinatorum tripartitam ecclesiam: vocans eam hortum conclusum ad sensum scripturae. In cuius parte tertia continentur viri flagitiosi, haeretici, pagani: & qui usque ad horam ultimam extra vineam domini commorantes, non nunc otiosi, sed male operosi: sacrilegis actibus suis nullum, aut vix vllum sabbatum concedentes: & tamen membra sunt ecclesiae electorum. Inter quos, quia contingit multos esse presbyteros, & prelatos, nonne ipsi sacramenta conficiunt, quae praetendunt? Nonne reputans ipsos reprobos, & praescitos, ex malis actibus continuatis, & per hoc sacramentis per eos confectis de credens, quia falsè reputat, poenam luet? Hec est doctrina tua lib. de ecclesia & membris. ca. 2. Videtur, inquis, quod ecclesia de praelatis debet non supponere, quod sint membra sanctae matris ecclesiae. Non enim supponeret quod sint tales, nisi ab euidencia capta ex opere, quo sequeretur dominum, id est, Christum. Non enim demonstratio, vel reuelatio est nobis expectanda in ista materia, sed sufficit nobis euidencia topica. &c. AVTHOR. Ecce isti omnes de parte tertia male operantur, & multi continuent: sicut beatus latro usque ad finem versus. Nunquid sufficit falsa euidencia sumpta ex operibus malis, ut topicè falsam reputationem vsurpes, ad excludendum eos de ecclesia electorum, qui Deo solo conscio intus existunt?

Quod praescitus, & à Deo damnatus potest esse membrum praedestinatorum ecclesiae electorum.

C A P. X V I.

S V M M A.

- 1 Praescitus, & à Deo damnatus, quod possit esse membrum praedestinatorum ecclesiae electorum.
- 2 Desperandum quod non sit de salute cuiusquam in hac vita, quin saluus esse poterit.
- 3 Praedestinatorum an possit perire finaliter.
- 4 Corona pro premio ultimo accepta.



Ed ut altius inuestigemus, quod Deo donabit: an de numero praescitorum, quos hic spinas vocat: possit aliquis per veram cordis contritionem & fidei sacramenta intrare hortum illud conclusum intrare: haec est tota questio, haec controversia Wicleff contra catholicos. Non, inquit, potest, quia necessariò absolutè dānabit, & absolutè impossibile est eū, etiā si sit infans, sine mortali culpa in fine decedere: quia iā à Christo dānatus est, & membrum corporis eius esse nō potest. Mouebat hanc questionem quidam Donatista: sicut in dicto lib. contra eos. ca. 28. recitat Augustinus, inquit: Nam dicat mihi aliquis quomodo irrepleverint in hortum conclusum, in fontem signatum: quos saeculo verbis solis, & non factis renuntiasse Cyprianus, & tamen intus fuisse testatur? Si enim & ibi ipsi sunt, & ipsi sponsa Christi sunt. Ita ne verò talis est illa sine macula, & ruga, & illa sponsa columba tali membrorum peste turbatur? An iste sunt spinas, in quarum medio est illa sicut lilium, quod in eodem cantico dicitur? Hec Augustinus. AVTHOR. Totum hoc inquisitue profertur. Et nota argumentum, si illi turpes ibi sunt: non dicit de ibi, sed ibi in horto concluso. Ipsi sponsa Christi sunt, & speciosa columba tali membrorum peste turbatur. Huic satisfaciens lib. 2. contra Cresconium cap. 21. dicit idē Augustinus. Tin- Augustin.

ti à Christo, qui iam in corpore Christi non sunt, quod est ecclesia: quoniam non potest Christus habere membra damnata: proinde & ipsi extra ecclesiam baptizant. Omnia quippe ista monstra absit, ut omnia in membris illius columbae vnicae computentur: absit ut intrare possint limites horti conclusi, cuius ille custos est, qui non potest falli. Qui tamen si confitentur, & corriguntur, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arboribus horti conclusi, tunc in membris columbae vnicae numerantur, nec tamen denuò baptizantur. Hec ille. AVTHOR. Iam habes planè, dānatos à Christo non esse aliquo modo membra Christi, nec inter membra vnicae columbae, id est, praedestinatorum ecclesiae computari: posse tamen esse cum cōuertuntur, & corriguntur. Si isti damnati à Christo fuerunt praedestinati, quomodo nō fuerunt membra corporis Christi, & ecclesiae electorum, cum ab initio erant de numero praedestinatorum? Si fuerunt praesciti, quomodo de non membris fient membra, & correcti intrabunt hortum conclusum, nisi hoc verum sit, quod tenet ecclesia, quod praesciti possunt finaliter poenitere, & sic praedestinari? Nec tunc fallitur Deus, qui sic praesciuit: quia (ut supra dixi) lib. 1. primae partis, Non tantum hoc praescit omnisciens Deus, quod futurum est, sed quod esse potest. Si igitur tantum hoc possit esse, quod erit, sicut etiam ipse dicit, nil ponēs differentiae inter posse, & esse, adhuc staret error eius. Iam utrūque falsum est, & erroribus impregnatum. Primum, quod non membra, non tantum secundum reputationem humanam, sed etiam à Christo, ecclesia nesciente, dānata possunt intrare ecclesiam electorum, & esse membra colūbae, & eo ipso praedestinari ad vitam. Hoc supra monstrauit, & iterum contra Donatistas lib. 4. exhibet Augustinus. Nunc, inquit, quæratur, quomodo poterūt homines ex parte diaboli pertinere ad ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, de qua etiam dictum est, Vna est colūba mea. Quod si non possunt, manifestum est eam inter alienos gemere, & intrinsecus insidiātes, & extrinsecus oblatrantes. Et differens solutionem huius vsque, in. 23. ca. de cōuersione, inquit. Nul- lius desperandum est, siue foris, siue intus constituti, quando iam patientia Dei ad poenitentiam adducit, & visitat in virga facinorā eorū, & in flagellis peccata eorum. Hoc modo enim misericordiam suā nō dispergit ab eis, si & ipsi misereantur aliquando animae suae placētes Deo. Sicut enim bonus, qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit: sic & malus, siue foris, siue

intus, qui perseuerauerit vsque in finem, saluus nō erit. Hec ille. AVTHOR. Non est ergo desperandum de salute cuiusquam in hac vita, quin saluus esse poterit. Certum tamen, & definitum est apud Dei praescientiam, quod finaliter reprobandus saluus esse non valet. Cui veritati catholicae, illud item fidele principium antecedit: aliud posse esse, aliud esse, vel futurum esse, si cut lib. 2. de baptismo paruulorum, ca. 6. dicit Augustinus. Alia quaestio est utrum esse possit? Alia utrum sit? Alia, si nō est, tamen possit esse, cur non sit? Alia utrum qui omnino nunquam vllum peccatum habuerit, non solum nunquam sit, verum etiam poterit aliquando esse, vel possit. In hac quadripartita propositione quaestionum, si à me quaeratur utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium. Et post multa. Si autem, quod secundò posueram, quaeratur, utrum sit, esse non credo. Magis enim scripturae credo dicenti, Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Hec ille. AVTHOR. Vbi iam est, quod Wicleff nugaciter iactat omne possibile est verum: & nihil posse esse, nisi quod fuit, est, & erit? Ecce quem dicis Augustinum tuum, & inde sectatores tui glorianter te cognominabant Ioannem Augustini. Ipse contra te disputat, & definiuit aliquod possibile, quod nunquam erit, hominem scilicet in hac vita sine peccato. Et ego constanter cum ecclesia aequè dico, Praescitum adhuc superstitem sine finali peccato posse esse, & per hoc saluari posse, sed nunquam sic futurum esse, & vtriusque euentus praescium & omniscium esse Deum. Sed forsitan obiicitur, quod Augustinus supra tertio loco abhinc dixit de damnatis à Christo, Nesciente ecclesia, absit ut intrare possint limites horti conclusi, quasi non possint absolute intrare, qui reprobati sunt. Sed hoc refellit ipse, quando viam ostendit, per quam intrare possunt, dicens, Si confitentur, & corriguntur, tunc intrant. Sed intelligit non posse intrare, nisi mutantur. Quo contra, Donatistae quidam insultabant catholicis, quando receperunt ad poenitentiam ecclesiae, venientes de haeresi, dicentes eos receptos quales fuerant. Vnde contra Cresconium libro secundo. cap. 9. Augustinus late refert. Noli ergo, inquit, ulterius in hac re non tantum modo carnaliter, verum etiam pueriliter sapere, ut tales quales erant, vestros à nobis suscipi existimes, qui conuersione voluntatis ab errore veniunt ad veritatem, à diuisione ad unitatem, à dissen-

Augustin.

Augustin.

à diffensione ad pacem, ab inimicitijs ad charitatem, ab humana præsumptione ad diuinarum scripturarum auctoritatem. Non autè priùs incipiunt esse nostri, quàm esse destiterint vestri. Hæc conuersio voluntatis repente putauit nō solum in teloneo peccatorem, verum etiam in cruce latronem. Hæc ille. A V T H O R. Inter hæc tamen omnia prædicta de horto concluso, & statu intrantium illam electorum ecclesiam, sciendum est, quod Augustinus non semper loquitur vniformiter, sed quandoq; dicit, illam esse prædestinatorū omniū: quandoq; præcisè iustorum: quandoq; membra eius esse, & intrare debere: quandoq; intrare posse, qui extra sunt. Nusquam tamè reperiri eum dicere præscitum virum intraturum esse, quanuis fortè intus esse videatur: vel si cōuertit velit, possit intrare. Prædestinatos autè malos dicit extra eam esse, quanuis in præsciētia Dei esse intus videantur, quia intus erunt. **Augusti.** libro. 4. contra Donatistas. cap. 4. vbi dicit. Secundum præscientiam, qua nouit Deus quos prædestinauerit ante mundi constitutionem, conformes fore imagini filij sui. Multi etiam, qui apertè foris sunt, & hæretici appellantur, multis, & bonis catholicis meliores sunt. Quid em̄ sunt hodie, videmus: quid cras futuri sunt, ignoramus. Et Deo quidem, apud quem sunt præsentia quæ ventura sunt, etiam quod futuri sunt iam sunt. Nos autè secundum id, quod in præsentia est, quisq; hominum quærimus, Vtrum in illius ecclesie membris, quæ vna colūba dicta est, & spōsa Christi sine macula, & ruga hodie deputadi sunt &c. De auaris tandem in fine. In mēbris illius colūbæ nec hi, nec illi sunt hodie, sed aliqui eorum fortasse futuri sunt. Hæc ille. A V T H O R. Hic agit de non membris secundum præsentem iustitiam. Quod idcirco pondero: quia dicit. Tales hodie membra Christi ecclesie, & vnica sponse nō sunt, quanuis futuri sunt, nō obstante, quod in Dei præscientia membra sunt. Falsiter ergo paralogizat Witcleff, quando dicit hoc esse, quod apud Deum est: quāquam penes homines aliter sit, vel secundum præsentis iustitie statum. **3** Sed si quod exigit præsens tractatus dicere, si prædestinatus potest perire finaliter, restat vt probetur per scripturas: quanquam satis difficile sit probare. Dei spiritu enim dictum est angelo Philadelphie. Apocalyp. 3. Quoniam seruaſti verbum patientie meæ, & ego seruaabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum. Ecce veniā cito, tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Ecce huic proposito, vt videtur, reuelauit Deus per

seuerantiam finalem in bono: & sic prædestinationis ad vitam: cum quo etiam reuelauit periculum amissionis coronæ, quod potuit imminere. Ergo prædestinatus ad coronam potuit eam amittere. Sic enim accipitur hic **4** corona ꝑ pro præmio vltimato beati, secundum illud Apostoli de currentibus in stadio. Et hi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, hi autem incorruptam. Si dicat Witcleff non potuit eam amittere, sed si non teneat, posset, esset ergo ammonitio sine ratione: quia quā absolute fuit impossibile eum coronam amittere, tam absolute fuit impossibile eum non tenere per te. Item Ioannes Baptista dixit Hierosolymitanis. Matth. 3. Facite fructum dignum pœnitentiæ: & nolite dicere apud vosmetipsos: patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Sequitur. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. Ecce quidam istorum fuerunt prædestinati filij Abraham, si facerent pœnitentiā fructuosam, qui tamen si fructum non faciant, excidi possunt, & alii loco eorum substitui, de lapidibus his, id est, duris gentilibus procreati. Sic enim præponitur. Potēs est Deus. Et sequitur. Omnis arbor. &c. Ergo prædestinati filij Dei possunt sua culpa perire. Sic em̄ hoc loco Matth. dicit **Chrysoſtomus** in imperfecto. Timeant præcisionem suam, & faciant fructum: nam quanuis malus nec timore corrigitur, tamen bonus, nisi timuerit, perit. Hæc ille. Et **Augustinus** super Psalmū qua dragesimum sextū. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Non enim remansurus est Abraham sine filiis, si vos damnaret Deus. Potens est enim & damnare quos odit: & illi reddere, quos promissit. Hæc ille. A V T H O R. Si dicat Witcleff: non ita possunt absolute si minatur eis hoc Ioannes si non fecerint fructum: quā fatua comminatio, & comminationis illatio? Si non possit de potentia Dei absoluta hoc Deus facere quod minatur, scilicet, præscindere eos: nec ipsi non facere fructum, quem mandauit: vt quid ergo minas facerem Deo, quod subruam thronum eius nisi produxerit bonum spiritum in vnitatem ecclesie? cum nec ego de potentia cuiusquam absoluta possem subruere sedem Dei: nec ipse diuinum spiritū non spirare? Alios textus scripturæ æquales istis possemus adducere: sed isto infero, quia ad hūc effectum eos fulcitos inueni per expositionem Augustini lib. de correptione & gratia. cap. 61. vbi probat ab intento, quod præ-

Augustin.

prædestinatorum numerus est certus sine aditione vel diminutione fienda: quanuis quidam de numero possint deficere. **Augustinus.** Hæc de his loquor, qui prædestinati sunt in regnum Dei, quorum ita certus est numerus, vt nec addatur eis quicquā, nec minuatur ex eis: non de ijs, qui cum annuntiaſſet, & loquutus esset, multiplicati sunt super numerū. Ipsi autem vocati dici possunt, non autem electi: quia non sunt secundum propositum vocati. Certum verò esse numerum electorum, neq; augendum, neq; diminuendum, quanuis & Ioannes Baptista significet, vbi dicit, Facite ergo fructum pœnitentiæ: & nolite dicere apud vosmetipsos, patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. vt ostendat sic esse amputandos, si non fecerint fructum: vt nō desit numerus, qui promissus est Abraham. Tamen apertius in Apocalypsi dicitur. Tene quod habes, ne aliq; accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus nisi ipse perdiderit, certus est numerus. Quod autem etiam perseueraturis sanctis sic ista dicuntur, quasi ipsos perseueraturos habeatur incertum: non aliter hæc audire debent, quibus expedit non altum sapere, sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium, quandiu in hac mortalitate viuunt, in numero prædestinatorum se esse præsumat? Quia id occultari opus est in hoc loco: vbi sic cauenda est elatio, vt etiam per Satanæ angelum ne extolleretur, tantus collaphizaretur Apostolus. Hinc apostolis dicebatur, Si manseritis in sermone meo: dicente illo, qui eos utiq; sciebat esse mansuros. Et per prophetam, Si volueritis, & obedieritis me, cum sciret ipse, in quibus operaretur & velle. & similia multa dicuntur. Nam propter huius vtilitatem secreti ne fortè quis extollatur: sed omnes etiam, qui bene currunt, timeat: dum occultum est qui perueniant. Hæc ille. A V T H O R. Ecce certitudinem numeri prædestinatorum figit, sed incertitudinem personarum demonstrat: ne fortè quis extollatur, inquit, & timendum est, & huimodii. Quod si impossibile foret extolli, quomodo fortè extolletur? Et quasi perseueraturos eos habeat incertum: certè nō de facto, sed quia possent non perseuerare si non manerent: ideo de possibili sunt incerti, qui tamen de facto sunt fixi. Et audiat item Witcleff casum paruim. Sumpto aliquo vno, quæ Deus præcisè tentādum ad crimen mortiferum, etiā in tentatione lapsurum: in quo crimine auertens se à Deo migrabit à carne: nonne tamen poterit Deus isti facere tam fortem in tenta-

tionem prouentū, vt nō cadat? Arguit hoc Dei fidelitas in seruos fragiles. Fidelis deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentū, vt possitis sustinere. 1. Cori. 10. Ex hoc textu arguitur, quod potēs est Deus facere quod promissit, scilicet prouentū, ne tētatus, in tentatione succubat. Item Deus non patietur quenquam tentari supra id, quod potest: ergo quilibet in hac vita tētatus, potest resellere tentatorem, & item potest sustinere. Quomodo ergo non scribit Witcleff directè contra fidem: quando dicit, quod talis non potest huic finali tētationi resistere, nec potest Deus eum iuuare, vt possit sustinere, & non ruere? & Apostolus Paulus dicit oppositum. Forſan iam extrahet de sinu truffarum suarū glossam illam euasoriam, quā aliās recitauit, vbi egi de potentia Dei in primo libr. Potest, inquit, Deus, si vult, Adhuc Apostolus ait, quod Deus hoc vult, quia hoc faciet. Non (inquit) patietur vos tentari, sed faciet cum tentatione prouentum. Et nunquid bene sequitur: Faciet, ergo volet facere? **Augustinus** dicit de homine, quod hoc potest, quod si vult, potest lib. 1. Retractionum cap. 21. dicens. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur: d quo dictū est, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus facimus, nihil tam in potestate, quā ipsa voluntas est. Eo ergo modo dat potestatem. Sic intelligendum est quod dixi postea in nostra potestate esse, vt vel inferi bonitate Dei, vel excidit eius seueritate mereamur. Quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur voluntatem. Quia cum fortis, & potens præparatur à domino, facile sit opus pietatis, etiā quod difficile, atq; impossibile fuit. Hæc ille. A V T H O R. Iam glossa tua quid valet: quin hoc simpliciter posse Deum concedes quod si vult potest: Potest, inquis, istum præscitum lapsurum iuuare ne ruat, si vult: ergo tunc potest. Hoc monstrat dicta fides Apostoli: sicut ex **Augusti.** eo loco deducit **Augustinus** per modum necessitatis sequelæ. lib. de bono perseuerantiæ. cap. 21. dicens. Vt enim non dicam, quā sit possibile Deo auerſas & aduerſas in fidem suam cōuertere hominum voluntates, & in eorum cordibus operari, vt nullis aduersitatibus cedant, nec ab illo aliqua tentatione superati discedant cum possit: & quod ait Apostolus facere, vt non eos permittat tētari super illud, quod possunt. Vt ergo non id dicam, certè poterat illos Deus præsciens esse lapsuros, antequam id fie-

ret, auferre de hac vita. Hæc ille. AVTHOR. Ecce datum prædictū, & amplius. Quia quos præsciuit esse lapsuros, potuit non tantum a tentationis impetu præseruare ne caderent: sed item tollere ab hac vita priusquā tam validè tentarentur. Sed tunc nullatenus damnarentur, si non finaliter in mortali decederent. Potest ergo Deus facere ne damnentur, quos de cætero lapsuros esse præsciuit.

¶ Ascendendum ad tractatum sacræ Eucharistiæ, vitando lites dialecticas quātū fieri poterit.

CAP. XVII.

SVMMA.

- 1 Eucharistiæ sacræ ad tractatum, quod ascendendū sit vitando dialecticas lites &c.
- 2 Author inuehitur in Witleff, tanquam omnium hæresiarum proteruiorē, & improbiū &c. ad concitandum animos orthodoxos.
- 3 Ionathæ qui, ab authore recensentur. Et quod ipse sit eius armiger contra Witleffistas.
- 4 Patres sancti quomodo docuerunt ab autoritate probatissimum modum esse ad disceptandum de fide.
- 5 Lanfrancus à Guimundo nobili uiro liberalium scientiarum peritus dicitur. Et quomodo per eas Berēgariū Witleff magistrum turpiter fecerit cōsum.
- 6 Participium errorum.
- 7 Philosophia humana quā sit meretrix fornicaria uiro incauto, ostendit Origenes.



Enite ¶ ascendamus ad montem domini, vt de sacramentis singulis, qđ diripiebat hæreticus, in plenas manus prædas restituam⁹ ecclesiæ. Verè enim mons excelsus mons sacramentorum cælestium: altior Libano, procerior Oliueto. Ibi nanq; incircuncisorum stationes, & ibi antiquorum hæresiarcharum greges penè omnes de temporibus Saluatoris vsq; ad hæc tempora nostra multiformium dogmatum fœda lustra sternerant. Inter ¶ quos omnes nullus isto Witleff proteruior, nullus vnquam surrexit improbius ad concitandum animos orthodoxos. Aut quis antiqu⁹ hostis ecclesiæ sic strepitibus, sic frē-

dit conuicijs, vt clerici catholici dicant, quid sit sacramentum in genere, quid in specie hostia consecrata: quid accidens sine subiecto, & similia, exasperans principes terrarum, & populos, ne obediunt papæ, ne obsecundent episcopis, ne subsidium vitæ impendant presbyteris, aut monachis, imò nec alimoniam fratrib⁹? quos omnes clericos dicit cæsareos: quousq; doxerint populū, quid sit hostia cōsecrata. in libro de Eucharistia. in de papa. & centies alibi. vnde de papa. cap. 4. in vulgari. Hæc quæ stionem regna mittere deberent ad papā, ad sciendum sensum eius, quid credere debeamus. Sequitur. Et ista regna nullum hominem sumerent in suum papam, priusquā de hoc eos instrueret per fundamentum legis Dei. Hæc Witleff. Et in de Eucharistia cap. 4. Vix alter papa cum suis complicibus, omnes episcopi Angliæ cum suis doctoribus sciunt dicere, quid est hostia consecrata: quomodo ergo de finirēt ipsi in hæresi de tertia hostiæ conclusionē? Hæc Witleff. In quarto dialogo sub triplici fune omnes prædictos dicens hæreticos. Manifestū est, inquit, quod omnes illi sunt dolosi hæretici. Dolosi dico, quia noscunt communitates hominum in maiori parte sic credere: & nolunt, nesciunt, aut non audite fidem suā illis detegere. Hæc Witleff. AVTHOR. Hoc, quod dicit, nō audent, ab exemplari Berengarij magistri sui subtraxit. Ipse enim dixit Humbertum episcopū fuisse in vecordia Paschalis Lanfranci, & vulgi, quando scripsit corpus Christi non figuratiter solum, sed veraciter in Eucharistiæ sacramento. O miser homo quotiens in explanatione fidei sacramenti fideles præfules, & doctores voluerunt, sciuerunt, & audaces erāt scribere, & docere, quæ fidem istam concernunt: & cūcta malefica argumenta, & turbidas vestras phantasticas rationes sic euerterūt apertè, vt nihil tibi supersit in libellis tuis conscriptū, nisi quod est diu ante te per eos ad plana verba damnatum? Nō credis verbis, senties acrius, cū dominus dabit vt ad te perueniā. Non ¶ sum ego Ionathas strenuus ille princeps, Cyrillus scilicet, qui magistrū tuū confodit in concilio Ephesinō Nestorium: non Leo, nō Nicolaus, aut Gregorius papa, non magnus Lanfrancus, Anselmus, aut Guimundus, omnes enim hi sunt Ionathæ, ego armiger eius, confessus, & notus indignus: signum habemus. Dixisti quotiens? Ascendite ad nos. Hoc & econtrariō dominus meus dixit mihi Ionathas. Ecce nos transimus ad viros istos. Si taliter locuti fuerint ad nos, mane te donec veniamus ad vos: quia scilicet non resiste-

resistemus, sed veniem⁹ in fide matris ecclesiæ; tūc stem⁹ in loco nostro, cōpescam⁹ linguas, nō moueamus arma doctorū & scripturæ. Si autē dixerint Witleffistæ incircūcisi, Ascēdite ad nos si vultis: si sciatis, aut audaces fueritis disputare de fide: Ascendamus ad eos, quia tradidit eos dominus in manib⁹ nostris. Quid ego ad ista? Perge domine Papa, aut custos ecclesiæ. Perge quo cupis: & ego tecū vbicunq; volueris. Ero, in quā, tecū, nec deserā, semper in autoritate dominorū meorū incedā, & in armis eorū pugnabo: qualiter itē egregiū Augustinum nō pigeat facere, cū academicos expugnaret. li. 3. in fine. vbi, Quid (inquit) faciā, quē de castris meis foras trudit, nisi implorabo auxilia doctorum: cū quibus si superare nequeo, minus pudebit fortasse superari? Hæc ille. AVTHOR. Et quid aptius: nihil sumit incircūcissus Witleff & corde & labijs, nisi argumēta, & armata dogmata magistrorū suorū, damnatissimorū satellitū: ppter quasdā sphaerulas logicales, & glossas planè mēdaces, quæ mouebuntur à digito. Et idcirco nihil præter scripturæ & sanctorū dicta cōtra eū ad bella producā. Sic enim docuerūt sancti patres ab autoritate probatissimū modū esse ad disceptandū de fide, quibus omnia humanæ mētis subsidia argumēta. Vnde Ambrosius, li. 1. de patre & filio ad Gratianū Augustū ca. 3. Nolo (inquit) argumēto credas fācte imperator, & nostrā disputationi: scripturas interrogemus: interrogem⁹ Christū: interrogemus apostolos: interrogemus prophetas. Quid multa? Patrē interrogemus, cuius honori studere se dicunt. Hæc ille. AVTHOR. Et quātū est ad sanctorū patrum documēta, nō simpliciter afferēda sunt, sed bona indagine perlustrata ppter fictissimas glossas, quas iste sic sanctorū dictis sicut imperitus medicus humanis artibus rodētia pro lenitiuis, quousq; cūcta membra cōsumperint, vnguēta perfundit. Idcirco ergo disceptiēda sunt per partes, quousq; pura exeat liquidæ veritatis intētio doctoralis: q̄ tūc necesse est omnes fideles signem⁹ hæreticis antepōnāt: prout Augustinus in cōsiliū suo cū Ecclianēsi Iuliano, p fecit. Nūc (inquies) mihi aggrediēdū est, vt sentētij episcoporū, qui scripturas sanctas in genti gloria tractauerūt, tua Iuliane, domino adiuate, machinamēta subuertā. Sequitur. Sed nūc argumēta vestra ipsa, quibus agitis, ne primā hominū natiuitas originali peccato credatur obstricta, eloquijs sunt redarguēda sanctorū: quos oportet vt Christiani populi vestris prophanis nouitatibus antepōnāt: eisq; potius eligāt adherere, quā vobis. Hæc Augu. li. 2. cō-

tra Iulianū in principio. AVTHOR. Et si istis attestacionibus tā firmis incumbā, nunquid possunt Witleffistis deesse calūniæ? Dicent me, nō dubites, inertē logicæ, aut humanæ philosophiæ, quā arguebat apostol⁹, quia in materia fidei tā tenaci, tam solida, dialecticè non cōtendo. Hoc solum habebat eorum dominus Witleff cōtra Lanfrancum sanctū anti- Lanfrancus stitē, cū diceret. Sic, inquit, tractans incedit, sicut nouitios suos in capitulo informaret. Sed ¶ Inobis vir Guimundus in principio sui operis prædictū Lanfrancū dicit peritū scientiarū liberalium: & eas iā penè sopitas in Gallijs recreasse, & p eas magistrū Witleff Berēgariū turpiter fecisse cōsulū, & scholaribus delittutū. Attamē ipse Lanfrancus in principio operis de Eucharistia cōtra eundē religiose deuonet in materia fidei dialecticas simultates. Relictis (inquiens) sacris autoritatibus, ad dialecticā cōfugium facies. Et quidē de mysterio fidei auditurus, ac respōsurus, quæ ad rē debeant pertinere, mallē audire, ac respōdere sacras autoritates, quā dialecticas rationes. Verū cōtra hæc quoq; nostri erit studij respōdere, ne ipsi⁹ artis inopia me putes in hac tibi parte deesse. Fortasse iactantia quibusdam videbitur, & ostētationi magis, quā necessitati deputabit. Sed testis mihi est Deus, & consciētia mea, qđ in tractatu diuinarū literarū, nec pponere, nec ad proposita respōdere cuperē per dialecticas quæstiones. Hæc ille. AVTHOR. Quāuis (inquit) sanctus Augustinus cum hæreticis philosophis multum quandoq; in eis profecit: sicut etiam sanctus Paulus Athenis cum philosophis philosophicè disputauit. Armis enim suis pulchrè iugulandus est hostis. Et vt dominus dederit, cum domino meo Lanfranco dialecticas & philosophicas rationes inducam, quantò breuiorē vt valeam: sed prout hæreticæ intricaciones hoc exigent: qui eas quauis sine fructu, tamen sic sine numero iam mathematicè, iam sophisticè compluit, sicut nubes infecta, bufones. Vitabo tamen, sicut quantū potui euitauit, ne gloria fidei lateat in persuadibilibus humanæ sapientiæ verbis. Et item patres sancti viderunt in abusu eius euenisse ecclesiæ Christi larga discrimina. Ideo sanctus Ambrosius in lib. 1. de patre & filio. cap. 4. Au- Ambrosius loquatur in ipsis gymnasijs, iam dialectica taceat. Non quæro quid loquantur philosophi, requiro quid faciant. Soli in suis gymnasijs remanserunt. Vide quā fides præponderet argumentis. Illi quotidie à suis confortibus deseruntur, qui copiosè disputant: isti quotidie

crefcunt, qui simpliciter credunt. Non creditur philosophis, creditur piscatoribus. Non creditur dialecticis, creditur publicanis. Illi voluptatibus & delicijs orbē ligarūt: isti ieiunijs & doloribus exuerūt. Plures itaq; iam coepit illicere iniuria, quā voluptas. Sequitur. Nūc videamus quid distant à gentibus Ariani. & infra. Nonne ex philosophia omnem impietatis suæ traxerunt colorem? Illi tum quod venerantur, amplificant: isti creaturam Dei filiū afferunt esse, quæ Deus est. Hæc ille. AVTH. Ita & Witcleuista disponente Deo iam à confortijs deferuntur, saltē quo ad hæresim Eucharistia. Reuelauit enim eis Deus ad ignominiam magistri eorum quā falsè scripturas, & fidei doctores extorsit: sicut patet iam penè per Angliam, & item Boëmiam in Husitis, vti nam defereretur in alijs æquæ turpitudinis. Et nonne ex philosophia sua, sicut & Arius, omnem impietatis suæ traxit colorem? Bene dico suæ, non Aristotelis, non Platonis, sed factus commune participium philosophorū, errores Democriti, & Anaxagoræ, Plotini, & Macrobij, cæterorumq; quos propter errores abundè lædētēs fidem, fides eiecit, ipse in vnā massam doctrinæ suæ corruptionis intrusit: & huic omnem fidem ecclesiæ quantum potest, inclināt. Maximè enim de philosophia accidētis, quod in primæuis sapere coepit, in postremis continenter errauit: vt quia dogmati Anaxagoræ de essentia accidētis, quod sit ipsa substantia sic formata inclinauit iuuenilem auriculam, nunquā de post potuit assentire accidens posse esse sine subiecto. Et ad vltimū consequens, ecclesiæ fidem perfidia cōmutauit, & docuit non esse corpus Christi secundum naturam in Eucharistiæ sacramento. O quā fornicaria meretrix est humana philosophia viro incauto? Docet hoc homilia. 2. super Numeros vir prouidus Origenes. Si (inquit) relegas quæ scripta sunt de Salomone, inuenies eum, & quidem cum esset sapientissimus, multis mulieribus inclinasse latera sua, cū lex Dei dicebat, Non multiplicabis tibi mulieres, ne fortè fornicari te faciant à Deo tuo. Ille ergo cum esset sapientissimus, & ingentibus apud Deū meritis, tamen quia se tradidit multis mulieribus, deceptus est. Ego puto, quod multæ mulieres, multa dogmata, & diuersarum gentium diuersæ philosophiæ nominentur. Qui cum singula agnoscere & perferuari, vt pote vir scientissimus, & sapientissimus voluisset, se metipsum intra legis diuinæ regulam tenere non potuit, sed decepit eum Moabitica philosophia, & persuasit, vt idolo Moabitico immo-

laret. Similiter & Ammonitarū, sed & reliquarum gētium, quarum mulieres dicitur recepisse & immolasse idolis earum. Grāde ergo est, & verè opus Dei tā multis dogmatibus quasi mulieribus admisceri: nec tamen à veritatis declinare regula, sed constanter dicere: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta cōcubinæ, & adulescentulæ, quarum non est numerus. Vna est tamen columba mea, perfectamea: vna est matris suæ, vna genitricis suæ. Hæc ille. AVTHOR. Verè enim hanc gratiam domini, Witcleff nō habuit: qui nec vnā Christi ecclesiam, & eius fidem inani philosophiæ, quam semel gustare coeperat, præferebat. Et (quod dolēter refero) non eius tantū sequaces, sed ecclesiæ sectatores: imò & religionis multi cultores: cum istā philosophiam extraneam in libellulis eius legunt, incipiūt admirari: & statim capti laqueis nouitatis, incipiunt eius insana verba præferre doctoribus antiquis, & receptis. De huiusmodi, non sine causa libro suo primo super Genesim ad literam in fine conqueritur Augustinus. Periculosius (inquiens) errant quidam infirmi fratres, qui cum istos impios de celestium corporū numeris, vel de quibuslibet elementorum mundi huius quæstionibus subtiliter & copiosè disserere audiunt, euanescent: & eos sibi cum suspirio præponentes, & magnos putantes, saluberrimæ pietatis libros cū fastidio repetunt: & quos dulciter haurire deberent, vix patienter attingunt, à segetis asperitate abhorrentes, & spinarum floribus inhiātes. Non enim vacant videre quā suavis est dominus: nec in sabbato cefuriunt: atq; ideo pigri sunt, potestate à domino sabbati accepta, vellere spicas, & tam diu versare manibus, cōtritasq; purgare, donec ad ecclesiā perueniāt. Dicit aliquis: quid tu tanta tritura discretionis huiusmodi granorum exuisti? Quid deuētilasti? Cur propemodum in quæstionibus ad huc latent omnia? Affirma aliquid eorū, quæ multa posse intelligi disputaſti. Cui respondeo: ad eum ipsum cibum me suauiter peruenisse, quod didici non hæere homini in respondendo secundum fidem, quod respondendum est hominibus, qui calumniari libris nostræ salutis affectant, vt quicquid ipsi de natura rerum veracibus documentis deinsonstrare poterūt, ostendamus nostris literis non esse contrariū. Quicquid autem quibuslibet de suis voluminibus his nostris literis, & catholicæ fidei contrarium protulerint: aut qua etiam facultate ostendamus: aut nulla dubitatione credamus esse falsissimum. Atq; ita teneamus mediato-

rem nostrum, in quo sunt omnes thesauri sapientie

pietatiæ & scientiæ absconditi: vt neq; philosophiæ loquacitate seducamur, neq; falsæ religionis superstitione terreamur. Hæc Augustinus. AVTHOR. Non me piget regulam recitare doctoris, quemadmodum sequi dominum deprecor in præfenti. Spero enim eius institutione & precibus facillimum esse ostendere de libris sanctis, quid veri Witcleff asseruit de hostia consecrata: quid item erroris immiscuit cōtra catholicam veritatem: ita vt tenentes Christum, cuius iste frustra legem appellat, neq; philosophiæ suæ loquacitate seducamur: quam in libro de Eucharistia, & item de apostasia, cum punctis, & vmbrijs, & lineis gyrationis quadam pompa verborum contra accidēs sine subiecto multiplicationem, transsubstantiationem, & identicam vnionē corporis Christi singulit: neq; falsæ religionis superstitione terreamur: quia nos falsarios scripturarū Christi & apostoli, & nouum dogma in secundo millenario, soluti iam Satanæ dispergentes: Augustini quoq; quosdam libros pro titulis increpat. Ambrosium doctorem apocryphum: omnes de secundo millenario iam hæretico s dyfcolos nominat. Iam quosdam ad contrarium sensum glossat: ob reuerentiam, inquit: sed reuerentia, vt puto, illa, de qua Psalmista, Induatur confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me. Ego interim post hos reuerendos patres ecclesiæ, & eorum sequaces, quātum dedit Deus, in forma, & processu imitari conatus, tanquā dominum meum Ionathan, inops armiger, & minimus puerorum, ascēdam siforsan te vocantem, & totum clerū catholicum prouocantem in fastigio tui sensus collocatum, vtiq; reptando manibus, & pedibus, scribens mecum, & consulens alios, ad te, non per cuniculos abditos, sed ipsa via prærupta, quam in tuis tractatibus ipse strauisti, perueniā. Primò incipiens à sacramēto Eucharistiæ, & ibi ad argumenta tua de quintuplici euangelio: de doctorum quaternario: demum persequar descendente ad blasphemias tuas ineptas: quemadmodū Psalmista ait: Fiat via illorum tenebræ & lubricum, et angelus domini persequens eos. Sequar inquit. Quæ ipse scio. Quomodo? Deo nouit. Fortè sicut sapiēs dicit: Superbum sequetur humilitas. Et sicut duo discipuli hominem aquæ amphoræ baiulum, quā Ieremias aquam turbidam prophetauit, & hæresibus sæculentam: cuius ideo tēpestatem dominus increpauit. Luc. 8. ibi tamen cum discipulis pascha domini præparabo, quia non eum legitur præparasse, qui præcessit Christi discipulos, & ostendit hospitium.

Quomodo Witcleff præcessit Satanæ mille annos solutio nis suæ contra Christum, & eius euangelium.

CAP. XVI II.

S V M M A.

- 1 Millenarius diabolus. Et quid de eo fabulatur Witcleff.
- 2 Chiliastæ qui, & unde dicti. Et unde sumpserunt errandi occasionem tam millenarij Chiliastæ, quā millenarij Witcleuistæ.
- 3 Diaboli ligatura & solutio narratur. Et quid super hoc dicant diuersi authores per totum cap.
- 4 Witcleff Satanæ quo tempore fuerit solutus, ostēditur.
- 5 Satanæ magna solutio quando sit futura. Et quomodo per modicum tempus soluetur, & quare.



Rtum huius pestis hæreticæ in hoc loco notare, sicut in alijs suis hæresibus facere consueui. Sed præuenit me malignus Witcleff, postponens perfidiæ suæ & autoritatē & tempore fidem sacram ecclesiæ, vocans eam hæresim hostiæ consecratæ: & initium eius distribuens ab initio secundi millenarij post aduentum Christi, quo solutum dicit esse diabolus: & hanc ipsam fidem ecclesiæ Christi symbolicè vltra omnes hæreses callidè introductam. ca. 4. ter damnati dialogi. Inter omnes (inquit) hæreses, quæ vnquā in ecclesia pullularūt, nūquā considero aliā plus callidè introductā, & multipliciū populū defraudatē. Et d' sermone domini in mote. ca. 46. A principio millenarij diaboli vsq; hodie regnauit ista hæresis de hostia consecrata, vt patet legēti epistolas decretales paparum cū suis glossatoribus & sectis pertinaciter cōsentientibus huic hæresi, postquā ipsam diabolus introduxit. Hæc Witcleff. AVTHOR. Sic Millenarius diabolus & solutione huius diaboli fabulatur in tractatulis suis per mille loca tā latino sermone editis, quā vulgari. Vt ergo dicamus vnde istū millenariū coepit, & quibus authoribus: In primo quantum hætenus legimus omnes scriptores catholicos excludem, & adibimus Chiliastas. Id est, millenarios, vel Cherinthios, sic dictos à mille annis, quos hæreticè prædicabant: vt notat August. 9. lib. de

E 3 hære-

6 Participiū errorum.

7 Origenes.

Augusti.

Chiliastæ.

hæresibus. & 20. de ciuitate Dei. Vnde autem
sumpsit erradi occasione tã millenarij Chi-
liastæ, quã millenarij Witleuistæ, putatur
quia in Apoca. Ioã. ca. 20. scribitur, angelũ de-
scendisse de celo, habẽtẽ clauẽ abyssi, & cate-
nã magnã in manu sua: qui itẽ apprehẽdit dra-
conẽ serpẽtẽ antiquũ, qui est diabolus, & Sa-
tanã: & ligauit eum per annos mille, & misit
eum in abyssum, & clausit, & signauit super
illum, vt non amplius gentes seducat: donec
consummentur mille anni. Hic describuntur
mille anni, quibus ligandus est Satanã, &
quibus regnent cum Christo fideles. Vnde se-
quitur. Et vidi sedes: & super eas sedẽtes: & iu-
diciũ datũ est illis, & animas decollatorũ pro-
pter testimoniũ Iesu, & qui non adorauerunt
bestiã, neq; imaginem eius & c. vixerũt, & re-
gnauerũt cũ Christo mille annis. Ecce per to-
tã scripturã illã de regno Christi & sanctorũ
eius per mille annos scribitur: de millenario
verò diaboli, qui tãto tẽpore solueretur, puto
nusquam nisi in istis Witleff glossulis inue-
nitur. Quinimo textus scripturæ, qui de solu-
tione eius loquẽs, postea dixit, Et cũ cõsum-
ti fuerint mille anni, soluetur Satanã de carce-
re suo, & seducet gentes, qui sunt super qua-
tuor angulos terræ. definitũ tẽpus eius suprã
dixit breue. Post hæc (inquit) oportet illũ sol-
ui modico tẽpore. Nec tamẽ illo tẽpore sedu-
cet ecclesiã, vt Witleff supputat. Vnde *Augu-*
stinus. 20. de ciuitate Dei. capit. 9. Non ¶ itaq;
(inquit) per totũ hoc tẽpus quodlibet iste cõ-
plectitur, à primo scilicet aduẽtu Christi vsq;
in finẽ seculi, quod erit secundus eius aduen-
tus, ita diabolus alligatur, vt eius hæc ipsa sit
alligatio per hoc interuallum, quod mille an-
norũ appellat numero, nõ seducere eccle-
siã: quãdo quidẽ illã nec solutus utiq; seductu-
rus est. Nã profectò si eius alligatio est nõ pos-
se seducere, siue nõ permitti: quid erit solui, ni-
si posse seducere, siue permitti? quod absit vt
fiat. Sed alligatio diaboli est nõ permitti exer-
cere totã tentationẽ, quã potest, vel vi, vel do-
lo, ad seducendos homines, in partẽ suã cogẽ-
do violẽter, fraudulenter ve fallendo. Quod si
permitteretur in tã lãgo tempore, & tanta in-
firmitate multorũ, plurimos tales, quales De-
us illud perpeti nõ vult, & fideles deijceret, & ne-
crederẽt, impediret, quod ne faceret, alligatus
est. Tunc autẽ soluetur, quãdo & breue tẽpus
erit. Nã tribus annis & sex mẽsibus legitur to-
tis suis suorũq; viribus sæuiturus: & tales erũt
cũ quibus ei belligerandum est: vt vinci tãto
eius impetu, in sidijsq; nõ possint. Hæc ille. Et
hoc integrũ habet Hugo. 17. parte de sacramẽ-

tis. cap. 3. A V T H O R. Ponderã quod pri-
mò dixit Augustinus: Mille annis totis nõ ef-
se soluendũ diabolũ, imò ligandũ: quos mille
annos non vsuales, sed sextũ accipit millena-
riũ huius mudi: in cuius tertio cẽtenario nat-
est Christus secũdũ Eusebiũ, & Hieronymum,
& demũ vsq; in proximos mudi fines exten-
dit. Vnde vbi suprã *Augustinus*. Mille anni au-
tẽ duobus modis possunt quãtũ mihi occurrit
intelligi: aut quia in vltimis annis mille, ista
res agitur .i. sexto die, cuius nũc spatia poste-
riora voluuntur, sequuturo dehinc sabbato,
quod nõ habet vesperã: requie scilicet sancto-
rã, quæ nõ habet finẽ, vt. 99. millenarij tãquã
diei nouissimã partẽ, quæ remanebit vsq; ad
terminũ seculi, mille annos appellauerit, eo lo-
quendi modo, quo pars significatur à toto.
Aut certẽ mille annos pro annis omnib⁹ hu-
ius seculi posuit, vt profecto numero notaretur
ipsa tẽporis plenitudo. Hæc ille. A V T H.
Hic ecce duæ sunt acceptiones millenarij hu-
ius ligaturę. Prima scilicet, quã prædixit ab ad-
uẽtu Christi, vsq; ad finẽ seculi, quã tenet itẽ
Hierony. in explanatione dictã literali super
Apoca. vbi dicit. Iste angelus, custos inferni
est: quando Christus passus est, tunc ligauit
diabolũ. Mille anni, nouũ testamẽtũ intelligi-
tur, quia profectus numerus est. Et transsum-
pta est expositio ista à libris *Lactantij* diuinarũ
institutionũ. vbi lib. 7. ca. 14. sic scripsit. Sciãt
philosophi, qui ab exordio mundi seculorũ
millia enumerãt, nõdũ sextũ millenariũ annũ
esse conclusum: quo numero expleto, cõsum-
mationẽ fieri necesse est: & humanarũ rerũ
statũ in melius reformari. Cuius rei argumẽtũ
prius enarrãdũ est, vt ratio eluceat. Mũdũ De-
& hoc admirabile naturæ rerũ opus, sicut ar-
canis sacræ scripturæ cõtinetur, sex mẽsũ spa-
tio cõsummauit: diẽq; septimũ, quomodo ab
operibus requieuerat, sanxit. Hic est autẽ dies
sabbati, qui lingua Hebræorũ à numero no-
mẽ accepit. Vnde septenarius numerus legiti-
mus ac plenus est. Nã & dies septẽ sunt, quib⁹
per vicẽ reuolutis, orbis cõficiuntur annorũ: &
septẽ stellæ, quæ non occidũt, & septẽ sydera,
quæ vocãtur errãtia: quorũ dispares cursus, &
inæquabiles motus, rerũ, ac tẽporũ varietates
efficere credũtur. Ergo quoniã sex diebus cõ-
stita Dei opera profecta sunt: per secula sex, id
est annorũ sex millia, manere in hoc statu mũ-
dũ necesse est. Dies enim magnus mille anno-
rũ circulo terminatur, sicut indicat propheta,
qui dicit. Ante oculos tuos domine mille an-
ni tãquã dies vnus. Et vt Deus sex illos dies
in tãtis rebus fabricãdis laborauit: ita religio
eius

eius, & veritas in his sex millibus annorum la-
boret necesse est, malitia preualẽte, atq; domi-
nãte. Et rursus quoniã profectis operibus re-
quieuit die septimo, eũq; benedixit: necesse
est vt in fine sexti millelimi anni malitia om-
nis aboleatur à terra, & regnet per ãnos mil-
le iustitia, sitq; trãquillitas, & requies à labori-
bus, quos mũdus iã diu pertulit. Hæc ille. A V
T H. Iuxta hũc intellectũ adnexo illi cõceptu
Augustini, secũdũ primã expositionẽ illo sex-
to millenario annorũ, cuius tẽpora iã vltima
voluebãtur tẽporibus *Augustini*, & *Lactan-*
tij, foret tẽpus solutionis Satanæ: & septimo
millenario succedẽte illi, in quo nos nunc su-
mus, est Satanã alligatus sic permansurus in
vinculis vsq; in finẽ eiusdẽ septimi millenarij:
cõputãdo illũ secũdũ *Augusti*, pro toto tem-
pore vsq; in finẽ mudi, quo superueniet Anti-
christus, Satanã iã soluto: sicut ait *Lactantius*. li.
7. ca. 26. his verbis. Dixim⁹ paulò antẽ in prin-
cipio regni sancti fore, vt à Deo princeps dæ-
monũ vinciat. Sed idẽ cũ mille anni regni,
hoc est. 7. mille cõperint terminari, soluetur
denuò, & custodia emissus exhibit, atq; omnes
gẽtes, quæ tũc erũt sub ditione iustorũ, concita-
bit vt inferant bellũ sanctæ ciuitati. Et colligetur
ex omni vrbe terræ innumerabilis po-
pulus nationũ: & obsidebit, & circũdabit ciui-
tatẽ. Tũc veniet nouissima ira Dei super gen-
tes & c. Infrã. Cũ verò cõpleti fuerint mille
anni, renouabitur mũdus à Deo: & calũ com-
plicabitur, & terra mutabitur, & trãformabit
Deus homines in similitudinẽ angelorum, &
versãbũtur semper in cõspectu omnipotẽtis,
& domino suo sacrificãbũt, & seruiẽt in æter-
nũ. Hæc ille. A V T H O R. Ergo per istũ septi-
mũ millenariũ est diabolus alligatus: in quo
patet insipientia *Witleff*, dicentis iã eũ solutũ.
Itẽ quia vocat totũ millenariũ solutionis Sa-
tanæ quãdo soluẽdus est tantũ in termino sep-
timi millenarij secũdũ *Lactantiũ*, id est in fine
seculi, secũdũ *Augustinũ*, breui tẽpore, secun-
dũ euãgeliũ, tribus annis & dimidio, secun-
dũ *Danielẽ*. & *Apoc.* 12. Vh terræ, & mari: quia
descẽdit diabolus ad vos habẽs irã magnã, sci-
ens quia ptãs modicũ tẽpus habet. Et. 13. ca. Data
est illi ptãs facere malũ menses quadraginta-
duos, quos expressit *Daniel* tres annos, & di-
midium. A V T H O R. Secũda verò interpreta-
tio millenarij *Grego.* placuit. 18. li. *Moralium* ca.
27. vbi Millenario (inquit) numero nõ quãti-
tatẽ tẽporis, sed vniuersitatẽ, qua regnat eccle-
sia, designauit. Antiquus enim serpens ligatus
catena in abyssum mittitur: quia relegatus à
bonorũ cordibus, apud reproborũ mẽtes re-

clusus, eis atrocius dominatur. Hæc ille. A V -
T H O R. Et hæc expositionẽ sequutus *Cassiodo.*
dorus super Apo. Ligauit (inquit) eũ per mille
ãnos, id est toto tẽpore, à primo aduẽtu Chri-
sti, vsq; ad aduẽtũ Antichristi. Et sciẽdũ, quod
in Abrahã, & in alijs fidelibus diabolus ligat⁹
fuit, sicut in istis præsentibus: sed in illis liga-
uit eũ spes futuri Christi, in istis ipse adueniẽs
Christus ligauit per mille annos. Tanto tẽpo-
re Satanã ligatur, quanto profectio iustorum
cõsummatur. Millenarius enim profectio nõ si-
gnificat. Hæc ille. A V T H. Sic ecce per textũ
& per doctores, mille annis ligandus est Sata-
nã: nõ autẽ per mille annos soluendus: sicut
tu dicis à principio millenarij diaboli vsq; ho-
die: quasi primo millenario Christi aduentus
ligatus, deinceps sequenti millenario soluere
tur. Quo cõtrã textus scripturæ modicũ tem-
pus solutionis eius exponit: quod *Daniel* ad
dies cõputans mille ducẽtos nonaginta dies,
idẽ tribus annis & dimidio secun-
dũ *Augusti*, & omnes, designat. Tũc (inquit) soluetur: quã-
do breue tẽpus erit tribus annis, & cõputatur
anni & menses vsuales: quod utiq; tẽpus bre-
ue est ad reliquũ tẽpus, quo ligabitur, cõpara-
tũ. Vnde *Augusti*. vbi suprã cap. 23. ait. Tẽpus
quippe, & tẽpora, & dimidiũ tẽporis vnũ an-
nũ esse: & duos ac dimidiũ: ac per hoc tres an-
nos & semissẽ etiã numero dierũ postposito
elucefcit. Hæc ille. A V T H. Ratio tamẽ hu-
ius breuis temporis est: quia si permitteretur
tã lãgo tẽpore, scilicet mille annis, vt amic⁹ e-
rẽt *Witleff* exoptat, stante infirmitate multorũ
multos deijceret, & ne crederẽt, impediret. Sic
itẽ habet textus domini *Matthæi*. 24. Nisi bre-
uiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis ca-
ro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi.
Quẽ textũ. 32. lib. *Moralium* assumẽs *Gregorius*.
Gregorius. Nisi (inquit) abbreviati fuissent dies illi, nõ fie-
ret salua omnis caro. Quia enim, & superbos
nõs, & infirmos dominus cõspicit: dies, quos
singulariter malos intulit, misericorditer bre-
uiatos dicit. Profectò vt & superbiã terreat de
aduersitate tẽporis, & infirmitatẽ refoueat de
breuitate. Hæc ille. A V T H O R. Videtis ergo
quã falsò cõtrã intẽtionem scripturæ, & om-
nis expositoris catholici, auctoritate sua
Witleff mille annos pro tribus & sex mẽsi-
bus Satanæ annuit: per quos solutionẽ eius, &
regnũ contra Christi statutũ in discrimen ele-
ctorũ suorũ extẽdit. Quod absit, inquit *beat⁹*
Augustinus. Et nunquid de hac pẽueritate
gaudebat, qui tã crebro, & vltra modum sæpe
opportune importunẽ millenariã Satanæ so-
lutionẽ diaboli introducit, clamat, violat, ex-

aggerat, prædicat, ultra regnū decies beatorū? Legite qui vultis nedū catholicorū, sed & hæreticorū libros: ni fallor, nō inuenietur q̄sq̄a sic regnū istud solutionis Satanæ prædicare citra milliarios Chiliaſtas: qui hæreticè mille nariū celebrabāt, quo voluptatibus cibi & potus carnalis impunè vacarent. Quibus tātū cōsonat Witcleff, quantū pro cibario pane, & vino in sacramēto altaris ponendo, solutionem Satanæ ampliat. Quod nec errantissimis viris Ario, Sabellio, Eunomio, Marcioni, Nestorio, & alijs ducētis, p̄ tollēdo Christus diuinā suā naturā & humanā per latissima terræ spatia Asiæ & Africæ concedere dignabatur. Sed

4 ¶ si vis scire quo tēpore solutus erat tuus Satanā: puto priusquam ab angelo ligaretur. Attamē quia eū solui, est tētare permitti, valde laxatū eū puto, quando sæuiebat in Iob. Quando itē Christi discipulos expetiuit, t̄ cribraret sicut triticū. Toto etiā tēpore primitiæ ecclesie, quādo fecit principes orbis præcipitare colūnas pretiosas ecclesie, decoriare martyres, dilaniare doctores. Magis autē quando per Ariū, & tot hæreticorum greges vniuersis mūdi partibus Christi fidē quassabat. Miror igitur, nec satis admiror, qua frōte peruersa soluisi eum pro mica panis secundo millenario Christi: & per tot vniuersales persecutiones mundi, Nerones, Decij, Diocletiani, Valerij, Maximini, Iuliani: hæreticorū itē Arii, Sabellij, Manichei, Donati, Pelagij, & quotlibet aliorū: sub quibus vix ciuitas vna, pagus, vel oppidū penè per totū millenariū primū Christi vnū mēsem vacabat habere pacificū, sine bellis dico, spolijs, & strage populi christiani: putas esse ligatū? Reuera tunc solui permittus est prouidēte Christo, per partes: & soluitur itē nūc, quātū fragilitas nostra potest portare solutū. Particulariter enim soluebatur in Gallijs tēpore Berēgarij magistri tui. Soluebatur itē in Anglia per teipsum, nō dubiū laxas habēs catenas in corde tuo: quas Christus tamē bonus dominus nō tā liberis esse permisit in gēte. Soluitur etiam per Husitas tuos (quod doctēter dico) in regno clarissimo Boēmorū. Ecce totiēs & totis gentibus credi potest eum laxari pro parte: generali autē solutione illa solui eū, quā scriptura prænūtiat, temeritatis tuæ fuit edicere: quam nulli hominū quo ad tempus, vel momētum placuit domino reuelare. Per Danielē autē tēpus durationis solutionis eius exprefsit: & iuge sacrificiū dominici corporis in illo breui tēpore tollēdū palām edocuit. Sicut notat Chrysoſto. in imperfecto. homilia. 57. Antequām (inquiēs) caperetur dimi-

diū hebdomadæ, Christus per suā doctrinā tulit de medio iuge sacrificiū Iudeorū. Nā dicitur trib⁹ annis & sex mensibus docuisse: qui numerus fit dimidiū septimanæ annorū. Ut illud sacrificiū, quod iugiter fuerat in vsu, tolleretur, & ferretur domino sacrificium iustitiæ in operibus, sacrificium laudis in voce, & sacrificium pacis per Eucharistiā. Sequitur. In dimidio hebdomadæ, hoc est in tribus annis & sex mensibus, hoc sacrificium tollendum est ab Antichristo, confugientibus christianis ante eum per loca deserta: nec erit, qui aut ecclesiam intret, aut oblationem offerat Deo. Hæc ille. A V T H O R. Hæc ¶ erit magna solutio Satanæ: qualicentia data tentabit superare, si fieri poterit, etiam electos Dei. Sed absit vt vincat ecclesiam, dicit Augustinus. Nouit enim dominus qui sint eius. Sed ideo soluetur per modicum tempus: non per magnum mille annorum, quod tu appellasti millenarium diaboli: quia tunc equiperaret tempus regni Christi, & electorum eius: quod ad mille annos scriptura teste protenditur. Item, si millenarius alligationis Satanæ, est totum tēpus à fine sexti millenarij vsq; in finem seculi secundum primam expositionem Lactantij & Augustini, vel totum tempus à passione Christi vsq; in finem per expositionē Hieronymi & Gregorij, nusquam reperies vnū millenariū solutionis ei⁹, nisi eodē tēpore sit simul alligatus, & solutus. Itē sic redderemur certi de mora mundi per ferē sexcentos annos, cū iā de secūdo isto millenario post Christū cōpleti sint tantū quatuor centenarij, & de quinto centenarij viginti quatuor anni. Sed hoc est cōtra intentionē Christi in euangelio: & determinationem Augustini epistola ad Esichiiū. Sed de facili corrumperet iste si possit euāgelii saluatoris, ad canonizandū magnū anū Platonis. Itē quia statim post millenariū regni Christi solutio Satanæ promittitur breui tēpore. Non est autē millenariū cōparatus breue tempus, sed æquale. Nec potes dicere horas abbreviādas & dies: vt mille anni cōputētur ex eisdē diebus æqualibus numero, sed varijs in mensura. Hoc enim quidā sapuere deliri, vt in cōmētario Matthei. 24. eodē textu refert Hierony. Abbreviatos (in quiens) dies non secundū deliramēta quorundā, qui putant tēporū momēta mutari, nec recordātur illius scripti: Ordinatione tua perferat dies. Sed iuxta tēporū qualitātē sentire debemus abbreviātos, nō mensura, sed numero. Vt quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierū replebo eū: sic & nunc abbrevi-

Hierony.

Augusti.

uiati dies intelligantur: ne tēporū morā concutiatur credentiū fides. Hæc ille. A V T H O R. Temerariē ergo valde parificasti regno Christi, & electorū eius, quod scriptura prænūtiat regnum diaboli, quod nulla scriptura, nullus catholicus senserit. Et vbi propitijs Deus addidit pro magno diebus Ezechia regis tantū 15. annos: tu larga manu tua pro tribus tantū annis & sex mētib⁹, concessisti diabolo mille annos. Nimirū, quia futur⁹ est tibi magnus amicus ad peruertendā fidem sacræ Eucharistiæ, vt dicit Chrysoſtomus. Et idcirco magis laudibus eius insudas. Lauda eū ergo cū Iulia no hæretico: sicut deridens Augustinus hortatur. lib. 5. contra eundē. cap. 3. Lauda (inquiēs) angelos malos: lauda eorum principē Satanā. Sequitur. Valde enim disertus es contra gratiam Christi: & idoneus dicere panegyricum Satanæ & angelis eius: per quos multorū Deus iudex atq; vltor est peccatorū, retribuens eis secundū opera sua. Et infra capite. 7. An etiam ipsum malignum spiritum laudare disponsis? Eia quid moraris? Decet enim inimicum te gratiæ Dei bonitatis laudatorem spiritus esse mendacis: nec laborabis inuenire quid dicas: laudes eius parātas habes, si hæc ipsa in eum verba trāstuleris, quæ posuisti in laude libidinis. Et infra. Omnia hæc secundum tuos acutissimos sensus rectē dicuntur: & in illius immundi spiritus laudem. Ergo præconiū vocis tuæ in simili causa aut mendaci red de spiritui, aut contumaci tolle libidini. Hæc ille. A V T H O R. Dic ergo ei cum Iuliano panegyricum, quem sic promoues ad regnum: quia nisi per tales suos amicos regnare non poterit. Preparasti ipsi in hæresi Eucharistiæ cathedrā doctorem: vt valde diserte scepterū eius exagitas contra substantiam viuificam carnis Christi.

¶ De antiquis hæresibus Eucharistiæ, ex quibus Witcleff traxit hæresim suam de hostia consecrata.

C A P. XIX.

- 1 Hæresis prima in Christi discipulis de hostia consecrata. Et quod error hic discipulorum, non fuerit simplex, sed duplex. Et quomodo in utroq; scandalizentur Witcleff, & sunt discipulis deteriores, ostenditur.
- 2 Hæresis antiqua circa Eucharistiā describitur. Et qui fuerint earum inuētores. Et quomodo ex his traxerit hæresim suam Witcleff de hostia consecrata.



I tamen tantam vim faciat Witcleff pro temporis antiquitate, per quam hæresim suā honorare decreuit: libet concedam ipsi tempus diu ante millenariū diaboli, que ipse mendosē signauit: orthodoxy tamē fidei de sacramento Eucharistiæ prerogatiua famæ sanctitatis & tēporis semper salua, dicente Ambrosio lib. de sacramentis: anteriora esse sacramenta Christianorum, quam Iudæorum, multo potius hæreticorum, quæ nihil sunt: sicut idolum nihil est, secundū Apostolum. Vnde lib. 4. de sacramentis Ambrosius. Accipe (inquit) quæ dico: anteriora esse mysteria Christianorum, quam Iudæorum: & diuina esse sacramenta Christianorum, quam Iudæorum. Et infra. Ergo primò intellige sacramēta hæc, quæ accipis, anteriora esse, quam sint Moyſi sacramenta, quæ cūq; Iudæi habere se dicunt: & prius cœpisse populum Christianum, quam cœpisse populum Iudæorum, sed nos in prædestinatione, illi in nomine. Obtulit ergo Melchisedec panem & vinum. Hæc ille. A V T H O R. Inde diffusè declarare incipit, quod prædixit. Primò igitur pro antiquitate suæ perfidiæ de hostia consecrata recurrit ad primam hæresim discipulorum. Ioannis. 6. vbi cūm prædicaret Christus in Synagoga Capharnaum de venerabili carne sua posterius comedenda in hostia, dicens: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. ipsi dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest eum audire? & ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrorsum. Vnde, vt habetur de consecratione. distinctione, 2 Prima quidem hæresis in discipulis Christi velut à duritia sermonis eius facta est. Cū enim diceret: Nisi quis manducauerit carnē meā, & biberit sanguinē meum, non habebit vitā æternam

Ambrosius

Canon

E 5 nam

Chrysoſto.

nā illi non intelligentes, dixerunt adinuicem, Durus est hic sermo. Quis eum potest manducare? Dicentes quia durus est hic sermo, separauerunt se ab illo, & remāsit cum duodecim. Hæc ibi. A V T H O R. Error iste discipulorū non erat simplex, sed duplex. Vnus in intellectu: alter in affectu. Intellexerūt quippe carnem Christi dilaniandam, & cruda specie comedendam, qualiter venditur in macello, secundum illud super psalmo. 98. *Augustini*. Carnaliter illud cogitauerunt: & putauerunt, quod prætuturus esset dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis. Dixerunt, Durus est hic sermo. Ipsi autem erant duri, nō sermo. Hæc ille. A V T H O R. Item isti discipuli habebāt affectum curuum ad cibum corporalem, & panem terrestrem, secundum quod exponit super Ioannē homilia. 47. *Chrysostronus*. Nō verba Christi (inquit) erant, quæ istos scandalizabant: sed negligentia, & desidia, & in deuotio eorum, qui audiebāt verba. Etenim si Christus nō dixisset ista, scandalizati essent utiq; & non acquieuisent: cibo semper attēdentes corporali, & terrę affixi. Hæc ille. A V T H O R. Conformiter in utroq; scandalizantur Witcleuista. Nam primò sunt eis deteriores: quia error discipulorum non exiuit metas naturæ corporis Christi, sed horrebant carnis sectionem cruentam: Witcleff autem nec naturam Christi carnis in sacramento admittit, sed figurā tantūmodo, & paruū respectum tropicum, qui nec est substantia, nec accidens absolute. In secūdo verò panis naturali totus incubit: & plus illū inquit, & certat habere, quam optimū corpus viuū à Christo promissum. Sic igitur hæresis quarētū panē corruptibile in sacramento Eucharistiæ, & per hoc euacuatū Christi carnem, quomodocunq; sumpsit exordium. Ex qua itē parte post istos surrexerunt fœdæ sectæ hominum: quorū quidā immiscuerunt farinæ sanguinem humanum, ut Cataphryges. Quidā (quod est horrēdū dictū) humanū semē, ut Manichæi. Quidā, ut Ophitæ, basia serpentina: quorū nullū facere præsumpsissent, si verē credidissent panē illū corruptibile de farina illa confectum virtute verborum Christi transisse in verā naturā carnis Christi: sicut à principio credebāt duodecim apostoli, qui remāserūt, quibus item Christus dixit, Nūquid & vos vultis abire? & cui vice omnīū Petrus ait. Domine ad quē ibimus: verba vitæ æternæ habes. & fidem istā purē transfuserūt ecclesiæ. Restat ꝑ forsan errores dictos inscribere, ne nō cernantur ab his, qui dictos libros nō possunt inspicere, aut non credātur

vera esse, quæ dixi in libro de hæresibus. cap. 17. de Ophitis *Augustinus*. Ophitæ à colubro nominati sunt. Coluber enim græcè ophis dicitur: hunc autē Christū arbitrantur: sed hūc etiā verū colubrū assuetū eorū panes labere, atq; ita eis velut Eucharistiā sanctificare. Hæc ille. A V T H O R. Itē de secta eorū, qui Cataphryges dicuntur, ibidē idē habet *Augustinus*. Sacramēta perhibētur habere funesta. Nā de infantis anniculi sanguine, quē de toto ei⁹ corpore minutis pūctionū vulnerib⁹ extorquēt, quasi Eucharistiā suā cōficere perhibētur: miscēntes eū farinā, panēq; inde facientes. Qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre: si autē vixerit, pro maximo sacerdote. Hæc ille. A V T H O R. De tertijs item, & eorū sacramēto, vel (ut dicā potius) execramēto scribit ibidem cap. 46. de eisdem *Augustini*. Quadam necessitate coguntur electi eorum velut Eucharistiā conspersam cum semine humano sumere, ut etiam inde, sicut de alijs cibis, quos accipiunt, substantia illa diuina purgetur. Sed hoc se facere negant: & alios nescio quos sub nomine Manichæorum facere affirmant: detecti tamē sunt in ecclesia, sicut scis apud Carthaginem: quando instante Vrso tribuno, qui tunc domui regię præfuit, aliqui ad ducti sunt, vbi puella illa nomine Margarita, istam nefariam turpitudinem prodidit, quæ cum esset annorum necdum duodecim, propter hoc scelestum mysterium se dicebat esse vitiatam. Tunc Eusebiam quādam Manichæam quasi sanctimonialē id ipsum propter hoc ipsum passam vix compulsi confiteri, cum primò illa se asseruisset integram, atq; ab oblectrice inspicere postulasset. Quę inspecta, & quid esset inuenta, totum illud turpissimum scelus, vbi ad accipiendum & commiscendum concumbentium semē farina substernitur, quod Margarita indicante absens nō audierat, simpliciter indicauit. Hæc *Augustinus*. A V T H. Ecce miseri heretici dati in reprobum sensum ad credendum corruptibilem panem in venerabili sacramento: & idcirco traditi sunt vltorius in passiones ignominie, turpitudinem operantes, turpitudinem comedentes, perfidiamq; quam blasphemum & pollutum os expuit, dignē turpius reassumpsit. Surrexit interea hæresis Nestoriana in alia hæresi discipulorum circa corpus domini cespitans, & ponens carnem in Eucharistiā, non Christi, sicut remanentes credebant Apostoli, sed alius alterius hominis: quæ ratione coacta: dicit in libro de corpore & sanguine domini capitulo finali *Anselmus*. Inter omnes, in quib⁹

Augustin.
Ophitæ.

Cataphryges.

Manichæi.

Lanfran.

Nestoriani

Anselmus.

in quib⁹, hæresū diuersitates, quæ singulæ suo tēpore impugnaverūt petrā supra petrā edificatā, & quæ in soliditate sua permanēte petra, collisæ in illa, ut lutea vasa sunt cōfractæ: hui⁹ quæstionis nec mētio facta est, nisi in Nestoriana hæresi sola. In qua assertores eius in persona Christi diuina ab humanis penitus separātes, Mariam theotocon, id est, dei genitricē penitus negantes: sed solius hominis matrem esse affirmantes: cum requireretur corpus, quod de mensa domini sumimus, cuius esse profiterentur, hæretica prauitate, vel temeritate ad suum errorem detorquebant verba domini dicentis, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. & ex his verbis astruere conabantur, quod ibi sumimus, carnem esse tātū filij hominis: ne si illud corpus domini esse confiterentur, contra se loquerentur: consentientes in Christo Deo & homine esse vnitatem personæ. A V T H O R. Hic iam concurrunt *Anselmo Lanfrancus*, de corpore & sanguine domini cōtra Berengarium sic scribens. Ex quibus domini verbis ortæ sunt duæ hæreses antiquis temporibus. Et in hoc quidem consenserunt omnes, quod panis, & vinū in veram filij hominis carnem verumq; eius sanguinem conuerterentur. Sed quis esset iste filius hominis, non omnes eandem sententiam tenuerunt. Quidam arbitrati sunt: hunc oportere intelligi, quemlibet hominem, siue iustum, siue peccatorem, in cuius carnem & sanguinem conuersa terrena substantia sumeretur in remissione peccatorum. Alij arbitrati sunt, non hūc esse de turba quemlibet hominem, sed virum iustum, sanctificatum, à cōmuni hominū vita per suæ vitæ celsitudinē segregatum, qui templū Dei esset, qui diuinam in se habitationem verissimè possideret. In huius carnē ac sanguinē cōmutari posse panē vinūq; altaris hæretica pertinacia delirabant. Factum est hoc paucis annis post obitum beati *Augustini* tempore *Celestini* papæ & *Cyrilli* Alexandrini episcopi: quibus annitentibus, atq; præcipientibus, indicta, ac celebrata est synodus Ephesina: vna de quatuor, quas beatus *Gregorius* in epistola ad patriarchas fatetur se ita suscipere, cōplecti, & venerari, quemadmodū sancta quatuor euangelia domini nostri Iesu Christi. In qua synodo damnatę sunt vtræq; superius cōprehensæ lethales pestes. Roborata est fides, quæ credimus panem conuerti in eam carnē, quæ in cruce pependit: vinūq; in eum sanguinem, qui de pendentis in cruce latere emanauit. Deniq; ducenti, qui eidem concilio interfuere episcopi, inter cætera de hoc sacramen-

to sic scripserunt, & Nestorio episcopo quasi hæreticorū capiti trāsmiserunt. A V T H O R. Epistola illa synodica incipit. Religioso, & Deo amabili confacerdoti Nestorio *Cyrillus*, vel quæ apud Ephesum synodus, & est in gestis eiusdem cōcilij. *Cyrillus*, & synodus Ephesina. Ad benedictiones mysticas accedimus. & sanctificamur participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti: non ut cōmunem carnē percipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati & verbo coniuncti secundū dignitatis vnitatē, aut sicut diuinā possidentis habitationē: sed verē viuificatricē, & ipsius verbi propriā factā. Vita enim naturaliter ut Deus existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem esse professus est. Et ideo quāuis ad nos dicat. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō tamen ut hominis vnus ex nobis existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturā suā viuificatrix esse poterit caro hominis: sed ut verē propriā eius factā: qui propter nos filius hominis, & factus est, & vocatus. Et circa finē concilij. Si quis nō cōfiteatur carnem domini viuificatricē esse, & propriā ipsius verbi Dei patris, sed vult alterius præter ipsum, cōiuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinā habentis habitationem, ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria verba viuificare valentis, anathema sit. Hæc ibi. A V T H O R. Isti ecce Nestoriani heretici in errore. 70. discipulorū vagantes, propriam carnem Christi secundum substantiam negauerant sacramentum: supra tamen Witcleuistas, non respectum, vel figuram, sed carnis alicuius substantiam affirmabant. Istis quoq; succedentibus alijs Berengarius tubā buccinauit hæreticam: cuius hæresim in libello suo contra eundem sic describit *Guimundus*. Berengariani omnes quidem in hoc cōueniunt, quod panis & vinum essentialiter non mutantur: sed ut extorquere à quibusdam potuit, multum in hoc differunt: quia alij nihil omnino de corpore & sanguine domini sacramentis istis inesse, sed tantummodo umbras hæc & figuras esse dicunt. Alij verò relictis ecclesiæ rationibus cedentes, nec tamen à stultitia recedentes, ut quasi aliquo modo nobiscum esse videantur, dicunt ibi corpus & sanguinem domini reuera, sed latenter contineri, & ut sumi possint quodāmodo & imparnari. Et hanc ipsius Berengarij subtiliorem esse sententiā aiunt. A V T H. Et hūc cōmemorat errorem panificum. Sequitur *Guimundus*. Alij Guimundus vero

Cyrillus.

Guimundus.
Berengariani.

Guimundus.
vero

verò non quidem iam Berengariani, sed acerrime Berengario repugnantes, argumētis eius tamen, & quibusdam verbis domini paulisper offensi (quod suo loco dicemus vberius) solebant olim putare, quòd panis, & vinū ex parte mutentur, & ex parte remaneant. Alijs verò irrationabilem istorum sensum longè horrentibus, & eadem verba domini, quibus isti mouentur, non satis aptè intelligentibus, videbatur panem & vinum ex toto quidem mutari, sed cum indigni accedunt ad cōmunicadū, carnem domini & sanguinem in panem & vinum reuerti. Hæc ille. A V T H O R. Circa hæc tempora author de diuinis officijs serpebat vt cancer, de quo infra dicitur, & alij fautores Berengariæ prauitatis, vt Leodiēsis episcopus scribit in epistola ad regem Francorum Henricum, quæ incipit: Gloriosissimo, & inuictissimo. quem Guimundus supra commemorat: in qua dicitur, quòd Bruno Andegauensis, & Berengarius Turonensis episcopi, antiquas hæreses suis temporibus introducendo, astruunt corpus domini non tam corpus esse in sacramento, quam vmbra & figurā corporis domini. Sic Waldenses errabant cōformiter istis.

Guido carmelita.

Vnde lib. suo de hæresibus *Guido Carmelita*. Vicesimus sextus error (inquit) quòd negant verum Christi corpus & sanguinem esse sub sacramento altaris. Hæc ille. A V T H O R. Si tamen Witleff videbitur verū Christi corpus ponere, quia ponit veram figuram, nil minus ponent isti, quia in figuris non deuiāt. *Heribaldus Rabanus*. Altissiodorensis episcopus, & *Rabanus Maguntinus* posuerunt Eucharistiæ sacramentū obnoxium esse secessui. Quid plura? Cur moratur Witleff? cur patribus non accedit? cur magistrum suū Berengarium non salutat capite reuelato? cui totum debet, quod habebat erroris in hostia consecrata, præter additiones interdum logicas, secundum quas nobiscum esse se simulat, cum nō sit, volens videri catholicus, & æmulus scripturarum in vultu verbi, plenus Berengarius in fructu. Damnat eum in verbis, honorat & salutat in sententijs, alter Aëtius factus. De quo in historia tripertita libro 5. cap. 13. *Cassiodorus*. In Antiochia Syriæ alter hæresiarca emerfit, Aëtius cognomento sine Deo. Is enim eadem, quæ Arius sapiebat, sed se ab Arianis segregabat: eo quòd Ariū in sua communionem recepissent: qui aliud mente gerens, aliud voce confessus est, dum terminum synodi Nicænæ suscipiens subscripsisset: volēs circumuenire tūc principem. Propterea Arianos Aëtius declinabat. Et infra. Et licet eadē, quæ Arius iudicaret, tamen à suis non valenti

Cassiodorus de Aëtio.

bus intelligere perplexiones syllogismorū eius cum eadem contentione, quæ illic apparet, putabatur hæreticus. Hæc ille. A V T H O R. Non dubium tamen aliam opinionem Witleff inuenit sibi olim, secundum quam putat se posse saluare fidem ecclesiæ de decisione panis in se: quem tamen dicit remanere secundū primam suam materialem essentiam, vt sit subiectum accidentium. Et secundum hoc itē substantia panis remanet in genere supremo. Et hanc tangit libello de incarnatione verbi. & cap. de quantitate: in Summa, & alibi. Iam tenet ab integro panem naturalem remanere in Eucharistia, & secundum quandam figuram loquendi, esse corpus Christi. Corpus Christi quoque; solum in natura & substantia sua esse sursum in cælo, & figuratim in sacramento, sicut Ioannes baptista fuit Elias, & petra Christus, & septem spicæ, septem anni. Dirè tamen increpat Berengarium, quia sacramentū Eucharistiæ posuit solam vmbra corporis Christi, vel figuram, iactās exultanter se ponere illud esse corpus Christi. Sed quia hoc adhuc ponit ibi tantum secundū figuram, nihil exuberat super magistrum, qui nihil ibi aliud de corpore Christi ponit, nisi figurā. Sed hæc interposuit iste, volens dissimulando præterire magistrum, cum in rei veritate hoc idē magister eius falsè concesserit: esse scilicet corpus Christi: quia figuratim erat corpus Christi secundum se, vt planè recitat Lanfrancus. Et addit Witleff ex authore de diuinis officijs, quod sicut Christus est simul Deus & homo: ita hoc sacramentum est simul panis & corpus: sed nō propter hoc concedit esse corpus secundum naturam humanam, sicut Christus est homo secundum naturam humanam. Igitur (vt dixi) in paucis discrepant Berengarius, & Witleff: quin potius collidunt, vt discordare quādoque; videantur in verbis, qui sensibus non discordant. Quemadmodum concorditer & quidē ibi præcessores suos magistros habebat: prout in libro suo, Quatuor vnum, tractans hunc textum, Hoc facite in meam commemorationem, Chrysolitanus suggerit *Zacharias*. Sūt (inquiēs) nonnulli, imò forsā multi, sed vix notari possunt, qui cum damnato Berengario idem sentiunt: tamen eundem cum ecclesia damnant. In hoc videlicet damnat eum, quia formam verborum ecclesiæ abiciens, nuditate sermonum scandalum mouebat. Non sequebatur videlicet vsum scripturarum, quæ passim res significantes tanquā significatas appellant, præsertim in sacramentis, vt eorum virtutes exprimant. Alijs verò latenter impo-

Zacharias

imponunt, quòd non intelligunt tropos, & figuratas locutiones: ideoque; miserabili morte animæ signa pro rebus accipiunt. Illud quoque; maxime arrident, quòd panis, & vini species quidam dicunt in aère apparere: quidam verò sensus compertos falli post conuersionem panis & vini in carnem & sanguinem Christi. Hæc ille. A V T H O R. Cōditiones nostri Witleff in primis verbis doctor iste aptius non narralet: & si in fractione sui panis eum quotidie cognouisset. Sed cōputetis à principio, & videte Luciferū, quāmanē oriebatur ab antiquis diebus, scilicet a. 72. discipulorum hæresi, Witleuistica pestis duxit origenē. Quæ sicut biceps erat in patribus per remotionem & horrorem carnis Christi secundum suā substantiam: & optionem panis corruptibilis secundum suam naturam: ita peruenit biformis ad posteros, Berengarium scilicet, & deinceps saliebat in Witleff. In medios autē viros erroneos dimidiabat se alueus iste rapax, hinc panem, hinc pedem carnis ineptè diuarcans.

¶ Quid sit sacramentum in communi. Et quomodo versutus Witleff abscondit suam hæresim sub terminis consuetis ecclesiæ.

CAP. XX.

S V M M A.

- 1 Sacramentum quid.
- 2 Witleff quomodo emulatur Arianos hæreticos, qui coloribus uerborum suam instaurabant hæresim, ita, ut in nullo uiderentur à catholicis alieni. &c.
- 3 Hæretici quòd sint mendaces, & quomodo in ore eorum non sit ueritas
- 4 Witleff quòd loquatur Christum, & occultet Antichristum, ostenditur. Et quid de sacramentis dicat.



Principium verborum Witleff contra catholicos ad Eucharistiam expugnādū fraude callida supprimit innocētes. Sic enim exorditur in quarto dialogi ter damnati capite. 2. loquens de illo visibili sacramento. De illo (inquit) albo primitus fiat sermo. Aptū

profecitō Berengariani principium, nescientis quicquam facere, nisi vt patrem viderit facientem. Exordium item Berengarij fuit à descriptione illius sacramentalis signi. Beatus (inquit) Augustinus dicit, quòd sacramentum est sacrū signum. Signum autem definit in de doctrina christiana: quòd est res præter speciem, quam ingerit sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire. Hæc Berengarius. A V T H O R. Vterque; ergo ab illo signo incipit: volens per hoc concludere corpus Christi nihil esse ibi, nisi sacramentale signum extrinsecū. Vnde Witleff. Sunt recentes hæretici, qui negant illud esse sacramentum: sed illos tam antiquis, quā modernis tantum cōtrarios, oportet cautè corripere, quærendo primò quid de scriptiue sit sacramentum ecclesiæ in communi: & vel æquiuocabunt, vel nō euadent, quin ista sacrata hostia sit aliquod sacramentum. Hæc Witleff. A V T H O R. Mira temeritas. Iam in proximè præcedenti capite dixeras de teipso, quòd non didicisti pictacias, ex quibus adiectis hoc nomen sacramentum limitari debet vniuocè ad hæc septem. Quid ergo exigis tam auarè descriptionem à nobis vniuocam sacramenti illius nominis: quod nō est nisi cūctis æquiuocum? Et si in illo ipso ipse æquiuocent, tu imputabis ad culpam. Dicis enim: Et vel æquiuocabunt, vel non euadent. Sed propro respondere, dicens cum antiquis. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma: vel sacramentum, est sacræ rei signum. Vtraque; hæc descriptio patrum: hæc sanctis sacramentis specialiter ratio consecrata: nō possum morari, vt singulis irruentibus obstitam, quotiens impugnare solent prædictā sententiā. Adeant huiusmodi doctores scholasticos in sententijs disputantes. Mihi cum hæretico certandū est. Sed rogo ne sanctis & sanæ credulitatis lectoribus videar onerosus, si modicū tergiuerfer, aut dialecticis vijs disputans eū eo contentam, quem constat omni subtili viro tam abū dare cautelis, tã sophismatibus inhiare, & sub æquiuocatione verbi latere: vnum in vultu sermone simplicium auribus exhibens, & aliud in effectu proponens: vt multis etiam magnis viris occasio fuit ruinæ, & commune ecclesiæ in scriptis notabile scandalū, & simplicis fidei detrimentū. Non noceat ergo, non displiceat, si sophisma sophismate collidatur. Est enim magnū mēbrū draconis, quæ formauit Deus ad illudendū ei. Primò notate dolos eius, credētes, & cauētes, quia nō loquitur simpliciter, sed pplexis sensibus, iā tropicis, iā historicis, & penè dupliciter omne verbū. Deinde notate audacè

Witleff.

Sacramentum quid.

CAP. XXI
S V M M A.

- 1 Eucharistiæ sacramentum quid. Et quid de illo dicant Augustinus, & Ambrosius.
- 2 Punicorum loquendi modum de sacramento Eucharistiæ laudat Augustinus.
- 3 Canon pro sacramento Eucharistiæ, recensetur.
- 4 Hostia uenerabilis consecrata quid sit contra Witcleff.



Descriptio ergo nudæ signi sacramentalis est illa prædicta, scilicet, inuisibilis gratiæ visibilis forma. Descripto verò salutariferi & verissimi sacramenti est ista. Inuisibilis gratia sub visibili forma, loquendo de gratia in sensu ecclesiæ. Sacramentum autem Eucharistiæ est inuisibilis gratia corpus & sanguis Christi secundum suam substantiam sub visibili forma panis & vini. Et hoc est verissime sacramentum & hostia consecrata. Signum autem eius extrinsecum, scilicet visibilis forma panis & vini, non est sacramentum nisi per analogiam ad istud: quia scilicet significat istud: sicut vrina non est sana, nisi quia significat sanitatem. Et qualiter homo pius dicitur homo secundum signum, cum non sit homo secundum propriam veritatem. Et secundum hoc consuevit ecclesia tam in literatis suis, quam in simplicibus hoc intelligere sacramentum, quoties fit sermo de sacramento altaris, vel de hostia consecrata, scilicet de substantia carnis Christi sub forma panis velata, nihil discernendo vel modicum de vino vel sensibili panis forma. Vnde Augustinus.

Eucharistia.

Augustinus.

Augustinus.

Ambrosius me

cramenti. Ita ut non plene signa, sed sacramentorum signacula describentur. sicut in libro de catechizandis rudibus Augustinus. Signacula quidem (inquit) rerum diuinarum sunt visibilia: sed res inuisibiles in eis honorantur. Nec sic est habenda species benedictione sanctificata, quemadmodum habetur in usu quolibet. Hæc ille. A V T H O R. Sed iste magnus doctor signorum semper currit ad signa. Nam primo noueritis quicquid ecclesia sanctorum posuit pro veritate corporis Christi, iste tollit & applicat pani visibili. Et idcirco quia ratio non patitur substantias tam dispares identice commanere: visum est ecclesiæ iuxta verbum Christi tollendam substantiam panis, ut statuatur ibi in hostia substantia corporis. At ne fieret delusio sensuum, qualitates panis dixit relinquere: quas dicit aliquando similitudines, species, vel figuras. Witcleff e contrario tollit hostiæ consecratæ veram substantiam corporis Christi relicta ibi figura: panem autem solennizat in substantia & natura. Et pro hac re est omnis controuersia, omnis pugna. Ecclesia ponit ibi veram naturam carnis, & tantum figuram panis. Ipse e converso cum plebe de genere fastidit celeste manna: & vult repetere ollas carniæ, porrosque, & panes Aegyptios. Vnde in sermone de corpore Christi, qui incipit, Veritas ait. & habetur in decretis. Vtrum sub figura. Augustinus ait. Corpus Christi, & veritas est, & figura est, dum corpus Christi & sanguis virtute spiritus sancti in verbo ipsius Christi, ex panis vinique substantia efficitur. Figura verò est id, quod exterius sentitur. Hæc Augustinus. A V T H O R. Ecce veritas corporis, & ecce figura exterius sensibilis panis. Vis audire quid dicat Witcleff de sermone domini in monte. cap. 43. Hæc hostia (inquit) simul est corpus Christi & verus panis, quia est corpus domini ad minimum in figura, & verus panis in natura. Vel quod in idem sonat, est verus panis naturaliter, & corpus Christi figuratiter. Hæc Witcleff. A V T H O R. Ecce secundum eum figura sola corporis Christi, & tota veritas in pane naturali. Inspiciatis deinceps, & sic videbitis eum aduersari toti ecclesiæ Christi fideli.

Augustin.

Augustin.

Witcleff.

Venerandum Eucharistiæ sacramentum est corpus Christi naturaliter, & sanguis: non corpus tropicum, & panis in natura secundum Witcleff.

audacem proteruiam, & tertio mendacia colorata. In primo simulatur hæreticos arianos, qui coloribus verborum instaurabant hæresim suam: ita ut viderentur in nullo à catholicis alieni: habentes semper sub verbis similibus hæresim suam saluam. Vnde ut refert Casiodorus, conuenientes episcopi iam in statu Nicæno concilio, studuerunt verba impietatis ab Ariani inuenta perimere: ut quod filius Dei est ex non existenti: & quod creaturam & facturam dicebat: & scripturam ponere manifestas dictiones, quod scilicet est ex Deo filius naturaliter unigenitus & verbum, virtus, sapietia, Deus verus, splendor gloriæ, & figura substantiæ. Qui verò circa Eusebium propria tacti vesania loquebatur & dicebant, consentiamus: nam & nos ex Deo sumus. Vnus enim Deus ex quo omnia. Alij autem episcopi videntes illorum pessimam artem, dixerunt ex substantia patris esse filium: & requireres Arianos, si ita dicerent Dei filium & imaginem sempiternam: iterum ipsi innuentes alterutris, & hæc (inquit) veniunt etiam ad nos: nam & nos imago & gloria Dei dicimur. Si ite domini dicunt verum filium, non vos contristet, factus enim verus est. Sed etiam hic episcopi videntes eorum dolorem, collegerunt ex scripturis splendor, fontem, & fluuium, & figuram ad substantiam pertinere: ut illud, In lumine tuo videbimus lumen. &, Ego & pater unum sumus. & clarius iam ac breuiter conscripserunt consubstantiali patri filium. Et murmuratio repetita eorum facta est, quasi non ex scripturarum auctoritate huiusmodi verbum ortum sit. Sed reuincuntur: quia nec verba sua: scilicet ex non existentibus: & fuit quando non fuit, in scripturis sanctis habebant. Verumtamen episcopi non sibi met adinuenerunt verba: sed habentes hæc à patribus testimonia conscripserunt. Hæc omnia, & plura habet Casiodorus libro secundo historiæ tripertitæ capite. 7. Proculdubio sic Witcleff currit quantum potest ad verba fidelium: maxime quæ vulgus habet in usu à sanctis patribus derelicta: ut quia audit nos dicere corpus Christi in sacramento: ite dicit quia in figura: & ne obstrueretur sibi os propter figuram, si interrogaretur de veritate, audacter concedit verè, non attendens modum loquendi sanctorum: aliud esse per veritatem: aliud per figuram: imò dicit verè quia non falsè. Nam & verè dicebatur dominus irasci, & esse in furore, quauis per figuram. Itè quia ecclesia sumpsit ad innuendum ibi veritatem substantiæ carnis Christi terminos commutationis, conuersionis, & transsubstantiationis: ipse ite ponit eosdem ad transuersum sensum: quia ista substantia fit illa, inquit: ut Ioannes fit episcopus: & petra Christus, non tamè petra de-

si est petra: nec fiebat Christus per naturam, quauis conuerteretur in illam substantiam per figuram. Sic nauigat nostris velis, explorans quem potest deprædare in terminis: & putares eum omnia dicere in reuerentiâ corporis Christi: quâdo simpliciter extollit naturam panis consueti. Idcirco sancti patres de hæreticis exclamauerunt, quod non sit in ore eorum veritas. Et Hieronymus in minori breuiario. Describatur (inquit) hæretici, non habent Christum veritatem in ore suo: quia nec in corde habent. Cor eorum vanum est. Verè enim insidiatur cor hæreticorum omnibus, quos decipit. Linguis suis dolose agebant, pietatem loquebantur, impietatem celabant, Christum loquuntur, & occultant Antichristum: sciunt enim, quod nemo possit induci, si proferat Antichristum. Lucè proferunt, ut celent tenebras: ut per lucem ducant ad tenebras. Hæc ille. A V T H O R. Vis scire quomodo Witcleff loquitur Christum, & occultat Antichristum? Reuertamur ad priora, & dicat quid sentit de descriptione sacramenti Eucharistiæ loco prædicto. Hic (inquit) breuiter inculco sententiam ex testimonio fidei scripturæ: & primo, quod hoc sacramentum sit corpus Christi in forma panis: & cum hæretici aduersantes dicant singuli, quod hoc sacramentum est accidens, siue nihil, & non potest esse corpus Christi, manifestum est, quod illi omnes sunt dolosi hæretici. Hæc Witcleff. A V T H. Quis crederet eum iam non sustinere partem fidelè, quando accipit ad probandum, quod omnibus Christianis est commune, scilicet, quod hoc sacramentum est corpus Christi in forma panis: & aduersantes huic esse hæreticos, dicentes scilicet illud accidens sine subiecto, siue nihil? Et hic loquitur Christum. Sed exprimamus eius intentum, scilicet, quod iste panis visibilis & coloratus est figuratiter corpus Christi in forma substantiali panis: & hic occultauit Antichristum. Sic item magister eius Berengarius sollicitauit se nimis in hac materia sensibilis signi panis, modicum de re corporis. Augustinus (inquit) de ciuitate Dei dicit sacramentum esse sacre rei signum: at contra eum Lanfrancus. Et nos sacramentum, de quo agimus, sacrum esse signum credimus, & credendum suademus. Quo signo præter speciem, quæ se oculis intueti ingerit, longè aliud, valdeque diuersum in cogitationem salubriter intelligentium venit. Hæc ille. A V T H O R. Non sic Berengariani, vel Witcleff: quia ipsi in hoc signo exteriori fixi stant: hoc ambo potissimum sacramentum existimant. Vnde Witcleff. De illo (inquit) albo primitus fiat sermo. Certè ecclesia de illo signo albo, vel rubeo, dicit esse vim minimam sacramenti

Hierony.

Witcleff.

Lanfran.

me osculo oris sui, hoc est, osculum mihi Christus infigat. Quare? Quia meliora vbera tua, super vinum, hoc est, meliores sensus, meliora sacramenta tua super vinum. Super illud vinum, quod & si suauitatem habet, gratiam tamen non habet: in illo lætitia secularis, in te autem iocunditas est spiritualis. Hæc ille. **A V T H O R.** Et hic habes sacramenta Christi meliora vino sensibili, quod habet gratiã lætitiæ secularis. Quæ sunt illa sacramenta meliora, nisi corpus, & sanguis Christi? Non ergo est sanguis Christi illud sensibile sacramentum vini: sed est sacramentum multo melius, in quo est iocunditas solummodo spiritualis. Et sic idcirco laudat Augustinus modum loquendi Punicorum, qui nihil aliud vocant sacramentum Eucharistiæ, nisi vitam. libro primo de baptismo paruulorũ capite. 25. dicens. Optime Punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud, quam salutem: & sacramentum corporis Christi in nihil aliud, quam vitam vocant. Vnde nisi ex antiqua & apostolica traditione? quia ecclesiæ Christi insitum tenent præter baptismum & mensæ dominicæ participationem non solum ad regnum Dei, sed nec ad salutem & vitam æternam posse quenquam hominum peruenire. Hoc enim & scriptura testatur. Nã quid aliud tenent, qui baptismum nomine salutis appellant, nisi quod dictum est: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis? Et quod Petrus ait: sic & nos simili forma baptisma saluos facit? Quid aliud etiam, qui sacramentum mensæ dominicæ vitam vocant, nisi quod dictum est, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: & panis, quem ego dederò, caro mea est pro seculi vita: & si non manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis? Hæc ille. **A V T H O R.** Ecce sacramentum corporis domini nihil aliud quam vitam: & verum sacramentum dominicæ mensæ laudabiliter nihil aliud nisi vitam vocant: & illam carnem viam & panem viuum, qui de cælo descendit: & hoc locutionis genus tam sanctum & verum reputat Augustinus, vt nisi ab apostolis, & antiqua patrũ traditione potuit euenire. Et ideo deinceps cum omni pietate christianorum cum loqui continget de hac hostia consecrata, & sacramento Eucharistiæ in verbis absolutis, & simplicibus, simpliciter intelligam Christi substantiam carnis: non formam panis sensibilis. Non tamen eam intendo simpliciter præcludere à ratione sacramenti: quia sine ea caro Christi non esset viaticum sacramentum. Vnde in libro sententiarum Prospero ponitur in decretis de consecratione distin. 2. Hoc

est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus: sacrificium ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, id est, sacramento, & re sacramenti, id est, corpore Christi: sicut Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine, cum ipse Christus verus sit Deus, & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem ecclesiæ sacrificium sacramento, & re sacramenti corpore Christi. Item caro eius est, quam forma panis operata in sacramento accipimus: & sanguis eius, quæ sub vini specie ac sapore potamus. Hæc ille. **A V T H O R.** Est igitur hoc venerabile sacrificium, quanuis Wicleff detestetur, hoc verbum verum Christi corpus in recto sub forma panis, quam connotat in obliquo. Nec superbiat Wicleff, sicut solet de exemplo illo Augustini: Sicut Christus est Deus & homo, sic sacramentum altaris corpus & panis: nec sicut ponit corpus figuratum, cogatur hoc exemplo ponere Christum nisi figuratum domini. Sed in istis ponamus & asseramus cum ecclesia Iesu Christi, venerabilem hostiam consecratam esse sacram Christi carnem, in sua natura sub sensibili panis forma: sicut dixit Augustinus supra, forma panis operata, non tali forma, qualem Wicleff sibi præsumunt: sed multo aptius illa, qualem psalmista designat, speciosum forma præ filiis hominum. Iam mentiat mendax Wicleff in omnem ecclesiasticum clerum, quod sacramentum Eucharistiæ sit accidens sine subiecto, siue nihil. Dico tibi ex parte gregis Christi, quod si venerabilis hostia consecrata, nec est accidens, neque nihil: sed est corpus Christi & sanguis in natura sua sub sensibili panis & vini forma. Aude hoc dicere in eodem sensu, & efficiaris in hac parte catholicus: quod quia pertinaciter negas, es proteruus hæreticus. Iam strepat Wicleff, iam singuliat: quia de signis ad res sacras accessimus: quia corporis Christi magnificamus substantiam: & paruipendimus, vel non attendimus panem suum. Ipse quantum potest rationibus, scripturis, attestacionibus doctorum extortis, & post illa maledictis, imputationibus falsis, mendacijs, iniurijs, quibus potest, aut non potest substantiam panis exaltat, corpus deprimat ad respectum. Quicquid arguit, quicquid scribit pro signo illo sacramentali, pro illo visibili exterius militat, vt scietis in posteris. Nos autem cum ecclesia Christi de re sacra & inuisibili sacramento contente carnis & sanguinis

Christi humili verbo, & simplici fide respondemus. Si autem contingat cum illo loqui de illo signo extrinseco, non fugiam eum: sed secundum quid, & secundum modificatum sensum concedam etiam illud ob honorem rei sacræ, quam continet, esse quodammodo sacramentum. Iam diximus tibi quidditatem hostiæ consecratæ: non est enim accidens, non est nihil: imò nec panis tuus est, qui corrumpi poterit, sed panis verus, caro vera, quæ de cælo descendit, forma tamen panis mysticè obuoluta. Quam vtique, formam quidem, quædoque speciem, figuram, similitudinem, characterem, patres ecclesiæ variè nominarunt: de illa forma, de illa specie scio cupide disputares. Dic iam quod cupis: egere toxicum. Scio quares, Nunquid est substantia, an accidens? vt sic possis concludere sacramentum altaris accidens sine subiecto, vel vt quosdam recitas, fasciculum accidentium, siue nihil. Fortè si dixerò hanc visibilem sacrificij speciem esse accidens, non deniarem: sed & tu ipse non negabis. Primò, quia ipse hoc dicis ca. 5. de Eucharistia, quod neutraliter sacramentum Eucharistiæ est accidens, sed non adiectiuè. Sic etiã omnis creatura est accidens Deo: ergo substantia panis per te, siue hostia consecrata, est accidens. Item omne subiectum est multa accidentia significatiuè, quanuis non identicè, vt tu dicis, libro de Apostasia. cap. 10. ergo substantia panis tui in hostia est accidens. Et quod non sit in subiecto, patet etiam per te, & principia Aristotelis in Predicamentis, cap. de substantia: quia cum sit substantia prima, neque in subiecto est, nec de subiecto dicitur. Ecce iam ex te ipso vincis, cum non coactè, sed spontè concedis, quod tot vocibus insonuisti, vociferasti, clamaui, inconueniens maximum, accidens scilicet sine subiecto, hostiam consecratam: quod scio nunquam audisti ab ore catholici: tu verò confirmas, tu comprobas, tu concedis. Itè accidens nihil est per te, nisi substantiam esse accidentatam, sed substantia panis, quæ est in hostia consecrata, per te est accidentata, & affecta qualitatibus saporis, coloris, ponderis, & figuræ: ergo est accidens. Item panis vt panis est, reduplicat in se formam artis, & est ab arte panis, non à natura: ergo est accidens. Sic dicit Aristoteles. 8. Metaphysica, quod substantia non est res artificialis. Si igitur panem esse est paneitas, panem esse est accidens, non substantia: sicut albedo est album esse. Vnde quando Wicleff baptizauit panem naturalem, in congruus Logicus efficitur, & Metaphysicus popularis: quia idem est dicere panem naturam

lem, sicut ecclesiam naturalem, vel tunicam naturalem, vel anulum naturalem. Quod si commentatorem autorem inducat ex secundo Cōcretum. de anima, quod in artificialibus nomen concretum significat primò materiam, & subiectum artis, secundariò autem formam: hoc dixit de concreto artificiali, vt de constitutione eius sit sermo. Quo contra dixit ipse quinto Metaphysicæ concorditer Auicennæ, Concretum huiusmodi significare primò formam, à posteriori materiam. Hoc cum distinctione eius inferimus. Iam autem de pane fit sermo hic, vt à corpore Christi aliquantè distinguitur. Vnde sicut anulus est aurum ex natura, non est anulus autem nisi ab arte, & sic dicit Parisiensis libro de fide & legibus, vbi agit de idolis, quod statua vt sic, cum sit artificiale negotium, est tantummodo accidens. Si ergo dæmon in eo esset pro arte, intellectus ille, & substantia esset in accidente. Hoc argumentum non valeret contra Mercurium, si esset dicere statuam naturalem. Item iuxta Logicam Augustini nullus homo potest facere naturam, homines tamen dicuntur facere panes. Vnde secundò de sermone Domini in monte Augustinus. Alio loco euidentius dicit ipse dominus. Aut facite arborem bonam, aut facite arborem malam. Quod si duas naturas istorum his duabus arboribus figuraret, non diceret, facite. Quis enim hominum potest facere naturam? Hæc ille. **A V T H O R.** Ita panis quidem est medullaris grani substantia à natura: panis autem ab artificis solertia, & labore, ex quo habet, vt sit figura vera, & expressa carnis Christi mysticè, quæ est vnitas electorum, secundum illud Apostoli, Vnus panis, & vnus corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Quem declarans in sermone quoddam secundæ partis sermonum, qui incipit, Hoc, Augustinus. quod videtis. Augustinus. Quare, inquit, in pane est? Nihil hic de nostro asseram, & ipsum Apostolum idètidem audiamus, cum de ipso sacramento loquens, ait, Vnus panis, vnus corpus multi sumus. Intelligite, & gaudete, vnitas, pietas, veritas, charitas, vnus panis, vnus corpus multi. Recolite enim quia panis non fit de vno grano, sed de multis. Quando exortizabamini, quasi molebamini. Quando baptizati estis, quasi conspersi estis. Estote, quod videtis, & accipite, quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit. Iam de calice quid intelligeremus etiam non dictum satis ostendit. Sicut enim vt sit species visibilis panis multa grana in vnum consperguntur, tanquam illud fiat, quod

quod de fidelibus ait scriptura, Erat illis anima una, & cor unum in Deum. Sic & de vino fratres recolite. Ut sit vinum, grana multa pendent ad botrum, sed liquor granorum in unitate transfunditur. Hæc ille. AVTHOR. Ex artis ergo industria habet panis figuram sacramentalem corporis mystici. Eat nunc Witcleff, & rideat nos velle dominum pauisse quinque milia de quinque accidentibus, vel huiusmodi, dum modo fabricet nobis per suam philosophiam ecclesias naturales. Multo sanius dominus Lincolniensis, Hugo, Anselmus, & alij patres ecclesie vocabant panem materialem secundum materiam arti subiectam, quæ utique est res naturalis, sed rem humanæ artis, ut huiusmodi non poterit dicere naturalem. Augustinus hic supra dixit, eam speciem visibilis panis alias formam panis. Vnde his visis concinuit Witcleff ponere suam hostiam consecratam, illam scilicet speciem visibilis panis, esse accidens sine subiecto.

Quod corpus Christi secundum substantiam est sacramentum, & res: compago gratiæ membrorum est res, & non sacramentum, sed hanc nescit Witcleff ibi signare.

CAP. XXII.

S V M M A.

- 1 Altaris in Sacramento sicut et in sacramentis ceteris, quod tria soleant ponderari. Et quæ sint. Et ibi plura de Eucharistia contra Witcleff.
- 2 Sacramentum quod principaliter designet unitatem fidelium in corpore Christi secundum Apostolum.
- 3 Christi membrorum compago gratiæ, quod sit res principalior sacramentaliter figurata etc.
- 4 Sacramentum, quod frequenter pro nudo signo sacramenti accipiatur, maxime pro ipsa re sacramenti, ut est ibi signata.

Notate item, quod sicut in ceteris sacramentis, ita in Sacramento altaris tria solent ponderari: sacramentum tantum, sacramentum, & res, res & non sacramentum. Sacramentum tantum est extrinsecum, quod ipse nominat panem. Sacramentum, & res, corpus Christi in sua substantia ibi relatum, & san-

guis eius in natura sub specie vini. Res & non sacramentum, nec ibi contenta est corpus Christi mysticum. Esset autem ibi contenta, sicut & corpus Christi verum, si figura sufficeret: quia ibi habet figuram binam, scilicet speciem panis, & carnem Christi: & caro Christi, nisi simpla. Item corpus Christi est ibi in figura, & ideo sacramentum: & est ibi verè, quantum non in substantia: & ideo simul res & sacramentum per te: sed utroque modo est ibi in Sacramento caro Christi mystica, vel gratia unionis, ergo illa est ita sacramentum, aut multiplicius, quam caro Christi vera. Et huic nondum satisfecit Witcleff: quia dum distinctionem istam consuetam ecclesie recitaret in eodem loco Trilogi, cum veniret ad tertium, quod est res, & non sacramentum, scilicet gratiam unionis Christi cum plebe fideliter comedente, subiunxit, *Que*, inquit, per hoc sensibile sacramentum accessorie efficaciter designatur. Sed non verius esse habet ibi caro Christi, quæ est sursum secundum ipsum, nisi significatiue, & figurative, ergo hæc est res æquæ & sacramentum, sicut caro Christi sursum, ut figuratur in pane sensibili. Et hic strangulantur hæretici, nescientes assignare rem, & non sacramentum. Quod si faciant vim in suo termino magistrali, accessorium, non potest ibi sumi, ut Iuriste accipiunt, distinguendo accessorium contra principale, quia principaliter queritur in Sacramento altaris, gratia unionis cum Christo, quam caro Christi in sua natura. Tamè quia est finis sacramenti: iam finis est potior ijs, quæ sunt ad finem. Item est fructus sacramenti per te conformari Christo in moribus: fructus autem est optimum, quod expeccatur in arbore. Item caro Christi naturalis est eius figura, ut in Sacramento figuratum autem semper potius est figura in bonis. Vnde super Psal. 17. versu, Inclina aurem tuam in verba oris mei, inquit Augustinus, Proculdubio quippe sicut in bonis rebus multo amplius bonum est in eo, quod per figuram signatur, quam in ipsa figurata: & in malis longè utique peiora sunt, quæ significantur figuris, cum tanta mala sint etiã significantes figuræ. Hæc ille. AVTHOR. Apostolus ite. 1. ad Corint. volens exprimere principalitatem Eucharistie, ordinat Christi carnis, & sanguinis substantiam in Sacramento in corpore eius mystico, tanquam per se finem. Panis, inquiens, quem frangimus, non est participatio corporis domini est: Et subiungit ut causam. Quoniam vnus panis, & vnus corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane, & vno calice participamus, interm, ut cum comparatur ad inuicem, hæc mædudatio vltima est spiritualis, secunda illa carnis Christi sine ista carnalis, id

Augustin.

alis, id est, animalis. Vnde Anselmus in lib. de sacramen. alta. cap. 11. Cum ergo, inquit, sic se habeat res sacramenti, res sicut sunt, debemus æstimare: spiritualia, spiritualiter pensare. Et cum de altari sumimus carnem Iesu, curemus sollicitè, ne cogitatione remaneamus in carne, & à spiritu non viuificemur. Veh si non viuificemur à spiritu, caro enim nobis non prodest quicquam. Nam si cogitatione remaneamus in carne Saluatoris, non solum non viuificamur à spiritu, sed nec intelligere possumus quomodo caro hominis Christi ab homine posset manducari, nisi sicut intellexerunt illi duro corde, quibus durus visus est sermo Christi, & abierunt retrò. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quam planè comestio carnis Christi substantialis in Sacramento, sine viuificatione gratiæ eius per spiritum, quæ est res spiritualis eius dem, nihil prodest fumentibus. Et hoc est, quod Christus dixit in Euangelio Ioannis. Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quicquam, supple, sine spiritu. Vnde in sermone, qui est in secunda parte sermonum de Pascha, & incipit, Hoc, quod videtis, Augustinus ait, Ista fratres ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spirituale. Corpus ergo Christi, & membra si vis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelibus. Vos autem estis corpus Christi, & membra. Si ergo vos estis corpus Christi, & membra, mysterium vestrum in mensa domini positum est. Mysterium vestrum accepistis ad illud, quod estis. Amen respondetis, & respondendo subscribitis. Audis enim corpus Christi, & respondes, Amen. Est o membrum corpus Christi, ut verum sit, quod dicis, Amen. Hæc ille. AVTHOR. Ecce dicit mysterium nostrum in mensa domini positum, id est, sacramentum, & mysterium nostrum accipimus, id est, rem eius, quod & sumus, id est, corpus eius, ita, quod sacramentum principaliter designat unitatem fidelium in corpore Christi, secundum Apostolum. Quam inducit, & in fine sermonis subiungit idem Augustinus. Ita dominus Christus nos significauit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis, & unitatis nostræ in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet viriculum pacis, non mysterium accipit propter se, sed testimonium contra se. Hæc ille. AVTHOR. Et quasi eadem rem habet in verbis, sermone de infantibus. Vide ergo, quod Christus nos significauit, qui corpus eius mysticum sumus, nos ad se pertinere voluit, & mysterium no-

Augustin.

Augustin.

stræ unitatis in sua mensa consecrauit, id est, in Sacramento altaris. Ergo quicquid ibi sacramentum est, quicquid à Christo domino consecratum, totum est, ut sit sacramentum catholici corporis Christi. Vnde. 10. libro de ciuitate Dei. cap. 6. Augustinus. Proinde, inquit, vnus Augustin. sacrificium est omne opus, quod agitur, ut sancta societate in hæreamus Deo, & bene, ut infra. Profectò efficitur, ut tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, congregatio, societasque sanctorum vniuersale sacrificium offeratur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tantum capitis corpus essemus secundum formam serui. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Sequitur. Hoc est sacrificium Christianorum: multi enim vnus corpus in Christo, quod in Sacramento altaris fidelibus voto frequentat ecclesia, vbi ei demonstratur quod in ea oblatione, quam offert, ipsa offeratur. Merito illi in cælestibus sedibus constituti immortales, & beati, qui creatoris sui participatione congaudent, cuius æternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere sancti sunt: quoniam nos mortales, & miseros, ut immortales, beati que simus misericorditer diligunt. Nolunt nos sacrificari sibi, sed ei, cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse noverunt. Hæc ille. AVTHOR. Vide quod hoc est verum sacrificium Christianorum etiam in ipso Sacramento altaris multos esse vnus corpus in Christo: nec tantum nos, scilicet mortales, sed & beatos. Et sic non est caro Christi mystica ibi res accessoria saltem non principaliter figurata. Et ratio item euidens ad hoc est: quia corpus Christi ibi in natura est res, & sacramentum, sed non est sacramentum, id est, signum sui ipsius, formaliter loquendo, neque item panis vel signi ad extra visibilis: quia tunc essent reciproce sibi inuicem signa: & corpus Christi non haberet ibi prærogatiuam in ductu circuli: ergo est sacramentum totius corporis Christi mystici, cuius Christus est caput. Et sic vnio illa gratiosa, quæ & compago membrorum Christi, est res principalior ibi sacramentaliter figurata, ita ut cætera ipsi subseruiat pro modulo sacramenti: ita ut Christus dixerit in euangelio, Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Quasi designans summptionem suæ carnis non esse salubrem, nisi per hanc sumens, pertingat ad circuminfectionem sui corporis mysticam. Vnde super illum textum Homi. 25. super Ioan. Augustinus. Hoc est Augustin. ergo,

ergo, inquit, illā manducare escā, & illū bibere potū, in illo manere, & illū manentem in se habere. Ac per hoc, qui nō manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem: etiam si tantæ rei sacramentū ad iudiciū sibi manducat, & bibit. Hæc ille. **A V T H O R.** Quid autem est tantæ rei sacramentum, quod sibi ad iudicium indignè sumens manducat? Non te abducat Wicleff ad panem materiam, quem item vnus impunè manducat, nec ad eius formam quamlibet, sed ad corpus domini puram substantiam: de qua dicit Apostolus, Quicumq; manducauerit panem, vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Subdens. Quia non dijudicat corpus domini. Propter quod multi imbecilles, & infirmi, & dormiunt multi. Et in ea

Augustin.

dem Homilia paulò antè Augustinus. Huius rei sacramentum, id est, vnitatis corporis, & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur, quibusdā ad vitam, quibusdā ad exitium, quicumq; eius particeps fuerit. Hæc ille. **A V T H.** Sic igitur res principaliter figurata per hostiam cōsecratam est corpus ecclesiæ, cuius caput est Christus, & cuius Christi caro, nō vt est in celo, sed vt in sacramento, est figura præcipua, secundum illud Apostoli. Vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus, id est, in vno pane, & in vno corpore figuramur. Et sup Ioan.

Augusti.

Homil. 26. Augustinus. Nō potest, inquit, viuere corpus Christi, nisi de spiritu Christi. Inde est, qd exponēs nobis Apostolus Paulus hunc panē. Vnus panis, inquit, vnū corpus multi sumus. O sacramentū pietatis, o signū vnitatis, o vinculū charitatis, qui vult viuere, habet vbi viuat. Accedat, credat, viuat in dño, Deo incorporetur, vt viuificetur. Non abhorreat à compage mēbrorū, nō sit putre mēbrū, quod refecari mereatur: nō sit distortū, de quo erubescatur: sit pulchrū, sit aptū, sit sanū, hæreat corpori, viuat Deo de Deo. Hæc ille. **A V T H.** Ecce sacramentū corporis Christi in panis sacramēto. Cū ergo multitudo mēbrorū Christi est res principaliter figurata in venerabili sacramēto, tā per formā panis, q̄ per substantiā corporis Christi, vt ibi est: quō non erit hoc corpus verissimè idē sacramentū secundum habitudinē geminā, si idē corpus Christi est idē sacramētū, quia scdm̄ habitudinē tātū vnā? Nā pro veritate antecedētis militat tota fides ecclesiæ: sicut etiā habet in lib. de sacramēto al

taris. ca. 10. venerāndus Anselmus. Eadē, inquit, Anselmus. similitudinis ratione idē corpus Christi, quod de terra sumptū est, & sacramentū eius visibilis illa species panis, sacramēta sunt alterius eiusdā corporis Christi, quod est ecclesia, cuius caput est Christus. Quod em̄ est in corpore diuersitas mēbrorū, hoc est in ecclesia diuersitas gratiarū, illarūq; rerū istā diuersitatē charitas redigit in vnitatē. Sequitur. Rursūq; cōsidera species illas, in quibus voluit dñs corpus, & sanguinē suū cōmēdare. In eis em̄ rebus, quæ ad vnū aliquid redigūtur: nāq; panis ex multis granis vnū efficitur. Vinū autē ex multis acinis in vnū cōfluit. Hæc ille. **A V T H.** Ecce, qd nō solum vtrāq; species, scilicet visibilis panis, & inuisibilis carnis sunt sacramēta, sed eiusdē rationis, & analogæ similitudinis sacramēta corporis mystici Iesu Christi. Cur ergo propter figurā suā duplicē non est corpus hoc mysticū sacramentū, & hostia cōsecrata, sicut caro Christi propter vnā? Huic respōdeant omnes Wicleuiste, huic dicant: vt cogētur reficere, vel negare suā similitudinē, vel dicere panē suum trifarium sacramentū æquiuocum. Ad instantes autem quæstiones eius de descriptione sacramenti, volentes conuertere calamum, primò præstat æquiuocationem aperire vocabuli, sub qua iste se tegit, dum illud ecclesiæ. Sic item secundum rectos logicos definitionis artem, diuisionis artificium antecedit.

4 Accipitur enim frequenter sacramentum pro nudo signo sacramenti, sed maximè pro ipsa re sacramēti, vt est ibi signata: & sicut sunt rationes dispares, ita sunt dispariter, & æquiuocè sacramenta.

Sacramentum.

¶ Quod corpus Christi est Eucharistiæ sacramentum, secundum propriam substantiam.

C A P V T. XXIII.

S V M M A.

- 1 Corpus Christi quod sit Eucharistiæ sacramentum secundum propriam substantiam, & non figuratiuè, contra Wicleff.
- 2 Paschasti dictum de corpore Christi super illud Matth. Coenantibus autem eis &c.
- 3 Eusebij Emisēni dictum de corpore Christi recensetur.
- 4 Augustinus, & Rabanus quid de corpore Christi dicant.

Quantum



V Wicleff.

Quantum res postulat, attentabimus auxilio Saluatoris, cuius corpus habemus præmanibus, tractare principale secundum, conuertibile cum duobus, scilicet de corpore Christi præsentē sacris altaribus secundum suam substantiam, ac naturam, quod Wicleff horret audire, vocans fideles sic dicentes detestandos idololatrias. 4. ter damnati Trialogi. cap. 8. Si, inquit, panis sit factus identicè corpus Christi, & illud corpus est realiter ipse Christus: ergo ille panis est factus realiter Christus Deus. Sed quæ idololatria foret amplius detestanda? Sic enim haberet quælibet ecclesia dominum Deum suum, qui reciperet prædicationes abominabiles. Hæc ille. **A V T H.** Quauis hæc dixerit arguendo contra identificationem panis cum corpore Christi, quā magister eius sustinuit, quem allegat author de officijs, & Ioanne Parisiensi, tamen quia habet pro inconuenienti maximo, quod ibi cōcludit, scilicet, qd panis sit factus realiter corpus Christi, quod est realiter ipse Christus, id circo sequemur, attendentes item prædicationem logicam, quam sibi constituit, scilicet, qd essentialiter, vel formaliter nō est corpus Christi in sacramento, sed habitualiter figuratiuè. Vnde de Eucharistia, cap. 1. Theologus dicit, quod panis est corpus Christi, & vinum eius sanguis: quod oportet figuratiuè intelligi, signo supponente pro signato. Si autē doctores signorum intelligant prædicationem secundum essentiam, vel non figuratiuam, sed formalem, est error in ianuis. Hæc Wicleff. Et istam trinā prædicationem detegit in Trialogo, cap. 74. & in de sermone domini in mōte. cap. 43. **A V T H O R.** Ecclesia Iesu Christi horrendam blasphemiam, quam iam audiuit, cum indignatione repellit, repetens semper verbū Imperatoris maiestatis sponsi sui spōdentis, & iubentis hoc esse corpus suum: Hoc est, inquit, corpus meum. Surge miser, & rudis hæretice, tolle micæ figuratum prædicationum tuarum, quæ tibi sunt suauēs. Nos non audiuius Christum dicere, Hoc est corpus meum. & hoc facite in meam commemorationem. O horrendissime, & abominanda prædicatione in corpore innocentis, in carne agni immaculati, & sanguine lateris virginallis, in ferculo sacramenti. Nunquam sapiat mihi cibus vt iste, ita, vt gustem illum vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus solutionē omnis

carnalis compaginis, & substantiæ medullaris. Cur nō clamem? cur nō vociferer? Mirum & vltra omnia mira mirū, quod nunquā possit ascendere in cor quantūcūq; blasphemus, qd si haberemus verū Christi corpus in sacramento Eucharistiæ secundum essentiam, & naturam, hæc hostia sacra, & præcella honestate refulgens, reciperet prædicationes abominabiles, & esset error in ianuis. Accedat contra istos fictos, & figuratiuos procurator ecclesiæ Christi Paschastius: pronuntiet veritatem ex decreto sanctorum, & sermonibus Iesu Christi, in expositione verborū illorum Matth. Coenantibus autem eis, accepit Iesus panē, benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, dicens, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Audiunt, inquit, qui volūt extenuare hoc verbū corporis, qd non sit vera caro Christi, quæ nūc in sacramento celebratur in ecclesia Christi, neq; verus sanguis eius: nescio quid volētes plaudere, aut fingere, quasi quædā virtus sit carnis & sanguinis in eo ad modū sacramēto, vt dominus mentiatur, & nō sit vera caro eius, neq; verus sanguis, in quibus vera mors Christi annuntiat, cum ipsa veritas dicat, Hoc est corpus meū. Similiter & de calice, Bibite ex hoc omnes, Hic est sanguis meus noui testamēti, non qualiscūq; sed qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorū. Hæc itaq; dixit, cū fregit, & dedit eis panē. Nō hæc est vel in hoc mysterio est quædā virtus, vel figura corporis mei, sed ait non fictè, Hoc est corpus meū. Et idē hoc est, quod dixi, non quod quisque fingit. Vbi Lucas addidit, Quod pro vobis traditur, sicut alij codices habent, datur. Sed & Ioānes ex persona domini, Panis, inquit, quæ ego dabo, caro mea est, nō alia, quàm pro mundi vita. Ac deinde. Qui manducat carnem meā, & bibit sanguinem meū, in me manet, & ego in illo. Vnde miror, quid volūt nunc quidam dicere, non in re esse veritatem carnis Christi, vel sanguinis: sed in sacramento virtutē quandā carnis, & nō carnē: virtutē fortè sanguinis, & nō sanguinē: figurā, & non virtutē: vmbra, & non corpus, cum hic species accipit veritatē, & figura veterū hostiarū corpus. Vnū veritas ait, cū porrigeret discipulis panē, Hoc est corpus meū, & nō aliud, q̄ pro vobis tradetur. Et cū calicē, Hic est calix noui testamēti, qd pro vobis effundet in remissionē peccatorū. Necdū itaq; erat fusus, & tamē ipse porrigitur in calice sanguis, qui effundēdus erat. Erat quidē iam in calice, qui adhuc tñ fundendus erat in pretiū. Et idē idē, ipseq; sanguis iam erat in calice, & qui in corpore, sicut & caro, vel

Paschastius.

corpus in pane. Erat autem integer Christus, & corpus Christi corā oculis omnium positum: necnō & sanguis in corpore: sicut adhuc hodie integerrimum est & manet: qui verē datur eis ad comedendū, & ad bibendū in remissionē peccatorū. Dicit si vult si in aliquo loco remissio est peccatorū, quā in Christo. Hæc ille. A V T H O R. Sic dicit Witcleff cap. 8 de Eucharistia in fine. Super nos (inquit) non iacet difficultas ista, quia corpus Christi est in sacramento panis, aut virtus: & non corpus Christi quod in cælo extenditur. Et declarat. 45. de sermone domini in mōte. Sicut rex est potentialiter aut virtualiter in omni parte regni: sic corpus in omni parte hostiæ consecrata. Hæc infero, vt pateat, quomodo cōueniat illis hæreticis per omnia, quos Paschasius reprobaui: intendens semper contra eos obijcere verba Christi, quæ non de figura corporis, sed natura loquuntur: quia illud idem corpus est, quod pro vobis tradetur, & idem sanguis, qui fundetur. Ita indubitanter illud sacramentum dominici corporis, quod pro nobis mittebatur in ligno, illud idem & solū idem secundū substantiam mihi porrigitur in panis signo: & tamen panis est hic & ibi. Sed de quo dixerunt Iudæi: Mittamus lignum in panem eius. Super quo in commētario, lib. 3. in fine, Hieronymus. Dixerūt (inquit) Mittamus lignū in panē eius, crucē videlicet in corpus saluatoris. Ipse est, qui ait. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Sequitur. E contrario iuxta assumptum corporis sacramentum loquitur filius ad patrem. Hæc ille. A V T H O R. Hoc corpus sacramentum non est panis Witcleff, cuius substantiam mures, & ratones (vt ipse dicit) prudenter agnoscunt: quā ipse dicit figuratiter corpus christi, quæ citō post futura est naturaliter caro ratonis. Ego non recolo figuram sine corpore pro me fuisse traditam, nec figurālē sanguinē, sed naturalē pro me effusum in cruce, ne Saracenis consentiam dicentibus Christū nō crucifixū in sua substantia, sed aliena: quia sicut dicunt abominabile esse, credere tātūm prophētā sustinuisse tam detestabile genus mortis, sic dicit Witcleff abominabile, q̄ Christus frangeretur, & laniaretur, cum à fidelibus manducatur. Vt autem Paschasio non imputetur, q̄ ista dixerit de sensu suo nouello: ascēdamus ad senatum patrum, quorū vnus Eusebius † Emisenus, cuius p̄cellas laudes intonat Hieronymus de illustribus viris, & memoria huius dicti sui in decretis habetur per celebres de sermone corporis & sanguinis Christi, qui incipit: Magnitudo

cælestiū. vbi, Merito, inquit, cælestis confirmat autoritas: quia caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author est muneris, ipse testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbi sui secreta potestate conuertit, ita dicens. Accipite, & edite. Hoc est em̄ corpus meū. & sanctificatione repetita, Accipite, & bibite: hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutum præcipiētis domini repēte ex nihilo subsisterunt excelsa cælorum, profunda fluctuū, vasta terrarū, pari potētia in spiritualibus sacramētis verbi p̄cipit virtus, & rei seruit effectus. Hæc ille. A V T H. Ecce fideles antiquus pater Eusebius planē cōfirmat Paschasium, dicens, q̄ inuisibilis sacerdos Christus, visibiles creaturas panis & vini in substantia corporis & sanguinis sui, verbi sui secreta potestate cōuertit, ita dicens, Accipite, & edite, Hoc est corpus meū, & Hic est sanguis meus. Quō iā auertet Witcleff aspectū, qui negat cōverti panem in corpus Christi secundū essentia vel substantia, sed solū secundū figurā? Eusebius dicit substantia corporis, nō figurā: quia veritas corporis ibi est, non illa vaga, & analogā Witcleff, sed certa veritas determinatē infra genus, quā secundū locutionē scripturæ doctores dicūt figurē opposita: alioquin veritas Christi nō esset, si nō verū corp⁹ isto modo fecisset. Idcirco in sermone de corpore & sanguine dñi, qui incipit, Interim dū à dño. Augusti. Interim † (inquit) dū à dño peregrinamur in hoc mūdo, corpore, & sanguine eius in via pascimur: sicut apostolis suis hoc mysterium in cœna vltima ante mortem suam tradidit: & nobis sequētibus frequentandum per eos mādauit. Adhibenda est ergo fides dominici verbi, quibus dicit, Caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est potus. & bene infra. His itaq; & aliis si plures sunt significationibus conseruatis, conseruetur etiam fides, quā dñi corpus ipsum verū non qualitatiuē, sed substantialiter creditur: vt ipsa veritas omnino verum testatur, nostra fallacia falsum aut imaginarium esse non opinetur. Hæc ille. A V T H O R. O inundans spiritus sancti gratia, quæ sic superueniēs, Augustinū implet, vt tā breui sentētia, tā penes fidē, q̄ logicā sacramenti simul ex omni parte victoriosē confutaret hæreticū. Conseruetur (inquit) fides, quā domini corpus ipsum verū, nō qualitatiuē, sed substantialiter creditur. At tēde quid abnegat, p̄spice quid affirmat. Corp⁹ Christi, q̄ in mysterio in cœna tradidit, & nobis

Hieronymus.

Witcleff.

Ratonem murem maorē vocat.

Eusebius.

Rabanus.

Augustinus.

bis frequentandum mandauit, corpus eius esse substantialiter, affirmat: nō disputemus amplius, hoc Witcleff negat in terminis. Ibi finē cōtrouersia fumus adepti. Et iterū corpus ipsum nō qualitatiuē. Intellige qualitatem, pro determinato genere prædicamenti: & tūc negat Augustinus in sacramento figuram tuam in corpore domini si sit quarta species qualitatis. Intellige qualitatem transcendēt pro toto æquiuioco accidentis, sicut plærūq; apud sacros scriptores accipitur: & tunc negatur figuralis respectus vltimi generis, & omnis generis accidentis vsq; ad substantiam exclusiue: non scilicet, q̄ nullum accidens absolutū, vel respectiū inquit corpori Christi ibi: sed q̄ nullum sit ibi corpus Christi essentialiter, vel modaliter. sic enim dicit. Corpus ipsum non qualitatiuē, sed substantialiter creditur. Subdit causam. Vt quod ipsa veritas omnino verum esse testatur, nostra fallacia falsum, aut imaginarium esse non opinetur. Et quid est respectus tuus figuralis, nisi imaginarium, insensibile, vix intelligibile? quia vix alicuius essentia: & si alicuius, inter minimas essentias minima. Ergo nō est omnino verum corpus, quod veritas ipsa testabatur esse verum, si sit de tam alta profapia suæ carnis auulsum, & ad figuram tantillæ habitudinis diminutum. Hoc antiquorum sanctorū omnium fuit doctrina cōmunis, hoc autē transfundebāt in postereros. Sic enim intellexit Rabanus præuos patres suos, dicens carnem Christi nihil aliud, q̄ carnem ibi, non panem putribilem, non respectum tropicum, in libro de corpore & sanguine domini cap. 24. dicens. Igitur in pane ideo celebratur, quia Christus est panis, qui de cælo descendit. Sed sicut longē aliud ab illo pane intelligitur: ita longē aliud caro à mortali nostra carne discernitur. Sequitur. Atque ideo nec mirum, si caro Christi panis dicitur, dum & caro sub specie panis visibili nihil aliud q̄ caro porrigitur. Sed caro, quia in eadem carne passus in veritate creditur. Panis verò, quia granum frumenticadens in terrā: & vos ex ipso nihil aliud q̄ frumentum per fidem genuit. Vnde per hoc seipsum suis mēbris ex se natis vitā præbuit: & præstādo nihil nobis aliud q̄ panis æternus fuit. Hæc ille. A V T H O R. Hic in vno cœtu sermonis verissimi congregata sunt tria vestra principia de fide sacramenti. Hic habes corpus Christi secundū se sine admixtione aliena. Nihil aliud (inquit) q̄ caro porrigitur, in qua passus in veritate creditur. Hic habes panis desinentem substantia: & panem Christi, qui de cælo descendit: qui longē

aliud à visibili pane ibi est: de nouo presentē: qui vitam præstādo nihil nobis aliud, q̄ panis æternus fuit. Et habes item tertio accidentiū panis remanentiā: Caro (inquit) sub specie panis visibili. Vbi ergo dabis mihi accidentiū illorū subiectū, datis primis duobus? Ecce hoc sacramentum est caro Christi pura: hoc sacramētum non est panis materialis, nec quisquā superest ibi. Vbi ergo nidificabunt accidentia tua charissima? Tu ipse dicis, sensus nō potest capere, quod hoc sit corpus Christi secundū substantiam, nisi definat esse panis secundū substantiam. Sancti patres omnes concedunt hoc venerabile sacramentum esse carnē Christi secundū suam substantiā propriā, in qua verē est passus: ergo per te, contra te, exclusa substantia tui panis: vbi accidentia patula si nō in se subsistant, petent hospitium?

Quod hostia cōsecrata est Corpus Christi secundū naturam corporis Christo vniti.

CAP. XXIIII.

S V M M A.

- 1 Hostia consecrata quod sit corpus Christi secundū naturam corporis Christo vniti, contra Witcleff probatur.
- 2 Gradus tres participationis Eucharistiæ esse ostēditur.
- 3 Christi naturalē carnem, non figurālē, substantialem, non tropicā, nos accipere, dum suscipimus sacramentum, quomodo sanctorum auctoritatibus probetur.
- 4 Sacramentum unctionis quando signatum à Christo.



Stendimus in his prædictis, corpus Christi esse venerabilem hostiam in altari fidelium, & in prædicatione secundū essentiam, quia secundū substantiam carnis suæ in actu primo, qui est esse. Monstremus item hoc idē ab eius actu secundo, qui est operari secundū naturā. Omne enim agens secundū naturā tunc creditur efficax, cum assimilat sibi passum suū: non quidē secundū accidēs reincidentem, sed secundū naturā. Quod si verū est, caro Christi est secundū naturā, quā fumimus, quia

quia per illam conformamur, & concorporamur Christo, non tantum per gratiam, sed etiam naturam. Hoc quantum valet, Wicleff fugit, detestans dicere simpliciter sanctum sacramentum esse corpus Christi secundum naturam, sed solum secundum figuram. Vnde de simonia, cap. 20. Corpus, inquit, panis, seruando panis substantiam est miraculose factum, cum hoc corpus domini, non audeo dicere identice secundum substantiam, vel naturam, sed tropice secundum significantiam, vel figuram.

V Wicleff.

1 Hæc Wicleff. A V T H O R. Accedamus sergo videre, si fidelis, quando credit se percipere corpus Christi, percipit solum tropum, vel figuram, aliquid peius musca, quæ (vt ferunt) est Lollardorum communio. Nos autem catholici credimus corpus Christi percipere per naturam, & hoc probamus. Arduum est, quod spondeo, sed ad probationem eius sancti patres accedant præcursores longi temporis iam instantis ecclesiæ. Vnde super euangelium Ioannis Morali. 42. Chrysostramus. Necessarium est, inquit, dicere miraculum mysteriorum, quid est, & propter quid datum, & quæ utilitas rei. Vnum corpus sumus, & membra, vt de carne eius, & ossibus eius. Qui autem edocti sunt, al sequatur ea, quæ dicuntur. Vt igitur non solum secundum amorem hæc fiamus, sed & secundum ipsam rem, in illam remisceamur carnem: per cibum hoc fit, quem largitus est, volens nobis ostendere amorem, quem habet erga nos: propter eam remisit seipsum nobis, & recommassauit corpus suum in nos, vt vnum quid fiamus: sicut corpus capiti copulatur. Eorum enim, qui valde diligunt, est hoc signum. Hæc ille. A V T H O R. Ecce propter hoc institutum est mysterium sacræ Eucharistiæ, vt vnum corpus simus cum Christo, non solum secundum amorem, sed secundum ipsam rem, multo magis non secundum figuram tantum, sicut & erant Iudæi viuentes sub timore. Qui tamen figuram etiam (vt Wicleff dicit) multo meliorem, quam nos, scilicet, agni Paschalis absumpserant. Et fideles Christi penè in omnibus ritibus sacramentorum, & sacramentalium vnionem amoris recolunt cum Christo, sed in perceptione Eucharistiæ non solum amore, sed ipsa re naturæ Christo coniungimur. Et proprie secundum Chrysostromum remisit seipsum nobis in sacro cibo, & recommassauit corpus suum in nos. Quis vnquam talia dixit de nuda figura corporis? Hanc dictionem consequens san-

Ambrosius.

ctus pater Ambrosius lib. 6. de sacramentis, comparisonem insinuat consubstantialitatis naturæ patris ad filium, dicens, Sicut verus est

Dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris. Ita verò caro, sicut ipse dixit, quam accepimus, & eius sanguis est verè potus. Sequitur. Similitudinem quidem accipis sacramentum, sed veræ naturæ, virtutemque consequeris. Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cælo descendi. Et infra. Et tu, qui accipis carnem diuinæ eius substantiæ, in illo participaris alimento. Hæc ille. A V T H O R.

Gradus tres.

2 Recole tres gradus esse participationis Eucharistiæ. In primo est figura, quam tu laudas. Et qui figuram acceperant, non omnes diuinæ substantiæ participes facti dicti sunt, sicut tota multitudo comellantium manna in deserto, & agnum in Pascha. Ascenditur enim ad eos, qui bona fide, & dilectione comederant, sicut multi illorum pie credentes in eum, qui venturus erat in carne: & quidem multi fideles nouæ legis, qui nec ore corporis comederunt, sed cordis amore. Propter hoc, quod dictum est, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam manentem in vobis. Et adhuc secundum Chrysostromum, & Ambrosium restat gradus tertius, sub quo sumitur, vt incorporet sibi sumentem, non solum secundum amorem in eum, sed secundum rem concorporationis, & consubstantialitatis naturalis. Et quantum iam putas figuram tuam superauimus? Certè si filius Dei Christus sit consubstantialis Deo patri, secundum naturam, & non tantum per gratiam, ne incidas dogma Arianum: ita non per figuram tantum, sed per naturam propriæ carnis Christum comedit Christianus, secundum Ambrosium: ita, inquit, vera caro, quam accepimus, & verus sanguis. Item lib. 8. de Trinitate, citò post principium Hilarius. Eos tunc, qui inter patrem, &

Hilarius.

3 filium voluntatis ingerunt vnitatem interrogo, Vtrum ne per naturam veritatem hodie Christus in nobis sit, an per concordiam voluntatis? Si enim verè verbum caro factum est, & verè nos verbum carnem cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostræ iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit? Homo ille, qui ex Maria virgine naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit. Sequitur. Si verè igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & verè homo ille, qui ex Maria virgine natus fuit, Christus est, nosque verè sub mysterio carnem corporis sumimus, & per hoc vnuerimus: pater, qui in eo est, & ille in nobis: quomodo voluntatis vnitatis

vinitas asseritur, cum naturalis per sacramentum proprietates perfectæ sit sacramentum vnitatis? Non est autem humano seculi sensu in Dei rebus loquendum, neque per violentiam, atque impudentem prædicationem caelestium dictorum sanitati alienæ, atque impiæ intelligentiæ extorquenda perueritas est. De naturali enim in nobis Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo dicimus, stultè, atque impie dicimus. Ipse enim ait, Caro enim mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis, & sanguinis non relictus est ambigendi locus. Nunc enim & ipsius domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est. Et hæc accepta, atque exhausta, id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. An ne hoc veritas non est? Contingat planè ijs verum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quod autem in eo per sacramentum comunicata carnis, & sanguinis sumus, ipse testatur, dicens, Et hic mundus me iam non videt, vos autem me videbitis: quoniam ego viuus, vos viuētis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum vnitatem intelligi vellet, cur gradum quem exposuit? nisi vt cum ille in patre per naturam diuinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem: & ille rursum in nobis per sacramentorum ineffe mysterium crederetur, ac sic perfecta per mediatorè vnitatis doceretur. Sequitur. Quod autem naturalis in nobis hæc vnitatis sit, ipse ita testatus est. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumperit. Perfectæ autem huius vnitatis sacramentum superius iam docuerat, dicens, Sicut misit me viuens pater, & ego viuus propter patrem. Et qui manducauerit meam carnem, & ipse viuēt per me. Viuit ergo per patrem, & quomodo per patrem viuūt, eodem nos per carnem eius. A V T H O R. Et quid est occultum hic, quod non reueletur? quid mihi peperci, quod minus annuntiare vobis omnia? Planè probat Hilarius carnem Christi naturalem, non figuralem, substantialem, non tropicam nos accipere, dum suscipimus sacramentum. Nunquid hic loquitur de pane, & vino? sed nec Chrysostromus supra, nec Ambrosius, nisi mo-

dificando caelestem, ne te tegeres sub figura. Tres isti doctores in carne naturali Christi in sacramento conueniunt. Ipsi perfectam vnitatem nostram ad Christum prædicant naturalem, non tantum per gratiam. Et hoc propter carnem illam naturalem, quam assumpimus, & nedum propter illam, quam ipse sumpsit ex nobis. Et format Hilarius artificiose satis duas præmissas contra præambulas hæreses ad tertiam inferendam. Primò, quod sicut filius est de natura patris contra Arianos. Secundò, sicut filius est conaturalis nobis secundum carnem, quam assumpsit, contra Manichæos: sic est conaturalis nobis secundum carnem eius, quam quotidie manducamus, contra Berengarios, & Wicleuistas. Ideò secundum hanc consequentiam coactus fuit Nestorius negare naturalem carnem Christi in Eucharistia, sed alterius, inquit, boni viri, qui filius hominis diceretur, vt patet in actis concilij Ephesini, vt superius habebatur. Istas ergo conaturales vnitates intexere non videretur Hilarius, nisi se inuicem sequerentur. Ita ergo per oppositum negans naturam corporis Christi in sacramento altaris, iam incurrit societatem Manichæorum, obligatus negare veram carnem Christi in supposito: & veram deitatis naturam in Christo, sed figuralem, & tropicè adoptiuam. Hanc distinctionem Hilarij sequuti sunt doctores sequaces, vt Rabanus, qui de corpore, & sanguine domini, cap. 23. Christus, inquit, hodie in nobis non solum per concordiam voluntatis, sed etiam per naturam in nobis, sicut & nos in illo, rectè manere dicitur. Nam si verbum caro factum est, & nos verè verbum carnem in cibo dominico sumimus, quomodo Christus in nobis manere naturaliter iure non æstimatur, qui & naturam carnis nostræ in se parabilem sibi homo natus Deus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento hoc nobis communicandæ admiscuit? Et ideò per hoc omnes in Deo patre, & filio, & Spiritu sancto vnum sumus, quia pater in Christo, & Christus in nobis esse probatur. Hinc igitur est, quod & nos in Christo naturaliter vnum corpus efficiuntur: & si quis patrem in Christo naturaliter confitetur, confitetur se naturaliter, quia verbum caro factum est, vnum esse in illo, vt naturalis vnitatis per sacramentum appareat veritatis. Hinc ergo dicit, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Sequitur in proximo capitulo. Per baptismum ergo renascimur in Christo, & per sacramentum corporis, ac sanguinis Christus in nobis

Rabanus.

non solum fide, sed etiam unitate carnis, ac sanguinis manere probatur. Et ideo iam membra Christi eius carne vescimur, ut nihil aliud, quam corpus eius unde viuimus, & sanguis, inueniamur. Hæc ille. **AUTHOR.** Plane facit hic Rabanus argumentum Hilarij, quod si quis confitetur Christum eiusdem nature esse cum patre, ita in sacramento veritatis confiteri necesse habet nos naturaliter unum esse cum Christo. Item Fulbertus, qui in epistola ad Adeodatum de tribus, que sunt maxime necessaria ad perfectum. De corpore suo, inquit, Christus sub hora passionis sue familiaribus suis ait, Hoc est corpus meum. Et paulo post. Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis fundetur. Et alibi. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Qua magistri autoritate animati, dum corpori, & sanguini eius communicamus, audenter fatemur nos in corpus illius transfundi, & ipsum in nobis manere. In nobis ipsum manere dico, non solum per concordiam voluntatis, sed etiam per nature unitate veritatem. Si enim verbum caro factum est, & nos vere verbum carne cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter in nobis manere existi mandus est, qui & naturam carnis nostram iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis sue ad naturam eternitatis sub sacramento nobis communicanda admiscuit? Ita ergo in Deo sumus: quia & in Christo pater, & Christus in nobis est. Hæc ille. **AUTHOR.** Vides iam, quam concorditer Fulbertus dicit cum magno Hilario, quod corpus Christi sumptum in sacramento in nobis manet naturaliter, id est, per modum nature sue, & non solum per concordiam voluntatis. Et ubi exprobrat Witcleff catholicos, quod nullam habent auctoritatem hoc dicendi, obstat Fulbertus per hæc verba Christi, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, & qui manducat meam carnem &c. Qua, inquit, magistri autoritate animati &c. In nobis, inquam, manere non solum per concordiam voluntatis, sed per nature unitate veritatem, quam veritatem resoluens post in adverbium Si vere verbum carnem cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est? Ecce auctoritas dictionis ecclesie. Ecce si vere, quomodo non naturaliter? Istis respondeat Witcleff cum noua Logica sua. Qui dicit vere, & tamen non nisi figuratiter. Fulbertus dicit, si vere, ergo naturaliter. Sed fugit Witcleff ad sophisma suum. Ita, inquit, naturaliter natura panis. Non ita ait Fulbertus, sed per nature unitate veritatem.

Christus nunquam vniuit diuinitati sue naturam panis pistorij, sed per naturam corporis veri Deo Christo vniuit. Sed Witcleff cupiens euadere, glossam sibi fingit obscuram. i. 8. de apostasia. Patet, inquit, pro isto termino naturaliter, quod doctores primitiue ecclesie, & specialiter Hilarius, dicunt corpus Christi esse naturaliter, carnaliter, & corporaliter ipsum panem, ad excludendam figuram precesam, qualis tuit in lege veteri: quia aliter superflue diceret, Hoc est corpus meum, nisi signum illud panis haberet efficaciam super illam. Hæc Witcleff. **AUTHOR.** Valde sollicitus est hinc glossare doctores, hinc signare differentias. Sed ergo non latere potest fideles, quin patres primitiue ecclesie credebant sacramentum Eucharistie naturaliter carnem Christi non panem, sicut iste falso recitat, sed veritatem, sicut dicit Hilarius, distinguendo contra signum, & sacramentum communicatae carnis, & sanguinis non communicati panis naturalis, ut iste contra votum Hilarij alienæ, atque impiæ intelligentie sue de veritate Hilarij peruersitatem extorquet. Iterum quia dicit Hilarium, & patres hoc dicere ad excludendam figuram precesam veteris legis, quæro quid addis tu ibi super figuram? Paulo antea iam dicta tu dicis sufficere, quod supra rationem figuræ panis ille sit realiter corpus Christi. Si hoc sufficiat, quid addis in figuram veteris legis? Per te enim agnus Paschalis fuit realiter Christus passus, & serpens æneus fuit realiter Christus crucifixus, quia habitualiter: sicut septem spicæ, septem anni, quid addit iam figura tui panis super figuram veteris legis? Alibi tamen dicit non hoc sufficere, sed addit quandam efficaciam virtutis. Quærendum esset adhuc de illa virtute, utrum esset corporalis, an spiritualis, temporalis, an æterna, distincta gradibus solis, an natura? Nihil dico in Christiani præiudicium sacramenti, sed ut diuina recolamus beneficia ubique operetur serpens æneus, qui fuit figura veteris legis in signum salutis, quam Christus crucifixus operaretur in gemitibus: etiam plurimos populos læsos a serpentibus pristinae reddidit sanitati. Sanguis agni Paschalis pestem Angeli exterminatoris absolutebat a domibus. Aqua Iordanis in figura baptismi duplicem virtutem exercebat in Naaman Syro: virtutem corporalem tergendo lepram, & virtutem spiritualem, fidem, scilicet, vnus Dei imprimendo per professionem syniceram. Lutum item, quod liniuit Christus ad oculos cæci nati, quo sacramentum vnctionis signatur, & cæco visum restituit, & ad sui, id est, Christi.

V Witcleff.

Paschalius.

Sacramentum vnctionis.

Quod hostia consecrata est identice corpus Christi, & Deus secundum essentiam.

CAPVT. XXV.

SVMMA.

- 1 Idololatra quis.
- 2 Hostia consecrata quod sit identice corpus Christi & Deus secundum essentiam, probatur contra Witcleff.
- 3 Christus quomodo ferebatur a seipso in die coenæ, non umbratice, non figuratiue, sed substantiue, sanctorum dictus probatur.
- 4 Christum offerre seipsum, non figuram, per ipsum sacrificium quotidianum, dicit Augustinus. Et multa ibi de pane Christo, per doctores sanctos.
- 5 Sacrificium quod sit unum per mundum in omnibus ecclesijs: & sic una hostia, non multe, &c. ex Ambrosio.



Isto claro fidei fundamento, quod sacramentum eucharistie est caro Christi viua, secundum suam ipsius substantiam, essentiam, & naturam Christo unitam: adhuc astringamus hæreticum ad palpandum, quod hostia illa sit corpus Christus intransitiue. Et quanuis non vi sacramenti, ipsum tamen est ibi Christus Deus noster identice iure societatis suppositi. Quod Witcleff vitroneè vilipendit, nimirum quia valde distat, & dissipat sophisticum tropum suum. de Eucharistia ca. primo. Quid, inquit, horribilius, quam quod sacerdos post consecrationem portat corpus domini in extremitatibus digitorum? Et tractatu de blasphemia, cap. 2. Si idololatrae sunt quicunque adorant creaturam: non Deum tanquam Deum, patet, quod tam de clero, quam de populo multi sunt idololatrae, quoniam multi credunt, & adorant hostiam, quæ de facto est panis in natura, & corpus Christi in figura, ac si esset naturaliter, & identice corpus Christi: & sic Deus, cum notum sit, quod corpus Christi est Christus, & per consequens Deus noster, ut patet in materia de Incarnatione. Et tamen ad tantum idololatrae nostri insaniunt, quod dicunt, non esse aliud naturaliter corpus Christi in celo glorificatum, & ob

V Witcleff.

est, Christi fidem perduxit. Si pro maiestate virtutis ex parte sacramenti altaris institeris, ipsa non variat sacramentum, cum secundum variam dispositionem suppositi, ipsum idem sacramentum huic efficaciter vitam operatur æternam, & isti iudicium. Ex his ergo concludimus frustra sollicitari Witcleff ad respondendum primæis doctoribus, & ad instituendum differentias figurarum, quandiu non posuerit cum antiquis sanctis in suo sensu corpus Christi secundum naturam suam in sacramento super omnem virtutem aliam, aliamve figuram. Berengarius enim magister eius hoc fecit, scilicet non præualuit. Quod item ex verbis Christi deducit in expositione Matthæi Paschalius. Nec itaque dixit cum fregit, & dedit eis panem, Hoc est, vel in hoc mysterio est quedam virtus, vel figura corporis mei: sed ait, non fictè, Hoc est corpus meum. & ideo hoc est, quod dicit, non quod quisque fingit, ut infra. Vnde miror, quid nunc voluit quidam dicere, non in re esse veritatem carnis Christi, vel sanguinis, sed in sacramento virtutem quandam carnis, & non carnem, virtutem forte sanguinis, & non sanguinem: figuram, & non veritatem: umbram, non corpus: cum hic species accipit veritatem, & figura veterum hostiarum corpus. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce quia dicit se elegisse leuiorem viam scripturæ, & doctoribus magis concordem, vellem videre, quomodo tropicum corpus Christi in sacramento defendat contra doctores præscriptos, qui liberrima penna, vna mente, vna lingua, scripserunt corpus Christi in sacramento altaris esse substantialiter, & naturaliter secundum naturam unitam diuinitati, quam ipse totis expugnat conatibus: quia naturam, & substantiam panis fauet. Scio enim viam eius tam leuem esse, qui ad se excusandum, & euadendum tot cautelas logicas fingit, tot prædicationes componit, tot glossas, tot regulas. Iam stringit, iam laxat, ut vix sensatissimus philosophus enumeret: nec ipse vnquam per eas omnes ab autoritatum numero, & pondere quin caperetur, euasit. Simul & tot libellis ista disperfit in Trialogo, in Dialogo, de sermone domini in monte, de Papa, de Eucharistia, de apostasia, de simonia, tertia parte sermonum, & alibi: ut qui in vnum volumen cuncta redigeret, penè excederet Bibliæ quantitatem.

& obiectiue beatificas cæli ciues, quàm est ho-
 stia, quam sacerdos conficit, tractat, & mandu-
 cat, quæ recitauit Paganos deridendo deduce-
 re. Hæc Wicleff. A V T H O R. Iam palam lo-
 quitur: videtis orthodoxos omnes ab eo cen-
 seri idololatrias: & necesse est ita esse, vel vt
 ipse sit idololatra. Quia sicut est idololatra
 reputandus, qui colit diuino cultu, quod Deus
 non est: ita qui cultum diuinum denegat ei,
 qui verè Deus est. Nos item deridet, quia Pa-
 ganinos in hac re derident. Se honoratiorem
 æstimat, quia Paganis in infidelitate coheret.
 Cur ergo Christum crucifixum in sua natura
 non abnegat, & in figura cum Mahometo cõ-
 cedit, cum secundum Paulum esset in maximũ
 scandalum Iudæis: Gentibus verò in stultitiã?
 Sed reuertamur ad rem, & auctoritate fidei,
 quã ipse molitur euertere, probemus hoc ve-
 nerabile sacramentum, esse corpus Christi vni-
 cum in cælo, & Christum Deum identicè, in-
 choantes ab illo loco scripturæ, vbi memora-
 tur Christũ tenuisse illud venerabile corpus
 suum in manibus suis in cœna: quod fuit tũc
 idem numeraliter, qui tunc illud portauit in
 terris, non aliud, quàm Christus Iesus. Ergo
 nec nũc aliud cõficimus, quàm corpus ipsum
 identicè, quod est Christus idem in cælis. Cõ-
 sequentia patet ab ore eiusdem Christi dicen-
 tis, Hoc facite in meam commemorationem.
 Nihil ergo aliud licet conficere, quàm quod
 Christus tũc cõfecit, & portauit in manibus.
 Si verò calumnieris assumptum, volo respon-
 deas ad argumentum, quod obiecit magistro
 suo sacer præsul Guimundus ex auctoritate
 Augustini in titulo Psal. 33. versus finem. Vbi
 expositorum quomodo Dauid mutauit vultũ
 suum coram Achis rege Geth, & quomodo
 ferebat se manibus suis, Augustinus. Tympani-
 zabat, inquit, ad ostia ciuitatis, & ferebatur in
 manibus suis. Hoc verò fratres quomodo pos-
 set fieri in homine, quis intelligat? Quis enim
 portatur manibus suis? Manibus aliorum po-
 test portari homo, manibus suis nemo por-
 tatur. Quomodo intelligatur in ipso, quod se-
 cundum literam non inuenimus, in Christo
 autem inuenimus. Ferebatur enim Christus
 in manibus suis, quando commendans ipsum
 corpus suum, ait, Hoc est corpus meum. Fere-
 bat illud in manibus suis. Hæc ille. A V T H.
 Ex hoc dicto Augustini sic procedit in libro
 suo tertio quasi in principio contra Berenga-
 rium magistrum tuum sanctus Guimundus.
 Quod in Dauid, inquit, & in alijs hominibus,
 secundum literam non inuenitur, in Christo
 inuenitur. Quid illud? ferebatur enim, inquit,

Christus in manibus suis, quando commen-
 dans ipsum corpus suum, ait, Hoc est corpus
 meum. Si secundum literam, id est, sicut litera
 sonat, hoc in Christo inuenitur: nõ igitur vni-
 braticè, non figuratiue, sed substantiue Chri-
 sti corpus erat, quod ferebatur. Hæc ille. A V-
 T H O R. Hic subicebat Berengarius. Iam lo-
 quatur filiulus eius Wicleff, de sermone do-
 mini in monte, cap. 44. dicitur, inquit, quod il-
 lud fuit figuraliter dictum de Christo: quia in
 manibus suis ferebat panem, quem ipse fece-
 rat corpus suum. Talia tamen dicta non sunt
 generaliter à Christicolis vltanda. Hæc Wit-
 cleff. A V T H O R. Salua pace tua. Ista sunt di-
 cta scripturæ sanctæ ad sensum Sancti Spiritus
 si sint vera: ergo quãuis sint figuralia, sunt ex-
 tendenda. Quod si tu extendis figuram Ioan-
 nis, & Eliæ ad panem, & corpus domini au-
 thoritate tua, cur nos auctoritate Augustini
 non vtemur hac figura? Item cur non dixit
 Augustinus, quod tunc ferebatur Christus in
 manibus suis, quando commendans panem:
 quia tu dicis, quod Christus in manibus suis
 ferebat panem: sed dicit commendans ipsum
 corpus suum? Et ne æquiocares de corpore,
 sophisticas corpus panis, quasi relatiuum du-
 plex adiecit referens, & recipiens. Ipsum, in-
 quit, corpus suum. Ipsum ergo relatiuum sa-
 tis probat Christum à se latum secundum sub-
 stantiam: & sacramentum ipsum à Christo sic
 portatum fuisse vnicum dominum nostrum.
 Item si Christus seipsum ferebat secundum fi-
 guram, non secundum essentiam, quando tulit
 panem: cur non etiam tulit seipsum prius
 in eadem cœna, quando ferebat agnum Pa-
 schalẽ, quæ fuit figura sui infinite perfectior,
 famosior, & vt tecũ loquar authoritatiuor pa-
 ne tuo? Perfectiorem tu concedis, quia in na-
 tura excedit panem. Famosior item toti ritui
 Iudæorum, & authoritatiuor erat, quia autho-
 ritate Dei, & sacræ scripturæ agnus fuit figu-
 ra corpus Christi: non sic panis tuus sacramẽ-
 talis: quia in tota scriptura sacra non habetur
 quod panis ille sit figura corporis Christi, sed
 solus Berengarius, & eius discipuli authorita-
 te sua sic instituunt. Cur ergo trãsuolauit Au-
 gustinus istam potiorem figurã, in qua Chri-
 stus se ferebat expressius, quàm in pane, nisi
 quia intellexit Christum ferre seipsum in ho-
 stia, secundum suam naturam: in agno tantũ
 secundum figuram? Simul & quod tu dicis si
 guram quid nobis? cum audias Augustinum
 hoc exponentem ad literam. Vnde consequẽ-
 ter ibi Guimundus. Si aduersarij, inquit, nostri
 hoc pro sua parte sic exponant, Ferebatur
 Christus

Wicleff.

Guimundus.

Christus in manibus suis, id est, ferebatur vmbra tantũ, vel figura Christi, non substantia in manibus suis. Si hoc, inquam, ita exponat, hoc idem in Dauid, hoc idem in omnibus fere hominibus inuenire possumus. Quis enim ferè hominũ aliquam sui figuram, in qua non sit substantia sua, verbi gratia, vel statuam, vel picturam in manibus suis ferre non possit? Sed hoc (inquit) in ipso Dauid nõ inuenimus: & manibus suis nemo portatur. In Christo autẽ, ait, inuenimus. Quoniam ergo in Christo dicit inueniri, quod in Dauid, & in alijs hominibus, quomodo intelligatur, non inuenit: facile autem aliquam figuram sui, in qua nihil sit de substantia sua, manibus suis ferre, & Dauid, & ceteri homines intelligi possunt. Restat manifestissimè, & absq; vilo scrupulo sentiendum, qd non figuram tantũ, vel vmbra, sicut aduersarij nostri dicunt, sed substantiam corporis sui iuxta Augustinum ferebat Christus. Quid hic vmbatici respondebunt? Hæc ille. A V T H O R. Responde ad interrogata mi Wicleff. Ad hoc responsa paraffes aptius, qd multiplicaffes schedulas maledicas: quando aperuisti os tuum foetidum vt frustra caperes muscas. Ad suscipiendum eundem Christum dominum nostrum, & vnicum corpus eius, quod est in cælo gloria beatorum, oculi, & aures nostræ patebunt semper, & patent, quia fraudem nullam patimur in hostia veritatis. Ad hæc dicas: quomodo Christus ferebat se in manibus suis ad literam? & quare non hoc dictum vltius vltandum? Si dicas quia ferebat figuram: tu dicis e contra vbi iam supra pcedente capitulo: quia ad relationem non est motus: ideo ratione cõsecrationis corpus domini non mouetur. Quomodo ergo secundũ figuram tantũ huc & illuc Christi manibus ferebatur, si sic penitus non mouetur? Itẽ quod cunq; taliter intelligitur verum ad literam, illud est verum sic fieri, vel sic impletum esse secundum essentiam. Beatus nãq; Petrus probauit resurrectionem Christi ad literam & sepul turam eius ex illo Psalms, Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem: eo qd de Dauid sic verificari nõ potuit. Quia licet (inquit) audẽter dicere de Dauid quoniam defunctus est, & sepultus est, & sepulcrum eius est apud nos vsq; in hodiernum diem. Ex hac igitur fide veteris testamenti, quã assumpsit Petrus ad literam, non sufficit, nisi dicatur Christum secundum essentiam surrexisse: cum de Dauid potuit hoc dici secundum figuram. Item Christus innuit pharisæis, qd Dauid vocauit Chri-

stum dominum in spiritu secundum literam: quia de quolibet alio fuisset incogruum. Nunquid sufficit respondere, quod ita vocauit figuram Christi, & non eius suppositum? Et quis prohibet ista dicta sic vt dicuntur generaliter vltanda ad literam, nisi solus Wicleff hic timens dictum Augustini exponens ad literam, quod Christus ferebat se manibus suis in corpore suo consecrato, quia nullus alius homo potuit se ferre, putã secundum essentiam? Certè quilibet homo potest se ferre secundum figuram. Sed vbi pro se Logica militat, vel autoritas resonat: illa non tantũ assumitur, sed torquetur, & extẽditur. Vbi autem contra vesaniã suã agit, suffocat eam, & ab omni vsu sequestrat: cum tamen omnes periti nouerint, quod vsus semper præfert dicta secundum literam dictis penitus per figuram. Sed melior logicus Augustinus non parcat Wicleff, quin optimam Logicam scripturæ vsu frequenti suscipiat. 10. de ciuitate Dei, capite vigesimo, dicens. Verus ille mediator in quantum formam serui accipiens, mediator effectus est Dei & hominum homo Christus Iesus, qui cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo & vnus Deus est, tamẽ in forma serui sacrificium maluit esse, quã sumere: ne vel ab hac occasione quisquã existimaret cuiuslibet sacrificandum esse creaturæ per hoc: & sacerdos est ipse offerens: ipse & oblatio: cuius rei sacramentum quotidianum esse voluit ecclesiæ sacrificium: qui cum ipse capitis corpus sit, seipsum per ipsum dicit offerre. Hæc ille. A V T H O R. Hic dicit Augustinus Christum offerre seipsum, nõ figuram per seipsum sacrificium quotidianum, sicut antẽ dixit seipsum manibus suis ferre. Alibi item vocat Augustinus panem, quem dominus gestauit in manibus, panem ibi discumbẽtem. de verbis domini sermone trigesimo tertio, vbi, Quam multi (inquit) & modò ipsam cœnam quanuis illam tunc mensam nõ viderint, nec panem, quem dominus gestauit in manibus ioculis suis aspexerint, vel faucibus gustauerint, tamen quia ipsa est, quæ nũc paratur, quã multi etiam in ipsa cœna iudicium sibi manducant, & bibunt. Vnde autem tanquam occasio est domino nata, vt de cœna ista loqueretur: dixerat vnus de discubentibus (in conuiuio enim erat, quo fuerat inuitatus) Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Quasi in longinquo ista suspirabat: & ipse panis ante illum discumbebat. Quis est panis de regno Dei, nisi qui dicit: Ego sump anis viuus, qui de cælo descendi? Et infra.

Augustinus.

Augustinus.

Modicum

Idololatra quis.

Augustinus.

Guimundus.

Modicum accipimus, in corde faginamur: nō ergo quod videtur, sed quod creditur, pascit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod Augustinus in cœna Christi, in qua nunc multi iudicium sibi manducant, & bibunt: quæ solum dicitur hostia consecrata, nullum alium sciuit inuenire panem, nisi qui ibi discubuit, Christū dominum, qui panis de cælo descendit. Sic idem super Ioannem Homilia. 72. dicit. Itaq; cum dominus panis viuus panem mortuo tradidisset, scilicet Iudæ, & panem tradendo panis traditorem ostendisset, quod facis, inquit, fac citius. Hæc ille. A V T H O R. Vide traditorem panis, nunquid materialis, an Christi panis? Item super Ioannem Homilia. 59. sic ait. Scit enim quos ad societatem beatitudinis huius elegerit. Non est in eis iste, qui panem eius sic edebat, vt super eum leuaret calcaneum. Illi manducabant panem dominum: iste panem domini contra dominum. Illi vitam, iste poenam. Hæc ille. A V T H O R. Ecce illi manducabant dominum panem, ergo Christum, quando comederant sacramentum. Item Damascenus doctor Græcus. 4. sentent. ca. 5. sic ait. Quoniam duplices fumus, & compositi quidē, oportebat natiuitatem duplicem esse, & escam compositam. Igitur natiuitas quidem per aquam nobis, & Spiritum sanctū data est. Esca autem ipse panis vitæ, id est, ipse dominus noster Iesus Christus, qui de cælo descendit. Hæc ille. A V T H O R. Esca ergo corporalis fit nobis ipse Iesus Christus in sacramento, sicut aqua corporalis est lotio in baptismo. De Spiritu sancto autem fit lotio spiritualis. Item Hieronymus in epistola ad Edibiam in solutione secundæ quæstionis. Si em̄, inquit, panis, qui de cælo descendit, corpus est domini: & vinum, quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamenti, qui effusus est in remissionem peccatorum, Iudaicas fabulas repellamus, & ascendamus cum domino coenaculum, atq; stratū mundatum: & accipiamus ab eo calicem sursum noui testamenti: ibiq; cum eo Pascha celebrantes, inebriemur ab eo vino sobrietatis. Non est enim regnum Dei cibis & potus, sed iustitia, & gaudium, & pax in Spiritu sancto. Nec Moyses dedit nobis panem, sed dominus Iesus Christus ipse conuiuia, & conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur. Hæc ille. A V T H O R. Notet Wicleff quid hic dicat Hieronymus de pane in sacramento altaris, quia tantoperè strepit, & vociferat, q̄ Hieronymus in hoc libro dixerit panem, quē fregit dominus, esse corp⁹ domini Saluatoris. Ita fecit esse corpus, & non vterius illum panem, sed panem

verum corpus Christi, & Christum dominū, quia dominus Iesus ipse conuiuia, & totū conuiuium: non Christus conuiuia, & conuiuium grossus panis, sed Christus conuiuia, & ipsum conuiuiū: ipse comedēs, & qui comeditur. Christus ergo comedit seipsum, & bibit seipsum, qui primus sanguinē suū bibit: sicut dicit super illo Matth. Et accipiēs calicē, gratias egit. Chryso. Si em̄ figura huius sacrificij, scilicet immolatio agni paschalis facta est liberatio populi ab Ægyptiaca seruitute, multo magis veritas liberabit orbē terrarū. Sequitur. Et dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Ne autē hoc audientes turbarentur, primus ipse sanguinem suum bibit, inducens eos sine turbatione in communionem mysteriorum. Hæc ille. A V T H O R. Si igitur primus ipse bibit sanguinē suum, sed ipse non primus bibit corporaliter naturale vinum, figurans sanguinem suū: ipse ergo conuiuia, & conuiuiū, tam comedit, quam bibit seipsum in corpore, & sanguine suo secundū naturam integrum Iesum Christum. Istum enim vocat verum panem Hieronym⁹ ex scriptura, quem Moyses dare non potuit: nec omnes Iudaicæ fabulæ, & figuræ, quas habemus, repellere, vt ascendamus cum Christo in coenaculum ad comedendum verum panē Christum, non illum figuralem, quem cogit nos Wicleff querere cum Iudæis, secundum ordinem Aaron, panē nunc mendosum: quia non est panis verus secundum ordinem Melchisedec: sicut exponit idem Hieronymus verum illum Psal. 109. Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedec. sic dicens, Hoc solum dicamus, quare dixit secundum ordinem: nequaquam sacerdos secundum Iudaicas obseruantias, sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedec. Quomodo enim Melchisedec rex Salem obtulit panem, & vinum, sic tu offeres corpus tuum, & sanguinem, verū panem, & verum vinum. Iste Melchisedec ista mysteria, quæ haberem⁹, dedit nobis. Ipse est, qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem. Hæc ille. A V T H O R. Ecce verum panem, & verū vinum dicit esse sancta mysteria corpus & sanguinē Iesu Christi. Quicunq; autem panis materialis proponatur ibi secundum hæreticos, ille non est panis verus, sed panis mendacij. In commentario super Osee, lib. 3. textu. Arastris impietate, messuistis iniquitatem. idem Hieronymus. Hæretici sunt, inquit, qui arant sermone composito, & protegunt, vel tacent impietatem, ne impietas esse videat, sed credatur pietas. Qui igitur arauerunt impietatem, & messuerunt iniqui-

iniquitates, comedunt fructum mendacij, omnia quæ falsa sunt, deceptis populis prædicantes, vt non querant panem verum, qui de cælo descendit, sed panem mendacij, qui suffocatur, & interficit deuorantes. Hæc ille. A V T H O R. Ita ergo panem istum hæreticum omnimodè in sacramento vitemus, qui suffocat deuorantes, nec alium cupiamus, quam Christum panem verum in corpore suo ibi præsentem vt comedatur secundum corporis sui veram naturam. sicut in sermone dominicæ, vt in decretis habetur, idem dicit Hieronymus. Singuli autem accipiūt Christum dominum: & in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur: sed integrum se præbet in singulis. Item in sermone de verbis euangelij Augustin. Inuitat (inquit) Dominus seruos, & præparat eis cibum seipsum. Quis audeat māducare dominum suum? & tamen ait, Qui māducat me, viuut propter me. Quando manducatur, vita manducatur. Nec occiditur, vt manducetur, sed mortuos viuificat quando māducatur: reficit, sed non deficit: manducatur Christus, viuit manducatus, quia surrexit occisus. Hæc ille. A V T H O R. Hunc modum dicendi sequitur Beda, vocans Christum in sacramento vitulum faginatum, quem Pater in epulis filij prodigi iubebat interfici: qui lib. 4. super Lucam cap. vltimo. Vitulus (inquit) faginatus ipse dominus est, secundum carnem. Et bene faginatus, quia caro eius adeo spiritali est opima virtute, vt pro totius mūdi salute sufficiat in odorem suauitatis, in odorem scilicet immolationis ad Deum mittere, & pro omnibus exorare. Sequitur. Tunc caro eius comeditur, cū eius passionis sacramentum, & ore ad emundationem percipitur, & corde ad imitationē cogitatur. & bene infra. Istæ epulæ atq; festiuitates nunc celebrantur per orbem terrarū, ecclesia dilatata, atq; diffusa. Vitulus enim ille in corpore & sanguine dominico, & offertur patri, & pascit totam domū. Hæc ille. A V T H O R. Audis quid dicit Beda. Vitulus (inquit) est ipse idem dominus, sed secundū carnem, qui non tantum corde spiritaliter, sed etiam ore ad emundationem in sacramento percipitur: & sic offertur patri, & pascit totam domum. Quem ergo dicis hæretice, quem dicis idololatram, quia colit in sacramento præsentem secundum carnem verum Christum dominum nostrum? Nunquid vt dicis, multi de clero hoc aiunt, & item de populo: imò omnes præcipui, & orthodoxi de clero, Augustinus, Hieronymus, Chrysostramus, Beda, & quotlibet sancti. Redi in foueam tuam, &

cū quicquam tale dixeris, proba. Sed tibi videtur grandis ratio: quia aliter (inquis) quælibet ecclesia haberet Deum, vel dominū suum. Nam. 4. dialogi ter damnati cap. 8. sic arguis. VVicleff. Si iste panis sit factus identicè corpus Christi, & illud corpus est realiter ipse Christus: ergo ille panis est factus realiter Christus Deus: sed quæ idololatria foret amplius detestanda? sic enim haberet quælibet ecclesia Deum suum, qui reciperet prædicationes abominabiles: & sic deitas foret turpissima res in mundo. A V T H O R. Quanquā hæreticus tetenderit argumentum istud contra Panem, quorum dictionem ab initio ecclesia non suscepit, tamē hoc ante ipsum contra ecclesiam alius fabricauit, & indubiè iste resumpsit, vt simul infidelem percuteret cum fidei. Fideles enim (vt diximus) adorant ibi Christum identicè secundum carnem sub specie panis, quauis non ipsum cibarium panem factum: nec hoc frater inuenit ab origine, sicut ibi topicè demeritis: sed author tuus de diuinis officijs fratrem in errore præcessit: quem tu caeca talpa quandoq; appellas Ambrosium, quandoq; discipulum eius. Reuera fuit tecum in parte profundus hæreticus contemptus ab Anselmo, & contemporaneus ei, sicut ostendit epistola eius ad eundem in capite libri eius de corpore & sanguine domini: occasione cuius, vt aduersaretur ei, edidit illum librum. Sed iam ad te. O quam versipellis hæreticus instas non intelligens aut requirens Deum, alius, vt dixi, ante te suasionem istam habebat: & magnus Ambrosius nunquid exiltimas satisfecit? Ipse enim in epistolam ad Hebræos, vt de consecratione secunda, In Christo. In Christo, inquit, semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? sed ad recordationē mortis eius: & vna est hostia, non multe. Quo modo vna, & non multa? quia semel oblatus est Christus: Hoc autem sacrificium exemplū est illi: id ipsum semper id ipsum, proinde hoc est sacrificium. Alioquin dicitur, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi? Nequaquam, sed vnus vbique Christus, & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut enim quod vbique offertur vnum est corpus, & non multa corpora: ita & vnum sacrificium. Pontifex autem ille est, qui hostiam obtulit nos mundantem: ipsam offerimus etiam nunc, quæ nunc oblata consumi non potest. Quod nos facimus, in commemorationem fit eius, quod factum est. Hoc enim facite, ait, in meam commemorationem. Hæc ille. A V T H O R.

Augusti.

Augusti.

Damascen.

Hierony.

Chryso.

Augusti.

Beda.

Hierony.

Hierony.

Ambrosius

AVTHOR. Ecce miser Witleff, vnum est sacrificium per mundum in omnibus ecclesijs, quod est exemplum illius, quod pendit in cruce, non nuda figura, sed exemplum in sacramento. Ideo statim addidit, id ipsum semper id ipsum, non aliud in natura, sed id ipsum in essentia corporis. Vnum, inquit, quod ubique offertur, est corpus, non multa corpora: & vnus Christus, non Christi multi, quanuis loca multa, & tempora multa. Vnus ergo Christus est hostia nostra per naturam in diuersis ecclesijs, vnus Christus, quæ hostia nunc oblata consumi non potest. & in libro de mysterijs, versus finem idem Ambrosius. Ecclesia, inquit, videns tantam gratiam, hortatur filios suos, hortatur proximos, vt ad sacramenta concurrant, dicentes, Edite proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres mei. Quid edamus, quid bibamus, aibi tibi per prophetam Spiritus sanctus expressit, dicens, Gustate, & videte quoniam suavis est dominus: beatus vir, qui sperat in eo. In illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Hæc ille. AVTHOR. Iam apud Witleff Ambrosius est idololatra, quia colit Christum totum in hostia: imò non Ambrosius tantum, sed tota ecclesia, quæ filios suos inuitat, vt comedant ibi dominum. Cuius ite clara vox est in oratione secreta in Vigilia Epiphaniæ inter missæ solennia. Tribue quæsumus domine, vt eum presentibus immolemus sacrificijs, & sumamus, quem venturæ solennitatis pia munera præloquuntur. Et in festo Ecclesiæ tuæ quæsumus domine dona propitius intueri, quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur, sed quod eidem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur, Christus Iesus filius tuus dominus noster. Ecce tota ecclesia idololatra cum omnibus sanctis eius, & solus vefanus Witleff est Christi cultor verus. Qui impietate insaniens, dicit omni Pagano turpius cap. primo libri de Eucharistia. quod quotlibet sunt dicta sanctorum, & ecclesiæ, quæ docent, quod illa sacramenta sensibilia non sunt corpus Christi, & sanguis, sed eorum figura. Et fortè in isto multi sunt Christiani nomine, in infidelitate Paganis peiores. Nam minus malum foret, quod homo illud, quod primo videt in die, per totum residuum diei honoret vt Deum, quam quod regulariter illud accidens, quod videt in missa inter manus presbyteri in hostia consecrata, sit realiter Deus suus. Hæc Witleff.

Ambrosius


Witleff.

Quod hostia consecrata est adoranda, & quomodo Witleff in hoc blasphematur catholicos, & appellat eos idololatrias.

CAPVT. XXVI.

SVMMA.

- 1 Pompeius Romanorum magnus idololatra. Et quid Iudeis impropertuerit.
- 2 Witleff, quomodo à Samaritanorum idololatria non recedat. Et quid de eis dicat Chrysostomus.
- 3 Hostia consecrata quæ sit adoranda, & quomodo, secundum Augustinum.
- 4 Paulus, & Barnabas cum essent sancti, quomodo adorari non se permisissent à populo.
- 5 Christum esse adorandum non solum secundum diuinitatem, sed secundum humanitatis portionem carnalem, quomodo probet Ambrosius, & sancti alij.
- 6 Christi humanitatis natura quam honorata in cælis, ab Augustino ostenditur.
- 7 Witleffistarum uesania referantur, & potissimum Guillelmi cuiusdam Iacobi.
- 8 Witleff, quæ sit idololatra, ostenditur.



Abescit adhuc in eo mens eius hæretica, & orthodoxi vocantur peiores idololatri, stultiores muribus, quia non recognoscunt in sacramento substantiam putribilis panis. de sermone domini in monte, cap. 42. Increta, inquit, trinitas potest intelligi, & modo suo fidelibus nominari, quanto magis sacramentum, quod olim fideliter dicebatur sensibile & hinc omnes sectæ hæreticæ sunt in ca. Ignoratum. & ad hoc profunt ecclesiæ, quæ sunt de illa secta hæretica, de qua Christus loquitur Ioan. 4. Nos adoramus quod scimus, vos adoratis quod nescitis. Hæc Witleff. AVTHOR. Equidem verbum Dei agnosco, vultum autem verbi, quem tu depingis, ignoro. Sed dic rogo, quid adorant hæretici, quod nos nescimus, & ipsi sciunt, in sacramento Eucharistiæ? Nunquid ipsum sacramentum, quod forinsecus apparet, quod, vt dicis, olim dicebatur sensibile? Bene sensibile sacramentum nos orthodoxi concedimus, & (quod plus est) per se sensibile. Sed quid hoc ad panem tuum putribilem? qui secundum te, & magistros tuos Philosophos, non nisi

Witleff.

Pompeius.

Chrysosto.

Witleff.

non nisi per accidens est sensibilis. Nos ergo plus te illi concedimus sacramento. An quia panem, quem propter experientiam sensuum dicitis vos scire sensibilem, adoratis, nos orthodoxos dicitis adorare quod nescimus, quia corpus Christi in sua natura presens colimus, nec videmus? Et hoc est, quod intendis, & sectam hæreticam criminaris ecclesiam, quia inuisibilem Christi carnem veneramus in hostia: vos visibilem, & panem sensibilem adoratis? Hoc iacet noster Witleff cum antiquis idololatriis, qui ideò cultum suum cultus verisimsimis prætulerunt, quia certitudinem sui cultus se putabant habere per sensum. Vnde & Pompeius Romanorum magnus idololatra sic super hoc ipso impropertuit Iudeis, vt Lucanus ait, Mea signa timent, & dedita sacris Incerti Iudæa Dei. Incertum Deum dixit Iudæorum, quia non vt suus Iuppiter visibilis appareret. O mi Witleff, quomodo tibi non parcis? quod extendis error? Samaritani fuerunt, quibus dictum est verbum, & idolorum cultores, & per hoc tibi similes, qui solum idolum corporis Christi veneraris in hostia, vel panem viualem secundum substantiam. Elige vt vtrumuis, à Samaritanorum idololatria non recedis. Vnde super eodem loco in expositione Ioannis, habet Chrysostomus. Qualiter, inquit, nesciebant Samaritani, quod adorabant? quoniam localem, & particularem dominum existimabant. Ita & Persis mittentes, annuntiant, quoniam loci huius Deus nobis molestus est, nihil plus de eo idolis imaginati: idcirco manserunt & dæmones, & eum curantes, & non mixta miscentes. Hæc ille. AVTHOR. Ecce miscuerunt cultum Dei cum idolo, sicut dicit Witleff, hostiam sacram simul panem naturalem, & corporis Christi idolum vel figuram, sed ipse ergo adoratur, quod nescit: nos nec panem illius putribilem, nec corpus Christi idolum adoramus, sed meram substantiam: & hanc per fidem scimus, & agnitam adoramus, secundum vocem Psalmistæ, Adorate scabellum pedum eius. Quam tamè adorationis Christianæ speciem ipse vocat idololatriam bestialem, de Eucharistia cap. 9. versus finem, vbi, Nimis multi, inquit, sunt laici, & bestiales nimis sensibilibus intendentes, & multi (vt ait Apostolus) in adorando hostiam tanquam gentes ad simulacra muta, prout ducebantur captiuati euntes ad idololatrandum. Qui autem adoratur humanitatem Christi, vt talem in hostia, adoratur ipsam sub ratione propria: & sic verè concluditur, quod homo fit multipliciter hono-

randus, quam hostia: & adorandus tanquam imago Dei, vas virtutum, & sic Christi verius, quam hostia consecrata. Hæc Witleff. AVTHOR. Hæc hæretica clausula sic debet excludi. Primò docendo fideles adorationem carnis Christi cultu diuino in sacramento Eucharistiæ: secundò prohibendo, ne homo purus adoretur hoc modo extra consortium diuinitatis. Vn pro primo plane exponit hunc versum Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius, &c. Augustinus dicens, Suscepit enim Christus de terra terram: quia caro de terra est, & de carne Mariæ, carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraauerit. Inuentum est quemadmodum adoretur scabellum pedum domini: & non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Nunquid autem caro viuificatur? Ipse dominus dixit, cum de ipsa commedatione eiusdem terræ loqueretur. Spiritus est, qui viuificat, caro autem nihil prodest. Ideo & ad terram quamlibet, cum te inclinas, aut prosternis, non quasi terram intuearis, sed illum sanctum, cuius pedum scabellum est, quod adoras, propter enim ipsum adoras. Hæc ille. AVTHOR. Ecce cum terram carnis Christi in sacramento percipis, prius adora terram illam intuens, sanctum illum scilicet Dei filium, cuius terra est scabellum. Quasi dicat, eodem simplici cultu intuitu hanc adorabis, & illum, intantum, vt si non adoras, pecces. Hoc de sancto homine quolibet dici non potest, quanuis sit vas virtutum, & sanctæ Trinitatis imago. Paulus enim, & Barnabas cum essent sancti, adorari non se permisissent à populo. Et hac lege differri debet ab hominibus etiam valde sanctis adoratio debita carni Iesu, quam nos credimus in natura hostiam consecratam. Vnde super Psal. 96. versu. Qui gloriantur in simulacris suis. Augustinus. Sunt, inquit, angeli sancti, sunt & spiritus maligni, ego dico, quia in templis tuis non coluntur nisi spiritus maligni, qui sibi exigunt superbè sacrificium, & volunt se coli tanquam deos: maligni sunt, superbi sunt. Tales sunt etiam homines non boni, qui gloriam suam quærunt, & Dei gloriam contemnunt. Homines autem sanctos attendite, qui sunt similes angelis. Cum inueneris hominem, scilicet aliquem seruum Dei, si volueris eum colere, & adorare pro Deo, prohibet te. Non vult sibi arrogare honorem Dei, non vult tibi esse pro Deo, sed tecum esse sub Deo. Fecerunt hoc Apostoli sancti Paulus, & Barnabas, prædicabatur

Augusti.

Augusti.

G dicatur

dicabant verbum Dei in Lycaonia. Mirabilia cum fecissent, Lycaonij ciues eiusdem regionis adduxerunt victimas, & voluerunt illis sacrificare, dicentes Barnabam Iouem, & Paulū Mercurium. Illi non sunt delectati. An forte ideò immolari noluerunt, quia dæmonijs se comparari execrati sunt? Non, sed quia honorem diuinum exhibuerunt hominibus. Hæc ille. **AUTHOR.** Videte catholici, Paulus, & Barnabas Apostoli Christi erant imagines Dei viuentis, & vasa virtutum: iam in hac hora magnum odorem virtutis deificæ spirantes in populo: & tamen hi sancti homines cultū populi renuerunt. Nec homines sancti faciūt, inquit Augustinus. At quis istorum credis, si corpus Christi tunc adesset, non omni cultu pronus adoraret in terra, & alios inuitaret, vt facerent? Ipsum corpus dico, ipsam carnem Christi seorsum in se conceptam, non in deitatis forma, vt ille dicit, sed vt est scabellū pedum Dei ex sententia Augustini. Vnde concorditer ipsi libro. 3. de Spiritu sancto. cap. 11. scribit *Ambrosius*. Adorauit Christum Maria, & ideò prænantia resurrectionis ad Apostolos destinatur. Sequitur. Adorauerunt Apostoli, & ideò, quia detulerunt fidei testimonium, acceperunt fidei magisterium. Adorauerunt & angeli, de quibus scriptum est, Et adorent eum omnes angeli eius. Adorant autem non solam diuinitatem eius, sed etiam scabellum pedum eius, quoniam sanctū est. Aut si negant, quòd in Christo etiam Incarnationis adoranda mysteria sint, in quibus velut vestigia quadam diuinitatis expressa, & vias quadam verbi cælestis aduertimus: legant, quia Apostoli adorabant eum in carnis gloria resurgentem. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce adorandum Christum, non solum secundum diuinitatem, sed secundum humanitatis portionē carnalem probat Augustinus: quia adorabant eum Apostoli in carnis gloria resurgētem, id est, carnē resurgentem in gloria. Hanc ergo eandem, hanc solam hostiam consecratam in eadem gloria consistentem, cur fideles si adorent in altari dicentur idololatræ? Nos aliam hostiam cōsecratam nec scimus, nec veneramur ibidem. Sola Christi viua & diuina caro est nostrum eximium sacramentum, & omnium Christianorum hostia consecrata, nec accidēs sine subiecto, vt *Witleff* falsè imputat, nec panis vilis cibarius, vt falsius ipse cōcedit. Videtis ergo quàm alta ceruice mentitus est *Witleff*, cū diceret, q̄ homo sit multipliciùs adorandus, q̄ hostia Christianorum, si intelligat illam de qua in canone, Quā tibi obtulit sum-

mus sacerdos tuus Melchisedec secundum sacrificium, immaculatā hostiam, hostiam viuificæ carnis Christi, secundum substantiā & naturam. At quis alius homo potest ipsi præferri in gloria? aut qualiter homo sibi ipsi subiectus? Hic, inquam, idem homo, qui secundum naturā corporis ad dexteram Dei sedet: & in altari secundum eandē substantiā visibili panis speciei corporaliter æquē præfens. Vnde libro. 3. Dialogorū Basilij cap. 3. *Chrysostr.* Cum, inquit, inter immolandū dominū nostrum, vt * incesso. astantem videris sacerdotē, atq; imprecantem, omnesq; pariter pretioso illo imbui sanguine, adhuc te esse cū hominibus arbitraris, & nō continuò animo trāsflatus in cælos, omnemq; de mente sensum carnis excludens, nuda anima, sensuq; nudissimo ea, quæ sunt in cælestibus contueris? O miraculum! O Dei in nos beneuolentia! qui sursum sedet ad dextrā patris, sacrificij tamē tempore hominum manibus continetur, traditurq; lambere cupientibus eum, & cū bona ratione cōplecti. Fitq; hoc totum sub oculis humanis. Hæc ille. **AUTHOR.** Videat iam *Witleff*, si hostia sua grossa sedeat sursum ad dextrā Dei patris: & sacrificij tamen tempore hominum manibus contineatur. Videat item, & exhibeat nobis illum sanctum hominem, qui multipliciùs sit illo homine adorandus, qui sedet ad dexteram Dei patris, & tenetur hominum manibus in altari. Hanc carnis viuam substantiam, hunc hominem, hanc terram recognoscunt, & adorant Christiani hostiam suā. Aliā hostiam Liberi patris, deæ Cereris, vel furie bacchanalis cedūt idololatræ. Hanc blasphemias tu postponēdam alteri sancto viro: quin imò non sanctis viris, imò sanctis, & sanctissimis angelis vniuersis eam præferunt Christiani: & te blasphemantem dignum damnant in cendio: qui illam subijcis, quanuis sanctis, tamen peccatoribus, dum in hac carne laborāt. Illam, inquam, hostiam, quam sanctus Ioannes dixit agnum sine macula in dextra throni sedem habentem, & quam omnes angeli Dei, omnes linguæ, tribus, & populi, & senatorius numerus ille coruscus, demisso vultu coram eius rutila maiestate suppliciter adorauit. Nec ibi tantum, sed cū sacrificio præfens ipse adierit, occurrentes angeli, & cæli ciues innumeris, ferendo, & vehendo officijs suis altaria replent, & venerandis excubijs mundum occupāt cælo tenus. In homilia paschali *Gregorius*. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo **I E S V** Christi my-

Chrysostr.

* incesso.

Augusti.

sti mysterio choros angelorum adesse, summa, & ima sociari, vnum quid ex inuisibilibus fieri? vno quidem, eodemq; tempore, ac momento, & in cælo rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Hæc ille. **AUTHOR.** Hæc certè non est hostia *Witleff*, cui angeli Dei tantum agunt obsequiū, sed hostia Christi fidelium, quam cum angelis Dei adorant suppliciter consociatam Deo patri, non hyperdulia, sicut *Witleff* dicit, sed honore diuino super omnes creaturarum honores transcendente, argumenta habentes, q̄ tali honore Deus pater eam remunerat, secundum illud, Eleuata est magnificentia tua super cælos. Quæ ergo frōte vermiculus homo subtrahet, quod patria maiestas imperat obsequēdum? Vnde tertia parte sermonum, sermone de Ascensione, qui incipit, At quando de cruce. *Augustinus*. Hæc, inquit, dicta sunt propter corpus, quod Christus obtulit. Igitur ꝑ nostræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater, quod & tanta dignitas offerat, quod & macula nulla foedauit. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem: &, quod plus est, ad partem dexteræ suæ collocauit. Cognoscamus quis est ille, qui audiuit, Sede ad dexteram meā. Quæ natura est, cui Deus dixit, Esto meæ particeps sedis? Illa natura est, quæ audiuit, Terra es, & in terram ibis. Non enim ad omnem gloriam cælos transisse sufficeret, non cum angelis stare, sedes eorū transiuit, archangelos prætermisit, supra Cherubim ascendit, vltra Seraphim eleuatur: nec ante stetit, nisi sedem dominicam meruisset. Vide quo spatium, cælum separatur à terra, imò quantum terra ab inferis: & ipsum cælum quantum ab altiore cælo separatur, & de altiore cælo quantum spatium est ad archangelos, superiores etiam potestates, ad ipsam quoq; dominicam sedē: super hæc omnia natura nostra eleuata est. Et hinc qui tam humili loco tenebatur, vt descendere non posset vltèrius, ad tam excelsam sedem eleuatur, vt superius non possit ascendere. Et hoc ostendens Paulus aiebat, Qui descendit, ipse est, qui ascendit: descendit ad inferiora terræ, & ascendit super omnes cælos. Disce ergo qui ascendit, & quæ natura est eleuata. Hæc ille. **AUTHOR.** Quàm honoratam dicit Augustinus naturam humanitatis Christi in cælis super omnes angelos, super omnem Seraphim, etiam vt vltra non possit ascendere. Si ergo diuinis honoribus correspondere tenetur honor humanus, ergo sic tenemur hono-

rare eandem, quo honore nullum poterimus habere maiorem: & quis est ille, nisi honor diuinus? quis nisi patriæ cultus? & honor iste loci non nouit distantiam, vbi carnem istam, vbi naturā istam cernimus, ibi profequitur honor eius. Idem in sacramento, qui & in cælo vtrinq; præfens secundum carnis substantiā, eundem cultum vendicat propter eiusdem diuinæ personæ copulam sacrosanctam. Qui ergo adorat humanitatem Christi in hostia, vt talem, id est, vt Christi, ibi Christum adorat altissima patria, quia nō propter se adoratur, sed vna seruitute cū domino suo Deo. Miror vbi sit, quod aliās dixerat, si illa natura esset sibi dimissa, illam adorares vt dominum & redemptorem tuū, & iam vnitam adoras, nec vt dominum, cui debes patriam, nec vt angelum, sed longè post alium sanctum hominem. Et quare ergo non consentis Nestorianis hæreticis, vt detur nobis in sacrificio portio talis sancti viri, qui multipliciter excellit hanc hostiam consecratā? Sed videat iste inter blasphemias si non accedit idololatris, qui cultum exhibet nudo signo, & idolo sacramenti: catholicus vero, longè recedit, qui nihil ibi adorat, quod nō sic honorat diuina maiestas. Ipsi ergo sequaces verè tanquā gentes ad muta simulacra panis & vini colenda trahuntur? Catholici ecōtrariò cuncta muta simulacra transcendētes, naturam glorificatam solam adorant, quā femine tenentes fideliter adorabāt, & æquē choros Apostolorum cum eam cernerent ascendētem. Finaliter ꝑ refero vesanias *Witleff* starū vesaniam. in hac re, certè speciosum aliquem, vel speciosam iuenculam præferre sepe solebant viuis sacris sacramentis, hac ratione, quia expressior esset imago Trinitatis, sicut fertur certissimè fecisse. Guilhelmu quendam cognomine Iacob, virum vtiq; pulchrę literaturæ, & elegantis facundię, qui cum præfens adesset in solennitate missę maioris in medio ingētis ecclesię die dominico, dum eleuaretur hostia adoranda, ipse dorsum vertens altari, leuatas manus, & vultum in foeminam quandam specie præcellentem conuertit, dicens se clariùs intueri Deum, quem adoraret in illa, quàm in hostia sic leuata. Grande facinus hoc in auribus deuotorum, attamen eis non magnum crimen est, qui solent à magistro suo frequenter audire, sicut dixit tractatu suo de Apostasia cap. 18. quòd corpus Christi in Eucharistia sit creatura peior pulice, quia panis. Quid mirum igitur, si non dignum ducant adoratione deuota, & ei multas rationabiles præferant creaturas? Et item non dubium apud fideles vniuersa-

Witleff starū vesaniam.

Guilhelmus Iacob.

Idololatra.

uersalis ecclesie Witcleff esse idololatra: cum peccare quomodolibet in adorandi genere spiritu contumaci, est species idololatrie. Constante autem adoratione negare illi, qui adorandus est, nunquid est peccare constante in specie adorandi? Vnde super Psal. 98. *Augustinus*. Nemo illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Inuentum est quemadmodum adoratur tale scabellum pedum domini, ut non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Hec ille. AVTHOR. Ecce inuentum dicit Augustinus, quemadmodum adoretur tale scabellum pedum domini, quale dixit, nemo carne illam manducat, nisi prius adorauerit: quae nostra est Christianorum hostia consecrata, ut non solum non peccemus adorando, sed ut peccemus non adorando. In primo excusat nos ab imputata idololatria per Witcleff, dicens non solum nos non peccare adorando, & totum reatum torquet ad Witcleff in secundo, dicens eum peccare non adorando. Attamen ad imponendum finem suum scholasticis iurgijs, sic intelligite iuxta Augustinum, & patres adorandam carnem Christi vera latria, siue in celo, siue in sacramento, ut non excludat necessario adorationis cultum, non tamen sic includit rationem adorandi.

Quod sacerdos, cum celebrat, conficit, & consecrat corpus Christi, & non nudum exterius sacramentum.

CAP. XXVII.

SVMMA.

- 1 Horribile apud Chrysostomum quam dulce, ostenditur.
- 2 Malitia secundum Augustinum, quod aliter sonat in lingua latina, aliter in lingua scripturae sacrae.
- 3 Catharorum hereticorum Witcleff patrum error septimus recensetur.
- 4 Sacerdos, qui cum celebrat, conficiat corpus Christi, & non nudum exterius sacramentum, sanctorum auctoritatibus ostenditur.
- 5 Augustinus, quomodo in his, quae ad sacramenti consecrationem attinent, uulneret Witcleff in multis, demonstratur.

- 6 Sacramenta per malos facta, quae ualeant.
- 7 Christi oblatio in mysterio corporis & sanguinis sui, quare quotidie iteretur in ecclesia catholica.
- 8 Nihil a bono maius, nihil a malo minus, Augustini dictum, quomodo intelligatur.



Consecrationes item nostras secundum formam Christi, Witcleff clamat horribiles. primo cap. libri Eucharistiae dicens, Nihil horribilius, quam quod quilibet sacerdos celebrans facit, vel consecrat quotidie corpus Christi. Nam Deus noster non est Deus recens, nec corpus eius cum sit summum sacrum, atque perpetuum, est sic sacrabile, vel nouiter faciendum. Sed nos sacerdotes facimus, & benedicimus hostiam consecratam, quae non est corpus dominicum, sed efficax eius signum. Et in 4. Triologi. cap. 3. Notum est fidelibus, quod non quotidie a sacerdote idiotico, & indigno fit nouiter corpus Christi. Hec Witcleff. AVTHOR. Verbum horribile pulmo spirauit horrendus, felle inflatus haeretico, quod si corde dicit affert, suscipi potuisset, eo quod in greco eloquio nihil in honestum, sed stupendum quid potius resonat. Idcirco enim Chrysostomus doctor Graecus simile hoc quid sacramentum appellat: ex quo interpret transfert horribile, Moralium. 46. super Ioannem Chrysostomus. Hic sanguis inaccessibilis, & sancta sanctorum purgabat. Si uero typus eius tantum habebat robur, & in templo Hebraeorum, & in media Aegypto superliminaribus inunctus, multo magis ueritas. Hic sanguis aureum altare sanctificauit. Hic sanguis sacerdotes inthronizabat. Hic expurgabat peccata in typis. Si uero in typis tantam habebat fortitudinem, & si umbram ita mors horrebat, ueritatem ipsam dic mihi qualiter utique non timuit? Hic salus nostrarum animarum, hoc lauatur anima, hoc pulchra fit, hoc igitur igne clario rem operatur intellectum nostrum, hoc autem auro lucidiorem animam facit. Hoc effusus est sanguis, & caelum uadibile fecit: horribilia uere mysteria ecclesiae, horribile uere altare. Ascendebat de paradiso fons flumina sensibilia emittens, a mensa hac ascendit fons flumina emittens spiritualia. Hec ille. AVTHOR. Quam dulce in faucibus diui Chrysostomi horribilitatis eloquium, dicens altare Christi, & eius sacramenta horribilia, quae caelum uadibile faciunt, quae animam faciunt lucid-

Witcleff.

Chrysostomus.

Horribile.

Augusti. lucidiorem auro. Sed & beatus Augustinus ita dicit de malitia, quae scilicet aliter sonat in Latino, aliter in lingua scripturae sacrae. In sermone de massa candida. 3. parte sermonum. & incipit, Sicut audiuius. ubi inquit, Malitia in latina lingua non eam significationem habere solet, quam habet in ea lingua, qua scriptura locuta est. Malitia enim dici solet in latina lingua, qua mali sunt homines. Illa autem lingua malitia dicitur, & malum, quod patitur homines. Malitia ergo isto loco poena intelligitur. Hec ille. AVTHOR. Sic apud patrem Chrysostomum uidetur horribile dici, quod utique in honore speciem hominis uidetur excedere: apud nos uero sicut & apud Witcleff, quod in turpitudine, & dedecore modum praeterit, & ultra denotat. Quia si typus sanguinis sacramentalis tam fuit efficax apud patres, multo magis ueritas inquit. Ecce miser Witcleff, ergo sanguis in altari non est typus, sed ueritas. Non est figura, sed claritas. Non est umbra Christi sanguinis, sed natura. Typus eius fuit sanguis agni paschalis. Typus eius erat sanguis sanctuarij. Typus asperio sacerdotum. Cuius putas? Nunquid alterius typi? Chrysostomus dicit quod non, sed ueritatis. Si dicas, ita ueritatis in figura, ergo sanguis agni fuit, non typus tantum, sed ueritas, scilicet in figura. Et male diuidebat Chrysostomus hinc ueritatem sanguinis, hinc typum, cum typus esset ueritas. Sed tendamus ad prima. Nihil, inquit, horribilius, quam quod quilibet sacerdos facit quotidie corpus Christi. Credibile est nau seabundo haeretico hoc esse horribile. Patres tui Cathari nec hoc poterant sustinere. Vnde libro de haeresibus Guido Carmelita. Septimus 3. autem error Catharorum est, quod cum benedicunt panem, dicendo Pater noster, dicunt, quod non ualet benedictio: quia panis non potest benedici, cum sit creatura diaboli, nec ex pane conficitur corpus Christi. Hec ille. AVTHOR. Sic puto dicerent Manichaei, & Berengariani patres tui. Nostamen audiamus Christum dicere, Hoc facite in meam commemorationem, id est, hoc sumite, & hoc conficite, quia si non prius feceritis, non sumetis. Quid facite? Nunquid panem, & uinum? Hec fecerunt pistor, & uinitor. Hoc ergo corpus de pane conficite, & de uino hunc sanguinem, corpus scilicet, quod pro uobis tradetur, & sanguinem, qui fundetur pro omnibus. Vnde libro de corpore & sanguine domini, cap. 36. 4. Rabanus. Ne forte putares, quod de illo uino tantum pane, & in illa una hora hoc eis iussit, sequutus adiunxit, & ait, Hoc facite in

Horribile.

Cathari.

Guido Carmelita.

Rabanus.

meam commemorationem. Vnde faterendum est, quod quicquid tunc illud fuit, quod Apostoli ab eo perceperunt, hoc totum est istud, quia id ipsum est. Et si uelis audire quid est, Hoc est enim corpus meum, inquit, quod pro uobis tradetur. In hoc ergo uerbo creatur illud corpus, quia diuinum uerbum est, & omnipotentia plenum, ubique praesens, ubique omnia completum. Et quod dicit, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur: crede o fili, quia ita est, quoniam ipse dixit, & factum est, dubitare non potes: ipse mandauit, & creatum est. Praeceptum ergo posuit, in meam commemorationem hoc facite. Et ideo quotiescumque fit catholice, uere hoc fit, quod dictum est, Hoc est corpus meum. Hec ille. AVTHOR. Ecce quod Christus praecipit nobis hoc facere quotiescumque, id sumimus. Ideo non dubium, quin sic faciamus corpus Christi in sacramento secundum substantiam, & sanguinem eius de pane, & uino. Et cur ego confundor, si dicam me facere, cum Christus id mandauit? Hoc, inquit, facite. Et tertio libro Dialogorum cap. 4. Chrysostomus. Neque enim, inquit, aliud quam furor uocandus est contemnere illud mysterium, si ne quo nobis nec salus, nec ea bona, quae sunt promissa, redduntur. Nemo enim ualebit ingredi in regnum caelorum, nisi ex aqua renatus & spiritu. Et qui non manducat carnem domini, nec bibit sanguinem eius, non habebit uitam aeternam. Quae per nullius alterius, quam sanctis efficiuntur manibus sacerdotum. Hec ille. AVTHOR. Ecce Witcleff ubi est ista insania tua? Scio, quod Deus noster non est Deus recens, & tamen Deus factus est homo, qui prius non erat: & corpus eius est summum sacrum, & perpetuum, & tamen fecit illud nouiter de pane, quando ferebat se manibus suis: & quotidie adhuc facit, quando sacerdotes eius potestate, & praeepto id ipsum cum eo simul efficiunt, quae per nullius alterius, quam sanctis efficiuntur manibus sacerdotum, inquit Chrysostomus, ubi per negationem excluditur omnis causa instrumentalis alia, quam taxata: non autem intercidit eis causa principalis: quia sicut idem effectus, ita eadem est actio principalis agentis & secundi. Tamen diminutum est agens secundum in comparatione primi: & idcirco necesse dicitur coagere potius, quam agere. Quod item confitentes modicitatem nostram, dicimus, conficere corpus domini, & consecrare, ut soli Deo referretur principaliter facere. Vnde libro de unico baptismo, & assumit Rabanus de corpore domini ca. 34. August. Tale licet oderint,

Chrysostomus.



rint, adulteri sint, & homicidæ, & ex parte diaboli plura admiserint, dum falsè euangelica necdum præcisi sacrificant, non cogitandum est, qui, & quales sint, sed quid dent, vel quid accipiat is, qui cum fide communicat: neque quis habeat virtutem consecrandi, sed quid habeat. Nam sicut nomine Christi, ipso teste, etiam à membris diaboli dæmonia pelluntur, & virtutes ab eis plurimæ operantur: ita eiusdem virtute in sacramento altaris corpus, & sanguis conficitur, licet dictum sit, quod peccatores Deus nō audiat, quia & super aquam baptismi, & super oleum, & super Eucharistiam, & super capita eorum, quibus manus imponuntur in sacramento, hæc omnia celebrantur, & fiunt. Idcirco valent etiam & per homicidas, eo quod si non habeant Spiritum sanctū, Deus est, qui dat per ministerium eorum eundem Spiritum sanctum, & consecrat ex officio munus suæ largitatis. Alioquin angustior est gratia Christi, quā fraus, & calliditas diaboli. Hæc ille. **AUTH.** Ista sententia Augustini vulnerat nostrum Wicleff in multis. Primo, quia dicit in. 1. cap. de Eucharistia. Satis est ad honorem, & potentiam sacerdotis, quod ipse benedicit, consecrat, & conficit sacramentum, quod est hostia consecrata, & non corpus Christi, sed eius signum, vel tegumentum. Augustinus formata fide ecclesie dicit, quod sicut nomine Christi dæmonia pelluntur, ita virtute eius in sacramento corpus & sanguis conficitur: non dicit sacramentū, quod est hostia consecrata, & non corpus Christi, sed eius signū: sed ipsum corpus Christi verū in substantia ibi conficitur in sacramēto, & nō ipsum nudum signū, vel huiusmodi tegumentū. Secundo, quod Wicleff dicit ibi, Quia sacerdos non habet potestatem faciendi hoc sacramentū, nisi ministerialiter à Deo principaliter faciente, ideo dicitur conficere non corpus Christi, sed nudum sacramentū. Augustinus dicit, quod baptismi sacramentū, quod est res, vntionis quoque, & manus impositionis, & Eucharistia omnia in sacramēto celebrantur, & fiunt. Et ministerialis potentia sacerdotis nō derogat, quin per eum fiat: quia mouētis, & mobilis idē est motus ex. 3. Physicorū. Artifex em̄, & securis, motu vno cōmuni eis, idē scamnū faciunt: nō aut vnū quid artifex, aliud instrumentū: quia tūc non esset eius instrumentū in causando istud datū. Christus ergo quid consecrat? si corpus Christi secundum substantiā, ergo & sacerdos mortalis, vt sit eius instrumentū, cōsecrat illud idem. Si verò Christus cōsecrat nudū sacramentum, & nō corpus suū, nō ideo tunc consecrat

sacerdos nudum sacramentū, & non corpus dñi propter potestatem ministerialē, quā solā accipit, cum Christus per suā potestatem principalē aliud nihil causet. Ita ergo Philosophus iste in suo capitulo paralogismo: aut causalis eius est penitus reprobata, aut sacerdos conficit idem corpus cū Christo, minister cum domino: quia non sefellit, qui dixit, Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Hoc est, sum⁹ in eiusdem effectus productione coniuncti, quauis longè in potestatis ratione discreti. Sacerdotibus Iudæorum dicit Christus, Quod ego vado, vos non potestis venire, quia ipsi consecrabāt figuras nudas, quibus si iam Christiani presbyteri inferuierēt, sicut omni conatu Wicleff desiderat, verum esset, quod intulit. Sed verè sacerdotes moderni cum Christo consecrant verū corpus Christi secundum substantiā, quia hoc verè mādauit eis Christus, qui in sua persona sic fecit: & hoc idem facere alijs iussit, dicens, Hoc facite. Ecce quid nostris auribus intonat. 3. ca. ecclesiasticæ hierarchiæ vetus pater *Dionysius*. Hierarcha scilicet laudans & venerabilem ipsarum & intelligibilem speculationē intelligibilibus oculis inspiciens, ad symbolicam ipsarū sacificationem venit, & hoc Deo tradente. Vnde & religiosè simul & hierarchicè post sacras diuinarum operationum laudes, pro ea, quæ super ipsum sacificatione excusat, vel prius penitus sacrè ad ipsum clamans, Tu dixisti, Hoc facite in meam commemorationem. Hæc ille. Vbi in commento *Lincolniensis*. Venit, inquit, ad symbolicam ipsarum diuinarum sacificationum operationē, id est, ad sacificationem panis, & calicis, ipsos benedicens, & in Christi corpus conuertens, & sanguinem, & hoc Deo tradente, id est, sicut Deus tradidit, & fieri præcepit. Ipsa autem sacificatione panis, & calicis symbolum est diuini sacramentū operationū, quas fecit dominus in coena, corpus suū & sanguinē ex pane, & calice cōficiens. Et quia ad tantū sacrificiū sacificationē, & offerendū, humana infirmitas se sentit minorē, & indignā, cōueniēter potest diuinarū operationū laudes, anteq̄ sacrificet hierarcha, suā excusat audaciā per diuinā præceptionē, velut ipsum ad hoc cōpellentē, hoc itaq; in sinuans: quia non ex propria præsumptione, sed ex Dei traditione venerit ad symbolicā sacificationē. vt infra. Excusat se hierarcha pro ea sacificatione, quæ super ipsum. Operatio em̄ quā quis facit, super ipsum operantē esse dici potest. Excusat, in quā, prius sacrè clamās, ad ipsum Christū, O tu Christe dixisti, Hoc facite in meā cōmemorationē. **AUTHOR.** Iam planè

Sacrificia facta p̄ malos. VVicleff.

Augustin.

planè videri potest, vñ habeat sacerdos istud ministerium, scilicet ex præcepto Christi dicentis, & iubentis, Hoc facite. Verè ergo traditio ipsa potestatis ministerialis non est ratio bona ne hæc faciant, quæ planè Christus iussit vt facerent, corpus suum, scilicet & sanguinem, istud scilicet idem, quod Christus fecit. Sic enim quod volebat nos facturos, pronomine demonstratio, hoc, innotuit: hoc, inquit, & hæc, quæ ego feci. Si ergo hoc corpus & hūc sanguinem demonstrauit Christus, hoc corpus, & hunc sanguinē facit sacerdos minister eius, & si sacerdos non facit, nec Christus principaliter illa facit: & satis erit discipulo, quod sit sicut magister eius. Tertio, quia Wicleff dicit, quod propter sanctitatem vitæ, & non propter illud, scilicet, cōsecrationis officium, est à Deo laudandus, & sic missa sacerdotis sancti est de uotiis audienda, & missa peccatoris notorij fugienda. In hoc abscondit Wicleff, quod alius palam dicit iuxta heresim Donatistarum, scilicet, quod sacerdos peccator nihil conficit: quia per amissionem gratiæ in peccato, omnis etiā cōsecrationis potestatem amisit, vt in principijs huius libri deduxi. Augustinus ergo dicit e contrario, quod si sacramēta valent & per homicidas, qui & si non habeant Spiritum sanctum, Deus est, qui dat per ministerium eorum eundem Spiritum sanctum, & consecrat ex officio munus largitatis suæ. Quarto dicit Wicleff ibi. Sicut laudatiuē, non effectiuē benedicimus Deum, vel dona eius, sic benedicimus corpori Christi, & sanguini, nō faciēdo ipsum esse beatum, vel sanctum, sed laudando sanctitatem, quam Deus in corpore suo instituit, & sic immolamus Christum, & ipsum offerimus Deo patri. **AUTHOR.** Omnia facit ad tollendum substantiam corporis Christi huic venerabili sacramēto, ne scilicet per benedictionē, aut oblationē sacerdotis, incipiat ibi esse per transmutationem substantiæ panis in ipsum. Sed de hac immolatione, & cōfectione audiamus quid in sermone iā dicto, qui incipit, Veritas, quæ est Christus. & assumit Rabanus libro de corpore domini, cap. 29. dicit *Augustinus*. Iterata quotidie fit hæc oblatio, licet Christus semel passus est: quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Et ideo, quia quotidie labimur, quotidie Christus immolatur pro nobis mysticè intra ecclesiam catholicam in mysterio corporis Christi, & sanguinis. Nihil à bono maius, nihil à malo minus accipitur sacerdote, quia non in merito consecrantis sacerdotis, sed in verbo Saluatoris, & in virtute Spiritus

sancti corpus Christi efficitur. Si enim esset in merito sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autē sicut ipse est Christus, qui baptizat, ita est idem Christus, qui per Spiritum sanctum hanc oblationem efficit suam carnem, & vinum transfert in suum sanguinem. Vnde & sacerdos dicit, Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quid perferenda illuc ea deponit, nisi vt intelligatur, quod ista sunt in Christi sacerdotio? Hæc ille. **AUTHOR.** Hic docet nos de prædictis ipsa connexio clausularum, vt quia quotidie labimur, ideo Christus quotidie immolatur. Non immolatione illa, qua semel passus est, sed qua quotidie in mysterio corporis, & sanguinis sui à sacerdote accipitur. Nihil à bono maius, nihil à malo minus. Intellige hoc de sacramento visibilis tui panis, vt sic potuit hoc esse dubium Augustino, si forsā bonus maiorem panem acciperet, quā sacerdos malus. Si de ipso corpore domini, hoc contra te est, quia si bonus sic spiritualiter comedit totam Christi carnem, & malus inde nihil assumit, quomodo dicit tunc Augustinus, Nihil à bono maius, nihil à malo minus? Reuera hoc non vnquam possunt equa portione percipere bonus, & malus. Sed in hoc patet Augustinum de sacramento ipso, & de corpore domini loqui, cum hæc dicit, & similia. Vnde sequitur. Quia non in merito, inquit, consecrantis sacerdotis, sed in verbo Saluatoris, & in virtute Spiritus sancti corpus Christi efficitur. Ergo quod nihil à bono sacerdote maius, quā à malo sacerdote percipitur, verbo Saluatoris corpus Christi efficitur. Nunquid efficitur in celo? Restat vt omnes dicamus, quod non, ergo corpus Christi efficitur hic in solo. Quo faciente, Augustinus respondit, quod sicut ipse Christus est, qui baptizat, sic idem Christus hanc oblationem efficit suam carnem, & vinum transfert in sanguinem. Christus ergo baptizat. Christus hæc oblationem efficit suam carnem. Christus autem non tantum baptizat, ipso dicente, Ite, baptizate. Baptizat ergo Christus, & sacerdos baptizat. Ergo nec solus Christus efficit suam carnem, ipso iubente, Hæc facite, sed Christus principaliter efficit, & efficit cum eo sacerdos. Quomodo autem censerī debet hostia benedicta, subsequitur ibi *Augustinus*. Hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam benedicamur. Ascriptam, per quam omnes in celo conscribamur. Ratam, per quam in vi-

scribis Christi censeamur. Rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur. Acceptabilem, vt qui nobis displicemus, per hanc acceptabiles Dei vnico filio simus. Hæc ille. AVTHOR. Intuere iam dicta per virtutem eiusdem oblationis te moneo: si hostia tua consecrata sic sit benedicta, sic ascripta, sic rationalis, sic rata, aut sic accepta: & tunc carni Saluatoris eam æquipara, carni utiq; in sua natura. Quia nihil plus benedici possumus per hoc datum tuum, nihil plus cælis ascribi, nihil plus Christi visceribus intimari, nihil plus à sensu bestiali exui, nihil amplius Dei filio acceptabiles fieri, comedendo ritè corporaliter carnem vnitam gloriose hypostasi verbi Dei, quam comedendo item secundum te corporaliter massam tui furfuris benedicti.

¶ Quòd solus presbyter, & omnis talis ritè exequens in forma verborum Christi, conficit corpus Christi.

CAP. XXVIII.

SVMMA.

1. Mulieris cuiusdam præstigiæ recensentur.
2. Presbyter solus q. conficiat sacramentum corporis Christi, non reges, non periti de seculo, imò nec angelus quisquam etc.
3. Christi caro, et sic Dei filius, quòd in hora consecrationis descendat de cælo, qui nec defuit unquam cælo, contra Witleff.
4. Angeli quomodo assistant, quando Christus in altari immolatur.



¶ Circa consecrationis articulum ad tres conclusiones tria signat iste Witleff errabunda responsa. Quis consecrat corpus domini, nunquid de necessitate sacerdos ordinatus? Secundo, qua forma verborum consecrat. Et tertio, an quilibet hoc præterdendens bonus, vel malus, aut æquè bonus, & melior. Ad primum videtur ipse dicere, quòd sacerdotes sanctos decet hoc officium: potest tamen conuenire laicis non ordinatis. 4. ter damnati Trialogi. cap. 10. Credo, inquit, quòd nescis ostendere, quòd quando Christiani fregerunt panes circa domos, quòd illi panes non erant

Ad primū.
Witleff.

corpus Christi, aut quòd solum Apostoli, vel presbyteri sic fecerunt. Sed dimittendo istud incertum, apparet mihi, quòd sacerdotes sanctos decet istud officium, cum Christus specialiter iniungat eis sic facere. Hæc ille. AVTHOR. Dicit se istud incertum dimittere, sed quòd dimisit finaliter incertum est. Maxime quia sectatores eius, vt publica fama canit, in hac ciuitate Londoniarum olim instituerunt iuenculam quandam profestis diebus, & dominicis consecrare eis suam Eucharistiam. Qualem ita describit in epistola ad magnum Cyprianum, quæ incipit. Firmianus Cypriano, vetus Episcopus Firmianus. Quædam, inquit, mulier in extasi constituta, cum prophetam se præferret, & quasi Spiritu sancto plena sic ageret: ita autem principium dæmonum impetu ferebatur, vt per longum tempus sollicitaret, & deciperet fraternitatem, vt mirabilia quædam, & portentosa perficiens, mouere se terram polliceretur. Sequitur. Atq; illa mulier, quæ prius per præstigijs, & fallacias dæmonis multos ad deceptionem fidelium mouebat, inter cætera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, vt & inuocatione non contemptibili sanctificare se panem, & Eucharistiam se facere simularet, & sacrificium domino cum solitæ sacramento precepcionis offerret, baptizaret quoq; multos, visitata, & legitima verba interrogationis vsurpans, vt nihil discrepare ab ecclesiastica regula videretur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce sacerdotissimam prophanam de ordine Lollardino, pro qua item militat argumētum, quòd Witleff fecit, vt incertum concluderet. Quia quādo Christiani fregerunt panes circa domos, qui poterant fuisse corpus Christi, non ostenditur facile, quòd soli Apostoli, vel presbyteri sic fecerunt: ergo & laici ex tibi dubio sic fecerunt. Et cur foemina, non eodem ductu? quia non facile ostenditur, quòd soli masculi sic fecerunt. Econtrariò dicit ecclesia Christi, quòd de lege statuta, nec reges, aut periti de seculo, imò nec angelus quisquam in cælo habet hanc potentiam consecrandi, vt latè declarat libro 3. Dialogo. cap. 4. sanctus pater Chrysostomus. Si quis introspectat, quantum sit hominem carni adhuc & sanguini colligatum, beatæ illi & simplici naturæ fieri posse vicinum, tunc diligenter intelligit, quo sacerdotes Spiritu sancti gratia honore dignata sit. Hi nanq; qui terram incolunt, atq; in ea conuersantur, cælestia dispensare meruerunt, & potestatem acceperunt, quam neq; angelis, neq; archangelis dedit Deus. Neq; enim ad illos dictum est, Quæ

Firmianus.
Mulieris
præstigiæ.

Chrysto.

Quæcunq; solueritis, erunt soluta. Habent quidem & mundi principes vincendi aliquam potestatem, sed cui in solis corporibus licet. Hoc autem vinculum, quòd sacerdotibus commissum est, ipsam contingit animam, transit cælos, vt ea, quæ operati fuerint sacerdotes deorsum, etiam Deus confirmet in cælis, sententiamque feruorum dominus ipse corroboret. Quid ergo reliqui est, si omnis eis commissæ est potestas cælorum? Quorumcunq; enim dimiseritis peccata, dimittentur: & quorumcunq; tenueritis, tenebuntur. Quæ potest inueniri maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio. Adhuc video à filio totum sacerdotibus esse commissum, ac sicut iam translati in cælum, & humanam excedentes naturam, atq; à nostris infirmitatibus liberati, in tantum euecti sunt principatum. Et infra. Nemo enim valebit ingredi in regnum cælorum, nisi ex aqua renatus, & spiritu. Et qui non manducat carnem domini, nec bibit sanguinem eius, non habebit vitam æternam. Quæ per nullius alterius, quàm sanctis efficiuntur manibus sacerdotum. Hæc ille. AVTHOR. Quam diligenter recenset sanctus pater, & commendat potentiam sacerdotis? & quàm sensatè concludit carnem, & sanguinem domini in altari solis effici manibus sacerdotum? Attende item cursum sacrificiorum, & sacrificantium in populo Dei à principio temporis legis, imò vel naturæ, vsque ad tempus, & infra tempus Euangelij, nunquam reperies foeminas quantumcunq; sobrias, & deuotas, in offerendo victimas, vel hostias vfas esse officio sacerdotis. Apostolus autem Paulus eas nec docere permisit in publico, quomodo tunc consecrare permetteret? Poterant forsitan necessitatis urgente periculo circumcidere paruulos, & forsitan hoc exemplo parentes baptizare paruulos instante periculo, Apostoli permiserunt, eo quòd baptismus circumcissioni succedit. De istis item supra peregrinus in principio huius libri, idcirco breuiori mora consistimus, tantummodò, ne fideles ex prædicta argutia Witleff vsurpent in prophano sacrificare thuribulo. Ad secundam autem conclusionem videtur dicere Witleff, quòd & si solus sacerdos poterit corpus domini consecrare, non tamen quilibet, sed sacerdos sanctus: nec tamen consecrat ille corpus domini, sed nudum signum. Idcirco deridenter inuehit cap. 4. de Eucharistia. Non, inquit, habet quilibet presbyter authoritatē mittendi corpus domini ad cælum, vel trahendi ipsum ad populum, nec facit corpus Christi,

Ad secundā.

sed missam celebrat post, & antè. Et de Apostasia, cap. 17. Postquam inualuit opinio de terrenis diuitijs, etiam tunc inualuit error, quo generatio signorum graui corde nititur trahere corpus domini, quòd sursum est secundum suam substantiam, versus terram. Sed Paulus dicit econtrariò, Quæ sursum sunt quærite. Hæc Witleff. AVTHOR. Iam magno pretio colligit iniquus hæres festucas Berengarij patris sui. Hæc enim deliramenta ipse parturit, vt recitat eum libro de corpore, & sanguine domini, versus finem Lanfrancus. Est, inquit, aliud, quòd obijcitis, quòd concessa loquendi facultate, multis in locis clamatis, & dicitis, Si panis in veram Christi carnem conuertitur, aut panis sustollitur in cælum, vt illic in Christi carnem transferatur, aut caro Christi ad terram defertur, vt illic in eam panis commutetur. Atqui nec panis sustollitur in cælum, nec caro defertur. Non igitur est vera caro, in quam panis conuertitur. Hoc vos colligitis, inquit Lanfrancus, secundum humanam sapientiam, non diuinam. Hæc ille. AVTHOR. Reuera secundum humanam stultitiam, & non diuinam. Nam Moyses virgam conuertit in verum colubrum, nec tamen colubrum verum ad duxit ad virgā, nec virgā ad primū colubrum, vt virgā conuerteret in seipsum. Ipse item potestate altissimi conuertit petrā in stagna aquarum, nunquid sustulit petrā ducēs ad illa stagna? vel stagna perduxit ad lapidē, vt eū in ea conuerteret? & tū verus lapis erat, & aqua vera. Et dominus noster Iesus Christus aquam conuertit in vinum, nunquid ideo hydrias aqua plenas repentina manu reuexit ad cellam vinariam? aut de torculari rubentia multa quæ fuit, in quæ plenas hydrias posset conuerrere? Nescit humana stultitia modum, cum furit in Deum. Secundum ergo diuinam sapientiam dicit sancta mater Ecclesia, quòd & caro Christi in hora consecrationis descendit de cælo utiq; quia Dei filius descendit de cælo, qui nec defuit vnquam cælo: & Spiritu sancto cecidit super omnes, qui audiebant verbum. Quid igitur mirum, si caro descendit de cælo, si tamen non absit cælo? Probat istud diuus Ambrosius de Christo, dicente se panem viuum, qui descendit de cælo. libro. 6. de Sacramentis. & est de consecratione. distinctio- ne secunda. Sicut verus. Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cælo descendi. Si non descendit de cælo, hoc est, carnem matris assumpsit ex virgine: quomodo ergo descendit panis de cælo, & panis viuus? quia idē dominus noster Iesus Christus cōsors est diuinitatis, & cor

Lanfrancus.

Ambrosius

poris. Et tu, qui accipis carnē diuinæ eius substantiæ, in illo participaris alimento. Hæc ille. **AUTHOR.** Et nota, quod Ambrosius dicit, qui accipis carnem, non dicit panem naturalem, vel nudum sacramentum extrinsecum, sed planam carnem: & quod ipsa caro sit panis uiuus, qui descendit de cælo: & totus Iesus Christus propter confortium, quod aliàs dicimus concomitantiam: non tamen dicit, descendit de cælo, id est, extra cælum, ita ut cælum deferat, cum descendit. Vnde de vera innocentia, propositione. * 479. *Augustinus.* Sic posset panem Angelorum homo mūdicare nondum angelis adæquatus: si panis ipse angelorum hominibus dignaretur æquari. Nec sic descendit ad nos, ut illos desereret, sed simul integer illis, integer nobis. Illos intrinsecus pascens per id, quod Deus est, nos forinsecus admonens per id, quod nos sumus: idoneos fecit per fidem, quos per speciem pascat æqualiter. Hæc ille. **AUTHOR.** Ergo non præiudicat Saluatori, quod ad nos veniat in carne de cælo, dum cælos ipsos ad nos veniens, non relinquit. Sed obstat forsan in primo, quod hoc nequaquam fiat cuiuslibet mali sacerdotis instantia, sed tantum boni. Sed ista pestis de heresi Donatistarum infecta processit, qui merita personarum in Christi sacramentatione perpendunt, quasi Christi autoritas ex illorum bonitate dependeat. Sed de hoc ostensum est in principio: & in libro suo de mysterijs *Ambrosius.* Cum tibi scriptura testatur, quod ad Hieroboam preces, ignis descenderet de cælo, & rursus precante Elia est emissus, qui sacrificium consecrauit, non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. Et si quoque merita expectas, sicut Eliam consideras, Petri quoque merita expectato, vel Pauli, qui acceptum à domino Iesu hoc nobis mysterium tradiderunt. Illis ignis visibilis mittebatur, ut crederent, nobis inuisibilis operatur, qui credimus: illis in figura, nobis ad commonitionem. Crede ergo adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait, Vbi fuerint duo, vel tres, ibi & ego sum. Quanto magis ubi est ecclesia? ubi mysteria sua sunt? ubi dignatur suam impertire presentiam? Hæc ille. **AUTHOR.** Quod ergo supra dicit Ambrosius de descensu carnis Christi, & integri Christi Iesu usque; ad nostra altaria ad preces, & instantiam sacerdotis: hic iubet non discutere sacerdotem ad merita, sed solum considerare iubet officia sacerdotum, addens optima ratione, Si quis ibi expectat merita sacerdotum, non stabit in competenter bono, quousque;

veniat ad vnum æqualem Petro, & Apostolis. Quia qua licentia discernit bonum à malo, ea cogetur supra bonum petere meliorem, & sic infinities varium est idem sacramentum altaris per bonum & melius sacramentum correspondenter ad gradus bonitatum hominum in latitudine meritorum. Et sic non erit vnum baptisma simpliciter, nec vna Eucharistia. Et concludit Ambrosius ex visibili igne descendente ad preces Eliæ magis inuisibilem ignem debere descendere in consecrationibus sacerdotum. Crede ergo, inquit, adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum. Huic applaudit sententia patris *Chrysostrami*, quam *Chrysostr.* recitare non piget, quanuis in alijs supra eam intulimus, in libro. 3. Dialogorum eius cum Basilio, cap. 3. ubi dicit. Cum inter immolandum dominum nostrum ut incesso altarem videris sacerdotem, atque imprecantem, omnemque; pariter pretioso illo imbui sanguine, adhuc te esse cum hominibus arbitraris, & non continuo animo translatus in cælum, omnemque; de mente sensum carnis excludens, nuda anima, sensuque; nudissimo ea, quæ sunt in cælestibus, contueris? O miraculum. O Dei in nos beneuolentia, qui sursum sedet ad dexteram patris, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur, traditurque lambe re cupientibus eum, & cum bona ratione complecti. Fitque; hoc totum sub oculis humanis. Sequitur. Ut autem altitudinem, & excellentiam sanctificationis huius alio quoque; intuearis exemplo, imaginare sub conspectu nostro adductum Eliam, & innumerabilem circumstantium multitudinem, & hostiam in altario positam, omnemque; qui adsunt, magna silentij expectatione, solum verò orantem prophetam, & repente flammam de cælis in hostiam decidentem. Admiranda nempe hæc, & totius plena stuporis. Sed transi ex illis ad ea, quæ nunc aguntur: & non solum miranda, sed omnem stuporem transcendētia videbis. Stat quippe sacerdos non ignem educens, sed Spiritum sanctum, incumbens diu preci, non ut illa desuper accensa lampas consumat apposita, sed ut aduolans gratia Sancti Spiritus sacrificio, per ipsum cunctorum mentes accendat, & splendidiore reddat argento per ignem probato. Hoc igitur ministerium ita reuerendum, quæ despiciere audebit infania? Hæc ille. **AUTHOR.** Vide quanta verborum planitie, quanta animi deuotione sanctorum patrum continebat professio solennem presentiam domini Iesu personaliter descendētis à cælo, & sacris altaribus assistentis. Et libro. 6.

Chrysostr. Dialogi. cap. 4. idem sanctus pater *Chrysostr.* Cum verò etiam Spiritum sanctum sacerdos inuocauerit, & reuerendam illam immolauerit hostiam, communemque omnium dominum subinde contigerit, ubi illum dic mihi nostra existimatione ponemus? Quantum ab illo splendorem poscimus, & quantam religionem? Expende enim quales oporteat eius esse manus tantarum rerum ministras, qualem linguam verba illa fundentem. Aut quo genere non mundiorem, & sanctiorem animam talis spiritus receptricem? Tunc enim etiam angeli circumstant sacerdoti: & tribunal, atque altaris locus cælestibus virtutibus adimpletur in honorem eius, qui immolatur. Quod quidem ex ipsis, quæ aguntur, ostenditur. Ego autem audiui, referente aliquo, quoniam presbyter quidam vitæ sanctitate mirabilis, & qui reuelationes soleret videre, retulisset illi tale se spectaculum aliquando vidisse, id est, sacrificij tempore conspexisse angelorum multitudinem, sicut ei possibile erat intueri, stolis fulgentibus circundantem, & altare coronantem, cum officio, quo circa regem suum milites stare consueuerunt. Quod mihi facile persuasum est. Alter verò mihi retulit, non ab illo se audisse dicens, sed quod ipse vidisset quosdam de hoc seculo recedentes, qui participes mysteriorum illorum in conscientia munda fuerint, cum efflauerint vltimum spiritum, subuehi eos alacres manibus angelorum. Hæc ille. **AUTHOR.** Facile consentit *Chrysostr.* quod hæc excubiæ angelorum circa regem suum, qui ibi corporaliter immolatur, sint quotidianæ in altari fidelium. & sicut in superiori loco dixit. Si sanctus Patriarcha noster Elias sola prece sine consensu suo corporeo, flammam sensibilem de summo cæli vertice protraxit ad terras, quanto magis minister corporis Christi ad iussum eius sola prece inuisibilem ignem Sancti Spiritus carnem Christi corporaliter continentem sacris coniunget altaribus? Rideat ergo *Witcleff*, & omnis schola Berengariana, derideat has antiquorum patrum protestationes deuotas. Nam in hoc ipso ridebitur. Nam si fuisset vel patrum sciolus scripturarum, sciisset actiones, & factiones, quæ cum sensibili motu fiunt, & per hoc fundantur in quodam actu ex tercio Physicorum: non necessario deo coesse, si aget. Quia Iesus, qui cum tactu, & motu suscitauit filium viduæ, sine tactu, vel motu sensibili seruum Centurionis erexit. In neutro verò habuit necesse, ut mitteret se illuc, vel infirmi corpus ad se traheret. Et longè præ-

sentior est proprio corpori sacramenti. Ex patribus ergo suis hoc credendum est traxisse *Gregorium.* quod in Homilia paschali concorder eis scripsit, & habetur de consecratione, distinctione. 2. Quid si sanguis, ubi, *Gregorius.* inquit, fidelium habere dubium possit, ut ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio choros angelorum adesse, summa, & ima sociari, vnum quid ex inuisibilibus, & visibilibus fieri? Idem vno quidem, eodemque tempore, ac momento, & in cælo rapitur ministerio angelorum consecrandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Hæc ille. **AUTHOR.** Et super Lucam libro. 1. cap. 1. *Ambrosius.* Utinam, inquit, nobis adolentibus altaria, sacrificia deferentibus, assistat angelus, imò se præbeat ad videndum. Non enim dubites assistere angelum, quando Christus immolatur. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Nec vereare, ne turbetur cor tuum angeli visione. Sequitur. Idem enim angelus, qui occurrat nobis, confirmare nos poterit, sicut turbatum ante Zachariam animam confortauit. Hæc ille. **AUTHOR.** Planè ecce dixit. Christum immolari, quando ad altaria sacrificia deferimus, & non dubitandum de assistentia angelorum.

¶ De efficacia verborum sacramentalium, & si habeant vim conuertendi essentiam rei subiectæ.

CAP. XXIX.

S Y M M A.

- 1 Christi quibus uerbis, sepositis Euangelistarum uerbis, corpus Christi, & illius sanguis conficiatur, ostenditur ex *Augustino*, & *Ambrosio*.
- 2 Consecratio quando fiat, & quid hoc demonstrat. Et plura de hoc ibi.



Ad tertiã. Tertiam item questionem de forma verborum, si sit ad consecrationem Christi corporis necessariò requisita, *Witcleff* videtur quibusdam quasi sustinere contrarium in tractatu super cap. 23. *Matth.* cap. 3. Nec, inquit, volo concedere, nec negare, nec dubitare, vtrum sacerdos posset sine tali habitu celebrare post

re post coenā, sicut fecit dominus Iesus Christus. Nec video, quod talis cōsuetudo, vel forma consecrationis sit magis authenticā, quā forma consecrationis, qua consecrantur Episcopi armaturā. Et infra. Christus enim rem ponderat magis, quā hęc verba. vt, quā cura Deo de verbis, quibus consecrandā sunt braccā Papales? Hęc Witcleff. AVTHOR. Mihi forsā videretur hęc dicere de consecrationibus ornamentorum, nisi q̄ de celebratione dixit post coenam. Verū tamen e contrario facit, quod euentiam suam de hac re dixit esse leuem de Eucharistia, cap. 4. Leui, inquit, euentia, sed probabili credimus, quod sacerdos ex virtute Dei conficit illis verbis. Et de hac leui probabilitate item leuiter loquitur cap. 9. 4. Trialogi. Videtur, inquit, probabile, quod prolatis his verbis sacramentalibus ille panis est corpus domini, & non ante. Hęc ille. AVTHOR. Ecclesiā patribus videtur non leuis euentia, sed grauis, quod in sola, & integra pronuntiatione verborum Christi est virtus efficax consecrationis corporis sempiterni principij. Vnde in sermone de corpore, & sanguine domini, qui incipit, Magnitudo cælestium. sanctus pater Eusebius Emilēnus, cuius laus est in decretis. Benedicēdā, inquit, verbis cælestibus creaturā, sacris altaribus imponuntur, antequā inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis, & vini, post verba Christi, corpus est & sanguis Christi. Hęc ille. AVTHOR. Vt autem tollamus tibi omnem litigandi materiam, si ipsa verba Christi expressē requiras, in sermone de corpore, & sanguine domini, qui incipit, Veritas, quā est Christus. & ponitur de consecratione, distinctione. 2. Vtrum sub figura Augustinus. Sacerdos, inquit, prius assumens eūāgelistarum verba, dicit, Qui pridie, quā pateretur &c. vsq; dedit discipulis suis, dicens. Ecce vsq; ad istum locum verba sunt Euangelistarum. Porro deinceps verba sunt Christi, dicens, Accipite, & manducate ex hoc omnes &c. vsq; meum. In his verbis creatur corpus Christi. Deinde in verbis Christi domini dicens, Accipite, & bibite ex hoc omnes &c. vsq; facietis, sanguis Christi Dei nostri efficitur. Hęc ille. AVTHOR. Syllabatim ecce te docuit Augustinus, quibus Christi verbis, sepositis verbis Euangelistarum, corpus Christi cōficitur, & ex eisdē verbis efficitur sanguis Christi Dei nostri, non sacramenta istarum rerum remota, & vacua, & non continentia res illas eximias in naturis suis, sed figuras tantum in panes, & nomina vana Catonum, iuxta Luca-

num. Imò semper dicit res illas, & sacramenta intus abscondita. Hęc, inquit Augustinus, illis verbis efficiuntur, & creātur. Et ne patrem quis in professione fidei separare possit à filio, ipse pater Ambrosius concurret Augustino in simili penē verborum serie. 4. libro de Sacramentis. vbi, Didicisti, inquit, quia quod accipis, corpus est Christi. Vis scire quia verbis cælestibus consecratur? Accipe, quā sunt verba. dicit sacerdos, Fac nobis hanc oblationem scriptam, rationabilem, acceptabilem, quod est figura corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Qui pridie, quā pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad cælum, ad te sancte pater, omnipotens, æterne Deus, gratias agēs, benedixit, fregit, fractumq; Apostolis suis, & discipulis suis tradidit, dicens, Accipite, & edite ex hoc oēs, Hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur. Similiter & postquā coenātū est, pridie, quā pateretur, respexit ad cælū, ad te sancte pater omnipotens, æterne Deus, gratias agens, benedixit, Apostolis, discipulisq; suis tradidit, dicens, Accipite, & bibite ex eo omnes, Hic est sanguis meus. Vide, omnia verba illa Euangelistæ sunt, vsq; ad, Accipite, siue corpus, siue sanguinem. Inde verba Christi sunt, Accipite, & bibite ex eo omnes, Hic est enim sanguis meus. Vide & singula. Qui pridie, inquit, quā pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequā consecratur, panis est: vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Deniq; audi dicētem, Accipite, & edite ex eo omnes, Hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi, calix est vini, & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Hęc ille. AVTHOR. Ecce quomodo Ambrosius notet verba illa, quā sunt effectiua sacramenti, discernens ea à verbis Euangelistarum, sicut superius Augustinus edocuit. Et ante illa verba Christi, Hoc est corp⁹ meū, & Hic est sanguis &c. tantum est ibi panis & vinum. Post hęc verba, est corpus & sanguis. Cui videtur esse leuis ista fundatio, ipse videtur leuiter iudicare de authoritate domini Saluatoris. Notetur item in prædictis verbis Ambrosij, quod non per hęc verba Saluatoris panis sit tantum corpus Christi figuratim, quia sic fuit ante verba, dicit, inquit, sacerdos, Fac nobis hanc oblationem scriptam &c. quod est in figura corporis Christi per verba sacerdotis. Post verba sacerdotis sequuntur verba Euangelistarum. Post verba Euangelistarum, Christi verba sequuntur, in finitē maioris efficacit̄, quā

Ambrosius

Augustin.
Ambrosius

Epiphon.

Consecratio quando fiat, & quid hoc demonstrat.

quā priora. In finitē ergo melius, corpus sit iste panis per verba Christi, quā ipsum face re poterāt verba presbyteri. Longē ergo melius aliquid, quā corpus Christi in figura, & panis remanens in natura. Sic sibi conueniūt in vna disciplina fidei pater & filius, Ambrosius, & Augustinus. Adhuc autem minus distant verba ipsorū in superbeata, & mirō modo concordī sententia, sine variatione Iotæ, Augustini scilicet de verbis domini, sermone 28. & Ambrosij libro. 5. de sacramentis. dicentium, Memini sermonis mei, cum de sacramentis tractarē. Dixi vobis, q̄ ante verba Christi, quod offertur, panis dicitur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quā postea sequitur, ait, Panem nostrum? Panem quidem dixit, sed epiphon, hoc est, super substantialē. Nō iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Hęc ibi à patribus. AVTHOR. Ista beata, & concors sententia patrum fauciat lethali vulnere præcordia Witcleff, quā sententia vsq; ad vltimā micam destruit substantiā sensibilibus panis in beatissimo sacramento: & solum relinquit ibi panem vitæ corpus naturale domini Saluatoris, vt deductum est supra. Quapropter nesciens fugere tantæ authoritatis molem: victus, sed non sic redditus, rumpit in blasphemiam contra sanctum Ambrosium, vocans eum doctorem apocriphum, ca. 2. 1. 4. sui Trialogi ter damnati. In eadem item sententia, efficacia traditur verborum sanctorum, quā prius. Ante, inquit, verba Christi, quod offertur, panis dicitur. Vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Inflat adhuc pro partibus orationis prolata: quā illarum habeat vim taliter conuertendi: vel omnes simul, ita vt necesse sit expectare finem sententiæ pro veritate sententiæ, & conuersionis effectu. in de Eucharistia, cap. 5. Si, inquit, demonstratur pronomine, panis, aut vinum in principio, & in fine sit conuersio, tunc propositio in sua successione foret falsa, & cōuersioni impertinens. Hęc Witcleff. AVTHOR. Hic sine culpa erroris diuersi diuersa senserunt. Primò tamē sciendum, q̄ & si singulis rerum naturis altitudine consilij sui attribuit Deus varios virtutum modos, quosdā regulariter consequentes, vt sint in eis velut efficacia quædam nupta naturæ, sicut herbis, lapillis, & varijs colorum, figurarū, & qualitātū articulis, in vniuerso orbe Deus accommodat: ita quoq; verbis, & vocibus quædam naturali

ter impressit insignia, vt vim habeant accendendi mentem alienam mirabili modo, & incitamenta sciendi præbere: sicut Hieronymus in primo prologo attestatur, cum dicit, Habet enim nescio quid latentis energiæ viua vox actus, & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonant: hoc studentium exercitia, hoc prædicatorum in vniuerso orbe gesta testantur. Superest item virtus quædam prærogatiuæ altioris, quā moderatio est gratiæ specialis, verbis, & vocibus quibusdam numero paucis à quibusdam editis super materia, & in hora statutis, Deus intitulat: & hęc sunt verba sacramentis affixa, quæ gemino quodā fructu ita redundant, vt vno, & eodem simplici ordinato processu efficiant, quod testantur, & veram sententiam proloquantur. Hoc nobis authoritate dominica, ecclesiæ traditione sine dubitatione peruenit. Quod autē simplex verbum maioris sententiæ cæteris abundet in virtute, quidā dicunt, q̄ primū, sicut Walsynghā Carmelita super quartum, propter certitudinem demonstrandi. Mihi quondā iuniori videbatur, q̄ hoc verbum, est, tertia scilicet pars orationis in ordine, sicut leprosum Christus efficienter curauit in verbo, dicens, Mundare. & omnia huius mundi opera Deus vno verbo communi, & imperatiuo creauit, dicens, Fiat hoc. &, Faciamus hominē. hoc adiuncto, quod Augustinus secundo de doctrina Christi. cap. 3. dicit, At si quis arguat, ergo cæteræ partes superfluunt, dicatur, q̄ non pro integritate sententiæ, sicut nec famosa positio dicit de omnibus præcedentibus vltimam, aut particularis illa Walsyngham de omnibus consequentibus primam. Et habetur ratio in exemplo de successiuis. Quomodo verè dici potest existente primo momento diei, dies est, quæ tamen dies nō esset, si statim absunderetur reliqua pars diei, quæ nondum venit: ita pronūtiato verbo, est, statim est consummata cōuersio, sed cōparatiuè ad reliqua, quæ sequuntur de integritate sententiæ. Sed istis pro iam ommissis, licet non abiectis, communi est insistendū assertioni ecclesiæ, q̄ sacramentalibus verbis perfectis cū cæteris requisitis, est ibi perfecta cōuersio. Sed adhuc obstat Witcleff ca. 15. de apostasia. quia tūc cum primò nō fuerit, esset vera. Dicit, inquit, aduersantes, ponētes, q̄ illa propositio est factiua, & cōuersiua, sed nimis expectat eius verificationē, cum dicūt, q̄ in fine primò cum nō fuerit, erit vera. Hęc Witcl. AVTHOR. Videtis quid cōtendit implicare solo sophismate: & nōne in successiuis veritatis perfectio perfectionē rei expectat? Sed dicā, hęc

Hierony.

Eusebius.

Augustin.

Responso.

Witcleff.

hæc oratio est perfecta, eadem demonstrata in voce finem prolationis expectat: & hoc tempus hic habet finem: non erit verum, quousque; ad non entitatem peruentum fuerit temporis demonstrati. Tamen hoc sufficere debet in talibus, quod virtus operata per verba, constanter expectet: & iam transeunte oratione, virtus, quam operetur, permanet in futurum: sicut de Petro legimus, quod iam oratione Christi decursa, ipse diu post recordatur verbi Christi, quod dixerat. Priusquam gallus cantet, &c. fleuit amare, perijt autem diu vocalis oratio Christi secundum essentiam, sed permansit secundum virtutem. Ita verba sacramentalia, quæ vocaliter proferuntur, desinunt, sed expectat virtus, quam efficiunt. Vnde libro. 19. contra Faustum Augustinus. Quid sunt, inquit, alia quæque sacramenta, nisi quædam verba, quasi inuisibilia? sacrosancta quidem, veruntamen mutabilia, & temporalia. Deus enim est æternus, nec tam aqua, & omnis illa actio corporalis, quæ agitur, cum baptizamur, & fit, & transit, æterna est. Vbi rursus & illæ syllabæ celeriter sonantes, & transeuntes, ut dicitur Deus, quæ nisi dicantur, non consecrant, sonant, & transeunt. Virtus tamen, quæ ista operatur, iugiter manet: & donum spirituale, quod per ista insinuat, æternum est. Hæc ille. AVTHOR. Ita responsum sophismati, quod potius dignum est pueris, quam diuinissimis sacramentis. Veruntamen futurarum hæresum præcius spiritus dedit innotescere per organum Augustini, quod illæ syllabæ nisi dicantur, non consecrant: & si dicantur, sonant, & transeunt: & ita nisi dicantur, ita ut sonitu transeant, veræ non sunt, sed pereunt cum sonitu: & veritas ipsa, ut est sonora, deperat: virtus ipsa, qua in sacramentis operantur, iugiter perseverat, & quod per ea insinuat, donum est æternum. Obijcitur item, quod verba illa sacramentalia non essent effectiua, quia sunt recitatiue dicta. Mira res de viris prudentibus, quod nesciunt ea, quæ sentiunt. Ecce prædicator quid efficit, cum recitat verba Christi in auribus hominum, & ea, quantum sufficit, aperit? Nunquid ad lachrymas cogit? Vitia, quæ perpetrare diutius volebant, eliminat? Proximorum necessitatibus subuenire, orationi incubere persuadet? ita ut interdum ad humiles claustrum fores diuites mundo, & diuitum sobolem alacri gressu festinare compellat: vis vnde verborum istorum, nisi à Christo? Et cuius verba, nisi Christi? Recitat ea sacerdos, & efficit quod præcedit. In carminibus verba Christi recitata, mira quædam efficiunt, & in sacramentis expirat.

¶ Sacramentum altaris, quod ecclesia credit esse corpus Christi naturaliter, & panem per figuram, Witleff peruertit ad opposita, esse corpus Christi solum figuraliter, & panem per essentiam.

C A P. X X X.

S V M M A.

- 1 Armeniorum hæresis circa Eucharistiæ sacramentum, recitatur.
- 2 Corpus Christi quod veritas est, & figura est.
- 3 Sacramentum, & mysterium altaris esse solum corpus & sanguinem Saluatoris substantialiter in veritate naturæ, velatum autem figura panis, & vini, secundum fidem ecclesie dicimus.
- 4 Caro Christi in sacramento quare non videatur. Et quomodo in sacramento conseruatur species panis, & vini, secundum Theophilum, panis autem & vinum conuertitur in veritatem carnis, & sanguinis contra Witleff.
- 5 Witleff, qui dicit sacramentum altaris esse corpus in figura, & panem in natura, sanctorum autoritatibus confutatur.



St ergo falsum, & blasphemum compedium verborum Witleff, quod totam massam digerit suæ perfidiæ in fine. 43. cap. de sermone domini in monte. Sicut Christus est si-

V Witleff.

mul Deus, & homo, sic hæc hostia est simul corpus Christi, & verus panis in natura: vel, quod in idem sonat, est verus panis naturaliter, & corpus figuraliter, quia est corpus domini ad minimum in figura, & verus panis in natura. Hæc Witleff. AVTHOR. Non oportet locum notare, vbi à Berengario magistro suo ista traduxit, frequētissime recitantur hæc dicta, magis autem nepotes eius in hac hæresi Armenios subinferam ad cautelam. Vnde de hæresi Armeniorum vigesima secunda, sic habet Guido Carmelita. Vigessimus secundus error, quod facta consecratione, corpus Christi non existit verè sub speciebus panis & vini, sed tantum in similitudine & signo: nec Christus trã substantialiter panem & vinum in corpus & sanguinem suum realiter, sed in similitudine, & figura. Hæc ibi. AVTHOR. Cõtra has hæ-

Armeniorum hæresis. Guido Carmelita.

reses fixit ecclesia Christi autoritate foundationis eius super firmam petram suam sententiam, quod scilicet dominici corporis sacramentum veritas est, & figura multiplex. Veritas, inquam, secundum substantiam carnis corporis Christi, figura quod sentiendum exterius exhibetur. Vnde in sermone de corpore & sanguine dñi, qui incipit; Veritas, quæ est Christus. & ponitur in decretis de consecratione, distinctione. 2. Vtrum sub figura. Augustinus. Corpus Christi & veritas est, & figura est. Veritas est, dum corpus Christi & sanguis in virtute Spiritus sancti in verbo ipsius Christi ex panis vini; substantia efficitur. Figura vero est id, quod exterius sentitur. Hæc ille. AVTHOR. Videtis qualiter Augustinus vitur istis terminis pro distinctis opposito modo, veritas, & figura: ita ut nolit dicere figuram esse veritatem secundum id, quod est figura, quamuis ad alium comparata, possit veritas appellari, ut infra patebit. Impie ergo confundit terminos istos Witleff, sophisticè commutans figuram in veritatem, ne seorsum veritas à figura posset discretè cognosci. Sed dicamus nos cum tota prisca ecclesia, sicut modò Augustinus eloquitur. Veritas est corpus Christi in sacramento, quod ex panis vini; substantia efficitur, figura vero, quod exterius sentitur. Non ergo est corpus Christi figura ista, sed sic figuraliter in sacramento, sed est veritas, sicut apostolus, & doctores alij dicunt, secundum speciem, secundum naturam, & substantiam: hoc ipsi concipiunt veritatem. Panis autem similitudo habet figuram, & articulū qualitatis, quæ à corpore remouetur ibidem secundum illam regulam Augustini in sermone, Interim. quod est de corpore & sanguine dñi. vbi, Cõseruetur, inquit, fides, qua domini corpus ipsum verum, non qualitatiue, sed substantialiter creditur, ut quod ipsa veritas omnino verum esse testatur, nostra fallacia falsum, aut imaginarium esse non opinetur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce substantialiter corpus Christi in sacramento, non qualitatiue, non figuratiue, nec quomodocumque; imaginariè, præter hoc, quod ipsum est verum corpus Christi secundum substantiam, secundum aliquam fallaciam Witleff, qui substantiale esse corporis commutat in figuram: & figuram panis exterius sensati veritatem prædicat & naturam. Quod item pater notat Hilarius. Corpus, inquit, Christi, quod sumitur ex altari, figura est, dum panis, & vinum extrahitur. Veritas autem, dum corpus, & sanguis Christi in veritate interiori creditur. Hæc ille. & est de consecra. distinctione. 2. Corpus. AVTHOR. De certo ponit iste sanctus corpus

Augustin.

2

Augustin.

Hilarius.

Christi veritatem esse, & secundum naturam in sacramento: panis autem figuram assignat. Ita ibi cap. Quid sit sanguis. In homilia paschali, Gregorius. Ideò magnum, & pauendum mysterium est, quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum mysterium sit vnum, corpus & sanguis dicitur. Figuram panis & vini habet faciente domino, quia non habemus in usu carnem crudam comedere, & bibere sanguinem. Hæc ille. AVTHOR. Breue verbum, & omni caute la refertum. Solet Witleff vocare sacramentum principaliter ipsum panem sensibilem, & impropere catholicis, quod sacramentum illorum sit accidens sine subiecto, & aliquid peius veneno, vel stercore rationis. Sic fixit totam considerationem suam in pane, ut nesciat carnem Christi prospicere. Iteratò nos cum Gregorio profiteamur sacramenti esse aliquid naturaliter per se subsistens, & hoc est corpus Christi de genere substantiæ. Quod autem habetur accidens est, & figura panis. Probat hoc Gregorius, hoc assumpto Metaphysico: quia sacramentum istud est vnum: ergo aliud est, quod est aliud, quod habetur. Falsum ergo Witleff asseruit, dicens istud sacramentum esse aggregatum per accidens. Nos autem dicimus in fide ecclesiæ mysterium, & sacramentum altaris esse solum corpus & sanguinem Saluatoris substantialiter in veritate naturæ: velatum autem figura panis & vini. Quemadmodum quod homo est, quia vnum aliquid est, nec est vestitus eius, nec vestis vna cum homine: sed substantialiter homo est, & habitus eius est vestis, naturaliter homo figuratus in veste: Sic naturaliter corpus figuratum extraneo accide. Quem modum ite dicendi habet libro suo de incarnatione verbi bene post principium Ambrosius, dicens, Noli igitur & tu naturam interpretari, quod præter diuinitatis naturam est. Nam & si credas à Christo carnem esse susceptam, & offeras transfigurandum corpus altaribus: non distinguas tamen naturam diuinitatis & corporis, tibi dicitur, Si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti: diuide enim quod meum, deinde quod suum verbi est. Hæc ille. AVTHOR. Quis vnquam tam stolidus Christianus, qui nesciat mète diuidere inter corpus nostri panis, & dñi? At qui tam sagaces Christiani, ut sciant semper tropicum Christi corpus à sua diuinitate discernere? Aliter ab vtriusque iubet Ambrosius, quod recte oblit, item recte diuidere. Si, inquit, transfigurandum corpus altaribus offeras, non dixit trã figurandum panem, quasi panis transeat de nouo sub figura corporis, sed trãfigurandum, quod virtute verborum transeat per suam celestem substantiam sub figura

Gregorius.

Ambrosius

Augustin.

Obiectio.

Responsio

q. d. minime

sub figura panis: & ita trāsfiguratum corpus à diuinitate comitante conuidas, vt ipsum corpus, corpus in natura esse cognoscas: nec vllatenus quanuis ināstimabilis gloriæ æstimes esse Deum. Audeo item dicere, velle Ambrosium, vt panem à corpore rectè diuideres, nec figuram in figuratum, aut figuratū in figuram vlla locutione commutes, sed figuram panis intellige, non naturā: naturam verò carnis crede, non nudam figuram. *Ambrosius.* Oia quæcunq; voluit dominus, fecit in cælo, & in terra. Et quia voluit, sic factum est. Ita licet figura panis & vini videatur, nihil tamen aliud quàm caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt. Hæc ille. **AUTHOR.** Figura ecce panis & vini, non corporis Christi: & quāuis ipsa videatur. Non ergo tam spiritualis est illa figura, vt solum intelligatur. Et nihil aliud, quàm caro Christi & sanguis ibi credenda sunt. Non dicit principaliter, cum tamen de pane & vino statim antea sit locutus. Sed statim sine exceptione subiicit, nihil aliud quàm corpus Christi. Et super illo textu *Theophil.* Marci. Hoc est corpus meum: *Theophilus.* Hoc etiam, quod nunc do, & quod nunc sumitis. Non autē panis, figura tantum corpus Christi est, sed in propriū corpus Christi transmutatur. Nam dominus ait, Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Sed tamen caro Christi non videtur propter nostram infirmitatem. Panis enim & vinū de nostra consuetudine est. Si verò carnem & sanguinē cerneremus, sumere non sustineremus. Propter hoc dominus nostræ infirmitati condescendens, species panis & vini cōseruat, & panem & vinum in veritatem carnis conuertit, & sanguinis. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce species panis & vini cōseruat Christus, sed panem & vinum in veritatem carnis conuertit, & sanguinis. Si has conseruat, & has conuertit, non solum in figurā, sed in veritatem: aliæ ergo sunt panis & vini species conseruatae, & aliæ panis & vinum, quæ conuertuntur. Species ergo sunt accidentales similitudines extrinsecæ: panis & vinum sunt substantiæ. Vnde ex hoc verbo *Theophili* planè conuincitur *Witleff*, malè exposuisse doctores de speciebus panis & vini, cum diceret cap. 17. de apostasia, in fine, quod species ibi dicat quidditates panis & vini: quia hic dicit species conseruatas, panem autem & vinum iam cōuertit. Aliter dicat de *Origene*, & *Augustin.* *August.* quid volebant intelligere, quando iam supra dixerunt olim corpus Christi in figura dari: nunc aut in specie. Quia si in quidditate Christi corporis & natura, falsum erit, quod in na-

tura, vel specie panis meri. Aut ergo hic species exterior forma rei dicitur, & ibi substantia: aut hic substantia, & ibi figura, quod esse non potest. Quia planè ibi contra figuram in stat vterq; olim inquam in figura, nunc autē in specie: alibi nunc in veritate, & alibi in substantia. Omnino ergo fatendum est, quod doctor iste tam antiquus asseruit, accidētales species panis & vini condescensione domini cōseruare substantijs ipsis secundum veritatem substantiæ in naturas alias iam translatis. Et ponderādum, quod dicit, Non tantum panis figura corpus Christi est, sed sub panis & vini figura corp⁹ domini & sanguis in veritate naturæ substituti. Cōcurrit item in expositione super Lucā textu libri vltimi, Et accepto pane gratias egit, *Beda.* Finitis Paschæ veteris solenitij, quæ in cōmemoratione antiquæ de Ægypto liberationis agebantur, transijt ad nouū, quod in suæ redemptionis memoriā ecclesia frequentare desyderat: vt videlicet pro carne agni, vel sanguine, suæ carnis, sanguinisq; sacramentū in panis ac vini figura substituens, ipsum se esse monstraret, cui iurauit dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinē Melchisedec. Hæc *ile.* **AUTHOR.** Concorditer hæc dicunt omnes doctores figuram panis & vini, & veritatē carnis & sanguinis domini. Et nullus est ambigendi locus, quin *Witleff*, sicut & fidē, ita & professionē euerit ad sensum omnino contrarium: simul & verba, cum dicit, sacramentū altaris esse corpus in figura, & panem in natura. Quot, & quanti patres seriatim iam dixerunt corpus in natura, & semper panem in figura? O Deus, O magne, quāta temeritate ausus est iste tam Apostoli Pauli, quā omniū patrū ecclesiæ, tam planè sensum, & professionem euertere: & ex parte Apostolorum dicere simplicibus, quod nō dicunt? Sicut & illi, de quibus Synodus Apostolorū ad Antiochiā scripsit. Audiūmus quia quidā ex vobis exeuntes turbauerūt vos, verbis euertētes animas vestras, quibus non mādauius. Ita dicit iste, ita scribit ex parte Christi, & Apostoli Pauli, & magnorū patrū, quod ipsi nō mandabāt, imò cuius ipsi contrariū præceperūt: panē sci licet in figura, secundum speciē: corpus secundum veritatē: secundum substantiā & naturā: *Witleff* autē (vt audistis) panē naturaliter, corpus figuratiter. Quis hunc sustineat? Attamē non hic manet rabies impietatis hæreticæ: sed vt satis detegat nescio, an imperitiam, an perfidiam suam, vel quod certum est imperitam perfidiam suam, alias figuras, quæ meræ figuræ sunt

Witleff.

rae sunt in fortificationem adducit: in libro de Eucharistia capite. 4. Patet (inquit) quod falsum assumitur, cum panis mutatur insensibiliter, vt figuret efficaciter corpus Christi: quod sancti intelligunt per hoc, quod panis fit corpus Christi: & quod post consecrationem panis est corpus Christi. Et qui ignorat istā prædicationem tropicam, vel figuratiuam, nedū malè intelligit sanctos doctores, & decreta ecclesiæ, sed & fidem scripturæ Ioannis. xv. Ego sum vitis vera. Ego sum pastor bonus. Ego sum via. Hæc *Witleff.* **AUTHOR.** Vide tis quanta pertinacia glossam instituit respōsalem ad omnes doctores: quæ cōmutet generaliter esse vel fieri in figurare: & prædicationem essentialē in figuralem, per quā possit etiam omnia facta Christi & apostolorum in figuras & tropos peruertere, & historiariū destruere veritates, sicut supra tradidit *Augustinus.* Et quid restat fidelibus dicere, nisi hæc esse locutionē historicam, quod panis fit corpus Christi, sicut & hanc, Verbum caro factū est: non penitus figuralem sicut hanc, Ego sum ostium, vel vitis, sicut dicit *Witleff*? Imò est historica hæc figuralis. Secundam peto probari. Nos nēpe testes doctores & scripturas adducimus pro prædicatione facti & essentialis: tu nullum adducis in professione parili pro prædicatione figuræ: sed omnes doctores vno flatu figuratiōis absoluis, quam nunquam fundas, sed loco foundationis rixaris, & contumelijs, blasphemijs, scādalis populorū, clericorum, & omnes ecclesiæ reple chartas. Ego in sto vt probes vel scripturæ sacræ auctoritate, vel fide doctorum & patrum, quod ista sit locutio figuralis, & non per essentialitatem: Hoc est corpus meum. *Hilarius* dicit esse per rei naturam. *Augustinus* dicit non qualitatiuè, sed per substantiā. Sic *Ambrosius*, sic *Gregorius.* *Damasenus* cum prædictis typos & tropos tuos condemnat. Et tu quasi portares auctoritatē orbis, omnes prouocas contra omnes, & figuras coronas, & tropos. Sicut (inquit) baptista est Elias, & petra Christus, & vitis, & ostium. Nos ista negamus: sed sicut costata facta est fœmina, & virga serpens, & aqua vinum: sic quo ad conuersionē simplicem panis fit corpus Christi verum. Tu tropos amplecteris, nos solidas veritates. Audi æqua mēte recapitulantes patres in libro suo de mysterijs ecclesiæ contra magistrum tuum *Berēgarius* sic scribentē *Anselmum.* Christus dicit, Ego sum ostium: significatiuè, non substantiatiuè est ostium. De hoc sacramento altaris longè alius dicendi modus habetur: Sic enim ha-

Anselmus.

bemus in euangelijs. Accepit panem, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens, Accipite, & manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meū, quod pro vobis tradetur. Quando in manus accepit, panis erat: sic enim dicit, accepit panē. Et per illam benedictionē fit panis corpus Christi, non tantum significatiuè, verum etiam substantiatiuè. Neq; enim ab hoc sacramento figuram omnino excludimus, neque figuram solam admittimus. Veritas est, quia corpus Christi est. Figura est, quia immolatur quod incorruptibile habetur. Consideremus verba domini. Manducate (inquit) ex hoc omnes. Hoc enim, quod vobis ad manducandum trado, est corpus meum. Et vt certi essent, quod reuera erat corpus Christi, signa expressit, quibus hoc dignoscere possint. Hoc est (inquit) corpus meum quod pro vobis tradetur. Si hoc corpus, corpus Christi non tantum substantiatiuè, sed significatiuè tantum fieret, hoc est, figura corporis Christi tantum existeret, nihil ad figurā quod sequitur. Quod pro vobis (inquit) tradetur. Nec panē nominauit, postquam panem benedixit, sed corpus. Nec vinum nominauit, postquam vinum benedixit, sed sanguinem Christi. Igitur sicut fides catholica credit, panis, qui offertur sacerdoti ad consecrandum, per sacerdotalem consecrationem fit corpus Christi, non significatiuè tantum, sed substantiatiuè. Hæc ille. **AUTHOR.** Multa seriosè tractauit *Anselmus*, sed cuncta in patribus vidit. Punctum autem id semper confirmat contra magistrum tuū, & te, quod panis fit corpus Christi substantiatiuè, non significatiuè. Et quomodo hoc cōtingit apud singulos esse de fide, docet circūstantias scripturæ. Primò, quia Christus addidit, quod pro vobis tradetur. Figura autem tropica corporis mei non pro vobis tradetur, sed corpus meum secundum historiam exprimit naturam. Item quia post benedictionem non appellauit panem aut vinum, sed corpus & sanguinem, quanuis *Witleff* asserat, quod quinquies sic nominantur post consecrationem in canone missæ. Sed malignans ab intēto sic dixit: quia dictiones adiunctæ satis aperiant, quod de nullo putribili pane dicit. Panem (inquit) sanctum vitæ æternæ, non huius vitæ transitorie. & panem nostrum quotidianum. vbi alius euangelista habet supersubstantialem. Ideo secundum *Ambrosium* & *Augustinum* in sermone concordii, non panis, qui in ventrem vadit. Semper enim ex circūstantijs literæ ratio fidei aperitur. Quod autē *Anselmus* continet ibi, Corpus Christi veritas

H est

Theophil.

4

Witleff.

Origenes.
Augustin.

est & figura est, nec figuram omnino excludit, nec solam figuram admittit: sed figura est rei praterita, scilicet immolationis Christi de corpore suo. hoc item est, quod fides nostra commendat. Vnde in libro de corpore & sanguine domini capi. 2. Rabanus. Figura (inquit) esse hoc sacramentum videtur: dum in specie visibili, dum frangitur, aliud intelligitur, quam quod visu carnis, & gustu sentitur, dumque sanguis in calice simul cum aqua miscetur. Porro illud fidei sacramentum iure veritas appellatur. Veritas, dum corpus Christi & sanguis virtute spiritus in verbo ipsi ex panis vinique substantia efficitur. Figura vero, dum sacerdote quasi aliud gerente ob recordationem sacre passionis ad aram, quod semel gestum est, quotidie immolatur agnus. Et sequitur. Iure simul veritas & figura dicitur: vt sit figura, vel character veritatis, quod exterior sentitur: veritas vero, quicquid de hoc mysterio recte intelligitur, aut creditur. Non enim omnis figura umbra est, vel falsitas. Vnde Paulus de unico Dei filio ad Hebraeos loquens: & figura substantiae eius ait. Hae ille. AVTHOR. Omnen talem figuram, quae nihil admittit substantiae corporis Christi, libenter admittimus: nec vnam tantum, sed plures, quod ipsum corpus secundum essentiam figurat rem sacramenti, non sacramentum: scilicet Christi ecclesiam. Et mixtio aquae cum vino aliud quid. Et tinctio tertiae portionis adhuc aliud. Sed post haec ipsum corpus & sanguis essentialiter est Christi corpus & sanguis, & sic est veritas. Quod autem sentitur exterius, figura eius: sicut cum omnibus patribus suis scribit hic Rabanus. Mendosus ergo Witleff hanc veritatem evertit: dicens naturae veritatem in sensibili suo pane, figuram cassam in corpore.

Rabanus.

Figura.

¶ Quod sacrificium altaris est vnum: & non sicut Witleff dicit, aliud sacrificium, aliud sacramentum.

CAP. XXXI.

S V M M A.

1 Corpus domini quod sit dicendum, non corpus sacrificij, ostendit Anselmus. Et quomodo intelligendum corpus sacrificij.

2 Sacramentum altaris quod sit unum, ostenditur.
3 Witleff, qui saepe vocat Augustinum, & alios ecclesiae doctores in testes pro suarum haeresum tuitione, quomodo non debeat mouere eum, qui vult esse granum firmum in Christi ecclesia etc.



Igitur iterum doctor iste per iter æquiocum sacrificij & sacramenti, credens se posse saluari per praetensam fugam ad statum Augustini. capi. 7. de Eucharistia. Augustinus (inquit) distinguens inter sacrificium & sacramentum dicit, quod sacrificium conficitur ex sacramento, & re sacramenti, quae est corpus & sanguis Christi, vt est in persona Christi, non quod deitas & humanitas sint partes Christi, sed eius quidditates, quarum vtraque est totus Christus. Sic sacrificium dicit aggregatiue, & non per viam compositionis ex partibus sacramentum sensibile & corpus Christi cum sanguine. Hae Witleff. AVTHOR. Ille sequitur magistrum erroris sui, auctorem de diuinis officijs, quae, vt putat, appellat Ambrosium: qui ita de corpore sacrificij fucū sub quo latenter posset errare moliebatur æquiocum: vt refert contemporaneus eius Anselmus lib. de corpore & sanguine domini. capi. 1. Sed dicit mihi (inquit) aduersarius, viuens & sensibilis in corpore suo mobilis; est Deus & homo Christus. Corpus autem sacrificij vitam non habet, sensum non habet, mobile non est: corpus ergo domini non est. Hae ille. Anselmus. Primum quid hic sacrificij corpus appelletis, penitus non aduerto. Sequitur infra. Corpus igitur sacrificij non aliud intelligo, nisi quod mortuum est, & resurrexit: quod non est corpus sacrificij, sed verè sicut appellamus, corpus domini. Quod ipsum esse, quod in altari sacrificatur, qui non credit, in eorum se numero constituit, qui abierunt retro, dicentes, Durus est hic sermo. Sed & vos corpus illud sacrificij, aliquando appellatis corpus domini. Sed (salua pace vestra) dictum sic infertis, quod nescio an corpori domini nequaquam conuenit. Sequitur. Quod si corpus sacrificij visibilem illam speciem appellatis, quae apparet in altari, videlicet propter similitudinem panis corporalis, stultus, & ineptus erit ille aduersarius, qui ea requiret in specie panis, quae propria sunt viuentis corporis, id est, vitam, & sensum, & motum, & non potius ea, quae propria sunt illius speciei, vt est rotunditas, albedo, & caetera huiusmodi. Hae ille. AVTHOR. Ab

Witleff.

Author de officijs.

Anselmus Corpus domini non sacrificij dicitur.

Ab isto ergo doctore suo habet Witleff hanc umbram nominis sacrificij. Sed ecclesia Iesu Christi, quae docebat Anselmum quomodo Augustinus sacrificium Christi corporis intellexit, instruxit ite eum, vt diceret, corpus sacrificij non aliud intelligi, nisi quod mortuum est, & resurrexit: quod est sacramentum, & res in altari, non autem ipsum aggregatum ex rebus sic distinctibus, vt colluat inter eas quicquid inter caelum est, & terra: & omnes volucres volitet, & planetae discursent. Nam quauis Augustinus dixerit sacrificium altaris ex duobus consistere, scilicet visibili elementorum specie, & inuisibili Christi carne & sanguine, praecellens tamen sacrificium, de quo loquitur, est corpus Christi carne & sanguine: praecellens tamen sacrificium, de quo loquitur, est caro Christi, & sanguis secundum substantiam suam ibi sacramentum & res. Et hoc est vnicum, & extollendum sacrificium altaris corporaliter secundum se ibi praesens. Et non distinguitur, sed est formaliter & tantummodo ipsum sacramentum oblatæ carnis vnicum sacrificij pro salute nostra, vt supra ipse Augustinus expressit. Et iterum lib. de gratia noui testamenti. 34. cap. Augustinus. Vota (inquit) pauperum, sacrificium vult intelligi corporis sui, quod est fidelium sacramentum. Ideo cum dixisset, Vota mea reddam coram timetibus eum. continuo subiunxit, Edet pauperes, & saturabuntur. Ipsi enim saturabuntur pane, qui de caelo descendit, qui ei coherentes, & eius pacem, dilectionemque seruantes, imitantur eius humilitatem. Sequitur posthac. Viuit corda in seculum seculi tanquam saturata pane caelesti, de quo dicit ipse saturator, Nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis. Hae ille. AVTHOR. Hic plane dicit sacrificium corporis Christi ipsum fidelium sacramentum esse panem, qui de caelo descendit, cum dilectione, & humilitate comestum: & de hoc dixisse, Nisi manducaueritis carnem filij hominis. &c. Nusquam tangit Augustinus panem tuum cibarium esse aggregatiue hoc sanctum sacrificium, maxime cum vnitas istius sacrificij sentitur esse maior vnitas, quam vnitas aggregationis. Vnde de lib. 2. contra Petilianum responsione. 36. Augustinus. Redite praeuaricatores ad cor, & nolite ex hominum moribus & factis diuina sacramenta praesare. Illa enim per eum facta sunt, cuius sunt: sed digne tractata, afferunt praemium, indignè autem tractata, iudicium: & quauis vnum non sint, qui Dei sacramentum digne & qui indignè tractauerint, vnum est tamen illud, siue digne, siue indignè tractetur, non vt ipsum melius, vel deterius fiat. sed ad vitam, mortem ve tractatum. Hae ille. AVTHOR. Ecce igitur sacramentum, quod tracta-

Augusti.

Augusti.

2 AVTHOR. Ecce igitur sacramentum, quod tracta-

tur à dignis, & indignis, est vnum: sed sic diuersè tractates, non sunt vnum. Constat autem omnes homines esse specie vnum, quod plus est vnum omni sola aggregatione vno. Ergo sacramentum sic diuersimode tractatum, est plures vnum, quam vnitate aggregationis, imò vel vnitate speciei: sed nulla est vnitas maior vnitate speciei, nisi vnitas indiuidualis: ergo sacramentum sic differenter tractatum, est vnum numero sacramentum. Ergo non est sensibilis species in ore indigni, & sic multo minus vnum, quam Petrus, & Iudas: quale non est aggregatum, sed potius disgregatum. Itè minus vniuntur substantia & respectus, quam iudiuidua substantiae infra genus: magis ergo disgregant substantia & respectus: ergo minus vnum est aggregatum tale, quam ex ceteris singularibus eiusdem speciei, etià quauis motibus voluntatis discordet: sicut plus conueniunt Petrus & Iudas apostoli, quam Petrus & tunica Iesu Christi. Vult ergo Augustinus, quod sacramentum istud est perfecte vnum in omnibus: & sicut notanter supra dixit: vnicum sacrificium pro salute nostra, & non insensibilis panis, & in corpus Christi caelo longè à se distractus. Non moueat ergo aliquis, qui vult esse granum firmum in ecclesia Christi, & non palea leuis vno flatu missa ab ore haeretici transferenda per vacuam: non moueat, inquã, quod iste protohaereticus Witleff Augustinum vocat in testem: maxime cum ipse Augustinus tot locis, vt patet monstrauit, tam plane repugnet: vt si Augustinus iam nobiscum vitam ageret, putari posset velle eum dicere, quod metiretur in testem. Et quid putas Witleff tunc diceret? Reuera non facile, sed adhuc adderet dicere: saltem olim tua fuit ista sententia, quae admodum non confundebatur dicere improbus Iulianus adhuc Augustino superstiti: sicut lib. 6. contra Iulianum ca. 13. habet Augustinus. Dicis (inquies) me ipsum innouasse sensus meos: & in initio conuersionis meae hoc sensisse quod tu. Sed fallis, aut falleris, siue caluniando his, quae nunc dico, siue non intelligendo, vel potius ea non legendo, quae tunc dixi. Nam ego per vnum hominem in mundum intrasse, & per peccatum mortem, & per omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt, ab initio conuersionis meae sic tenui semper, & teneo. Extant libri, quos adhuc recentissima conuersione mea scripsi, & nondum sicut postea sacris literis eruditus: tamen nihil de hac iam tunc sentiens ubi disputandi ratio poposcerat, dicens, nisi quod antiquitus dicit & docet omnis ecclesia. Hae ille. AVTHOR. Ita est, Augustinus sanctus pater gaudebat filius esse matris ecclesiae: nec vnquam praesumpsit dicere, quod

Augusti.

antiquitū nō semper dixit omnis ecclesia sanctorum. Vtinam ergo qui Augustinum, aut alium sanctum patrem vocant in patrem, eum, quem sic inuocant, putarent astare præsentem, promptumq; coram omnib; dicere, Non ego hoc sensi, quod nomine meo falsè finxisti, sed solū quod antiquitū dixit, & docet omnis ecclesia: non scandalum pateretur, vt modò sanctorum volumina: non sic audeant admodum in cōmentario suo ipsum locū no tanter exponit Hieronymus, Mihi (inquiens) alius contemplant, de labore videtur dicere speciali, quòd diebus, ac noctibus vir sapiens in scripturis laboret, componat libros, vt memoriam sui posteris derelinquat: & nihilominus in manus stultorum perueniant, qui frequenter secūdum peruersitatem cordis sui seminant vnde hæreses capiant, & alienos labores calumniantur. Sequitur. Vnusquisq; consideret, & videbit quanto labore libros componat: quomodo sape stylum vertat, iterum quæ digna legi sunt scripturus: & homini, qui non laborauit, det partem suam. Hæc ille. AVTHOR. Ergo putasne Witcleff fecit lugere Hieronymum, qui totiens imponit ipsi in angulis opusculorum suorum, quòd secum dixit in epistola ad Edibiā, quòd sacramentum Eucharistiæ est panis rudis? Putasne fecerit lugere Augustinum, quòd secum diceret cōtra totam ecclesiam Christi Iesu de sacrificio & sacramento: de accidente & subiecto: & cæteros sanctos patres, quibus hanc infixit contumeliā, quòd sint fautores hæresum, & auctores? Nunquid ad sensum iam dictum Hieronymi quotiens Christianus offendit in nomine Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Cypriani, vel Hilarij, cū ista nomina legerit in libris hæretici, totiens cruciatus modo suo sanctus pater cogatur exclamare, & dicere, Iam odiui omnem laborem meū, quo laboraui sub sole: quia quod pro fide corroboranda composui, in eius solutionem proficit, & in corpus ecclesie valida tela iactat. Quod singulis prodesse volui, multos lædit, quod nolui. An putas statum gloriæ impetus istos non sustinet? Fateor gloriosos eos ceseo, & nō nisi magna portioe beatos esse, de quo scribit Paulus ad Heb. Rursum crucifigentes sibi metipsum filiū Dei, & ostentui habentes. Et iterū ibi, quòd spiritui gratiæ cōtumeliam fecerint peccatores extremi.

Hierony.

¶ Quòd oblatio altaris iuxta fidem est vna simpliciter in natura.

CAP. XXXII.

S V M M A.

- 1 Sacrificium altaris cum uarietate locorum, temporum, sacrificantium quoq; & visibilibus speciebus, quòd sit unum sine multitudine, & idem sine mutatione, & eximio modo vnū supra omne iudaicum sacramentum, ostenditur.
- 2 Sacrificij altaris unitas, sanctorum dictis demonstratur.
- 3 Sacramento ex eodem, & ex vna re quo modo pascantur boni & mali, quauis Christi gratia diuersè in eis operetur.
- 4 Corpus Christi quòd corporaliter in sua natura in sacramento tam à bonis quàm à malis comedatur, spiritualiter autem & corporaliter à bonis tantum.



Postolus Paulus ad Hebræos decimo cōtra aggregatū sacrificium Witcleff agens, præfert sacrificium nostrum sacrificijs Iudæorū, quia erāt multa: oblatio verò nostra semper est vna. Sanctificati (inquit) sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel. Et omnis sacerdos præsto est quotidie ministrans, vt eisdem sepe offerēs hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata. Hic autē vnam pro peccatis offerens hostiā in sempiternū sedet ad dexterā Dei, de cætero expectās, donec ponantur inimici eius scabellū pedū eius. Vna enim oblatione cōsummauit in sempiternum sanctificatos. Et in expositione homilia. 17. Chrysostomus. Eadem (inquit) semper offerim, nō nūc quidā aliā ouē, cras verò aliā, sed semper eandem. Idem. Vnum est sacrificiū in sermone hoc. Quia in multis locis offertur, ideo multi Christi? Nequaquā, sed vnus vbiq; Christus: & hic plenus existens vnū corpus. Sicut igitur in multis locis oblatus, vnū corpus est, & non multa corpora, ita & vnū sacrificiū, quod expurgauit nos, offert: illud offerimus & nūc, quod tunc oblatum est, quia incōsumptibile: hoc in rememorationē fit eius, quod tunc factū est. Hoc enim (ait) facite in meā rememorationē. Nō aliud sacrificiū quemadmodū pontifex, sed idē semper facimus. Magis autem rememorationem operamur sacrificij Christi. Hæc ille. AVTHOR. Vbi patet me non

Chryosto

Anselmus.

nō torquere textū apostoli ad sensum extraneum, cū Chrysostomus ad literam exponat apostolū de sacrificio corporis in altari, applicans verbū Christi, Hoc facite in meā cōmemorationē. qd de consecratione Eucharistiæ nullus ambigit esse dictū. Et in annotationibus suis super epistolā istā Pauli, in eodē sensu, & penè in eisdē verbis scribit Anselmus. Et si nos (inquit) quotidie offerimus, recordatio mortis eius est: & vna hæc hostia est, non multa, quia semel tātū oblata est. Nec à multis hominibus multi Christi offeruntur, sed vnus vbiq; & semper plenus est, vbiq; vnū corpus: semel oblatus, nūquam cōsumitur. Quod nos agimus, recordatio sacrificij est. Nec causa infirmitatis ei? repetitur, quia perficit hominē, sed nostrā, qui quotidie peccamus. Hæc ille. AVTH. Quisquis ista perpedit, videt, quòd necessitate fidei nostræ constringimur dicere, qd sacrificiū altaris est cū varietate locorū, & tēporū, sacrificantiū quoq; & visibiliū specie-rū vnū sine multitudine, & idē sine mutatione, & eximio modo vnū supra omne iudaicū sacramētū. Si dicat Witcleff vnitatē sacrificij aggregatam esse ex visibili pane & corpore Christi in celo: potuit sacerdos Iudæorum dicere ad Paulū, Sacrificia nostra ouī & pecorū magis identificātur tam loco quàm subiecto, quæ in eodē genere propinquo cōsistūt, putā animalis bruti. Si dicat vnū ex pane & respectu tropico, quis nescit illa plus multò distare? Si dicat vnitatē illā penes rē ipsam esse illo visibili sacrificio designatā: sic erant tunc sacrificia Iudæorū nō multa, sed vnū, & æquē vnū vt nostrū, quia in omnib; illis vnus Christus designabatur, & sicut in singulis nostris hostijs varijs & diuersis loco, tēpore, & subiecto. In nullo ergo sufficit Witcleff tenere vnitatē, quā Paulus hic prædicat, sine vnitae subiectiua sacrificij Christiani. Ita quòd sacrificiū nostrū, quod quotidie offerimus, & quotidie tenemus in manibus, nil aliud sit in natura, qd corpus Christi vnū, & idē Christus, & sicut dixere doctores contra argumentū Witcleff de multis Christi. Nō (inquiunt) multi Christi, sed Christus vnus in omni loco oblatus, & nō aliud sacrificiū, sed semper idē facimus: nō idē genere, vel specie: non idē aggregatione, vel significatione, qualiter sacrificiū iudaicum potest idē esse & vnū: sed idē secundū essentiā, & subiectū, & numeraliter verè vnū. Hoc est sacrificiū Christianorū vnū. Quisquis hæc vnitatē destruit, Apostolo contradicit. Et notāter valde dicit, qd hoc idē sacrificiū facimus, quod ibi dicit Christū, & corpus eius: Christo dicē-

te (inquit) Hoc facite in meā cōmemorationē, falsificans istū Witcleff, qui dicit corpus Christi non esse sic factibile. Iā vtrā de hac vnitae sacrificij videamus. Quarto enim libro contra Cresconiū ca. 19. Augustinus. Nec ꝑ duodecim (inquit) apostoli furtis Iudæ cōmunicabāt, & tamen cū illo eidem domino visibiliter coherabant, eundē magistrū audiebāt, idē credēdū euangeliū percipiebant, eadē sacramēta sumebant. Et infra de Cypriano qualiter cōmunicabat sacramenta cū hæreticis. Quorū corporale cōgregationē nō refugiebat, ad altaria eadē cōsistebat, eundē sacratissimū cibum potūq; sumebat. Illi enim, nō alijs, sed sibi iudiciū māducabant, & bibebant. Ille autē cum talibus nō eorū peccata, sed mysteria Christi cōmunicabat: coniunctissimus coctibus, distinctissimus moribus. Hæc ille. AVTHOR. Si eadē sacramēta sumebāt duodecim cū Iuda, & Cyprianus cū perfidis: sicut idē euangeliū, eundē magistrū Christū: sed nō aggregatū euangeliū, nō aggregatū Christū, sed verū vnū: non hominē tantū, sed Deū audierunt, & viderūt: ergo sic eundē nō infimè sacrū, sed superlatiue sacratissimū cibū & potū: nō cortice sacramento, sed medullaris corporis Christi cōmuniter corporaliter manducabant. Sed hi ad vitā, & illi ad iudiciū. Vnde Petilianus hæretic⁹ volens videri peritus, in hoc arguens Augustinū. Paulus (inquit) clamat, Nolite iugum ducere cū infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cū iniquitate? aut quæ societas lucis cū tenebris? Quæ autē cōuentio Christi cū Bellal? Aut quæ pars fidelis cū infidelis? intendens iustū cum iniquo nō posse eadē interiora percipere sacramēta: quia de exterioribus signis nulla lis erat. At contra lib. 2. cōtra eundē Petilianū responsione. 39. Augusti. Verba (inquit) Apostoli agnosco, sed quid adiuuēt omnino non video. Quis enim nostrū dicit esse participationē iustitiæ cū iniquitate, etiā si iust⁹ & iniquus, sicut Iudas & Petrus, pariter sacramēta cōmunicent? Ex ꝑ vna quippe re sancta Iudas sibi sumebat iudiciū, Petr⁹ salutē. Hæc ille. AVTHOR. Vtrobq; dicit Augustinus, qd ex vna re, ex eodē sacramento pascuntur boni & mali. Aliquando audirē si placeret ei, qd ex duobus pascuntur: iste, scilicet bonus, ex Christi corpore: iste, scilicet Iudas, ex nudo sacramēto: aut qd illud vnū est aggregatiue vnū & minus vnū, quàm illi, qui dissimiliter illud sic vnū accipiūt. Sed & cōtra Donatistas. lib. 5. de baptismo. ca. 7. idē Augusti. Sicut (inquit) Iudas, cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, in se

Augusti.

Augusti.

Augusti.

locū diabolo præbuit: sic indignè qsq; sumēs dominicū sacramētum nō efficit vt quia ipse malus est, malū sit, aut quia nō ad salutē accipit, nihil acceperit. Corp⁹ enim & sanguis domini nihilo minus erat etiā cū illis, quibus dicit Apostol⁹, Qui māducat, aut bibit indignè, iudiciū sibi māducat & bibit. Hęc ille. & est in decretis de cōsecra. distin. 2. Sicut Iudas. A V T H O R. Planè ecce dicit Augustin⁹, quod corpus & sanguis domini nihilo min⁹ in eis erat, q̄ sumpserūt indignè, quā in dignis, nihil minus in Iuda, quā in Petro. Iā nō dicit sacramētū corporis, aut sacrificiū: sed planè dicit corpus & sanguis domini. Fallitur ergo Witeless, quādo de extimo sacramēto, & nō de intimo exponit Augustinū. Corp⁹ enim & sanguis Christi sunt intimū, nō autē foris patulū sacramētū. Sic sanctus pater Anselmus, qui melius ignaro Witeless Augustinū intus & in cute nouit, eū exposuit lib. de corpore & sanguine domini. ca. 8. dicens. Sicut sol vno radij sui calore hinc cerā soluit, inde lutū stringit: & nō diuersus in se diuersa operatur in rebus, vtens rerū materijs, sicut eas inuenit: sic Christi gratia, quātū in ipso est, vno modo se in omnes effundit: sed diuersos inueniēs animos, diuersè in eis operatur, hūc in amorē sui misericorditer emolliēs, illū iustè nō miserèdo indurās. Nā cui vult, miseretur, quē vult, indurat. Talis fuit Iudas in cōiuiuo Saluatoris, cui fuit venenū buccella dominica, quā de manu eius suscepit, quā cū suscepit, inimicus in eū intrauit: nō quia malū, sed quia bonū malus malè accepit. De vno enim pane, & Iudas accepit, & Petr⁹: sed tamē quæ pars fidelis cum infideli? Petrus enim accepit ad vitā, Iudas ad mortē. Hęc ille. A V T H O R. Nec tamē dicitur corpus Christi vel sanguis actū iā sacrificium omnino sine specie sacramenti: sicut nec sacramentum, vel hostia cōsecrata: sed vt induit formā panis aut vini: sic est Christianorū sacrificiū quotidianū. Nec est sacrificiū aggregatū secundū hoc, sicut formale visus obiectū nō est color secundū se sine luce, vel quātitiua mēsurā: nec tamē illæ res aggregatim sunt vnū visus obiectū, seu color, vt quātitate distenditur, & vt sub luce percipitur. Per se enim vna potentia ab vno per se agente formatur: nec est vn⁹ homo dicēdus aggregatim ex natura sua: & moribus, vel actibus, sicut nec ex vestibus suis: sicut aliās rudibilibiter dicit, religionē priuatā esse vnū aggregatū ex regula, & patrono, & omnibus obseruantijs & ritibus: sed homo vn⁹ ex natura vna sub proprietatibus his vel illis compertus. Hoc item cōtra seipsum Witeless

Anselmus.

assumpsit: quia iuxta sensum doctoris sui de diuinis officijs solet dicere. Sicut Christus est simul Deus & homo, ita hoc sacrificiū altaris simul est panis & corpus. Constat autē secundū ipsum, q̄ Christus non est aggregatim Deus & homo: ergo nec hoc sacrificiū est aggregatim corpus & panis. Itē nec Christus est figuralis Deus, nec homo tropicus: sed secundū substantiā merā & naturā suā vterq; , nec De⁹ distat ab homine in Christo homine per spatium infinitum: sicut iste panis in terra à corpore Christi in patris dextera. Quæ ergo proportio huius dispersionis ad illam cōspersionem percelebrem? Maximè cū Christus author huius sacramenti hanc carnis suæ naturam præcepit esse super terram in esum fidelium. In cuius euidentiam longè antè dixit per os sancti Iob dicentis: Præcipiēs nubi esto super terrā. Super quo verbo in libro annotationū Augustinus. Carni suæ (inquit) vt per sacramentum accipiatur in memoriam eius: ad imitationē humilitatis, & formationē charitatis. Hęc ille. A V T H O R. Pessimè ergo separat Witeless, quæ Christus voluit esse coniūcta, ponens sacramentum in terra, & corp⁹ nusquam secundū substantiam nisi in patris dextera. Augustinus autē dicit iuxta prophetam præcepisse Christum nubi carnis suæ, vt sit super terram in fidelium Sacramento. Ita (inquit hæreticus) in Sacramento, non in seipso. Imò dico in seipso, & in Sacramento. Aliās dicito mihi de hoc Sacramento: Nūquid aliud est sacramentum à pane tuo: ita vt aliud sit sacramentum non res, & aliud sacramentum & res ipsa? Hic stupent omnes Witeless: quia corpus Christi vt est in celo non est hīc sacramentum cuiuscunq; : & non est hīc per eum nisi in signo denominante panem esse formaliter sacramentum: non est ergo corpus Christi aliud sacramentum à Sacramento panis visibilis. Quo contrā est, quod à diuersis specie respectibus denominantur panis & corpus esse sacramenta. Panis species est corporis sacramentum. Corpus verò in natura est sacramentum corporis, quod est ecclesia. Aliud ergo sacramentum species panis, & aliud corpus. Hoc inquam sacramentum corporis secundū naturam carnis est: de quo dicit Augustinus, quod Iudas communicauit cū apostolis: quia hoc vnum in omnibus ecclesijs est vnū. Aliud sacramentum remotum non est in omnibus ecclesijs: imò nec in distinctis hostijs vnū: & hoc idem sacramentum secundū naturam & substantiam corporis Christi est, de quo non comedit quisquam indign⁹, scilicet spiritualiter ad vitā

Augusti.

Augusti.

Nota.

Chryso.

Guimū.

Augusti.

ad vitam æternā. Et hoc intelligit Augustin⁹ dicens indignos nō comedere carnē Christi, sed sacramētū solū. Vident enim periti fideles moris esse scripturarū dicere: hoc nihil esse, vel fieri, quando nō ad hūc finē sic fit, sicut de cæco nato dixit Christus. Neq; hic peccauit, neq; parētēs eius. nō absolutè hoc intelligens, q̄ nō peccassent, sed sub additamento ibi expresso, scilicet vt cæcus nasceretur. Vnde super Ioannē homilia. 56. Chryso. Hoc autem nō à peccatis eripiens eos ait. Nō enim simpliciter dixit, Neq; hic peccauit, neq; parētēs ei⁹ sed induxit, vt cæcus nasceretur: sed vt glorificetur filius Dei. Nā peccauerūt quidē, & hic, & parentes: sed non hinc, ait, processit ista cæcitas. Hęc ille. A V T H O R. Modus ergo loquendi Christi conditionem habuit tacitam, vt ij, qui multū peccauerant, quia tamē hætenus nō peccauerunt, idcirco non peccasse ferantur. Sic & Witeless ipse sic dicit libro suo de veritate scripturæ cap. 2. intelligendum esse illud Christi, Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego autem nō ascendam. in sensu determinationis suæ, scilicet publicè, & in hoc laudandū esse modū sic loquendi absolutū: quia in sensu proprio est verus. Ita dicit Guimū in casu nostro sic dictum esse, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et illud, Omnis quicumq; inuocauerit nomen domini, saluus erit, id est, dignè, & perseveranter. In de corpore & sanguine domini lib. 3. Guimū. Talis est & illa sententia, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et omnis quicumq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Non enim omnes qui credunt, & baptizati sunt: nec omnes qui inuocant nomē domini, salui erūt, sed soli illi, qui cū bonis moribus credunt, & dignè inuocant nomē domini, salui erūt. Per multā quoq; aliā & huiusmodi sententiā in scripturis sacris reperiuntur, quæ nisi cum modis cōpetētè intelligi nō possunt. Ita & illud, Qui māducat meā carnē, & bibit meū sanguinē, dignè videlicet, in me manet, & ego in eo. Hęc ille. A V T H O R. Secundū istū modū loquendi, & eis, qui manducare se dixerant in nomine Saluatoris, Christus ait. Nō noui vos. Nō ita, q̄ tā nihil erant, vt non eos nouerat secundū essentiā eorū: sed ad sui placitū ignoti erant quantū ad gratiā. Et ipsi tamen sic ignoti, scilicet quo ad gratiā, cogniti tamē, quo ad suā existētiā: sic proportionaliter comederūt corpus Christi, scilicet corporaliter secundū carnis Christi ibi existētiā: non tamen comederunt, id est vtiliter quo ad gratiā Christi. Vnde de lib. 2. cōtra Petilianū. responsione. 55. Au-

gusti. Quid (inquit) demētius, quā sacramentis domini cōmunicare, & verbis domini non cōmunicare? Hi vtiq; dicturi sunt, In nomine tuo māducauimus, & bibimus: auditori, Non noui vos, qui corpus eius & sanguinē in sacramento māducat & bibunt, & mēbra eius toto orbe diffusa in euāgelio nō cognoscūt. Hęc ille. A V T H O R. Hic diceret Witeless malè dixisse August. sed dixisset, q̄ isti sacramētū corporis & sanguinis domini manducauerant & biberāt: nullaten⁹ autē corpus & sanguinē domini in sacramento. Ecōtrariò reuera ecclesia catholica dicit peccatores Christianos comedere sacramētū corporis & sanguinis domini, id est, corpus & sanguinē intrāstitiue dominicū sacramētū. Aliter enim nō plus rei essent corporis & sanguinis domini, quā bruta, si non plus comederēt nisi sacrū panē, quē comedūt forsā bruta. Quo cōtrā apostolus Paul⁹ omnes indignè sumētes dicit esse reos corporis & sanguinis domini: quia itē nō diiudicat corp⁹ domini. Hoc nullatenus diceret de eis pro sumptione panis sancti, & non corporis domini. Sed obijcis ex August. de vera innocētia, ppo Augusti. sitione. 336. dicēte. Escā vitæ accipit & æternitatis poculum, qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est. Nā q̄ discordat à Christo, nec carnē eius māducat, nec sanguinē bibit, etiā si tātæ rei sacramētū ad iudiciū præsumptionis quotidie indifferētè accipiat. Et. 2. 1. d. ciuitate Dei. ca. 26. Qui est in ei⁹ corporis vnitatē, id est, in Christianorū cōpage mēbrorū: cuius corporis sacramētū fideles cōmunicantes sumere de altari cōsueuerūt, ipse verè dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinē Christi. Ac per hoc hæretici, & schismatici ab hui⁹ vnitatē corporis separati, possunt idē percipere sacramētū, sed nō sibi vtile, imò verò etiā noxiū. Hęc ille. A V T H O R. Respondet ecclesia catholica Augustinū filiū suū bene dicere, q̄ talis, qui est extrā cōpagē mēbrorū Christi, nō manducat reuera carnē Christi: quia quauis manducet carne, si spiritū nō māducat, similior est comestio ei⁹ actui mortui, quā viuētis. Idcirco nō manducat ergo, quia spiritualiter nō manducat, ad vitā æternā. Hætenus enim exēplorū autoritates videntur declarare Augustinū beatū sic loqui, quē ad modū Christus loquebatur in euāgelio, tā affirmatiue, quā negatiue propositiones suas absolutis verbis pronūtiāns: quas tamen ad sensus determinatos, sub quibus intelligerentur, pro veritate remisit. Absolutè enim dixit, omnis quicumq; inuocauerit, intelligens dignè, & qui crediderit &c. intelligens

perseueranter in bono. Et non peccauit hic, aut parentes eius, intelligens vt cæcus naceretur. Et non noui vos, id est, ad effectū participandi gratiam meam. Ita Augustinus, qui plerunq; ad formā scripturæ verba relaxat, dicit: Qui discordat à Christo, carnem eius non manducat, intellige secundū spiritum ad vitā. Sed ex hoc non negat, quin manducet corporaliter Christi carnem ad iudiciū, quod & verba eius ibi conuincunt. Quia si ex hoc solo tenas Augustinū, quia dixit, discordes à Christo comedere sacramentum corporis Christi, hoc idem dixit de fidelibus. Cuius corporis (inquit) sacramentum fideles cōmunicantes de altari fumere consueuerunt. Sed quod hic dicit sacramentum, ipse se dat intelligi de sacramento, quod est res, & nō de signo tantū. Idcirco totiens dicit de Iuda & de præscitis, quod comederunt cū alijs corpus domini: sicut libro de gratia noui testamenti cap. 38. de peccatoribus dicit sub nomine diuitū Augustinus. Neq; (inquit) frustra ita distincti sunt, vt de pauperibus supra diceretur, Edent pauperes, & saturabuntur. Hic verò manducauerunt, & adorauerunt omnes diuites terre. Et ipsi qui pe adducti sunt ad mensam Christi: & accipiūt de corpore & sanguine eius: sed adorant tantum, non etiam saturantur, qui nō imitantur. Manducantes enim pauperem, dedignantur esse pauperes: quia Christus pro nobis passus est, relinquēs nobis exemplum, vt sequamur vestigia ei. Verūtāq; humiliauit semetipsum factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis, aspernantur diuites, & similia perpeti respuunt: tumore, non magnitudine: infirmitate, nō sanitate. Sed quia Deus excitauit eum à mortuis, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernōrum: fama celsitudinis eius, & gloria nominis eius in ecclesia vsquequaq; diffusa, permoti, & ipsi veniunt ad mensam: manducant, & adorant: non tamen saturantur, quia non esuriunt, & sitiunt iustitiam. Hæc ille. A V T H O R. Ecce omnes diuites terræ, qui non esuriunt, neq; sitiūt iustitiam, fama nominis eius permoti, veniunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius: & nunquid omnes ipsi sunt eo ipso peccatores & multi præsciti? Hi ergo sicut & Iudas iam iuxta Augustinū non solum sacramentū extimū & remotum, sed in terius sacramentū Christi corporis in natura sua accipiunt: quia tamen Christi pauperiē imitari nō dignantur, comedūt quidē ipsum pauperē Christū, vt dicit Augustinus, sed nul-

latus saturantur: quia ipsum in suū spiritū non assumunt. Et hoc semper est, quod alibi dicit quod non comedunt: quia ex eo non saturantur quod comedunt. Et super Ioānē homili. 27. Augustinus. Participazione enim filij, quod est per vnitatem corporis eius & sanguinis homo manducans viuūt, non sumens tantū in sacramento, quod & mali faciūt: sed vsq; ad spiritus participationem: vt in corpore domini tanquā mēbrum maneat, & eius spiritu vegetetur. Hæc ille. A V T H O R. Et hic dicit homines manducantes participare filiū Dei per vnitatem corporis, non tantū in sacramento ipsum sumentes, vt mali faciunt. Hic quaero à te, Quomodo mali sumunt corpus Christi in sacramento: non spiritualiter, quia sic solum boni sumunt ad vitā, nō corporaliter per te: quia nec sic sumunt bene. Quomodo ergo? vel da tertiu: nisi dixeris eos fumere tantū sacramentū. Sed ego peto quid sumunt in ipso sacramento, quod scilicet imputatur eis ad pœnā: nūquid sacramentum in sacramento? quod adhuc falsum est: quia sacramentū illud assumūt in seipso, nō autē in suo signo. nisi idē ergo sibi sit signū, corpus Christi verū in illo signo comeditur. Vnde sermone primo de verbis Apostoli Augustinus. Tūc vita erit vnicuiq; corpus & sanguis Christi, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur. Hæc ille. A V T H O R. Ex isto ergo loquet, qd illud idem, qd spiritualiter māducatur in veritate, corporaliter quia visibiliter comeditur in sacramento. Sed hoc nō est illud visibile sacramentū panis tui, qd spiritaliter manducatur in veritate, sed solū corp⁹ Christi secundū substantiā suā carnis: ergo idē ipsum corpus Christi comeditur visibiliter & corporaliter in sacramento. Sed hic conticent Witcleuista. Catholici verò palā cū Augustino cōueniunt, qd corpus Christi corporaliter in sua natura in sacramento tā à bonis, quā à malis comeditur. Spiritualiter autē & corporaliter à bonis tantum. Vnde sic colligit fidē à patribus in libro de corpore & sanguine domini. cap. 10. contra authorem tuū de officijs, venerandus Anselmus. Sciendum (inquiens) qd carnis illius vel corporis spiritualis sacramentū est caro vel corpus Christi, qd in ara Crucis, & in altari sacrificatur, & corporaliter māducatur. Sequitur. Cæteri q; doctores ecclesiæ sacramento tenus eos dicunt corpus Christi manducare, qui manducant indignē: quos tamen manducare corpus Christi iā supra præstructum est: licet non manducant carnem illā, quæ viuificat per spiritum viuificantē. Per-

Augusti.

Augusti.

Anselmus.

mittuntur.

mittuntur siquidem, sicut Iudas ad iudicium suum in carnem illam (vt ita dicam) corporalem incurere, de qua dicit Apostolus, Et reconciliauit vos in corpore carnis suæ per mortem. Hæc ille. A V T H O R. Et bene dicit Anselmus, quod cæteri doctores ecclesiæ hoc dicunt: quia ceteri omnes in Christi corpore cōmanentes: imō magister sententiarum, cū suis scholasticis, qui hanc desipientiā tuam, quam per se inuenerant, magna authoritatū & rationum suarum mole suppresserant. Mirū igitur qua temeritate istos non salutas in transitu: satisfaciens respondendo, vel humiliādo tot dominis tuis ceruicem tuam durissimam.

¶ Quod non sit corpus Christi & sanguis in sacramento tantum per figuram, sed etiam secundū carnis substantiam, & naturam.

C A P. XXXIII.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui figuram solam corporis Christi & sanguinis in sacramento concessit, confutatur.
- 2 Facite, dictio quam uim habeat, ostenditur.
- 3 Sacerdotum noua legis præstantia.
- 4 Increpatio authoris aduersus Witcleff de iniqua scripturæ interpretatione. Et quomodo incidit in errorem eorum, qui Paradisum nisi figuralem esse dixerunt.
- 5 Panis quod non annihilatur, sed transubstantiatur. &c.



¶ Quidnis, qui libros Witcleff attentē cōsiderat, & ad omnes fines dictōrū eius frustra coniungit, perspicacissimē nouit, quod figuram solam corporis Christi & sanguinis in sacramento concessit: quod ipse concludens breui summa lib. 4. dialogi. cap. 7. dicit. Quantū ad modū, quo panis ille est corpus domini, firmiter hoc crede, cū Christus, qui mentiri non poterit, ita dicit: & nouisti, quod triplex est prædicatio, scilicet formalis, essentialis, & habitualis. Relictis in ista materia duabus prioribus, ad tertiam oportet attendere. Nam secundum tertiam dixi tibi, quomodo dixit Christus de Baptista, quod ipse sit Elias. Apostolus de Christo. 2. Corinthiorū. 9. Petra (in-

Witcleff.

quit) erat Christus. Et Genesis. 41. Fides scripturæ asserit, qd septē spicæ, & septem boues crassæ, sunt septem anni. Nec dubium in istis locutionibus est prædicatio secundum habitudinem, & non secundum essentiam, vel formalem. Et infra. Nec audiēdi sunt hæretici, qui sensum istum nituntur excludere per hoc falsum: quod euangeliū nec antē, nec post habet talem modum loquendi figuratiuum. Nam Luca. 2. statim subiūgitur. Hoc facite in meam commemorationem. Ac si diceretur. Hic panis sacramentalis in efficacem mei memoriā capi debet. Similiter primæ Corin. 11. Hic calix noui testamēti est in meo sanguine. Vbi nō dubiū, quin ista sit figuratiua locutio, cū Marci. 14. dicat Christus. Hic est sanguis meus noui testamēti. cū mēs catholicinō capit, qd panis sit corpus Christi, nisi intelligendo figuratiuē. Hæc ille. A V T H. Iā ergo concedit in sacramento, panis substantiā, corporis Christi solā figurā, typū carnis, nō essentiā: & sacramentū illud esse signū corporis, non substantiā. Primus inchoator huius figuræ nō est Witcleff, sed ante eū Berengarius eā instituit: vt patet in cōfessione eiusdē dicentis. Anathematizo eā hæresim, de qua hætenus infamatus sum, quæ astruere cōatur panē & uinum, quæ altari ponūtur, post cōsecrationē solūmodo sacramentū. Et qualiter Witcleff arguit pro pane materiali, per hoc, qd scripturæ, & doctores dicūt panē corpus domini esse: ita Berengarius (vt patet in libro Lāfranci) de propria confessione sua tēpore Nicolai. Et sicut Witcleff absolute cōcedit figuratē dictū pro proprio: ita & Berengarius, quauis Witcleff se putet ibi superare magistrū: quia ipse audacter cōcedit panē esse corp⁹ Christi, quia secundū figurā. Certē Berengarius hoc idē concessit, addēs itē secundū substantiā, quod Witcleff nūquam cōcessit. Ista sunt vidēda posterius. Sed ꝑ adca prædicationē suā typicā, quā habitualē appellat. Nā quantum ad exempla scripturæ, qd Baptista est Elias: septem spicæ, septem anni: & petra Christus, verum est, istę locutiones sunt typicæ. Restaret probare, quod verba Christi de consecrando sunt talia. Probare te putas per illud Apostoli. Hic calix noui testamēti est in meo sanguine. O dolus! non dubium (inquit) quin hæc sit figuratiua locutio. Certū est calicis & noui testamēti. Sed ꝑba, quod sanguinis. Et ibi. Hoc facite in meam cōmemorationē. potest esse figura cōmemorationis, nō cōfessionis. Quod cōmemoratur figura, qd & passio Christi est. Quod autē

Responso ad VVitcleff.

conficitur, proprietates, & veritas est, quia corpus Christi est. Quod ergo dicit, Hoc facite, tamen in corpore, quam sanguine propria locutione hoc dicit. Quod autem in mea commemoratione ait, figuram passionis insinuat, & ibi fides se exhibet. Nam (vt Augustinus dicit) ex circumstantiis scripturarum res asserta perpeditur. Quomodo enim Christus intellexit hoc esse corpus suum, siue proprie, siue typice: attende quod sequitur, Hoc facite in mea commemorationem. Nunquam reperies in scripturis (si non fallor) figuras locutionum esse factas. Habes septem spicas, septem annos: nusquam dicitur quod sic factae sunt. Habes petram Christum, nusquam habes quod facta est Christus. Habes Baptistam Eliam: non habes usquam, quod Christus fecit eum Eliam: quia figura dictionis est, non essentiae. Hic habes, Hoc facite, id est, hoc corpus conficite vna mecum in posterum in mea commemoratione. Haec vna circumstantia euangelica differentiam facit innotescere huius, & illarum praecedentium dictionum. Quae admodum magnus ille doctor, & (vt tu fateris) logicus & subtilis philosophus Chrysostronus dicit, ideo legem Moysi cum figuris suis datam esse: gratiam autem & veritatem per Iesum Christum factam. Declaras textum illum Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Homil. 14. super Ioannem, Chrysostronus. Non enim construit sermone eminentiam, sed a nominibus nudis differentiam ostendit: gratiam & veritatem opponens legi. Et hoc, id est, facta est: huic, id est, data est, opponens. Multum autem medium alterutrum. Nam quidem hoc est ministrantis, scilicet data est, accipiatis ab alio, & dantis his, quibus iussus est dare. Hoc autem, scilicet facta est gratia & veritas, regis est cum potestate omnia dimittentis peccata. Et infra. Quid igitur ait typus? Accipite agnum secundum domum, & sacrificate vt iussit, & promulgauit. Christus autem non ita. Neque enim iubet hoc fieri, sed ipse fit: sacrificium, & oblationem patri offerens. Vide qualiter tropus datus est per Moysen: veritas autem facta est per Christum. Haec ille. AVTHOR. Perpetuo ergo ex hac declaratione Chrysostroni typus & veritatem, legem & gratiam, per has proprietates differentiales, dati, & facti, distinguimus non quasi per disparata, sed per opposita. Sic enim dicit. Gratiam & veritatem opponens legi per data est & facta est: item opposita est. Et figuram legis datae sunt per Moysen tanquam in ministerio. Gratia & veritas per Iesum Christum factae sunt quasi per regem. Vnde ideo si legis iussu Christi sunt factae. Et quamuis ite

faciendos nostros consecrantes corpus Christi sint ministri in comparatione Christi: quia tamen consecrant veritatem, sunt in comparatione sacerdotum veteris legis reges, tenentes iuxta Petrum regale sacerdotium, constitutione Christi dicentis, Hoc facite. Non vult tamen negare Chrysostronus, quin ipsi veteres aliquid fecerint in molando figuratum pascha: sed non fecerunt figuras, quamuis in illorum factis figura latebat. Quae admodum. 8. lib. super Genesim, ad literam. ca. 5. huiusmodi figuras locutionum & gestorum distinguit Augustinus, dicens. Ipse est ovis, quae immolatur in pascha: tamen & illud non tantum dicendo figurabatur, sed etiam faciendo. Neque enim ovis illa non erat ovis. Plane ovis erat, & occidebatur, & manducabatur, & cum eo vero factum aliud etiam quiddam figurabatur, non sicut ille vitulus faginat, qui minimo filio reuertenti in epulas caesus est. Ibi quippe ipsa narratio figuratum est, non rerum figuratum significatio gestarum. Haec ille. AVTHOR. Ita distinguit figuras ex factis a figuris non existentibus solis verbis, sed cum facto aliud quiddam figurabatur. Alia rursum contra Witcleff in reprobatione adduco de iniqua interpretatione scripturae Christi praedictae: eo quod torquet eam in deterius, nulla necessitate cogente. Nullus ignorat, quin quilibet deterius est per figuram, quam est id ipsum per essentiam. Et melius est, quod est per essentiam, quam quod per figuram. Melior homo per essentiam, melior sol, melius caelum, melior ipse Deus per essentiam, quam per figuram extraneam, & remotam. Vt quid ergo exponit corpus Christi ibi per figuram, si possit exponi per essentiam? Dicas non potest: & tota ecclesia sanctorum detestatur tuam perfidiam. Ideo in hac parte error incidit eorum, qui paradisum nisi figuralem esse dixerunt: non autem esse corpoream, vt est homo, vel caelum, & ad hoc omnem expositionem ponebant mysticam, spernentes historiam tanquam falsam. Contra quos. 8. lib. super Genesim ad literam in principio Augustinus. Eorum (inquit) quidam non proprie, sed figurate paradisum intelligi volunt. Nam qui omnino aduersatur his literis, alias cum eis atque aliter egimus. Quamquam & hic in ipso opere nostro quantum valemus, ita defendamus ad literam: vt qui non rationabiliter moti propter animi pernicitatem vel hebetem credere ista detestantur, nullam tamen rationem inueniant, vnde falsa esse conuincant. Sequitur. De proximo ergo attendat istam praesumptionem, quod teneat, & contentur nobiscum cuncta primitus, quae gesta narratur, in expositione proprietatis accipere. Quis enim

Sacerdotum nouae legis praesentia.

Augusti.

Contra Witcleff.

Paradisus.

Augusti.

Facite, quam vim habeat

Chrysostrono.

3

eis postea non faueat intelligentibus quid ista etiam figurata significatione comoneant. Sane si nullo modo possunt salua fide veritatis ea, quae corporaliter hic nominata sunt, etiam corporaliter accipi: quid aliud remaneret, nisi vt ea potius figurate dicta intelligeremus, quam scripturam sanctam impietate culpemus? Porro autem si non solum non impediunt, verum etiam solidius afferunt diuini eloquii narrationem, haec etiam corporaliter intellecta, nemo erit (vt opinor) tam infideliter pertinax, qui cum ea secundum regulam fidei exposita proprie viderit, malit in pristina remanere sententia: si forte illi visa fuerint non nisi figurate posse accipi. Et infra. Sane, inquam, quisquis voluerit omnia quae dicta sunt secundum literam accipere, id est, non aliter intelligere, quam litera sonat, & potest euitare blasphemias, & omnia congruentia fidei catholicae praedicare, non solum non est inuidendum, sed praecipuum multumque laudabilem intellectorem habendus est. Haec ille. AVTHOR. Ad omnem pedem traheo cum Augustino, vt Witcleff euellat. Qui dicitur modum Christi corporis in sacramento, statim volat ad exempla scripturae, quae non nisi figurate possunt intelligi: de septem spicis: de petra Christo: & Baptista nostro Elia. Sic item isti narrantes typicum paradisum, festinabant ad ortum conclusionem in canticis canticorum: contra quos, vbi supra Augustinus. Narratio (inquit) in his libris non genus locutionis figuratum rerum est, sicut in canticis canticorum: sed omnino gestarum est, sicut in regnorum libris, & huiusmodi ceteris. Haec ille. AVTHOR. Ita dicit ecclesia Christi. Locutio Christi in hoc loco euangelij est corpore suo, non genus locutionis figuratum est, sicut locutio Moysi de septem spicis: sed rei gestae, & sic factae per substantiam. Sicut os Adae conuertebatur in foeminam, vxor Loth in statuam, serpens in virgarem, riuus in sanguinem, aqua ite in vinum: & haec omnia non secundum figuram tropicam, sed secundum essentiam, sic sicut dicta sunt, sic facta sunt. Et iuxta primum verbum Augustini iam supra, in hoc opere nostro quantum valemus ita defendamus ad proprietatem substantiae, vt quantum Witcleff propter animi hebetem & pernicitatem ista credere recusent, nullam tamen rationem inueniant, vnde falsa esse conuincant. Et iuxta quod subdit Augustinus, si non solum non impediunt, verum solidius afferunt Christi consecrationis historiam haec non tropice, sed corporaliter, & substantialiter intellecta: corpus scilicet & sanguis domini in sacramento, vltra opinionem Augustini erit pertinax, qui cum ea secundum regulam fidei proprie videt exposita, malit ea figuratum exponi, quam proprie. Vnde si-

Augusti.

cut concludenter asserit Augustinus: quisquis secundum literam, id est, ad proprietatem rei, cuncta posset accipere & vitare blasphemias, & omnia congruentia fidei catholicae praedicare: non ei vt Witcleff inuidendum esset, sed praecipuum esset & laudabilem intellectorem habendus. Non nego corpus Christi esse ibi figuratum, sed ecclesiam: nego autem esse figuratum corporis eius personaliter assumpti: sed est ipsum ibi per essentiam propria. Sicut paradisus est figura, non minus tamen est paradisus in essentia. Ibi ergo peccat, qui vt statuat figuratum, aufert essentiam. Sed essentia ipsa corporis ad proprietatem in sacramento concepta, terra est, super quam figurata conceptionis fabrica consummatur. At quod frantum imponet Witcleff haeretico volenti omnia Christi facta & dicta, & apostolorum eius dicere figurata, & non proprie & ad literam esse facta? In commentario super Amos li. 3. textu. Qui edificat in caelo ascensionem suam. Hieronymus. Porro (inquit) iuxta. 70. reprobationem suam fundauit super terram: vt omnes illius reprobationes, quas sancti prophetae suo cecinerunt ore, non inanem sonum habeant, & cassi folii tropologiae nomina, sed fundentur in terra: & cum historiae habuerint fundamenta, tunc spiritualis intelligentiae culmine accipiant: vt vere Christus de virgine natus sit: vere Lazarum mortuum suscitauerit: vere ad tactum eius haemorrhoida sanata sit: vere in aduentu domini caeci viderint, claudi cucurrerint, contractae manus extense sint, lepra mundata sit. Licet secundum tropologiam quotidie de anima virginali nascatur sermo diuinus, quotidie peccato mortui, & vitiorum funibus alligati, de sepulchro scelerum suorum iubeatur exire: quotidie sanguinis opera constringatur: caeci in infidelitate, Christi lumen conspiciant: claudicantes prius fide, currant in viam domini: & aridae manus auaritia, extendantur ad eleemosynam: & lepra Mariae, quae contaminat quicquid attigerit, recipiat pristina puritatem. Haec ille. AVTHOR. In his ergo omnibus figura sine re non sufficit. Vnde sicut asserens Christum natum de virgine secundum figuram non vitaret haeresim, si proprietatem carnalis natiuitatis eius negaret: ita Witcleff consecrationem asserens figuralem corporis Christi, non vitat haeresim, si proprietatem eius corporis corporaliter remoueat a sacramento. Ecce, Manichaeus aliquis (vt timet hic Hieronymus) dicit Christum resurrexisse, sed figurate: sicut septem boues de flumine, non substantialiter in sua carne, qua via, quibus medijs, impedit eum Witcleff? Cur non ita Manichaeo licebit solo tropo proprietatem resurrectionis Christi carnis excludere de sepulchro

pulchro, sicut Wicleff proprietatē corporis in sacramento? Dicit tamen sic panē factum corpus, sicut baptista fuit Elias, & sine probatione recedit. Ego cum ecclesia Dei obfisto, & dico corpus Christi substantialiter sacramentū: fundamentum proprietatis naturæ ponens, & supponēs figuræ, secundum regulā Augustini præferendus essem, nisi probet blasphemiam. Quod ipse audiens properat afferre panis iniurias. Vos (inquit) annihilatis panem & materiale essentiam. Ego respondeo. Reuera non ita agimus, sed in corpus Christi secundum substantiam propriam ipsum conuertimus. Sed vos Wicleuista tollitis substantiam corporis gloriosi: solāq; habitudinē eius loco relinquitis. Vos (inquit) consecratis accidens sine subiecto, quod æquē falsum est. Et ego verē respondeo. Sed vos sacratis tantum panem marcidum sub respectu tropico: nos corpus Christi verum sub accidēte absoluto. Et dic mihi quod istorum est melius? An verū Christi corpus secundū propriā essentiā, sub accidente vero & sensibili: an paucus panis cibariorum, sub respectu fictissimæ rationis? Vos pro pane vestro contenditis, & corpus Christi negligitis, & panem tropicū loco eius reponitis. Nos illum typum Iudæis relinquit, & carnem illam, quā Iudæi crucifixerunt, expetimus. Vnde. 4. sententiarum cap. 5. Damascenus. Non enim (inquit) est typus panis & vinum corporis & sanguinis Christi. Absit. Sed ipsum corpus domini deificatū: ipsius domini dicentis, Hoc est corpus meum: non typus sanguinis. Et ante hoc Iudæis, Quoniam nisi comederitis carnem filij hominis, non habebitis vitam æternam. Caro enim mea verus est cibus, & sanguis meus potus. Hæc ille. A V T H O R. Attende, quod doctor iste græcus, sicut & Hieronymus iam supra, vtitur aduerbio verē, & eius nomine verus: propriē opposito modo contra typicē vel figuratē: & ita mos est doctorum omnium ecclesiasticorū. Quē modum Wicleff cōfundit, verē & verum dicens figuratē & figuratum. Et non negligenter audiatur quā concorditer dicat doctor. Non est (inquit) panis typus corporis. Absit. Dicat Wicleff. Nunquid secundum eum panis est corpus in figura? ergo in typo vetito. Nec hoc dicit tantū, sed probat verbis Christi dicentis, Hoc est corpus meum: non typus (inquit) non figura. Quod autem iste assumit Damascenum pro parte sua, temeritati eius debet ascribi. De aposta. enim cap. 17. in sententijs suis inquit. In baptismo quia consuetudo est hominum aqua lauari, & oleo vngi, cō-

iugavit eis Deus gratiā spiritus, & fecit ipsum lauacrum regenerationis. Ita quia consuetudo est hominibus panem comedere, & aquā, & vinum bibere, coniugavit eis suam diuinitatem, & fecit ea corpus & sanguinem suum. Ecce quod panis fiet, & per consequens erit corpus Christi: & sic non destruetur, sed perficietur per mutationē supernaturalem. Hæc Wicleff. A V T H O R. Imò audiveritatem sine nebulis. Ecce quod panis fiet, & per consequens erit corpus Christi, non secundum figuram: quia idē dicit, qd nō est typus corporis, sed secundū naturā, & essentiā: & sic panis nō destruetur, nec materialis ei⁹ essentiā, sed perficietur per mutationē supernaturalem, nō appellatiuā, vel tropicā, sed p̄trās substantiationē essentię totius in totā essentiā: quia idē Damascē. dixit ibi sic, Corpus enim est verē unitum diuinitati, quod ex sancta virgine corpus: nō quoniam ipsum corpus, quod assumptū est, ex cælo descendit: sed quoniam ipse panis & vinum trāsit in corpus & sanguinem Christi. Hæc ille. A V T H O R. Ergo multo melius perficietur ille panis si fiat, & sic transeat in corpus Christi secundum essentiam, vt dicit Damascenus, quod ex sancta virgine corpus (inquit) quā si fiat solum tropicē illud corpus, vt dicit Wicleff. Et quod arguens assumpsisti, deberes timere redargui: quia quod erit vel fiet corpus Christi, hoc nō est dicere, fiet panis, sed corpus. Ita vt si non nimis excæcatus esses, panē verē fieri corp⁹ esset panē desinere esse panē, & esse corpus. Et vltra hæc certe notare debueras, quod panem fieri figuram corporis Christi, non contingit ex verbis consecrationis: quia cum verba consecrationis instituta à Christo, etiam panis propositionis erat figura corporis Christi.

¶ Quod hostia consecrata Wicleff non penitus differt ab hostia veteris legis, & Iudaica, quæ per mortem Christi penitus est sublata.


C A P. XXXIIII.

S V M M A.

- 1 Panum propositionis & corporis Christi quantā differentia, ostenditur.
- 2 Hostia consecrata Wicleff, quod non penitus differt

differt ab hostia legis veteris, & Iudaica, quæ per mortem Christi est omnino absoluta.

- 3 Iudæorum sacrificia quod sint ablata.
- 4 Signum intelligi pro signato, ut inquit Wicleff, cū Theologus dicit, Panis est corpus Christi, qd sit ualde hæreticum.
- 5 Lanfrancus quid contra Berengarium Wicleff magistrum dicat. Et quomodo probauerit signa sacra Berengarij sacramenti postponenda signis Iudaici testamenti.
- 6 Christus quomodo in una cœna cū discipulis duplex pascha celebrauerit, ostenditur.
- 7 Sacramenta Iudæorum, quod fuerint signa & figuræ, nostra uerō ueritas reuelata, probatur.
- 8 Sacramentorum ueterum, & nouorum substantialis differentia assignatur.



V Wicleff.

Vdaicas figuras, & sacramenta legalia, quæ toto nisu Apostolus eliminare studebat à Galatis, ista perfidia Wicleff manās à Berengarij dissipatis cisternis, reuocare videtur quæ proponit nobis figurales & typos panes iā, vt Iudæi olim solebant. Planē enim dicit cap. 1. Eucharistiæ. Figuratiuē, vel mysticē sæpe in locutionibus istius materiæ figuratū intelligitur per figurā vt sicut grāmaticus dicit, qd dominus est nomē: & logicus, qd hoc signum homo est species: quod oportet figuratiuē intelligi, signo supponente pro signato. sic dicit Theolog⁹, qd panis est corpus Christi, & vinū eius sanguis. Si autē doctores signorū intelligant prædicationē secūdū essentiā, vel non figuratiuā, sed formalē, est error in ianuis. Et inferius de cōfessione Berengarij. Ore profiteor & c. panē & vinū, quæ in altari ponuntur, nō solū sacramētū, sed etiā verū corpus & sanguinē domini nostri Iesu Christi esse sensualiter, nō solū sacramentaliter. Sequitur. Ista tā solennis cōfessio nō potest intelligi, qd panis & vinū sint essentialiter vel formaliter corp⁹ Christi & sanguis, sed figuratiuē, vel tropicē, modo, quo loquitur Apostolus. Bibebant autē de spiritali cōsequēte eos petra. Hæc Wicleff. A V T H O R. Audaçter quod facis fac citius. Hoc eodē modo magister tuus de cōfessione sua ad malū sensum retorta, pristinā hæresim reuocat, quā periurus abiurat. Sed impudenter vterq; vestrū vt mētatur, obruitur. Dic mihi, si panis post cōsecrationē nō solum est corporis sacramētū, quid ergo est aliud? Corpus domini inquis. Ergo panē esse corpus domini, omnino aliud est, quā esse sacramētū illius corporis. Aliter ergo est ibi corpus do-

Contra V Wicleff.

mini, quā modo sacramenti, vel figuræ, vel signi: & sic fateberis inuitē panē esse mō nō figuratiuē, vel tropicō, sed essentialiter corpus Christi contra hoc qd concludisti. Itē quomodo ausus es recitare terminū sensualiter cōfessionis insertū? Quid magis cōtra tropos tuos, vel figuras tuas, qd spirituales appellas, quā qd planē dicitur, corpus Christi nō solum sacramentaliter, sed sensualiter māducari? Si enim sensualiter manducatur ibi, sensualiter adest ibi. Itē si corde credidit panē esse ibi verū corpus Christi, nullatenus ex cōfessione illa credere debuit, panē esse panē, sed corp⁹. Sed cōtra istū figuratē panē & typicū sacramētum, videtur illud euāgelicū: Lex & prophetæ vsq; ad Ioānē. & per Apostolū, omnia in figura cōtingebāt illis. Quid ergo vult Wicleff, Berengarij superinducere nobis veteres umbras? figuræ signiferas Iudæorū cū Iuliano apostata reformare? Attēde quid infero. Specialiter autē ad hoc sacrificiū corporis Christi segregandū ab antiquis figuris panis vel carnis, procef sit Apostolus ad Hebræ. 10. Impossibile est (inquit) sanguine tauroorū, aut hircorū auferri peccata: ideo ingrediēs mūdū dicit, Hostiā, & oblationē noluit, corpus autē aptasti mihi: holocaustomata & p̄o peccato nō tibi placuerūt: tūc dixi, Ecce venio. Sequitur superius dicēs, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata pro peccato noluit: nec placita sunt tibi, quæ secūdū legē offeruntur: tūc dixi, ecce venio, vt faciā Deus voluntatē tuā. Aufert primū, vt sequēs statuatur: in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel. In hoc tam celebri argumento suo proponit Apostolus destruere sacrificia veterana, quæ fuerāt signa tātū, & statuere pro omnibus eis vniciū corpus Christi, veritatē, existentiā, atq; lucē: & carnes, panes, sanguinē pecorū tollere. Quoniam ergo hostia tua cōsecrata est panis (vt dicis) quomodo nō tollitur inter panes? Sic enim dicit, Hostiā, & oblationē noluit, corpus autē aptasti mihi. Et concludit. Aufert (inquit) primū, sequens vt statuatur. Nō ergo permittit primū commanere sequenti, puta panē corpori: cum inter sacrificia panis erat de maioribus, quod figurabat regulariter corpus Christi. Vnde quārto sententiarum. ca. 5. Damascenus. Hunc panem (inquit) panes præ imaginabantur propositionis. Ipsa est pura hostia scilicet, & sine sanguine: quam ab ortu solis vsq; ad occasum sibi offerri per prophetam dominus dixit. Corpus scilicet, & sanguis Christi in consistentiā animæ & corporis trāsfiens, non consumptū, nō corruptū. Hæc ille.

A V

Panis non annihilatur, sed trās substantia tur.

Damascē.

V Wicleff.

Ad V Wicleff.

Damascē.

Isidorus. AVTHOR. Et lib. 1. de officijs. ca. 17. *Isidorus*. Quātū (inquit) interest inter propositio-
nis panes, & corpus Christi? Quā differentia
inter vmbra & corpus: inter imaginē & ve-
ritatē, inter exemplaria futurorum, & ea ipsa,
quæ per exemplaria præfigurabantur. Hæc
ille. AVTHOR. Præfigurabant ergo inter
sacrificia Iudæorum panes propositionis cor-
pus Christi. Iam audi quid consequēter dicat
homil. 3. super Leuiticū vetus *Origenes*. Om-
nis quidem (inquit) penē hostia, quæ offertur,
habet aliquid formæ & imaginis Christi. In
ipsum nāq; omnis hostia recapitulatur: intā-
tū, vt postquam ipse oblat^o est, omnes hostiæ
cessauerint, quæ eum in typo, & vmbra præ-
cesserūt. Hæc ille. AVTHOR. Omnes ḡ isti
patres cōsequentes Apostolū tanquam magi-
strū, concluderēt inter alias figurales hostias
Iudæorum figurālē quoq; panē hostiā sacrā
Witcleff ab hostijs & sacrificijs Christianorū
absolui: vt vnicū Christi corp^o aptetur sibi p
victima. Nullus enim ad tantū tergiversari po-
test, quin hæc sit intentio Apostoli in hoc lo-
co. Vnde li. 1. de tabernaculo. ca. vlti. de lucer-
nis, & emuntorijs. *Beda*. Apostolus (inquit) ad
Hebræos exponēs versiculū psalmi, ait supe-
rius, dicens, Quia hostias, & oblationes, & ho-
locaustumata pro peccato noluit: nec placi-
ta sunt tibi, quæ secūdū legē offerūtur: tunc di-
xi, ecce venio, vt faciā Deus volūtātē tuā. Au-
fert primū, vt sequēs statuatur, in qua voluntate
sanctificati sum^o per oblationē corporis Chri-
sti Iesu. Hæc ille. AVTHOR. Hoc est, qđ con-
sequēter statuit, oblationē scilicet corp^o Chri-
sti dicētis Deo patri, Ecce venio, vt faciā Deus
volūtātē tuā. Aufert autē primā, quia sacrifi-
ciū, & oblationē carnis pecorinæ, nec panem
cibariū vltērius voluit. Quē itē locū scrutās
Augusti. *Augustin*. de ciuita. Dei. ca. 20. li. 17. In libro (in-
quit) alio, qui vocatur Ecclesiastes, vbi ait. Nō
est bonū homini nisi qđ māducabit & bibet.
Quid credibilis dicere intelligitur, quā qđ
ad participationē mēfæ huius pertinet: quam
sacerdos ipse mediator testamēti noui exhi-
bet secūdū ordinē Melchisedec de corpore &
sanguine suo? Id enim sacrificium successit om-
nib^o sacrificijs veteris testamēti, quæ immo-
labātur in vmbra futuri. Propter qđ etiā vocē
illā in psalmo. 39. eiusdē mediatoris per pro-
phetā loquētis agnoscimus. Sacrificiū & obla-
tionē noluit: corp^o autē perfecisti mihi: quia
pro illis omnibus sacrificijs, & oblationibus
corpus eius offertur, & participatib^o ministra-
tur. Hæc ille. AVTHOR. Satis exposuit Aposto-
lū *Augustinus*, qualiter acceperit corpus do-

mini in hoc loco, put in altari offertur, & par-
ticipatibus ministratur: & ratificās qđ Apo-
stolus ait, aufert primū, vt sequēs statuatur. Id-
ipsum (inquit) sacrificiū successit omnibus sa-
crificijs veteris testamēti, quæ immolabantur
in vmbra futuri. Si ergo omnia sacrificia illa
auferūtur, vt corpus Christi succedat loco om-
niū: quæ audebit repugnare Apostolo, & dice-
re, qđ adhuc remanet azym^o panis post conse-
cratiōē fidei? Hostia tua sacra, & vna de vete-
rib^o, vnū de sacrificijs illis, nec succedit corpus
nisi in figura, & sicut tūc. Et per hoc nihil ab-
stulit Christus, nihil nouū instituit, neq; panē
neq; figurā, quia panis est qđ erat, figura cor-
poris quæ tūc erat. Hoc itē super psalmo. 39.
idē *Augustinus* sic. Tūc dixi ecce venio. Tēpus
est vt veniant, quæ promittebantur: quia au-
ferentur ea, quæ promittebant. Et vere fratres
mei attendite illa oblata, hæc impleta. Det mi-
hi modō gens Iudaica sacerdotem. Vbi sunt
sacrificia illorum? Certē perierunt, certē abla-
ta sunt. Et infrā. Sacrificia verō, quæ ibi fiebāt,
ablata sunt. Et quod eis remansit ad signum
Cain iam perfectum est, & nesciunt. Agnum
occidunt, azymos comedunt. Pascha nostrū
immolatus est Christus. Ecce agnosco agnum
occisum, qui immolatus est Christus. Sequi-
tur. In vmbra remanserunt. Solem gloriæ fer-
re non possunt. Iam nos in luce sumus. Tene-
mus corpus Christi. Tenemus sanguinem
Christi. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ḡ sacrifi-
cia Iudæorum ablata sunt: & nos (inquit) te-
nemus corp^o Christi, tenemus sanguinē Chri-
sti sacrificia nostra. Si signum tantum pro si-
gnato, sicut iam suprā dixisti: hæc fecerunt sa-
crificia Iudæorum, non ergo ablata sunt. Det
mihi modō gēs Iudaica sacrificia sua, dicit *Augu-*
gu. vbi sunt? Præsto (inquit Witcleff) in pane
& vino nostro, quod offerimus. Non (inquit)
tempus est, vt veniant, quæ promittebantur,
quia auferentur ea quæ promittebant. Sacrifi-
cia significantia promittebant. Veniente illo
sacrificio, quod promittebatur, & significaba-
tur, auferuntur significantia. In quæstionibus
euangelij Lucae quæstio. 3. *Augustinus* ad illud,
Vade, ostende te sacerdoti, &c. Quod (inquit)
ideo iussisse intelligi potest: quia nōdum erat
sacrificium sanctum sanctorum, quod est cor-
pus eius: nondum obtulerat in passione ho-
locaustum suum: quo sacrificio confirmato
in credentibus populis, templum ipsum euer-
sum est, vbi sacrificia illa offerri solebant.
Hoc autem factum est secundum prophetiā
Danielis. Non enim oportebat auferri signi-
ficantia sacrificia priusquam illud, quod fi-
guraba-

Augustin.

Augusti.

Rabanus.

Witcleff.

Contra
Witcleff.

gurabatur, confirmatum esset, contestatione
populorum prædicatum, & fide credentium
populorum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce nō
vltā remanent nobis sacrificia significantia
4 in præsentia sic signati. Hæreticum ḡ ergo est
valde quod dicit Witcleff, signum intelligi p
signato, cum dicit theologus, Panis est corp^o
Christi. Signa transeant cū Iudæis: nos signa-
ta prospicimus. Præuenit ergo nos Witcleff
suprā ne eum doctorem signorum dicamus,
qui tantoperē signa colit, & figurā Iudaicā.
Vnde erranter appellat, & fatue orthodoxos
signorum doctores, qui signa vitant, & signa
ta collaudant. In libro de corpore & sangui-
ne domini. ca. 13. *Rabanus*. Nos (inquit) longē
à patribus hanc gratiam promissam iam susce-
pimus, & susceptam veneramus. Venerantes
verō ex ipsa paschimur: non figuris quidem le-
galium ænigmatum adumbrata, sed his dete-
ctis, & euacuat, sola veritate fruimur: & verā
canē Christi, & sanguinem in mysterio sumi-
mus. Vnde saluator, Caro (inquit) mea verē
est cibus, & sanguis meus verē est potus. Hæc
ille. AVTHOR. Rabanus per modum epi-
logi capit apostolū & doctores, euacuans per
sententiam à sacramento dominici corporis
cuncta legalia ænigmata, solamq; suscipit ve-
ritatem. Agnum paschalem per hoc euacuat.
& hircos, & oves: cur inter alia non proscribi-
tur panis cibarius, vt sola corporis Christi ve-
ritate fruamur? Aut quomodo præcellit pa-
nis agnum, aut ouem, vt his sublati, adhuc in
sacrificijs Christianis vendicet sibi locum? Re-
spondet his Witcleff. cap. 4. de Eucharistia.
docēs præcellētīā sui sacramētalis panis super
antiqua Iudaica sacramenta. Dicitur (inquit)
communiter, quod hoc sacramētum excedit
alia in his tribus. Primō, quod vbi alia sacra-
menta multū distabāt à re sacramenti, tā loco
quā tēpore: hoc sacramētū habet rem suā
tam loco, quā tēpore concomitantem. Nā
agnus paschalis legis veteris, Exodi. 12. multū
distitit loco & tēpore à corpore Christi. Hoc
autem sacramētum habet totam humanita-
tem Christi necessariō concomitantem. Secū-
dō, vbi aliæ figuræ veteris testamēti defece-
runt ab efficacia consociendi concomitantīā
rei sacramenti, figuræ huius rei habent effica-
ciam causandi, non corpus Christi, sed quan-
dam eius præsentiam sacramētum sensibile
concomitantem. Tertio excedit alia, quod ne-
dum quo ad gratiam vnionis membrorū ec-
clesiæ cū Christo, sed ritē celebratum prodest
ministranti super alia sacramenta. Hæc Wit-
cleff. AVTHOR. Quid ad hunc virum tumē-

tem verbis, nisi illud dicitur Horatij? Cresceri
tem tumidis infla sermonibus vtrē. Nā inter
verba eius rea iudicio, Sapiēs in prouerbij de
eo dicit. Ille, p buccella panis deserit veritatē.
5 Qui ḡ autem vult videre, quā sollicitē quæ-
rant isti signiferi sua confugia, legat, qui vult,
Lanfrancum antistitem, quomodo probat cō-
tra Berēgariū magistrum Witcleff. nescientē
tunc euadere rationem Lanfranci, quin præ-
stātiora essent sacrificia Iudæorum modernis
Christianorū sacramētis: in de corpore & san-
guine domini versus finē. Vbi sic dicit. Iā tan-
dē quid tu credis, & credulitatem tuā quid se-
quatur, videamus. Tu credis panē vinūq; do-
minicæ mensæ inter consecrandum quantum
ad substantiā immobilia permanere, hoc est,
panem & vinū extitisse ante cōsecrationē, &
panem vinūq; existere post cōsecrationem,
Christi carnē & sanguinem propriē vocari, qđ
ad memoriā crucifixæ carnis, & de latere effu-
si sanguinis in ecclesia celebrantur, vt domini
cam passionē per hoc admoniti semper reco-
lamus: & recolentes, carnem nostram cum vi-
tij & concupiscentijs incessanter crucifiga-
mus: quæ si vera sunt, præstantiora & diuini-
ora fuerunt sacramenta Iudæorum sacramen-
tis Christianorum. Quis enim nesciat manna,
quod de cælo pluebat domin^o, seu animatas,
& sensibiles creaturas, quas populus ille sacri-
ficare consueuerat, parua buccella panis, & mo-
dico vini præstantiores extitisse? Rursus quis
non intelligat diuinius fuisse prænuntiare fu-
tura, quā narrare præterita, cum illud non
possit facere nisi spiritu Dei plenus? Hoc autē
faciat saepe idiota etiam, vel quilibet imperit?
Sed absit hoc à fidelium corde, & Christiana
intelligentia. Christi nanq; miles Ambrosi^o
illa inferiora, hæc potiora, & digniora esse in
libro de mysterijs confirmat. Hæc ille. AV-
THOR. Quā insolubiliter probauit Lan-
francus signa sacra Berēgarij sacramēti post
ponenda signis Iudaici testamēti? Quod si
conflictus esset pro signis præterita vel futu-
ra signantibus, potiora erūt vestris signis præ-
teritorum, signa Iudaica futurorum: quia præ-
terita, ex vobis, aut alienis relatibus: futura ve-
rō purē, & de certo nō nisi de Dei spiritu pos-
sunt prædici. Si ad naturam rei signantis ex-
currat, arguit bene Lanfrancus agnum pa-
schalem viuacem substantiam, fragmento no-
stri panis simpliciter meliorē. Quib^o vtiq; præ-
uisis, noster Witcleff coactē prælegit dicere
per viā celsionis, quod agnus Iudaicus est no-
stro perfectior sacramēto. Et tādē ad naturā si-
gnorū respōsa porrecta parauit. Sed verē ridē-
da per

Lanfrancus.

da per omnia rationes, ad cauandum vel excellentiam, vel differentiam essentialem sacramenti nostri super alia sacramenta propter maiores efficacias, vel similitudines temporum, aut locorum. Nam panis, & vinum Melchisedec fuerunt potiora, & propinquiora signa Eucharistiæ nostræ omnibus hostijs Iudeorum, & ideo acceptiora Christo: sicut & sacerdotiū eius iuxta fidem Apostoli ad Hebræ. 7. & illud psalmi. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Vnde & Ambrosius probat lib. de mysterijs, sacramenta nostra esse antiquiora sacramentis Iudeorum, & tamen quod sacramenta Iudeorum fuerint propinquiora & tēpore, & loco humanitati Christi, nullus nescit. Quod si attendis, agnus paschalis, & azymus panis fuerunt humanitati Christi in sacra cœna, simul loco & tempore cum sacramento nostro æquæ præsentēs: ergo nunquid erunt æqualia sacramenta? Vnde in sermone de proditione Iudæ post medium

Chryso. *Chrysostronus*. Super hoc (inquit) etiam aliud maius beneficium monstrabatur, quod ille agnus futuri fuit agni typus: & ille sanguis dominici sanguinis monstrauit aduentū. Et ovis illa fuit ovis spiritalis exemplum. Ille agnus umbra fuit, hic veritas. Sed postquam sol iustitiæ radiauit, umbra soluitur luce. Et ideo in ipsa mensa vtrunq; pascha, & typi, & veritatis celebratum est. Nam sicut pictores pingendā tabulam vestigijs quibusdam adumbrare conueuerunt, & sic colorum varietate perducere: ita & Christus fecit in mensa, & typicum pascha descripsit, & pascha veritatis ostēdit. Hæc ille. A V T H O R. Item. 2. lib. contra Petilianum, responsione. 36. *Augustinus*. Pascha (inquit) quod à Iudæis celebrabatur in occisione agni, prænuntiabat domini passionem, & transitum de hoc mundo ad patrem. Et ipsum tamen pascha, quod erat in eadem prænuntiatione, idem dominus cum discipulis celebravit, quando ei suggererunt dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Hæc ille.

Augusti. A V T H O R. Ergo duplex pascha celebravit Christus in vna cœna cum discipulis, pascha figurans, & pascha figuratum: vtrūq; secundum locū & tempus Christo Iesu humanitatis æquæ præsentēs. Iam peto distantiam: hoc non præiudicat Witleff. Sed si secundum pascha tantum figura, quid oportuit in eadem cœna replicare figuram? Hanc quæstionem soluant omnes signiferi Witleuisti. In calce enim libri sui de corpore & sanguine domini in fine expositionis Matthæi supponit eam Paschafius. *Paschafius*. Volo (inquit) perpendat fidelis ani-

mus, quid intersit inter illud typicū pascha, quo agnus immolatus est, & in eadem cœna comestus: & istud, quod secundum ordinem Melchisedec in pane & vino continuo celebratur. De quo sanè pascha dixit eadē hora, Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Quod si nihil amplius habet hoc mysterium præter figurā corporis & sanguinis Christi, & non hoc est, quod ipse dixit: quid necesse habuit iterare in factō, quia hoc totum iam præfiguratum erat in agno? Vnde & Lucas duos calices datos esse discipulis in eadem cœna cōmemorat, vñū prius post agni comestionē antequam panē acciperet: alium verò postquā benedixit ipsū panem, ac fregit, & dedit discipulis suis. Similiter (inquit) postquā cœnauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. Vbi datur intelligi, quod agnus ille legalis cum suo calice in figura præcessit passionē Christi. Deinde corpus & sanguis in calice, ad expletionem factū est veritatis, vt quod in Melchisedec præcesserat, totum compleretur in Christo. Hæc ille.

A V T H O R. Iam dicat Witleff rationes excellentiæ suæ. Ecce in vna cœna simul habet in distanter à re sacramenti, scilicet humanitate Christi, vel loco, vel tempore vtrumlibet sacramentum. Imò pluries tempore præsens fuit corpori Christi agnus paschalis, & azymus panis ab annis adultæ ætatis Christi vsq; ad vltimum, semper in pascha: quia is non venit legem soluere, sed implere. Semel verò tantū sui corporis nouissimum sacramentum. Non ergo plus distabat ab humanitate Christi in quolibet tali pascha panis azymus vel paschalis agnus loco vel tempore, quàm sacramentum eius corporis distabat in vltimo. Impositio quoq; manū, generauit tūc, curauit ægrotos. secundum illud, Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Communicatio Eucharistiæ sæpe non sanauit infirmos, sed reddebat. secundum illud apostoli, Qui māducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Nec ergo propter præsentiam loci, vel temporis, vel propter efficaciam cauandī remotam præsentiam, quā Witleff nescit describere, præcellit figura figuræ, cum neutra faciat præsentiam Christi secundum eius essentiam, nec coniunctam speciem. Sed ideo antiqui patres hanc inuenerunt inter sacramenta distantiam primam, & præcipuam, quod si sacramenta Iudeorum signa fuerunt, & figuræ, nostra veritas reuelata. Vnde vetus

Orige-

Origenes. *Origenes* super librum Numerorum, Homilia 7. Lex, inquit, Dei iam non in figuris, & imaginib; sicut prius, sed in specie veritatis agnoscitur. Et quæ prius in ænigmate signabantur, nunc & specie, & figurate ænigmatum describatur, dicit, Scimus autē quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eadem escam spiritualement manducaverunt, & omnes eundem spiritualement potum biberunt, Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra, Petra autem erat Christus. Vides quomodo ænigmata legis Paulus absoluit, & species ænigmatum docet: & dicit quia petra in ænigmate erat apud nostræ Æthiopissæ. Nunc in specie petra Christus est. Nunc enim in ore ad os loquitur per legem Deus. Antea in ænigmate fuit baptisma in nube, & in mari, nunc autem in specie regeneratio est in aqua, & Spiritus sancto. Tunc in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in specie caro verbi Dei est verus cibus, sicut ipse dixit, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Sit ergo iam nunc Moyses apud nos positus, & huic Æthiopissæ coniunctus, vel ipse ad nos, vel Deus ad ipsum nō loquitur in ænigmate, sed in specie. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quæ excellentia, & aletas sacramentorum nostrorum, autoritate Pauli signata? Quia illa figuræ erant, & in ænigmate: nostra autem clara specie, & veritate. Item in expositione Psal. 109. versu, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, *Cassiodorus*. Cui, inquit, potest veraciter, & euidenter aptari, nisi domino Saluatori, qui corpus & sanguinem suū in panis ac vini erogatione salutariter consecrauit: sicut ipse in Euangelio dicit, Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, scilicet æternam. Sed in ista carne & sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana conspiciat, ne, sicut dicit Apostolus, qui corpus domini indignè manducat, iudicium sibi manducet, sed viuificatricem substantiam, atq; salutarem, & ipsius verbi propriam factam, per quam peccatorum remissio, & æternæ vitæ dona præstantur. Quem ordinem per mysticam similitudinem Melchisedec iustissimus rex instituit, quando Domino panis & vini fructus obtulit. Constat enim pecudum victimas perijisse, quæ fuerunt ordinis Aaron, & Melchisedec manere potius institutum, qui toto orbe in sacramentorum

erogatione celebratur. Quod adhuc Iudæi nō intelligunt obstinati, cum eorum & sacerdos, & sacrificia de medio probantur ablata. Hæc ille. A V T H O R. Ecce ablata sacrificia Iudeorum, quia tantum signa, & remanent sacramenta Christianorum secundum ordinem Melchisedec in nuda veritate signata. Et illud Pauli, Omnes eandem escam spiritualement manducaverunt, non vt Witleff similiter deprauat de eadem spirituali figura, sed re spiritualiter designata concipitur. Sicut concorditer Origeni, super primo versu Psalmi. 77. declarat *Augustinus*. Omnes, inquit, eundem cibum manducaverunt, & omnes eundem potum spiritualement biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, Petra autem erat Christus. Idem itaq; in mysterio cibus & potus illorum, qui noster est, sed significatione idem, non specie. Hæc ille. A V T H O R. Ecce idem in significatione, non in specie. Hoc dicit Origenes. In ænigmate manna erat cibus, nunc in specie caro verbi Dei. Ergo non nunc est caro verbi Dei noster cibus in suo ænigmate, significatione, vel figura, sed in specie. In qua specie, & non in significatione, nili in specie & natura carnis? secundum illam speciem, quā sic appellat scriptura in creaturarū principio, Fecit Deus bestias terræ iuxta species suas. Siue Apostolus Paulus, vbi ait, Per fidē ambulamus, non per speciem. Et Ioan. 5. Nec speciem eius vidistis vnquam. Hæc est species quam sancti patres à significatione, vel figura vehemēti negotiatione distinguunt, dicentes, Significatione, non specie. & vltra. Nunc autem in specie caro verbi Dei. Hanc speciem vltra figuram, & significationem veterem secundum se, Christiana continent sacramenta. Tolle hanc speciem secundum naturam, & iterum reflecte ad significationem, & non præteris veterum sacramenta. In significatione enim & figura omnimoda fuit carnis Christi species in Iudeorum figuris signata, excepta præsentia corporali, sicut in nostris. Inde dixerunt patres significatione idem. Hanc ergo significationem, vel figuram cum Witleff nō separet, nec præter speciem, nec naturam panis aliquam ibi ponat per speciem, vel naturam, liquido patet, quod in eadem significatione cum Iudæis expectat, & in rei veritate exclusa verborum versutia, non aliud, quàm Iudaicum conficit sacramentum. Quia dicere corpus Christi præsens realiter sacramento, intellegendō significatione, vel figura tantum, nō est plus de corpore ibi ponere, quàm figurā eius tantum: quod & Iudaicum fecerit institutum.

Augustin.

Species.

I tum.

tum. Quòd si fingat, hanc esse maiorem præsentiam, vel expressiorem figuram illa: hoc exponat, qualiter sit in re ipsa. Quauis propter hoc non erit per essentiam aliud sacramentum: eo quòd modi graduales nõ mutant substantiam, sed essentia addita. Qualiter hæc Metaphysicam notanter perpendit in disputatione sua contra Petilianum. libro. 2. responsione. 36. *Augustinus.* Aliud est, in quiens, Pascha, quod adhuc Iudæi de oue celebrant, aliud autem, quod nos in corpore & sanguine domini accipimus. Sic alius fuit baptismus Ioannis, alius est baptismus Christi. Illis enim ventura ista pronuntiabantur: istis completis, illa prædicatur. Et quauis illa Christus acceperit, nobis tamen necessaria nõ sunt, quia ipsum, qui per hæc annuntiabatur, accepimus. Hæc ille. **A V T H O R.** Ecce substantialem differentiam sacramentorum veterum, & nouorum, & asignauit *August.* per plus, vel minus figurare, præfentialiter significare loco, vel tempore: quia in his Iudæi modò nõ distant plus nobis ab humanitate Christi in cælo, loco vel tempore, quãdo adhuc antiqua inter nos celebrant sacramenta, sed penes ipsum, quem iam corporaliter accipim⁹ in sacramento corporis, & ipsi non nisi figuratim. Illi promissa, nos cõpleta. Promissa quidẽ per figuram illi: nos verò cõpleta per essentiam. Et præter hæc omnia, veteris legis sacramenta fuerunt figura, & signa sacramentorũ fidelium. Nunquid signorũ sacramentaliũ, quæ non sunt res præter figuras: & tunc erãt signa signorũ, & figuræ figurarũ, quasi non simplices figuræ, sed cõpositæ, vel decompositæ? Et tunc manna, vel propositio nis panis nõ esset figura corporis Christi, sed figura figuræ eius, scilicet panis, quod est simpliciter contra fidẽ: quia panis noster & eius fuerunt significatione idem: non ille nostrum panem significans, & noster signatus in illo. Panis noster, inquam, ante cõsecrationem appositus, & oblatas. Corpus em̃ Christi est immediatẽ in vtroq; signatum, sed tantum in secundo contentum per essentiam.

¶ Quòd non remanet panis materialis in Eucharistia consecratione peracta.

C A P. X X X V.

S V M M A.

1 Consecratione peracta, quòd non remaneat panis materialis in Eucharistia, sanctorum patrum

- authoritatibus probatur contra *Witcleff.*
- 2 *Eusebij Emiseni simplex appellatio, quomodo mõstret in sacramento unitatem essentia.*
 - 3 *Patrum antiquus nos seruatus, quom de hostia consecrata loquerentur, notatur, contra Witcleff, & Berengariana figuralia sacramenta.*
 - 4 *Rabani dictum de Christi corpore & sanguine, quod uera sit caro in ministerio, & merus sanguis, nõ tantummodò figuralis.*
 - 5 *Panis quod ita figuret corpus domini ante consecrationem sicut post, quantum est de nuda ratione figuræ sine presentia corporali. Et multa de hoc ibi per doctores.*
 - 6 *Witcleff, qui dicit, quod post consecrationem remaneat panis & uinum, eo quod in nullo articulo triplicis fidei ecclesie sit iste articulus declaratus, confutatur. Et quòd sit symbolum triplex.*



Quid autem mouet peritos fideles concedere debilibus accidentibus suum subsistere in hostia consecrata? Dicitur quod terreni panis absentia. Quid item absentẽ cogit esse substantiam panis? Dicitur naturalis carnis Christi corporalis presentia. Vñ quia *Witcleff* cõtra ecclesiasticã veritatem negat primũ, cogitur affirmare secundum. Vnde. 4. trialog. cap. 7. Mens (inquit) catholici non capit, quod panis sit corpus Christi, nisi intelligendo figuratiuẽ. Ideo absq; omni ambiguitate hæc est figuratiua locutio, Hoc est corpus meum: cum identificatio nõ sit possibilis. **A V T H O R.** Ex his ergo duobus prædictis, pugnis cædens, & calcibus, eicit tertium. Suscipit enim lapides motiuorum, vt iaciat in Iesum, præferens putribilẽ panem cum paucis qualitatibus foedis toti glorioso corpori Saluatoris. Priusquã ergo probauerimus autoritate scripturæ & patrum subsistentiã possibilem accidentis: à posteriori etiam demonstrare volentes hanc fidem catholicam, restat probare panis materialis absentiam in hostia consecrata. Vnde antiquitati innitentes, vt solemus, dominus Iesus ait in hora cõsecrationis de pane, Hoc est corpus meum. Hæc sacra sententia Dei viui: hoc verbi omnipotentis edictum colligat sibi nota fidelium duplicifune. Primò, vt hoc credamus impleri, quod ipse voluit ibi fieri, scilicet puræ carnis suæ corporalem substantiam. Secundò, vt nihil addamus, quod ipse fieri non mandauit. Hoc est enim purẽ credere verbis legis æternæ, nihil eis addere, nihilque subtrahere, sicut in finali conclusione scripturæ dicitur *Apocal.* vlti. Contestor omni audienti

V Witcleff.

dienti verba prophetiæ libri huius. Si quis apposerit ad hæc, apponet super illũ Deus plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partẽ eius de libro vitæ. Hoc ergo timore conterriti sancti patres, purã fidem suã semper ex primetes, & mediates inter hereticos, optimo modo possibili cõcesserunt in Eucharistia corpus Christi, scilicet in natura optima corporali: quia hoc exprimunt verba Christi: & omnẽ terrenã substantiã panis ibi esse nõ credunt: quãtanquam impossibile ibi corpori verba Christi hoc fieri prohibet, scilicet quia dissimulat, quia tacet. Sic em̃ aduertit fidẽ verborũ Christi prudens & senex pater *Theophilus*, tractans ipsa vt iacent in Euãgelio Christi. *Marci.* 14. Hoc est corpus meũ. Si, inquit, carnem & sanguinẽ cerneremus, sumere non sustineremus. Propter hoc dominus nostrã infirmitati condescendens, species panis & vini cõseruat: sed panẽ & vinũ in veritatẽ carnis cõuertit, & sanguinis. Hæc ille. **A V T H O R.** Hæc expositionis fidẽ suxit doctor iste *Græcus*, & vetustus antistes de prædictis verbis Christi, quod Christus ibi cõseruat species panis & vini: sed panẽ & vinũ conuertit in veritatẽ carnis & sanguinis. Sed veritas illorũ est illorum essentia, ergo nõ tantum in figuram, sed in essentiã carnis & sanguinis Christi, panis & vinũ cõuertitur, & sic non manent secundum essentiã: sed species manent secundum essentiã, nõ tantum secundum cõsiderationem. Aliter nesciuit ipse intelligere, quomodo posset ibi Christus facere corpus suum. Ergo ex fide euãgelij, & antiquorũ patrum ibi nõ remanet putribilis substantia panis in hostia post consecrationẽ. Hic ergo planẽ deprehenditur perfidia *Witcleff*, dicentis, ibi manere panem simul cum corpore Christi: eo quod Christus non sic dixit secundum aliquem Euãgelistam, Hoc est corpus meum, & panis naturalis. Hoc ergo infideliter addidit verbis Christi. Item nec apostolus Paulus dixit, Panis, quem frangimus, nonne participatio panis naturalis, & corporis dñi est? Sed tantum, participatio corporis domini est. Item Apostolus dixit, Et calix, quem sumimus, nõ ne communicatio sanguinis Christi est? non ausus addere, & vini naturalis. Quomodo ergo ausus est *Witcleff*, quod nunquam audebat Apostolus? Non veritus sermonem Salomonis *Prouerbi.* 30. Sermo Dei, clypeus ignitus: ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax. Addidit *Witcleff*, & idcirco ab ecclesia orbis terrarum argutus est & mendax inuentus. Monstrat item in sacra-

mento vnitatem essentis, simplex appellatio, quam notat antiquus item pater *Eusebius* Emisenus, cuius laus est in decretis: in sermone de corpore & sanguine domini, qui incipit, Magnitudo cælestium. vbi sic, Beatus, inquit, Moyses de eo mysterio loquens, vinum, & sanguinem sub vna appellatione significat in benedictione Patriarchæ dominicam passionẽ multò antè tempore demonstrantis, ita inueniens, Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vultus pallium suum. Aduerte quã euidenter constat vini creaturam Christi sanguine nuncupandam. Hæc ille. **A V T H O R.** Nõ dixit nuncupatam, sed nuncupandam in futuro: ne *Witcleff* diceret, qui nunquã habet profese autoritatẽ, nisi quãdo furatur de nostris, quod vinum remanens vocatur Christi sanguis. Sed ideò author dicit de tempore consecrationis peractæ, quãdo vinum nõ erit: nec dicitur substantia vini propriẽ in natura, sed tantum sanguis, quod nõ erat antea. Vnde versus finem sermonis idem *Eusebius*. Quando, inquit, benedicendo verbis cælestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequã inuocatione summi nominis cõsecrentur, substantia illic est panis & vini: post verba autem Christi, corpus est, & sanguis Christi. Hæc ille. **A V T H O R.** Hunc loquendi morem seruauerunt penẽ cõstiti patres antiqui in loquẽdo de hostia consecrata, vt nõ idem dicerent in natura post consecrationem, quod erat antè. Vnde libro suo de mysterijs dicit *Ambrosius*. Liqueat, quòd præter naturæ ordinem generauit virgo: & hoc, quod conficimus, corpus ex virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus Iesus part⁹ ex virgine? Vera utiq; caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est. Verè ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamauit Dominus Iesus, Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborũ cælestium alia species nominatur: post cõsecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante cõsecrationem aliud dicitur: post cõsecrationem, corpus & sanguis nũcupat. Et tu dicis, Amẽ: hoc est verum, quod sermo sonat, effectus sentiat. His igitur sacramentis pascit Christus ecclesiam suam, quibus animæ firmat substantiam. Hæc ille, **A V T H O R.** Attẽdat *Witcleff* quomodo penẽ totus *Ambrosianus* iste processus vigilat contra sua, & *Berengariana* figuralia sacramenta. Primò, quia dicunt, quod nõ conficiunt sacerdotes verum corpus Christi natum de virgine, sed sacramentum eius: quia sic consecrarent respectũ habitudinis ibi tantum.

Vitcleff. tum. Vnde Witcleff planè dicit in libro de Eu-
charistia. cap. 1. Nihil horribilius, quàm quòd
quilibet sacerdos celebrans, facit, vel cõsecrat
quotidiè corpus Christi. Nam Deus noster,
non est Deus recens, nec corpus eius, cum sit
summè sacrum, atq; perpetuum est, sic sacra-
bile, vel nouiter faciendum. Sed nos sacerdo-
tes facimus, atq; benedicimus hostiam conse-
cratam, quæ nõ est corpus dominicum, sed ef-
ficax eius signum. Hæc ille. AVTHOR. Am-
brosius ergo aliter sapit, qui planè dicit, quòd
hoc, quod conficimus, corpus ex virgine est:
& verà utiq; caro, quæ crucifixa est, quæ se-
pulta, & verè carnis illius sacramentum. Nõ er-
go tantum efficax illius signum, sicut est sacra-
mentum Witcleff, sed sacramentum & res. Ideò
subiungit sanctus pater. His sacramentis pa-
fecit Christus ecclesiam suã, quibus animæ fir-
mat substantiam: quæ nulla possunt esse præter
carnem & sanguinem Christi secundum suam
substantiam, & naturam. Sicut ipse Ambrosius
post declarat se, versus finem libri, vbi, Non, in-
quit, corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde &
apostolus de typo eius ait, Quia patres nostri
escam spiritualem mādūcauerūt, & potum spi-
ritualem biberunt. Corpus enim Dei, corpus
est spirituale. Corpus Christi, corpus est di-
uini spiritus, quia spiritus Christi, vt legi-
mus: Spiritus ante faciem nostram Christus
dominus. Hæc ille. AVTHOR. Si autem
esset sacramentalis panis Witcleff, ipso teste,
foret esca corporalis: non est ergo panis ter-
reus in hoc cælesti sacramento. Quam sen-
tentiam veram, & firmam tenuerunt docto-
res catholici sequentes à priscis patribus de-
relictam. Vnde Rabanus adhuc de primo mil-
lenario (vt notasti) in libro suo de corpore,
& sanguine domini. cap. 3. Nullus, inquit, mo-
ueatur de hoc Christi corpore & sanguine,
quòd ÷ ministerio vera sit caro, merus sit san-
guis, dum sic ille voluit, qui creauit. Omnia
enim quæcunq; voluit dominus fecit in cælo,
& in terra. Et quia voluit, licet figura panis &
vini hic sit, omnino nihil aliud, q̄ caro Christi,
& sanguis post cõsecrationem credenda sunt.
Vnde ipsa veritas ad discipulos. Hæc, inquit,
caro mea est pro mundi vita. Et vt mirabilius
loquar, non alia planè, quàm quæ nata est de
Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepul-
chro. Hæc ille. AVTHOR. Hoc profitetur
Rabanus, quod accepit à patribus, q̄ vera sit
caro in ministerio, & merus sanguis nõ tantum
modò figuralis. Itē, q̄ figura sit ibi panis & vi-
ni sine substantia sua: quia omnino nihil aliud
esse post cõsecrationem, quàm caro & san-

guis credenda sunt. Sed quia penè omnia præ-
dicta à sanctis patribus assumpta, solet Wit-
cleff leui glossa deferre dicens, quòd aliud so-
let esse in figura post cõsecrationem, quan-
uis idem sit in natura, scilicet in figura corpo-
ris Christi post cõsecrationem, sed manens
panis in natura: quia dictum est illius, sufficit
ita refellere, q̄ panis ita figurat corpus domi-
ni ante cõsecrationem, sicut post, quantum
est de nuda ratione figuræ sine præsentia cor-
porali. Quia ab initiali essentia panis sumpta
est formalis ratio fundandi habitudinalem il-
lam figuram eius ad corpus Christi, scilicet,
quia est refectio, & quia est sagina deficientis
substantiæ. Nam quia sicut panis sustentat cor-
pus, sic esse corporis Christi sustentat, & refi-
cit animã: idcirco panis materialis figurat cor-
pus Christi, vt sustentat animã per fidem. Vñ
Isidorus libro de origine officiorum. cap. 18. Panis,
inquit, quem frangimus, corpus Christi
est, qui dixit, Ego sum panis viuus, qui de
cælo descendi. Vinum autem sanguis eius est:
& hoc est quod scriptum est, Ego sum vitis.
Sed panis, quia corpus cõfirmat, ideò corpus
Christi nuncupatur. Vinum autem, quod san-
guinem operatur in carne, ideò ad sanguinẽ
Christi refertur. Hæc autem sunt duo visibi-
lia, quæ sanctificata tantum in sacramentum
diuini corporis transeunt. Hæc ille. AVTH.
Attendat Witcleff, qui ex hoc dicto Apосто-
li, Panis, quem frangimus, arguit panem sensi-
bilem esse Eucharistiæ sacramentum. Isidorus
verò dicit, quòd panis, quẽ frangimus, est cor-
pus eius, qui de cælo descendit: non panis, qui
de sub cespite creuit. Et addit causam, quare
corpus Christi nuncupatur panis: non quare
panis nuncupatur corpus. Quia, inquit, panis
confirmat corpus hominis, ideò corpus Chri-
sti nuncupatur, & vinum operatur sangui-
nem. Et vide si ista non sunt proprietates pa-
nis & vini à conditione naturæ eorum, non
solum à presbyteri cõsecratione. Et hæc
duo visibilia sanctificata in sacramentum di-
uini corporis transeunt, non autem in suis na-
turis manent. Item accedendo magis ad figu-
ras Augustini, & aliorum doctorum: quia pa-
nis & molitur, & reuerfatur manibus homi-
num, significat, quòd in passione corpus
Christi torquebatur manibus militum: & pa-
nis decoctio ad clybanum, figurat tortionem
carnis Christi ad crucem. Et deglutitio eius
ad stomachum, figurat descensum illius car-
nis ad sepulchrum. Et incorporatio illius pa-
nis in carnem viuam, figurat Resurrectio-
nem corporis Christi in vitam perennem. Et
participa-

participatio & viuificatio illius carnis assum-
ptæ figurat glorificationem carnis Christi, &
assumptionẽ eius in gloriam. Sed has omnes
rationes figurales habet panis eius ante con-
secrationem sicut post: ergo non plus est pa-
nis figura post cõsecrationem, quàm erat an-
tè. In sermone de Pascha, qui incipit, Hoc, qd̄
videtis, & est. 31. inter sermones secundæ par-
tis, Augustinus. Recolite, inquit, quia panis non
fit de vno grano, sed de multis. Quando exor-
tizabamini, quasi molebamini: quando bapti-
zati estis, quasi conspersi estis. Estote quod vi-
detis, & accipite quod estis. Hoc Apostolus
de pane dixit. Hæc ille. AVTHOR. Iam Au-
gustinus docet sub quibus conditionibus, pa-
nis figurat rem vltimam sacramenti, scilicet
corpus Christi mysticum. Nunquid intendit
ergo, q̄ tota ecclesia Christi sit panis iste sensi-
bilis? Dices non. Et quare ergo propter figu-
rationem tuam erit putribilis panis corpus
Christi sacramentum, & res propter figuram
Apostoli? Non potest idem panis esse corpo-
ris Christi res, non sacramentum, scilicet tota
congregatio fidelium. Hic omnes conticent
Witcleuista. Et libro. 7. de baptismo contra
Donatistas Augustinus. Quando, inquit, domi-
nus corpus suum panem vocat de multorum
granorum adunatione congestum, populum
nostrum, quem portabat, indicat adunatum.
Et quando sanguinem suum vinum appellat
de botris atq; acinis plurimis expressum, atq;
in vnum coactum, gregem item nostrum si-
gnificat commixtione adunatæ multitudinis
copulatum. Hæc ille. AVTHOR. Nec varia-
tur illud indiuiduũ habitudinalis figuræ: quã-
uis post cõsecrationem accrescat ipsi latera-
liter aliquis respectus ad authorem eius, vt est
causa, eo q̄ sufficiens ratio fundandi formaliter
præcessit. Et quia causa efficiens est causa
extra rem, sicut non aliud indiuiduum quan-
do: quod tunc dicebatur, hodie adfuit diei na-
talis domini, propter hodiernitatem eius, qui
fuit author, & cõditor, & dominus totius diei,
& temporis: quod est propriũ soli Deo. Nec
ergo esset alius figuralis respectus istius panis
ad corpus Christi post cõsecrationem, quàm
erat antè, quauis accrescat ipsi aliquis latera-
lis respectus per pronuntiationem verborum
cælestium, per quẽ comparatur ad causam, eo
quòd sufficiens causa fundandi figuram præ-
cessit in pane à conditione sua. Tunc ergo re-
sumatur textus concors Eusebij, Ambrosij, &
Rabani. ante cõsecrationem alia species dici-
tur, post cõsecrationem aliud, sed non alia
species in figura: quia idem, quod figurabat

antè, figurabat post, & hoc precifè. Ergo erit
alia species in natura, vel naturali essentia, vel
da mediũ. Certè aliud esset, si figura esset post
cõsecrationem per rationem corporalis cõ-
tinentiæ, & substantialis præsentia, quod tu
negas, quàm tamen figuram concedit ecclesia
in esse nudis accidentibus. Et nec hanc rationẽ
sciunt euadere Witcleuista. Sophisticat tamẽ
hic Witcleff, q̄ anima Christi ibi sit, & diuini-
tas: sed repellitur sophisma eius per hoc, quod
doctor proposuit, in mysterio, id est, in sacra-
mento, quod est res. Et quatum est de vi eius,
nihil est ibi sacrum illud mysterium, nisi caro
Christi secundum naturam, & sanguis Christi
merus, quos tamẽ inhabitat deitas, sicut idem
Rabanus habet ibi cap. 6. Ad hoc, inquit, ver-
bum caro factum est, & habitauit in nobis, vt
per verbum carnem factum, caro proficeret
in Deum verbum, quæ nimirum caro verbi
fit esca. In hoc mysterio cibus est fidelium,
dum verè creditur esse caro pro mundi vita.
neq; aliud aliquid, quàm caro corporis Chri-
sti, & qua Christus manet in nobis: & nos per
illam transformamur in illo, qui nihil aliud fa-
ctus est, quàm Deus caro dignatione sua, vt
habitaret in nobis. Hæc ille. AVTHOR. Ecce
ergo caro non fit panis in hoc sacramento, quia
nihil aliud est, quàm caro corporis Christi.
Nam aliud in neutro genere alietatem natu-
ræ significat. Et iterum cap. 8. Rabanus. Siqui-
dem, inquit, Christo, qui verus est, & summus
sacerdos, catholicè totum tribuere oportet,
totumq; ipsius virtuti atq; ipsius potentia de
signari. Nepe quia ipse liberat ab omni igno-
rantia, & remouet nos à carnalibus huius vi-
tæ. Neq; itaq; sinit terrenum aliquid, aut vile
ibidem suspicari, sed mystica, & spiritalia in
his sapere: vt nostri corporis sensus ad ea inte-
rius sanctificandi auidius transferantur: si quo
modo dicere possit præminentior pars ho-
minis, Cor meum, & caro mea exultauerunt
in Deum viuum. Hæc ille. Et idem post. cap. 28.
Propterea, inquit, non inconuenienter &
iam ob hoc idem aqua cõsecratur, nõ quòd
aqua permaneat, sed vertitur in sanginem, vt
significet quod fides percipiat. Nam tria sunt
quæ testimonium dāt, q̄ Christus est veritas,
spiritus, aqua, & sanguis. Sequitur. Quibus nõ
nisi vnum salutis opus mysticè cõsecratur,
vt corpus nostrum, & anima, ac spiritus inte-
ger ad vitam in Christo seruetur. Et infra. Cõ-
stat igitur, q̄ si tria prius ponuntur, non nisi ca-
ro & sanguis postea rectè creditur, dās indi-
ciũ, q̄ animalis homo totus debeat transire in
spiritũ, & spiritalis fieri. Itē ca. 47. Hęc namq;
vera,

vera, & noua cōspersio fynceritatis & veritatis vt simus azymi sine fermēto malitię & nequitiz. Nā in calice nihil aliud bibimus, q̄ Christi sanguinem, vbi & nos per aquam admixtam coadunati sumus. In pane verò nihil præter corpus, vbi nos per Christi conspersionē iam membra sumus. Hęc ille. AVTHOR. Nec irruat Witleff in panem, quē infert hīc Rabanus, nisi adferat nobis vinū, quod Rabanus auferat. Nec item aquā affirmet manere secūdum essentiam, quā iam supra sustulit Rabanus, dicens non manere, sed trāsire in sanguinē. Hīc tamē manere aquā figuratitiam, scilicet populi vnionē. Et sic etiam remanet panis, nō terrenus ille, cum supra dixit Christum non finire nos ibi suspicari terrenum aliquid, vel vile, sed panem cælestem. Quod item declarat in cap.

Rabanus.

16. Rabanus. Cogita, in quiens, si quippiam corporeum potest esse sublimius, cum substantia panis & vini in Christi corpus & sanguinē efficaciter interius commutatur, ita vt deinceps post cōsecrationem iam vera Christi caro & sanguis veraciter credatur, & nō aliud, quā Christus panis de cælo à credētibus existimetur. Hęc ille. AVTHOR. Ecce mi Witleff, si panem tam gaudēter attēdis, panē accipe carnem Christi: nec tamē hīc vel alibi panem de terra, sed tātum de cælis existimes. Nihil ergo remanet in sacramēto, quātum ad ipsum attinet sub speciebus, nisi caro Christi naturalis, & substantia sanguinis. Hęc antiquorum patrū cōcordem sentētiā Witleff nesciens declinare, & se tamē declinari nō sustinens, omnibus simul obuiam currens lib. de Eucharistia. ca. 5. dicit esse temerariam, nō probatam. Est, inquit, temeraria, quia ponit vt articulū fidei, q̄ nec panis, nec vinū post cōsecrationem remaneat, quod est nimis temerariū ppter multa. Nam in nullo articulo triplicis fidei ecclesię est iste articulus declaratus: quis ergo color, q̄ propter assertionem vnus temerariam fit ecclesia nouo articulo fidei grauidanda? Itē rū scriptura sacra, & antiqui sancti doctores, vt Ambrosius, Augustinus, & alij authores canonum dicunt regulariter, q̄ hostia cōsecrata est panis. Similiter decretū Romanę ecclesię tempore Nicolai secundi decreuit, q̄ post cōsecrationem, panis & vinū remaneant. Hęc ille. AVTHOR. Hoc arripuit sibi iam cōmunē hæreticorum hospitium: dū enim vinci deberēt, currūt ad expressiōem articuli in fide, & scripturis. Nā quo ad primū temeritatis sue probamentū: quia in nullo articulo triplicis fidei est iste articulus declaratus de nō remanētia panis & vini, triplicē fidē intelligēs triplex

Witleff.

symbolum, Apostolorum scilicet, Athanasij, & patrum, quod cantamus in missa. Sed fraudis in authorem simili pede fraude reuersa, arguetur Witleff esse temerarius de positione panis naturalis in sacramēto Eucharistię: quia nec in scripturis sacris, nec in aliquo articulo triplicis fidei est ille articulus declaratus. Item arguetur eius temeritas de positione corporis Christi figuralis in eodē sacramēto, quia nec illum articulum, nec prædicationē illam habitudinalē de corpore Christi in aliquo articulo eiusdē triplicis fidei reperit declaratum. Si secus fuerit, monstret vbi. Sed item temeritatē mēdacem nō effugit, quādo secūdō infert scripturam, & antiquos patres Ambrosium, Augustinum, & alios authores canonū pro remanētia panis putribilis. Similiter etiam decretū Nicolai, quod quā falsum sit, iam hīc supra vidistis, nō assertionē vnus, sed plurium, & omnino perspicuē patebit in posteris. Sed quātum ad expressā declarationē præmissæ veritatis in symbolis, sancte Deus quantum volumus caperet huiusmodi symbolum, quod omnes explicaret necessarias fidei veritates! nec esset iam symbolum breue cōpēdium credendorum, sed aliquid omni bibliotheca prolixius. Sed sicut credens errorem, cui tamē errori verba symboli nō repugnāt, non ideò est fidelis: ita ex opposito credens veritatem catholicam, cui tamen verba symboli nō palam assentiūt, nō est temerarius, vel ideò infidelis. Deducō est à patribus: & pro prima veritate est casus Augustini, *lib. 4. de vnico baptismo contra Donatistas. ca. 12. vbi, Feri, inquit, potest, vt in alicuius hæretici librum catechumenus catholicus incidat, & à veritate nesciens discernere errorem, credat aliquid contra fidem catholicam: cui tamen errori verba symboli non repugnant. Sub eisdem quippe verbis innumerabiles hæreticorum errores exorti sunt. Hęc ille. AVTHOR. Nec ergo omni errori verba symboli expressē repugnāt, nec omni veritati catholice expressē cōsentiriunt. Et notetur, quod sub eisdem verbis symbolicis, putā generalibus, innumerabiles errores exorti sunt. Veruntamen hoc argumentum ipsius magistri eius ipsi prius formauerant Manichæi, probantes Euangelium esse falsum, cum diceret, per Iesum Christum factum esse mundum, quia in principio Genes nō ex- primitur de Iesu.

Symbolum triplex.

Ad argumenta Witleff per scripturam Euangelij, quod hostia consecrata est panis in natura, respondetur.

CAP. XXXVI.

SVMMA.

- 1 Witleff, qui per scripturam euangelij more magistri eius Berengarij, arguit hostiam consecratam esse panem in natura, confutatur.
- 2 Scripta diuina cum proferimus, q̄ ea non captiuemus sensibus nostris, sed eis potius nostros captiuemus sensus.
- 3 Witleff, & sui sequaces, quomodo sint Iudeorum gulum sectatores. Et in quo.
- 4 Christi uerbis, q̄ non sit quicquam addendum, aut subtrahendum.
- 5 Hæretici mensæ apparatus, & quomodo huiusmodi mensa sit fugienda, sponsi aut mensa nequam deferenda. Et multa ibi contra Witleff, & Berengarium eius magistrum, qui ponunt corpus Christi panem naturalem, & panem figuralem, uel imaginarium, &c.



Rmis, quibus potest, inuadit Witleff ecclesiam, probare conatus panem corruptibilem esse totam hostiam consecratam secundum substantiam, & nihil ibi de corpore Saluatoris secundum naturam, & hoc in quotlibet locis, vt in quarto Trialogi. cap. 2. de sermone domini in monte. cap. 39. de Eucharistia. cap. 2. De Apostasia. De Papa. semper inuit hęc motiua Matthæi. 26. Fides scripturæ sic loquitur, Coenantibus autem eis, accepit Iesus panem, benedixit, ac fregit, deditq̄; discipulis suis, dicens, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiēs calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Et eadem sententia planē patet Marci. 14. Luca. 22. & primæ Corinthiorum. 11. Hęc Witleff in Trialogo. AVTHOR. Signetur tamen quomodo magister eius Berengarius ab eodem loco Euangelij erroris sui sumpsit exordium, vt notat eum Guimundus Auerfanus Episcopus libro suo secundo contra eundem dicens. Quis verò risum tenere iam valeat,

Guimodus.

audiens Berengarium ipsa domini verba de sacramento interpretantē. Hoc, inquit, necessarium panis est corpus meum, & hic calix necessarium vinum. O impudentissima stultitia, & nimium patēs, nec quid dicat, prorsum aspiciēs! Hęc ille. AVTHOR. Ita dixi supra, hic est Berengarius in toto. Sed quod hæresim suā fundat in Euangelio, perdonate mihi, si Augustinum inferam, dicentem ipsi, quod contra Pelagianos instruxit in principio libri sui Hypognosticon, vbi sic dicit, O malū dogma, quod

Augustin.

scinduntur matris ecclesię vnitates renatorū! O dogma, quod sub nomine Christi euertere, & mutare nititur Christianæ religionis fundamenta! O dogma, cui nefanda sunt nomina mille nocendi artes! Arma cōtra legem sumit ex lege. Impugnat Euangelium ex Euangelio pugnans: & in sui perniciem de veris mendacia fingens, prouocat ad mendacium veritatem. Sed hæc illi sunt poena, qui ea inordinatē proferens, putat esse victoriam, vt in eo, qd scriptū est, impleatur: per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur. Hęc ille. AVTHOR. Hoc enim vnū cupio Christianis omnibus esse commune, vt cum scripta diuina proferimus, ea non captiuemus sensibus nostris, sed eis potius nostros captiuemus sensus secundum regulam Augustini libro primo super Ge-

Augustin.

nesim ad literam. cap. 24. vbi, Si qua, inquit, scripta diuina legimus, quæ possint salua fide, qua imbuimur, alias, atq; alias parere sententias, in nullā earum nos præcipiti affirmatione ita projiciamus, vt si fortasse diligentius discussa veritas eam rectē labefactauerit, corruamus, nō pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, vt eam velimus scripturarum esse, quæ nostra est, eam potius eam, quæ scripturarum est, nostram esse velle debeamus. Hęc ille. AVTHOR. O miser Witleff, & miser Witleuista, qui sic non pro sententia diuinæ scripturæ, sed pro sua dimicant, vt eam velint esse scripturæ sanctæ sententiam, quæ sua est, veluti pueri dicentes, Ecce scriptura dicit Christum esse primā literam, & vltimam Alphabeti: quia ipsemet dicit, Ego sum Alpha, & ω, & tanquam pueri exinde contendant Christum esse illud mutum, & sensibile elementum. Sic item dicit corpus suum esse panem mutum, & sensibilem; quia dixit, Hoc est corpus meum: retinens semper in ore suo saporem panis materialis, quem audiuit Christum in manibus accepisse, sed ad panem carnis suæ, quam Christus potissimum intendebat, nūquam attendens,

3 gulones ꝑ Iudæos insectans, qui postquam gustassent de panibus, panem cælestem reputantes pro vili, ad panem mortuum retorquebant affectum: sicut exponit illud Ioannis. 6. Homilia. 45. super Ioannem. Da nobis hunc panem manducare, *Chrysostronus*, dicens, Adhuc enim sensibilem quandam rem existimabant esse, adhuc ventrem lasciuire opinabantur, ideoq; citò occurrunt. Sed quid ait Christus, volens eos inducere paulatim dicēs, Panis Dei est, qui descendit de cælo, & dat vitam mundo? Vitam autem dicit, quia erant omnes mortui. Hi verò Iudæi inferius inspiciebant, dicentes, Da nobis panem hunc. Arguit itaq; eos, quoniam dum sensibilem quidam mensam suspicabantur, illam esse curmāduca rebant. Cum autem didicerant quoniam spiritalis quædam esca est, non vltra currere volebant. Hæc ille. A V T H O R. Hac insipientia videbitis laborare Witcleff deinceps, quia vbiq; potest audire de pane, statim currit vt canis ad panem materialem. Ecce, inquit, panis, existimans omnia de sua dici mensa sensibili. Vt autem accedamus ad rem, quid prius facturi sumus? Num purgabimus Euan-gelium à fordibus, quas iniecit? an dehonestantem culpabimus? Hoc modo beatus *Augustinus* deprehendit errorem Donati, vocans eum furem, quia addidit verbis Christi verbum suum: ad hoc scilicet, Ego baptizo, quod potest dici ex parte ministri, addidit, Ego iustifico: quod solum diuinæ congruit potestati. tertia parte sermonum, sermone de natali sancti Ioannis, qui incipit, Diei hodiernæ solennitas. vbi sic dicit, Fur, & latro de transuerso ait, Ego baptizo, sed sicut minister, audio: noli addere, quicquid amplius est, à malo est: & tamen addit, non dubitat. Quid addit? Ego iustifico. Hæc ille. A V T H O R.

4 Ita si Witcleff dicat, Hoc est corpus meum, verum dicit, quia verbum Christi dicit. Addat autem panem naturalem, dicens, Hoc est corpus, & naturalis panis: & iam falsum dicens, peperit iniquitatem, formauit errorem. Dixi iam supra contestatum esse Apocalyp. vlti. ne quis addat, aut subtrahat verbis Christi: hoc fac, & fidelis efficieris. Christus dicit, Hoc est corpus meum: imò vt tecum loquar, panem naturalem demonstrans, hoc dixit, Noli amplius dicere, noli minus. Deuteronom. 5. dominus de lege sua dixit, Non declinabitis ad dexteram, neq; ad sinistram: sed per viam, quam præcepit dominus Deus vester ambulabitis, vt viuatis. Si apponas corpori Christi panem naturalem, dicens, Hic pa-

nis est corpus meum, & panis naturalis, iam addidisti, nullo modo negare potes, declinasti ad dexteram: quia aliud est panis in natura, quam corpus Christi in natura. Plus ergo est corpus Christi, & panis materialis, quam corpus per se sumptum. Ex alio latere si dixeris, Hic panis est corpus meum tantum in signo vel figura: iam subtraxisti, iam diminuisti de corpore Christi. Diminuit enim à corpore Christi in natura, corpus solum in figura. Addis vocabulum, & subtrahis essentiam, sicut dicens homo, dicit essentiam, addens autem pictus ad hominem, subtraxisti essentiam, diminuisti naturam, & declinasti ad sinistram. Sancta ergo ecclesia catholica, & sola illa, vel membrum eius, potest verè dicere, hoc (demòstrato pane) est corpus meum: quia nec addit aliquid corpori, nec subtrahit veritati. Nullus enim panis materialis est corpus Christi, & panis naturalis: nec corpus Christi est in sacramento aliquid minus Christi corpore in natura, nec aliquid diuersum in substantia. Quis non videt iam ecclesiam habere propinquo-rem Euangelij sensum? Purè enim obseruat in consecrando, purè intelligit, quod Christus dixit, Hoc est corpus meum, demonstrando panem naturalem, & concludendo carnis Christi substantiam. Non sic Witcleff, nec quisquã hæreticus, qui cum pane verba Christi incipit, & solam ibi panis substantiam sine tenus considerat, dicens, Hic panis est panis in natura, nec est corpus meum, nisi in quodam leui signo, & minimæ entitatis figura. O quam dolosus Witcleff. Idèd apponit tibi panem in sacramento, vt fraudet te desiderio tuo corpore Christi sacro. Pro panis substantia litigat, vt corpus Christi secundum substantiam & naturam suam totam excludat. Sic enim dixit quarto Trialogi. Concluso, quòd *Witcleff*, panis est corpus Christi, sed in figura tantum, quia mens nò capit, inquit, quòd panis sit corpus Christi, nisi intelligendo figuratiuè. Hic est apparatus mensæ hæretici, addere panem, & subtrahere agni carnem. Consultit *Augustinus*, ne deseras mensam sponsi tui pro tali apparatu in mensa hæretici. prima parte sermonum, sermone secundo, qui incipit, Cælesti gratiæ. dicens, Vide ne deseras mensam sponsi tui. Vt pulchra permanas, carnes eius quotidie manducabis. Vt vitam habeas, sanguinè eius quotidie potabis. Vide ne deseras hanc mensam, plurimos apparatus hæreticorum fuge: & si plura illic prauis dispensationibus apponuntur, aut foeda sunt, aut sæua sunt. Nò est enim illis quicquam integrum, vbi pater, & filius,

& filius, & Spiritus non est vnum, Mensa spòsi tui panem habet integrum, quem panem & si contractum, còminutumq; vidimus in passione, integer tamen mansit in illa sua cum patre indiuidua vnitate. De isto pane, & de isto calice dicebat Dominus, Panis, quem ego dederò, caro mea est pro seculi vita. Et calicem, què sanctificauerò, sanguis meus est, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum. Superius enim dixerat, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod verbum audientes, nec intelligentes discipuli, dixerunt, Durus est sermo hic. Hæc ille. A V T H O R. Attendant Witcleuista seriem *Augustini*, qui quotiens audiunt panem, tanquã porci, in luteas scrobes currunt grunnientes, q̄ panem suum putribilem inuenissent. *Augustinus* dicit ad mentem catholicam, q̄ mensa sponsi sui panem habet integrum. Qui quauis fuerit in passione comminutus, & contractus, integer tamen manet in vnitate deitatis. Et de isto pane, inquit, dicit Dominus, Panis, quem ego dederò, caro mea est pro seculi vita. Et de isto calice. Hic calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur. Et æquè de isto pane, Hoc est corpus meum. Non ergo credamus Witcleff apponenti nobis panem materialem, vel naturalem, de quo multi comedentes, mortui sunt: loco naturalis carnis Christi, & viuifici sanguinis eius in sua pura substantia, quem qui gustauerit, seculi vitam gustat. Vide, inquit *Augustinus*, ne deseras mensam sponsi tui, plurimos apparatus hæreticorum fuge. Christus apponit tibi vnum panem corpus suum, Witcleff, & magister eius *Berengarius* apponit tibi duos panes ad minus, panem naturalem, & panem figuralem, vel imaginarium corpus Christi. Plures sunt isti apparatus hæretici, fuge illos. Quare? Quia si plura illic prauis dispensationibus apponuntur, aut foeda sunt, aut sæua. Foedus panis, & foedum vinum, sæuus panis, & sæuum vinum, quæ foedas substantias ingerunt, & cælestem cibum, & potum violenter extrudunt. Ecce quid facit Witcleff, addens panem, & plurificans apparatus. Satiùs mihi erit simplex ferculù corporis Christi veri, quam gemini panes Witcleff, quia sunt furtiuu. Sed hoc sufficit ecclesiæ fidei, quòd verba Christi in Euangelio nudè accepta, panem denütiant materialem in subiecto, & præcisè panem & corpus Christi verum in predicato, nihilq; aliud. Sicut ergo hic in exordio est panis purus sine corpore: sic in fine orationis, corpus purum sine pane, & ita

transitus: ac sicut de dictione in dictionem, sic de natura ad naturam, de substantia in substantiam, de typo in rem, de figura veteri in noui Paschæ verissimum sacramentum. Sic enim intellexit *Hieronymus* hæc Christi verba super *Hieronymus*, Matthæ. in commentario, dicens, Postquam typicum Pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumpsit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Pascha transgreditur sacramentum: vt quomodo in præfiguratione eius Melchisedec summi Dei sacerdos, panem, & vinum offerens fecerat, ipse quoq; in veritate sui corporis & sanguinis præsentaret. Hæc ille. A V T H O R. Ecce assumens Christus panem, ad verum Pascha transgreditur. Nunquid item in panem, & sic de pane ad panem? aut nūquid in figuram corporis, & sic ad figuratum Pascha? Quia iste vocat figuram veritatem. Et quare ergo dicit *Hieronymus*, q̄ sicut Melchisedec obtulit panem & vinum in præfiguratione, sic Christus corpus suum & sanguinem in veritate, & non dicit in postfiguratione? Secundum Witcleff, non plus hæc veritas, quam illa, quia illa veritas panis in natura, & figura corporis in manibus Melchisedec. Ita veritas panis, & eadè figura corporis in manibus Christi. Quare ergo hæc veritas, illa figura, nisi quia illa panis tantum & figura, non veritas corporis: ista tantum veritas corporis sub figura panis? Hoc verum Pascha sine figura sui. Ipsa enim figura hoc probat, quam indubiè *Hieronymus* non nesciuit. Leuitic. 22. Siue illa bos, siue ovis, non immolabuntur vna die cū foetibus suis. Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione, &c. vbi glossa habet, quòd figura peperit veritatem. Vno ergo die nunquam ad oblationem venire debebant veritas & figura. & ibi consequenter. Si immolaueritis hostiam domino pro gratiarum actione, vt possit esse placabilis, eodem die comedetis eam. Non remanebit quicquam in mane alterius diei. Glossa. Quia vetus Pascha tempus suum habuit, cui tempore suo nouum successit. Christus nanq; figurale Pascha in cœna celebrauit: & post aliam horam quasi alia die Pascha verum substituit. Vel verè alia, quia decimaquarta die ad vesperum agebatur Pascha Iudæorum. Quicquid autem post vesperum est, alterius diei est. Hæc ibi. A V T H O R. Ita ergo ipsa lex Christi figurales figuras suas terminat in præsentia veritatis, nec se sustinet, sed quasi interrogat: quæ societas lucis ad tenebras? Et *Beda* tractans hunc locum scripture, vbi secundus mensis in lege concessus est ad faciendum Pascha

¶ Ad secundum Argumentum Witcleff per scripturam Apostoli primæ Corinthio. 4. Panis, quem frangimus, &c. respondetur.

C A P. XXXVII.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui in sui erroris argumentum assumit textum Apostoli. 1. ad Corinthios. 4. Panis, quæ frangimus, &c. uolens ex hoc probare hostiam consecratam esse panem naturalem, multorum autoritatibus confutatur.
- 2 Responsio ad argumentum Witcleff, quo probare conatur ex presumptione facti euacuationem corporis Christi, & naturam panis cibarij ibi præsentem.
- 3 Miraculum factum in eo, qui manibus indignis tenuit accipere arcam, in qua sanctum domini fuerat positum, à Cypriano recensetur. Et quo modo uocet Eucharistiam Sanctum domini.



Sumunt item in argumentum erroris textum Apostoli Pauli primæ ad Corinth. 10. Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quasi etiam serpens conuersus in virgam, & foemina in falis statuâ adhuc manerent, quod erant, scilicet serpens, & foemina, & non secundum naturam virga, & statua. Et si non cæcarentur perfidia, oppositum deberet ex hoc loco concludi, quod scilicet panis est participatio corporis. Et certe non sequitur. Panis est corpus, ergo panis est panis. Sed melius oppositum, ergo panis est aliud à pane, quia corpus. Ideo si glossis nostris non credas, saltem audias Damascenum dicentem, quod in illo passu Apostolus noluit derogare veritati corporis, sed omnino intellexit figuratiter vocabulum panis. vnde. 4. sententiarum. cap. 5. Damascenus. Omnes enim vnum corpus sumus: quia ex vno pane assumimus, quemadmodum ait Apostolus, Antitypa, id est, refiguratiua futurorum dicuntur, non ut nonentia verè corpus & sanguis Christi, sed quæ non nunc quidem per ipsa participamus Christi deitate, nunc intellectualiter per solam considerationem. Hæc ille. A V T H O R. Tædet

Tædet me vitæ meæ, cum audio scripturas sacratissimas, quas spiritus sanctus per se scribere dignabatur, sic à peruerso hæretico irrisas, & delusas. Non credo tamen ad tantum desipuit, quod hoc intelligere apostolum crederet, quod affirmat: maxime, quia idem apostolus, qui dicit, Panis quem frangimus: de eodè statim subiunxit, Vnus panis, & vnum corpus multi sumus. Ergo si corpus Christi esset panis naturalis propter primum, æquè totus chorus Christianorum esset vnus panis naturalis propter secundum. Non ego deuo, sed hæc est norma scrutandi abdita scripturarum per circumstantias eorum ibi, vel alibi. Vnde primo super Genes. ad literam in fine Augusti. Cum (inquit) diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorum intellectuum, quæ de paucis verbis eruuntur, & sanitate fidei catholice muniuntur, id potissimè deligamus, quod certum apparuerit cum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certè, quod circumstantia scripturæ non impedit, & cum sana fide concordat. Si autem scripturæ circumstantia pertractari, atque discuti non potest, saltem id solum, quod fides sana præscribit. Hæc ille. A V T H O R. Fidem suam dixit supra, fidem, qua imbuimur. Et putamus ne, quod Witcleff fuit imbutus hac fide à iuuetute sua? Sed igitur cum de hac scriptura Apostoli fideles communicant, diligant id solum de textu elicere, quod intellexit Apostolus, quantum perpendi potest ex circumstantijs talis scripturæ, & fide sana. Nec obuiat, quod plures sensus eliciantur ex eodem loco, si nullus eorum fidei integræ contradicat. Ideo dixit Augustinus in tanta multitudine verorum intellectuū. Nā si hic locus apostoli potest habere plures sensus secundum plures æquiuocatiōes panis & corporis, quorum nullus fidei sanæ repugnat, sed quorum quilibet exponat Apostolum, & hæresim obruat occurrentem. Primus sensus sine iniuria Apostoli potest esse, quod panis sensibilis fit per consecrationem corpus Christi secundum substantiam: & tunc demum participatur à populo, nec est ultra panis, qui præfuit. Vide si hoc non intendit Apostolus, qui nusquam dicit panem illum esse panem, sed solum corpus. Secundus sensus potest esse, quod panis carnis Christi, quem in cruce fractum designamus, cum hostiam frangimus, est vera participatio carnis eius, & non figuralis, vel ficta. Rabanus item hoc probat, & scribit de verbo illo Apostoli, quod sequitur ibidem. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Hic, inquit, carnem Christi veram panem

appellat. Vnde libro de corpore & sanguine domini, ca. 37. sic inquit Rabanus. Quod panis etiam quantum vera caro sit, hoc mysterium potest nominari, probat Apostolus, vbi dicit, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. quia Christi caro est, & vera caro: & tamen panis viuus, qui de caelo descendit, iure catholicè predicatur. Caro quidem secundum gratiam, Panis verò secundum efficientiam. Quia sicut hic panis terrenus vitam subministrat temporalem: ita ille celestis vitam præstat æternam, & celestem: quia vita est sempiterna. Denique & sanguis hic secundum efficientiam simili modo vinum typicè potest vocari: quia sicut vinum lætificat cor hominis sobriè potatum: ita longe locupletius hoc vinum sanguinis lætificat cor hominis interioris: inebriat mentem amore spirituali. Vnde dictum est. Calix inebriat quæ præclarus est. & vinum lætificat cor hominis. Sequitur. Ceterum secundum præmissam doctrinam veritatem, nihil aliud, quod caro Christi, & sanguis iure creditur, quæ non sapore carnis, sed spirituali dulcedine degustantur, & fidei ratione intelligunt. Hæc ille. A V T H O R. Ecce panis, de quo dixit Apostolus. Panis viuus est, qui de caelo descendit, non panis paleæ, qui sub sensibili gleba creuit. Multum frustrabatur spe vana Witcleff, quando panem illum expectauit ab apostolo, vel vbi probare se hominem iussit, ut de pane illo ederet: vel vbi paulo ante, panem quem frangimus, participationem corporis Christi dixit. Nam nusquam audit apostolum additionem suam dicere, quod panis, quæ frangimus, participatio corporis domini est, & naturalis panis. Idcirco mouetur Rabanus dicere, quod panis ille, quæ secundum Apostolum frangimus, & quem edat homo bene probatus, nihil aliud iure credatur, quod caro Christi, & sanguis, non sensibilis panis, non alterius hominis corpus, secundum Nestorianos, sed verè caro Christi panis viuus de caelo: cibus quoque celestis spirituum beatorum. Quam utique expositionem quis de millenario Christi fuit, non tamen de seipso, sed à patribus suis sumpsit: veluti ab Augustino super psalmum. 33. super titulum. Vbi dicit, Verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Ecce cibus sempiternus. Sed manducant angeli, manducant caelestes, manducant, & saginantur. Quis autem homo posset pertingere ad illum cibum? Vn cor tam idoneum illi cibo? O portebat ergo, ut mensa illa lactesceret, & ad paruulos pueniret. Vn autem fit cibus, in lac conuertitur, ut in carnem trajectus. Nā mater hoc facit. Quod manducat mater, hoc manducat infans. Sed quia idoneus non est infans

ius, qui immundi in anima, vel in via procul positi, ad faciendum Pascha in primo mense, nequirent occurrere: libro de templo Salomonis. Ibi, inquit, nos apertissime designati sumus, qui immundi super morte animæ nostræ, & procul adhuc positi à populo Dei, non potuimus primum Pascha facere, quod in carne & sanguine agni fiebat. Celebramus autem hodie Pascha secundum, quod in carne & sanguine Redemptoris nostri, à quo quæsit, & mundati sumus, actum est. Hæc ille. A V T H. Si in carne figurati, & sanguine typico celebramus hodie Pascha, iam non tam procul positi sumus, quin cum Iudæis suum Pascha typicum celebramus: & si non oēs in carne agni naturalis, tamen in azymis panibus conuenimus. Declaret hoc ergo aliquis Witcleuista, in quo distet Pascha nostrum essentialiter à Pascha Iudeorum, si vtrunque sit figuratum solum: ex quo idem Deus vtrique fecerit institutum. Sed procul à christianis ista vesania. Hoc ergo Pascha, quod immolatus est Christus, non est panis putribilis. Hoc est ergo corpus meum, & præcise Pascha verum sine fermento figuræ. Et hoc secundum venerandum Fulbertum in epistola ad Adeodatum, de his, quæ sunt maxime necessaria ad perfectum. vbi dicit, Quia corpus suum, quod semel Christus pro nobis offerebat in pretium, paulo post à nostris visibus sublaturus fuerat in caelum, ne sublatus corporis fraudemur presenti munimine, corporis sui & verè sanguinis sui nobis immortale alimentum reliquit, non inanis mysterij symbolum, sed compaginante Spiritu sancto corpus Christi verum, quod quotidiana veneratione sub visibilis creaturæ forma inuisibiliter virtus secreta in sacris solennibus operatur. De quo sub hora passionis suæ, familiaribus suis ait, Hoc est corpus meum. & paulo post. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis fundetur. Et alibi. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Hæc ille. A V T H O R. Hic habes, quod Christus in corpore suo & sanguine reliquit immortale alimentum: & non inanis mysterij symbolum, id est, vacuam rei figuram. Vacua enim dicitur, dum non continet substantiam, quam exhibet, sed compaginante Spiritu sancto corpus Christi verum. Vide quid denegat, & quid affirmat. Denegat symbolum, id est, figuram, affirmat corpus Christi verum. Si ergo affirmatio, & negatio nunquam insunt eidem secundum idem, non est corpus Christi verum in sacramento, quod hodie veneramur, mortale aliquod alimentum, vel corpus falsiter figuratum.

Fulbertus.

Augustin.

Augustin.

Damascen.

infans, vt pane vescatur, ipsum panem mater incarnat, vt per humiditatem māmilla & lactis succū de ipso pane pascat infantem. Quo modo ergo de ipso pane paut nos sapientia Dei? quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videte ergo humilitatem, quia panem angelorum manducauit homo, vt scriptū est, Panē cæli dedit eis, panem angelorū māducauit homo, id est, verbum illud, quo pascitur angeli, sempiternum. Hæc Augustinus. AVTHOR. Hunc autem panem ibi tractaturus præmisit. Etenim dominus noster Iesus Christus in corpore & sanguine suo voluit esse salutem nostram. Vnde autem commendauit corpus & sanguinem suum? de humilitate sua &c. Ita ergo Deus panis angelorum incarnabatur, vt esset in carne, & sanguine panis, & cibus fidelium per sacramentum. In cuius rei signum Augustinus recitās textum Apostoli illius loci, non dicit, Qui ederet panē domini, sed, Qui ederet corpus domini indignē. 3. parte sermonum, sermone de sacramentis habitis in die sancto Paschæ, qui incipit, Memor sum. Vbi, Magna, inquit sacramenta, & valde magna vultis nosse quomodo commendantur? Ait autem, Qui māducat corpus Christi, aut bibit indignē, reus est corporis & sanguinis domini. Quid est indignē accipere? cōtemptibiliter, & iridenter accipere. Non tibi videatur vile, quod vides. Hæc ille. AVTH. Ecce iuxta Augustinū non panis cibarius fuit panis, quæ dixit Apostolus ibi, sed panis corporis Christi, panis vitæ. Item super Ioannem Moral. 46. Chrysostrōmus ita. Si quidem cum puritate accesseris, in salutem accessisti. Si verò cum perniciofa conscientia, in supplicium, & cruciationem. Qui enim manducat, & bibit indignē, sanguinē scilicet & corpus domini, iudicium sibi manducat & bibit. Hæc ille. AVTHOR. Tam sancti, & antiqui patres, nec falsi sunt interpretes, nec ignari, qui loco panis, quem assumit Apostolus, scribunt corpus & sanguinem Iesu Christi, supponentes item, quæ possint indignē manducari ad iudicium. Attamen arguit. 8. cap. de Apostasia Witcleff. Isti Corinthij reportabant hostias consecratas ad domos, & comedebant, & bibebant vsq; ad ebrietatem. Quomodo contingit saturari, vel inebriari sumētem sanctam Eucharistiam potest à locum habet? Quantum s'ad argumentū, quo probare conatur ex præsumptione facti euacuationem corporis Christi, & naturā panis cibarij ibi præsentem: audiat iterum argue re fideles ex vltione delicti subsistere ibi corpus Christi. Quia tam dira vindicta quasi fre-

Augustin.

Chrysostr.

Witcleff.

quentata quotidie à misericorde Deo nō contingeret pro tātilli panis sumptione indigna. Quod si sanctitatem figuræ causeris in pane, statim panis azymus Iudæorum te cōfundit, & caro agni, quem comedebāt in pascha, qui æquē corpus Christi efficaciter figurauit: & virtute magna in sanguine suo totum populum ab exterminatore saluauit. Quem tamen quandoq; constat immoderatē à fumentibus esse voratum, maximē fauente lege, aut dicente, Cuncta intestina vorabit, & comedite festinanter. Non legi tamen vbi indignē sumētes hunc panem typicum, aut figuralem carnem tam dira vltione plectuntur. Verē autē qui indifferenter hunc cibum corporis Christi, vt aliū cibum communem accipiunt, nil mirum, si altas, & insolitas pœnas luunt, propter irreuerentiam temeritatis in carnem, & sanguinem Saluatoris. Vnde in annotationibus suis super hūc locum. 1. Corinth. 11. Dominus Iesus Christus in qua nocte tradebatur. Hieronymus. Iam his quasi oblitis, commemorat quā magnam sit mysterium sacramenti. Et ibi, Reus erit corporis & sanguinis domini. Qui tantum, inquit, mysterium sacramenti pro vili despexit, & non dijudicans corpus domini, id est, non discernens à cibo communi. Propterea inter nos multi infirmi & imbecilles. Significat Corinthios propter supradictum peccatum egrotatione, & imbecillitate, & morte à Deo esse correptos. Hæc Hieronymus. AVTHOR. O ergo quæ prudenter Witcleff producit tales authores panis sui putribilis, quos oblitos esse constat omnīs reuerentia & gratia sacramenti: & ideò acerba morte à Deo correptos: quia cū Witcleuistis ferula venerabilis sacramenti reputabant, saltē facti, cibos esse cōmunes: sicut panem & potum cibarios naturales, & non aliter pertractandos. Et quid fecit dominus Iudæ primicerio huius delicti? Nonne post buccellam introiuit in eum Satan? Et quid horum peius? an repleri diabolo, an inebriari? Et in epistola ad martyres Cyprianus. Cū, inquit, quidam arcam, in qua domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset accipere, igne inde surgente, deterritus est, ne auderet attingere. Et quidam alius, & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum cæteris ausus est latenter accipere: sanctum domini edere, & contrectare non potuit, nec secum ferre, sed apertis manibus cinerem inuenit. Documento vnus ostensum est, dominum recedere, cū negatur: nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris

Hierony.

Ironia.

Cyprianus.

luctaris in cinerē sanctitate fugiente mutetur. Hæc ille. AVTH. Rogo nō subito discedam? intelligamus Cyprianum antistitem iā, vbi sacramentum eucharistiam vocat sanctum domini. Illud certē sanctum, quod item angelus ad Mariam dixit, Quod enim ex te nascetur sanctū, vocabitur filius Dei. de quo subdit. Ostensum est dominum recedere, cum negatur. Quomodo item subdit. Quando gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur. Vocat ergo hostiam, quam ille maculatus participare proposuit, sanctū domini: vocat dūm ipsum, & vocat gratiam salutarē. Sic dixi vobis: pœna declarat, quæ res, aut quanta sit, quæ portat iniuriam. Non æstimandus panis, aut poculum inebrians Witcleff, qui tot, & tātas sceleratorum ruinas exercet. vnde subdit Cyprianus. Quam multi quotidie immūdis spiritibus adimplentur! Quam multi vsq; ad insaniam mentis excordes dementia furore quatiuntur! Nec necesse est ire per exitus singulorum, cū per orbis multiformes ruinas tam delictorū pœna sit varia, quā delinquentium multitudine numerosa. Vnusquisq; cōsideret, nō quid alius passus sit, sed quid pati & ipse mereatur. Nec euasisse credat, si eum interim pœna distulit, cū timere plus debeat, quem sibi Dei iudicis ira reseruat. Hæc Cyprianus. AVTH. Hucusq; iam ferme quadringentis annis post ascensionem domini durauit vltio illa frequēs in eos, qui manducabant, & bibebāt indignē, non dijudicantes corpus domini: nec dum cessauit quod ait Apostolus, Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiūt multi. Cyprianus dixit. Delictorum pœna est varia, & delinquentium multitudo numerosa. Et in illum locum apostoli in expositione sua Haymo. Non dijudicans corpus domini, id est, nō discernens à reliquis cibis. & ibi. Idcirco inter vos, o Corinthij, multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Non somno pacis, neque quietis, sed febricitantes, & mortui sunt morte aeterna propter hoc peccatum. Hæc ille. AVTHOR. Arguit ergo præsumptiue. Si Corinthij facinorosi tractabant inter se sacramentum corporis domini tanquā panem: ergo eis credendum est, quod sit panis. Non enim dubito eos immaniter deliquisse: nec ero difficilis ad credendum, quod multi illorum tunc erant in sensu Witcleff peruerso, aliter nō sic abuterentur dominico sacramento. Sed ideo diuina animaduersione multi plectuntur, & apostoli Pauli viuis vocibus corriguntur. Vnde ad inquisitiones Ianuarij lib. 1. Augustinus. Cū verò ait Apostolus de hoc sacramento

Cyprianus

Haymo.

Augustin.


loquens. Propter quod fratres cū conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, vt non ad iudiciū conueniatis. statim subtexuit. Cætera autem omnia cū venero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, vt epistola totum illis agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem sic seruat ecclesia Christi ab ipso ordinatum, quod nulla horum diuersitate variatur. Hæc ille. AVTHOR. Fides ergo sacramenti, quam vniuersa seruat ecclesia de corpore Christi ibi præsentem secundum suā substantiam cū sit essentialior aliis, intelligitur tunc ab Apostolo confirmata & docta, & Corinthiorum perfidia increpata.

Ad tertium argumentū Witcleff, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, responde-

CAP. XXXVIII.

SVMMA.

1. Witcleff, qui pro erroris sui corroboracione de hostia consecrata, quod sit panis in natura, assumit illud orationis dominice, Panem nostrum quotidianum. &c. cōfutatur. Et multa ibi de pane quotidiano per doctores sacros, Et quomodo secundum Hieronymum & alios panis ille dicitur Episcopos, non naturalis. &c. contra Witcleff.
2. Panis, quem in oratione dominica postulamus, quod sit sacramentalis, non usualis.
3. Responso ad argumentum Witcleff, dicentis, quod sacramentū eucharistia quinque uocatur panis in Canone. &c. unde arguit illud esse panis in natura.
4. Panis noster quotidianus quis dicatur secundum Augustinum, Cyprianum, & alios doctores ibi.



Vbentur orthodoxi erigere oculos conuictes ad cognoscendum, quod hoc sacramentum est panis: quia Matth. 6. docet veritas nos orare, vt panem nostrum supersubstantialem det nobis hodie: & secundū Augustinū super eodē textu in sermone dñi in monte, per panē quotidianū inter alios, sensus laudabiles

Witcleff.

dabiles intelligit Christus hoc venerabile sacramentum. Hæc Witcleff. 4. dialogi. AVTHOR. Dicamus & nos. Erigant caligantes oculos Witcleuffæ, quorum magister argumenta non inuenit nisi omnino contra se. Reciteturexpositio Augustini, quam iste iam loquitur, & videatur quò tendat Augustinus. Quarta, inquit, petitio est: panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Panis quotidianus, aut pro his omnibus dictus est, quæ huius vitæ necessitatem sustentant. De quo cum præcipit, ait, Nolite cogitare de crastino. ut ideo sit additum, da nobis hodie. aut pro sacramento corporis Christi, quod quotidie accipimus, aut pro spiritali cibo, de quo idem dominus dicit, Operamini escam, quæ non corrumpitur. Et illud. Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Hæc Augustinus. 2. libro de sermone domini in monte. AVTHOR. Ecce tres panes, quorum quilibet est panis quotidianus: sed putribilis panis, pro quo tu instas, solus est primus, quem sumit Augustinus pro omnibus, quæ huius vitæ necessitatem sustentant. Panis quilibet materialis est huiusmodi: ergo omnis panis materialis est primus panis, & non secundus, scilicet, corpus Christi, neque tertius. Patet sequela: quia non est bona diuisio, vbi membra coincidunt. Item si sacramentum corporis Christi de necessitate est panis putribilis, quia est panis quotidianus inter alios sensus laudabiles, quare non est cibus ille spiritalis, qui non perit, panis periturus, & putribilis, cum iste sit tertio dictus panis quotidianus inter eosdem, & præcipue talis inter illos: ita, ut alijs dimissis, Augustinus descendat in istum, concludens, & dicens, Restat igitur, ut quotidianum panem accipiamus spiritali: præcepta, scilicet, diuina, quæ quotidie oportet meditari, & operari. Nam de ipsis dominus dicit. Operamini escam, quæ non corrumpitur. Quotidianus autem iste cibus nunc dicitur, quando ista vita temporalis per dies decedentes succedentesque peragitur. Hæc ille. AVTHOR. Vide mi Witcleff. Inter hos tres sensus laudabiles tertius est laudabilissimus, in quo esca præceptoris, quæ non corrumpitur, appellatur panis nunc quotidianus, sed iste est immaterialis, cum sit incorruptibilis, & spiritalis, secundum Augustinum. Ergo non sequitur quauis sit panis quotidianus, quod ideo sit panis materialis, putribilis, & terrestris. Perpendamus item quid Witcleff arguendo contra seipsum assumpsit. Matth. 6. (inquit) veritas docet nos orare, ut panem nostrum super substantialē

det nobis hodie. Vir improvidus, quomodo vitare panem caelestem non potuit, quando arguit pro terrestris? hoc est, quod catholicis complacet, quod sacramentum corporis sit panis super substantialis, ideo non sublu-naris. Est panis epiousion secundum Hieronymum super eodem textu Matthæ. in commentario libro primo, vbi sic dicit. Quod nos super substantialem expressimus, in Græco habetur epiousion. Quod verbum septuaginta interpretes periousion frequentissime transferunt. Consideramus ergo in Hebræo: & vbi cunque illud periousio expresserant, nos inuenimus sogolla: quod Symmachus exterriton, id est, præcipuum, vel egregium transtulit, licet in quodam loco peculiarem interpretatus sit. Quando ergo petimus, ut peculiarem, vel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illum petimus, qui dicit, Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Hæc ille. AVTHOR. Et deinceps exponens Hieronymus secundum quosdam hoc de pane crastino. Possumus (inquit) super substantialem panem & aliter intelligere, qui super omnes substantias sit, & vniuersas superet creaturas. Hæc ille. AVTHOR. Miro modo vir iste arguens contra ecclesiam, pro ecclesia militauit. Non dubium pro viuifico sacramento inuitè decertat, dum contra illud sua tela componat. Et telum, quod vibrat, illo intacto, quod dirigitur, reuertitur in authorem. Cõmunis est hæc hæreticorum forma, cum scripturæ excutiunt. dicente Augustino lib. 2. contra Petilianum in principio. Quæ tandem vis, nisi cæcitas, & vanitas animi cogit homines clausis, ut dicit, oculis tãquam in alterum iacere, quod cum in eum iecerint, continuo redeat, eumque: istu reciproco affigat, intacto illo, quem vulnerare voluerat? Sicut isti Donatistæ, de omnibus ferè scripturarum testimonijs faciunt. Quæ cum se aduersum nos proferre arbitratur, velut ad monere nos videntur, quales eos ipsa scriptura conuincat esse. Hæc ille. AVTHOR. O infelix Witcleff, quis tibi tenuit oculos dum scripturam de pane super substantiali produceres, conatus arguere pro pane sub substantiali? Pane itaque sublu-nari. Panis (inquit) terrenus est: quia scriptura dicit: panem super substantialem da nobis hodie. At quid estimemus de tali didascalo, nisi quod suorum percussus acrisia, dum concludere æstimabat Eliseum, per eundem concluditur, & fræno suo ducitur ad medium ciuitatis hostilis? Quam audaciter dixit panem nostrum super substantialē esse hoc venerabile sacramentum panem epiousion? Vnde possu-

Hieronym.

Hieronym.

Augustin.

Augustin.

Augustin.

Ad Vit-cleff.

mus ei concludere autoritate Hieronymi. ergo non est panis terrestris, vel, ut tu dicis, naturalis: sed super substantialis peculiaris, præcipuus panis, qui potest veraciter dicere, Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Non est panis mutus, aut subcinericeus, qui multis succumbit substantiis, & ut tu dicis peior agno paschali, imò testu dine: sed panis super substantialis, super omnes existens substantias, & vniuersas superans creaturas. Ecce in fræno verborum tuorum te ducam, vbi cuncti te penè capient catholici sancti patres. Sicut enim Augustinus non sponte patitur in illo passu dominicæ orationis panem vsualem intelligi: ita nec cæteri patres, imò Hieronymus dicit inconueniens, motus illa ratione Augustini, quia Christus nos docuit nihil cogitare de crastino, in commentario super Titum, textu capituli secundi. Vt mundaret sibi populum egregium æmulatorem bonorum operum. Hieronymus. Illud, quod in euangelio secundum latino s interpretes scriptum est, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: melius in Græco habetur, panem nostrum epiousion, id est, præcipuum, egregium, peculiarem: eum videlicet, qui de caelo descendens, ait, Ego sum, qui de caelo descendi. Absit quippe, ut nos, qui in crastinum cogitare prohibemur, de pane isto, qui post paululum per stomachum concoquendus est, & abijciendus in secessum, in prece dominica rogare iubeamur. Nec multum differt inter epiousion, & periousion. Præpositio enim tantum mutata est, non verbum. Quidam epiousion æstimant in oratione dominica panem dictum, quod super omnes oustias sit, hoc est, super omnes substantias. quod si accipitur, non multum ab ipso sensu differt, quem exposuimus. Quicquid enim egregium est, & præcipuum, extra omnia est, & super omnia. Hæc ille. AVTHOR. Ecce panis sacramentalis, quem in oratione dominica postulamus, nullo modo panis est vsualis. Absit (inquit) ut panem illum peteremus ibidem, qui post paululum concoquendus per stomachum, abijciendus est in secessum. quasi dicat: talis est omnis alius a caelesti. Caueat sibi Witcleff ab hoc verbo, qui panem illum in sacramento ad secessum projicit, cum Rabano, & Heribaldo. Absit, inquit Hieronymus. Sed ad hoc vitandum melius dicitur epiousion, id est, super substantialis, quam quotidianus. hoc enim verbo omnis talis panis excluditur. Cui expositioni Hieronymi super eodem verbo optime conuenit pater Ambrosius. libr. 5. de Sacramentis, vbi dicit. Panem nostrum quotidianum

Ambrosius

da nobis hodie. Memini sermonis mei, cum de sacramentis tractarem, dixi vobis, quod ante verbum Christi, quod offertur, panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ postea sequitur, ait, Panem nostrum? panem quidem dixit, sed epiousion dixit, hoc est, super substantialē. Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Inde Græce epiousion dicitur. Hæc ille. AVTHOR. Huic concurret textus Augustini. Augustin. stimi: qui ne dissentiret in sensu, non dissentit eadem con- ab eo in verbo. sermone. 28. de verbis domini, dicens. Memini sermonis mei, cum de Sacramentis tractarem, dixi vobis, quod ante verba Christi, quod offertur, panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ post sequitur, ait, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Panem quidem dixit, sed epiousion dixit, hoc est, super substantialem. Non iste panis, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Hæc ille. AVTHOR. Magnum fastigium sacramenti. Si non prius quam scripsit alter istorum sanctorum, alterius librum vidit: quomodo non prægrandi cura spiritus sanctus eandem sententiã verbis & sensu vtriusque paginis inspirauit? Si vidit alter, omnino tam pretiosa verborum series excipienti complacuit: qui ad laudem sui operis mille dimissis, hanc inscribere prælegit. Et hoc ipsum sapiebat in libro suo de corpore & sanguine domini Lanfrancus. Lanfrancus. Panem (inquit) quem Ambrosius, & Augustinus eisdem verbis vocant epiousion, id est, super substantialem, quia caro Christi omnibus creatis substantijs maior existit. Hæc ille. AVTHOR. Non dubium, quin dictum sit Ambrosij, ut patet inspicere volenti decretorum volumen canonicum. Nec tamen videbit aliquis tam antiquum codicem Augustini de verbis domini, quantum ego reor, cui desit præfata sententiã, si dolus non adsit, vel culpa scribentis. Ideo in libro de corpore & sanguine domini cap. 12. Anselmus. Augustinus inquit: non est iste panis, qui in ventrem vadit. Hæc ille. AVTHOR. Omnem fidem informat: omnem calliditatem hæreticorum absoluit, quod panis ante verba Christi, post verba non est panis, sed corpus. Mouet argumentum Witcleff, & respondet: ne futuro Witcleff responsio non pateat. Quinquies, inquit Witcleff, hoc sacramentum in canone vocatur panis: gemellaque fides

Augustin. eadem con- texens.

Lanfrancus.

Anselmus.

Witcleff.

des patrum sic arguit: & in sequētibz, id est, consecratione peracta, quando iam non amplius panis est, panē vocat minister, quia panem nostrum quotidianum. Respondet ꝑ cōcors assertio patrum: concedo quia panis est: sed vitæ æternæ panis: non noster exciduus. Imò (dicit Witcleff) panis naturalis est. Sed bene dicunt nō appellatur panis, sed corpus, quia principaliter est corpus. Non sic (inquit fides patrum) non est aliquatenus panis, qui in ventrem vadit: sed qui solam substantiam animæ fulcit. Quare? quia est *epiousson* panis, id est, super substantialis, non sublunaris, nō mitendus canibus subter mensam, multò magis non vētri, & vasis vilibus ad secessum. Iam videtis, quā sibi concordet hæc simpla fides, & trina professio sanctorum, scilicet, Hieronymi, Ambrosii, & Augustini. Absit, inquit panis non est panis post paululū concoquendus ad stomachum, & abijciendus in secessum. Non est panis, qui in ventrem vadit: sed qui substantiam animæ nostræ fulcit. Vide si panis tuus naturalis substantiam animæ fulciat: & tūc accipe, ꝑ panis *epiousson*, qui viuus descendit de cælo, vsq; in ventrē digerēdus perueniat. Sed ideo omnes sancti antiqui cōcorditer renuunt panem grossum, ne illum putemus hic panem nostrum quotidianum: maxime cum tertium panem petimus, vel secūdū. Super Psalmum. 84. versū. Et salutare tuū da nobis. *Augustinus*. Iam ꝑ quidem dedit nobis Christum suum, adhuc tamē illi dicamus, da nobis Christum tuum: quia dicimus illi, panē nostrum quotidianū da nobis hodie. Et quis est panis noster, nisi ipse qui dixit, Ego sum panis, qui de cælo descendi? Hæc ille. *AVTHOR*. Ecce Augustinus nescit quis est panis noster quotidianus, nisi ipse qui dixit, Ego sum panis, qui de cælo descendi. scilicet panis Christus.

Cyprianus. Item antiquus pater *Cyprianus* in libro, quem edidit de oratione dominica, vbi tractat illam petitionem. Panis (inquit) vitæ Christus est. Et panis hic non omnium est, sed noster est. Et quomodo dicimus pater noster, quia intellegendum, & credendum pater est, sic & panē nostrum vocamus: quia Christus eorum, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiā quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum absentes, & non communicantes, à cælesti pane prohibemur, ipso predicante, Ego sum panis vitæ, qui de cælo descendi. Si quis ederit de meo pane, viuet in æternum. Panis autem, quem ego dederō,

caro mea est pro sæculi vita. Quando ergo dicit in æternum viuere si quis ederit de pane eius, vt manifestum est eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiā accipiunt, ita contrā timendum est, & orandum, ne dū quis abstinens separatur à Christi corpore, alienus remaneat à salute: comminante ipso, & dicente: Nisi ederitis carnē filij hominis, & biberitis sanguinem eius, nō habebitis vitam in vobis. Et ideo panem nostrum, id est, Christum dari nobis quotidie petimus: vt qui in Christo manemus, & viuimus, à sanctificatione eius, & corpore non recedamus. Hæc ille. *AVTHOR*. Et iste sanctus pater quandiu exponit petitionem istam de corpore Christi, nullo alio panem ibi sciuit intelligi, nisi Christum, vel corpus eius, vt à sanctificatione eius (inquit) & corpore non recedamus. Et *Rabanus* super Matth. lib. 2. ca. 9. Quod (inquit) panem super substantialem in alijs exemplaribus legimus, vel peculiarem, vel præcipuum, illum panem significat similiter, qui dicit, Ego sum panis, qui de cælo descendi, qui videlicet est super omnes substantias, & vniuersas superat creaturas. Hæc ille. *AVTHOR*. Et iste similiter à prædicta Hieronymi expositione non recedit. Item in libro sermonum sermone. 46. qui est de oratione dominica, & incipit, Accepistis auditum fidei fratres. vbi tractat petitionem præfatam, *Petrus Rauennas*. Tā bonus (inquit) tam pius, tam largus, panē pater filiis non nisi postulatus indulget. Et vbi est illud? Nolite solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo vestiamini. Hoc petere iubet, quod prohibet cogitare? Quid tenemus? Cælestis pater cælestem panem cælestes filii, vt postulemus, hortatur. Ipse dixit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Ipse est panis, qui satus de virgine, fermentatus in carne, in passione cōfectus, fornace coctus sepulchri, in ecclesijs conditus, illatus altaribus, cælestem cibum fidelibus quotidie subministrat. Hæc ille. Item in sermone idem de eadem, qui incipit, Conditio mortalis. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Post cæleste regnum panem quis postulet temporalem? Sed quotidianum vult nos in sacramēto corporis sui panis viaticum postulare: vnde ex hoc ad perpetuam diem, & ipsam Christi perueniamus ad mensam. Hæc ille. Item sermone. 49. qui incipit. Omnia quæ diuinitus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Post regnum cæleste, terrenum panem petere non iubemur, prohibente ipso, cum dicit, Nolite solliciti esse quid manducetis, aut quid

quid bibatis. sed quia ipse est panis, qui de cælo descendit, petimus, & precamur, vt ex ipso pane, quem quotidie, id est, iugiter sumimus, in æternitate victum corporis mētisq; capiamus. Hæc ille. *AVTHOR*. Quid plura congerimus documenta sanctorum? nonne omnes remouent à quotidiano pane corporis in sacramento omnem panem temporalem professione per celebri, & fide concordia?

¶ Ad quartum argumentū Witcleff, quomodo Apostoli cognouerunt eum in fractione panis, Respondetur.

C A P. XXXIX.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui pro sui panis usualis in hostia consecrata defensione, adducit illud Luc. 24. cap. 30. cognouerunt eum in fractione panis, confutatur. Et quod non intelligatur de pane usuali seu communi ostenditur.
- 2 Christus quare uoluerit in fractione panis agnosci. Et quomodo eum non nouerunt Berengariani, Valdenses, & Witcleuisti.
- 3 Christi carnis duplex fractio, ostenditur.
- 4 Christus quod in sacramento in partes frangatur, quomodo debeat intelligi, ostenditur.
- 5 Caro cur sola nominetur ibi, Verbum caro factum est.

Witcleff.



Similiter, inquit Witcleff, Apostoli cognouerunt Christum in fractione panis. vt dicitur Luc. 24. & illum panē docet Augustinus cum lege Papali, de consecratione distinctione. 2. cap. Non omnes esse hoc venerabile sacramentum. Sed nunquid credimus, quod sequatur: Apostoli cognouerunt Christum in fractione panis huius: ergo tūc est panis? 4. dialog. *AVTHOR*. Certè sequitur panis vitæ, & cælestis: sed nō sequitur panis tuus. Audiatur iam catholicus *Augustinus* in lib. de concordia euangelistarum, vbi tractat eundē textum. Non in cōgruenter (inquiens) accipimus hoc impedimentū in oculis eorum à facta factum fuisse ne agnosceretur Iesus: sed tamen à Christo est facta permissio, vsque ad

Augustin.

Idem.

Idem.

quid

sacramentum panis, vt vnitatem corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt possit agnosci Christus. Hæc ille. *AVTHOR*. Hic in hoc magnum est, quod iste profert ad probationem panis? Et quis tibi negat hoc sacramentum panis? Concedimus tibi panem, sed viuū, qui de cælo descendit, non panem tuum mucidum, quē sto machus sumit, & abijcit. Sic enim intellexit *Rabanus* Augustinum in fine expositionis suæ *Rabanus* in clytæ super Matth. Apparuit (inquiens) in fractione panis ihs, qui se peregrinum esse putantes, ad hospitium vocauerunt. Aderit & nobis, si peregrinis, & pauperibus quęcunq; possumus bona libenter impendimus. Aderit nobis in fractione panis, cum sacramenta corporis eius, videlicet panis viuus, casta, ac simplici conscientia sumimus. Hæc ille. *AVTHOR*. Iā audistis hoc ipsum vocari panem viuum, quod Augustinus supra panis nuncupat sacramentum. Probet iam Witcleff doctorē quenquā catholicum, qui tantū exponat de pane suo terreno: aut nihil proficit in pane nudē sumpto. Dixisset enim *Rabanus*, si fuisset ex parte Witcleff: aderit nobis in fractione panis, cum sacramēta corporis eius, videlicet panis mortui, sumimus. hunc enim panem non panem viuum intendebat Witcleff arguere sacramentum. Sed fallitur, nesciens Augustinum intelligere ibi panem non communem, vel vsuale, sed illum, qui per Christi benedictionem fit, & cōuertitur in corpus Christi verum. quod sonat illud caput, Nō omnis. quod utiq; sumptū est ab Augustino sermone septuagesimo sexto, tertiæ partis sermonū, qui est de resurrectione domini. & incipit, Resurrectio domini secūdum omnes. vbi, Mementote (inquit) charissimi, quemadmodum dominus Iesus ab eis, quorum oculi tenebantur, ne illū agnosceret, in fractione panis voluit se agnosci, norunt fideles quid dicam, norunt Christum in fractione panis. Non enim omnis panis, sed panis accipiens benedictionē Christi, fit corpus Christi. Hæc ille. *AVTHOR*. Aduertite rogo. Nō enim sine causā ponderauit Augustinus, quomodo in fractione panis voluit se Christus agnosci. Norunt (inquit) fideles quid dicam. excludens infideles, & hæreticos, hoc dixit. Berengariani omnes, Valdenses, & Witcleuisti non nouerunt Christum panem viuum in fractione panis, sed rudem panem, & putribilem. Ideo non norunt, quid Augustinus dicat: sed fideles ecclesiæ Christi nouerunt Christum in fractione panis. Nō enim omnis panis, id est, communis panis, sed accipiens be-

Rabanus.

Augustin.

K ne-

nedictionem Christi, per verba Christi, fit per conuersionem substantiæ suæ verum corpus Christi. Hoc norunt fideles, hoc credunt, hoc firmiter tenent. Nō enim rudis panis aperuisset oculos per satanam impeditos: quod expeririūtur Witcleuista, quorum oculi semper clauduntur per satanam, nec dum eos Christus aperuit: sed hanc ineffabilem vim in oculis fidelium corpus domini operatur. Vnde super prædicto textu Lucæ, *Theophilus*. Aliud (inquit) innuit, quod scilicet fumentibus sacrum panē; aperiantur oculi, vt eum agnoscant: magnam enim, & ineffabilem vim habet domini caro. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod dixit Augustinus supra sacramentum panis, hinc dicitur panis facer: sed ne alius panis intelligi debeat, quam panis viuus: ineffabilem vim (inquit) habet domini caro: innotescēs seipsum, quod non alium panem dixerit, quam carnem dominicam panem viuum. Sed quomodo panis iste potuit à Christo frangi, difficultant increduli: Ecclesia tamen sanctorum difficultatem istam nō patitur. Sed dicit planè Christi carnem dupliciter frangi posse: quia vel in natura propria, vel in sacramento. In natura propria dicit Augustinus panem viuū carnis Christi comminutum & fractum in cruce: sermone secundo primæ partis sermonum, qui incipit, Cælesti gratiæ. Mensa (inquit) spōsi tui panem habet integrum: quem panem, et si cō fractum, comminutumq; vidimus in passiōe, integer tamen mansit in illa sua cum patre in diuidua vnitate. De isto pane, & de isto calice dicebat dominus: quē ego dederō, caro mea est pro seculi vita. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod panis integer, quem mensa sponsi cōtinet, fuit in cruce confractus, sed per Iudeos. Quotidiē item idem panis frangitur in sacramento participatione fidelium: Vnde Augustinus de corpore & sanguine domini ex vetustissimo exemplari. Fregit (inquit) Christus non tamen secundum hoc, quod erat: non enim dedit se illis frustatim diuisum, imò in singulis partibus integrum se dedit. Sed fregit secundum hoc, quod in sacramento videbatur: vt quod vnū erat, daret multis, & tamen totū, & integrum singulis. Similiter & sacerdos secundum hoc, quod in sacramēto videtur, debet frangere distribuenda ecclesiæ, singulis tamē integrum, vnumq; Christum tribuens. Hæc ille. A V T H O R. Et secundum istum sensum recitat Ambrosius verba Christi in euangelio lib. 4. de sacramentis, sic dicens. Benedixit, fregit, fractumq; Apostolis suis & discipulis tradidit, dicens, Accipite, edite ex hoc omnes,

hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur. Hæc ille. A V T H O R. Ecce dixit confringetur: tam per passionis ignominiam in esse proprio, quam per sacramentalem fractionem in signo. Hoc autem postremum fractionis genus insinuat Augustinus in libro de verbo domini, tractās illud, Et qui māducat me, ipse viuet propter me. ac dicēs, Manducatur Christus, viuit māducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidē in sacramento sic fit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce in sacramēto Christus in partes frangit. i. in sacro signo, non iā in corpore manducato. Item Paschasius de corpore & sanguine domini cap. 4. sic dicit. Figura videtur esse, dum frangitur, dum in specie visibili aliud intelligit, quam quod visu carnis, & gustu sentitur, dumq; sanguis in calice simul cū aqua miscetur. Hæc ille. A V T H O R. Item Hugo de sacramentis lib. 2. parte. 8. cap. 11. sic dicit. Noli autem putare, quando partes vides in sacramento altaris, quasi diuisum sit, vel separatum à se, aut velut per mēbra discerptum corpus Christi: ipse integer manet. & in se nec diuiditur, nec partitur. Sed tibi secundū speciem exhiberi oportebat, quā ad mysticam significationem pertinuit. Monstrat ergo tibi foris speciē, in qua sensus tuus erudiatur: & seruat intus corporis sui incorruptionem, in qua vnitas eius nō diuidatur. Videtur pars vna, & quasi pars esse videtur, & totum ibi est: & pars altera videtur, & quasi altera videtur, & idem est, & totū ipsum: & si tertia pars videtur similiter, idem ipsum est, & totum. Totum hinc, & totum ibi. Nec minus in parte, quam in toto: nec in toto maius, quam in parte. Quotcunq; partes feceris, in singulis totum est. Hæc ille. A V T H O R. Iam apertū est templum, iam cōtemplari possunt fideles quomodo frangitur viuificum sacramētum, non quidem in se, sed in signo visibili, & extrinseco sacramentum speciebus panis, nō in panis subiecto. Nihil proficit Witcleff arguēti pro substantia panis & vini: quod dicat euangelista, in fractione panis: & apostolus Paulus: panis, quem frangimus. Prima enim diuisionis ratio est in accidēte continuo, non in subiecto. Quia substantia sicut per accidēs, & non per se cōtinuatur: ita per accidēs primò, & nō ex se diuiditur. Fractio ergo, & discōtinuatio sacramenti non in subiecto pane est, quia non ibi est: nec per se in Christi corpore, sed ibi est, vbi primò & per se est, scilicet accidente. Sed quare dicitur panis quem frangimus, qui nō est: & nō potius corp⁹, quod frangimus, quā veri⁹

rius ibi adest: & quare verbum Dei sola caro factum, dictum est: & non totus Christus, ex quo ibi affuit totus Christus, Augustinus ratio nem assignans de agone Christiano cap. 12. Ideo (inquit) caro sola nominata est in eo, quod dictum est, Verbum caro factum est, quia hominum oculis, propter quos facta est ista susceptio, caro sola potuit apparere. Hæc ille. A V T H O R. Conformiter in hac apparitione secunda caro eius appellatur, quam frangimus, quia solē species panis oculis hominum poterunt apparere: propter quos homines sacramentum corporis fuerat institutum.

Ad quintum argumentū Witcleff, de sanctis doctoribus commemorantibus panem, respondetur.

C A P. X L.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui post falsificationem uerborū Christi, & eius apostoli, adducit doctores sanctos commemorantes panem, confutatur.
- 2 Hieronymus quid in epistola ad Edibiam dixerit de corpore Christi, adducitur.
- 3 Differentiæ temporum, quod parum agant, ostenditur.
- 4 Panem Witcleff, quod ecclesia catholica neget, cōsecratione peracta.
- 5 Augustinus, quod non perpendat panem muidum Witcleff, & typicam carnem in sacramento.
- 6 Ambrosii dictum, Quod panis fuit, iā corpus Christi est, quod sit uerissimum. Et multa ibi ex Ambrosio, Damasceno, & Anselmo.

VWitcleff.



Ost falsificationem uerborū Christi, & eius Apostoli, audax surgit Witcleff in sublequentes sanctos, sanctū Hieronymum testem appellans, quia dicit in epistola ad Edibiam, panem, quem accepit Iesus in manus, corpus esse saluatoris. Et Ambrosium, quia dicit de cōsecratione distinctione secunda. Quā prius panis fuit, iam corpus est Christi. Et Augustinū, quia dicit in libro sermonum. Quod

videtur, panis est, & calix quod oculi renuntiant. Et Papam cum sua curia, quia dicit in capitulo, Ego Berengarius. quod hoc sacramentum est corpus Christi. Et officium in ecclesiis percantatum ibi. Verbum caro panem uerum. &c. Et secretum mediæ missæ natalis domini. &c. Et tandem finaliter authorem de diuinis officiis. Hæc Witcleff prodigus uerborum. de sermone domini in monte. capite. 39. A V T H O R. Sic monstrat se docilem esse se quacem magistri sui Berengarij: qui simili forma penè præfocatus angustis mendax oleū mendicauit à sanctis. Vnde Lanfrancus in libro de corpore & sanguine domini in principio, Berengarium alloquens, inquit. In religioforum personarum præsentia de nulla re te audire, tecumq; cōferre libenti⁹ uellem, quam quod sententias tuis sententijs commodas plectenda temeritate confingis, easq; seu studio nocendi, seu ignoratiā ueri, sacris doctoribus attribuis: dicens, hoc, vel in illo, seu illo opere testatur Augustinus, Gregorius, Hieronym⁹, vel quilibet eorum, quos in arce autoritatis positos ecclesia Christi insigniter ueneratur. Ibi enim requiesceret omnis uersuta tergieratio, cum sacri codices te audiente legerētur, vel tibi ad legendum in manus traderentur. Hæc ille. A V T H O R. Idcirco fastidio moras: propero validè, vt codices sanctorum legam, quibus iste uidetur inniti. Quod dicit Hieronymus in epistola ad Edibiam quæstione secunda, hoc est. Quid sit, quod in Matthæo scriptum est. Dico autem uobis. Nō bibam amodo de hoc genimine uitis usque ad diem illū, quo bibam illud nouum uobiscum in regno patris mei. Et hoc loco quidam mille annorū fabulam statuunt, in quibus Christum regnaturum corporaliter esse contendunt: & bibiturum uinum, quod ex illo tempore usq; ad consummationem mudi non biberit. Nos autem audiamus panem, quem fregit dominus, deditq; discipulis, esse corpus domini saluatoris, ipso dicente ad eos, Accipite, & comedite, Hoc est corpus meū. Et calicem eum esse, de quo iterum locutus est, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim calix meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Iste est calix, de quo in propheta legimus. Calicem salutaris accipiam. &c. Si enim panis, qui de cælo descendit, corpus est domini, & uinum, quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamenti, qui effusus est in remissionem peccatorum: Iudaicas fabulas repellamus, & ascendamus cum domino coenaculum, atque stratum mundatum: & accipiamus

mus ab eo calicem sursum noui testamenti, ibiq; cum eo pascha celebrātes, inebriabimur ab eo vino sobrietatis. Non enim est regnum Dei cibus & potus, sed iustitia, & gaudium, & pax in spiritu sancto. Nec Moyses dedit nobis panem verum, sed dominus Iesus ipse cō- uiua, & conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur. Illius bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus, & quotidie in sacrificiis eius de genimine vitis veræ, & vinea So- reth, quæ interpretatur electa, rubentia musta calcamus, & nouum ex iis vinum bibimus in regno patris, nequaquam in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus, cantantes canticū nouum, quod nemo potest canere, nisi in regno ecclesiæ, quæ regnum patris est. Hunc panem & Iacob patriarcha comedere cupiebat, dicēs. Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestem ad induendum. Quotquot enim in Christo baptizamus, Christo induimur, & panem comedimus angelorum. Hæc ille. AVTHOR. Attendantur iam verba Hieronymi, sed attēdatur intentio. Ille Witcleff contendit pro pane, quia semel audit Hieronymum dicere: panem, quem fregit dominus, esse corpus domini saluatoris. Nos concedimus, annuimusque ipsi sponte. Quid inde prosequitur? quod maneat semper ille panis, nunquam fiat melior, nisi forsitan leui typo? Absit nobis, & sancto patri Hieronymo. Sed hoc concedimus, panem, scilicet, illū grossum fieri corpus domini saluatoris, conuerfione tam simplici, vt nihil ultra remaneat præter corpus secundum substantiam, & panem viuum, qui de celo descendit. Ante verba Christi, panis erat, vt supra dixerunt Ambrosius, & Augustinus: post verba, Christi corpus tantum, & sanguis, non amplius panis primus memoratur ab Hieronymo: nec primum vinum, vetera abierunt. Ipsa fuerunt corporalia fercula, quibus hæretici millenarii applaudebant, & carnales Iudæi. Iam (inquit) Iudaicas fabulas repellamus. Iam nō sunt amplius regnum Dei esca, & potus, nisi spirituales. Nec Moyses dedit nobis panem verum, & tamen panem typicum dedit nobis Moyses, quem adhuc Witcleff propinat. Differentiæ temporum nihil agunt. Si enim aliquid grande faceret differentia præteriti & futuri, non eadem esset fides patrum credētium hoc futurum, quod nos de Christo credimus esse præteritum. Panis ergo Moyfi figurans corpus Christi futurum, quanto esset nostro sacramento deterior, si panis noster solū figuraret, & non esset Christi corpus iam præteri-

tum in nullo? Sed nec ille dedit nobis panem verum: nec iste, sed dominus Iesus Christus, ipse conuiuia, & conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur. Attendite pro ipso Iesu si non conuincatur iste hæreticus. Iesus conuiuia, & conuiuium, Iesus, qui comedit, & qui comeditur. Habitudo nuda nō comedit. Figura non comeditur. Non est typus ergo in sacramento, non figura, non habitudo tenuis dominus Iesus: sed verè naturalis caro nata de virgine, & passā in cruce. Ipse non panis putridus, sed panis viuus, panis, quem Iacob patriarcha comedere cupiebat: & quotquot Christo induimur, istum panem comedimus angelorum. Hactenus profecit ecclesiæ hoc dictum Hieronymi, vt cunctis pateat eum ab intento corpus domini saluatoris in sacramento venerari: & escas carnales panis & vini in regno patris, quod est regnum ecclesiæ, euitare pro viribus. Iam quod Augustinus in sermone dixit: panem esse, & calicem, quod oculi renuntiant: de iudicio oculorum hoc dixit. Oculi panem suum diiudicat. Sed aliud est: nec hoc est. sic enim dicit in eodem sermone posteriori. Ista fratres ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, & aliud intelligitur. non ergo quod videtur est hoc, quod intelligitur. & sicut supra dixit, speciem habet corporalem. Quod videtur extrā, speciem panis habet. Sed panis non est nisi epioffion: non est panis, qui in ventrem vadit, sed qui substantiam animæ fulcit. Alioquin si panis tuus esset, corpus Christi realiter, & verè non esset. Sic tu ipse dicis in libro tuo de Eucharistia capite secundo. Ex hoc dicto Christi, Hoc est corpus meum, patet non proteruo, quod illū panem, quem accepit, postea demonsttrauit: & constat, quod illo manente pane, non est realiter corpus Christi, sed efficax signum eius. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecclesiæ ergo catholica panem tuum ibi peracta consecratione negat, vt veram carnem ibi pronuntiet. Et est argumentum Augustini, à verbis item Christi in sermone de corpore domini, qui incipit. Veritas quæ est Christus. & ponitur in decretis de consecratione distinctione secunda. Vtrum sub figura vbi dicit. Veritas, quæ est Christus, ait, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Alioquin quomodo magnum erit: panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorare dentibus fas non est, voluit Christus hunc panem, & vinū in mysterio verè carnem suam & sanguinem consecratione spiritus sancti potentialiter crea-

Augustin.

Witcleff.

Augustin.

Differentiæ
temporū pa-
rū agunt.

ri, & quotidie pro mundi vita, mysticè immolari: vt sicut de virgine vera caro p spiritū sanctū sine coitu creatur, ita per eundē spiritum sanctum ex substantia panis & vini mysticè idem corpus consecratur. Hæc ille. AVTHOR. Vide iam, si Augustinus panem tuum mucidum, & typicam carnem tuam in sacramento perpendat: ipse dicit, quod non esset quid magnum, quod Christus concessit ecclesiæ panem carnis suæ, nisi esset vera caro: distinguēs per hoc à carne figurata, sicut solet. Et monstrat rationem: quia Christum vorare dentibus nudis, non est fas. Idcirco hunc panem, & vinum potentia spiritus sancti potentialiter creat. Nunquam dictum est hoc de typica carne agni: nunquam de pane figurato legali, quod verè creabatur caro Christi, & sanguis. Et monstrat quomodo verè. Sicut (inquit) vera caro per spiritum sanctū creatur ex virgine: ita ex substantia panis & vini idem corpus nō aliud, mysticè tamen, quia sub aliena specie, consecratur. Si ergo caro tantum figurata & typica creatur de substantia panis: caro figurata, & phantastica secundū heresim Manichæi creabatur Christo ex vtero virginis. Expectat Witcleff, opinor, quomodo iam soluat pater Ambrosius vinculis peccatorum: quia dicit, Quod fuit panis, iam corpus Christi est. Bene, quid ultra hoc? dictum sancti patris est verissimum. Quid tu conijcis? quid machinaris ex hoc vtile fore tibi? Frustra ex illo replet quaternulos, quod orthodoxi omnes sine scrupulo dicunt esse certissimum. Didicisti forsitan illud ex Iuliano patre tuo hæretico Pelagiano, cui iterum Augustinus. Rem (inquit) quam promptissimè confitemur, & libentissimè predicamus, velut habeat inter nos controuersiam ita per scripturarum testimonia conaris ostendere, & laboras inaniter, non vt responderes nobis, sed vt libros possis implere. Hæc Augustinus contra Iulianum libro. 3. cap. 8. AVTHOR. Sed, vt sæpe prædixi, noli laborare circa hoc, quod fuit panis iam corpus Christi est, in simplici prædicato, sed hoc proba si potes, quod fuit panis iam corpus Christi est: & ille idem panis. hoc vide si vnquam dixit Ambrosius, quod remaneat ibi binus panis, scilicet, materialis, qui præfuit, & panis viuus tropicus, qui succedit. Ille nempe locus tuus in decretis hoc excludit omnino à mente Ambrosij cap. Omnia præmittens, in principio, quod licet figura panis & vini videatur, nihil tamē aliud, quam caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt. & tunc subiungit idem Ambrosius. Panem quidem istum,

Ambrosius

quem sumimus in mysterio, illum vtique intelligo panem, qui manu sancti spiritus formatus est in vtero virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorū factus est hominum cibus. Vnde ipse ait. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Et itē, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ex his nāq; duabus sententijs aperte datur intelligi, quia panis iste & ille, non duo, sed vnus panis, & vna caro proculdubio vnū efficitur corpus. Hæc ille. AVTHOR. Patet ne iam, quomodo panem, quem sumimus in sacramento, Ambrosius intelligit panem illū, qui manu spiritus sancti sine omni pistore fumigero formatus est in vtero virginis: & illū solum, ita vt nec alium, vel plures panes ibi patiat intelligi, nec secundum glossam tuam principaliter, nec secundò? Panis (inquit) iste, & ille, scilicet, sacramenti, non duo, sed vnus panis. & quis panis? Vna caro (inquit) proculdubio vnū efficitur corpus. Quid potuit planius dici? tu dicis duo panes, scilicet, naturalis, & mysticus: Ambrosius vnus panis, & non duo: iste & ille. Adiuuro te ne sulcites tam præclarum antistitem: non trahas eū inuitum ad partem tuam hæreticam: noli cū Nerone, vel Candido falsas imagines, & figurar tuas eum adorare compellere. Aut quid putas refundet tibi, quod dicas eum hostē ecclesiæ, turpē hæreticum, sodalem tuum, Witcleuistam, & idolum corporis Christi in sacramento venerari, vel panem surdum & mutū colere cum Witcleff & Berengario condemnatis hæreticis, dimissa cōcordi professione sanctorum in vnitatem ecclesiæ? Saltem quæ de ipso dicis, vt inam diceres illi ipsi: sicut Augustinus optat facere Iulianum falsò allegatē Ambrosij. vnde libro secundo contra eū cap. 2. Augustinus. Dic (inquit) ei, scilicet, Ambrosio, quod aduersum me in primo tuo volumine videris tibi satis caute acuteq; dixisse, nec execrare eos omnino, qui peccare dicuntur. Siquidem à quocunq; creati sunt, secundū id, quod creati sunt, necesse habent viuere, nec suæ repugnare naturæ. hæc omnia dic Ambrosio, quæ mihi tam contumeliose, tam pro caciter, & petulanter obiectas. Hæc ille. AVTHOR. Itavt inam ista ipsi diceret: vt videres eum tibi dicere, aut saltem vt audires eum in futuro tibi breuiter respondere. Non ego tecum sic sentio, nec ab ecclesiæ professione me diuido. Hic tamen locum habet in expositione istorum sanctorum, & omnium similium, communis illa, qua adhuc vtitur ecclesia Christi regula Damasceni. Si quidam antity-

Augustin.

Damascen.

pani. i. refiguratiuā corporis & sanguinis domini panem & vinum vocauerunt, vt diuus dixit Basilius: nō postquam sanctificata sunt dixit, sed antequam sanctificata esset, ipsam oblationem ita vocans. Hæc ille. 4. sententiarum cap. 5. A V T H O R. Igitur dicat Augustinus, Hieronymus, vel Ambrosius sicut & Basilius olim dixit, non solum panem & vinum esse, sed & figuratim esse corpus & sanguinē domini. Et hoc intelligit (inquit) de pane ante consecrationem, non post. Et putasne hanc regulam Damasceni bene posse conuenire menti sancti Ambrosij, dicentis, q̄ vbi verba Christi de prompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur? Verē omnino. Et nunquid item Hieronymo fabulas repellenti Iudaicas, de pane materiali? Igitur in suo sensu attendantur patres, imō & in verbis. Verē enim Hieronymus non dixit corpus esse panem tuum. hoc nusquam dicit: quod tamē si tu non probes, non proficis. Sed igitur non parua cautela legendi sunt libri scripturæ, vel doctorum: & post lecturam assumendi pro te stibus. Sed siue Hieronymus legatur, Augustinus, vel Ambrosius sumatur præ manibus, hoc ipsum, quod dicturus est eum sentire, si sic sentiat per cætera loca, lector percipietur. vt in lib. de corpore & sanguine domini cap. 12. Anselmus. Prudens (inquit) lector, & qui ea beneuolentia ecclesiastica legit, vt à secularibus secularia leguntur: inter quos plurimum laudatur ille, qui quemlibet authorem docere poterit melius dixisse, non ambigens, q̄ ipse potius errare diceretur, si persuadere voluerit in aliquo illum errare: qui sic, in quā librū ecclesiastici doctoris legit, si quid in eo quasi dubium & scrupulosum inuenit, non statim illud exercendo inuadit, sed inspicit, & discernit, & retractat ex circumstantiis, & ex scriptis eiusdem authoris, & ad vltimum prius eligit confiteri se ignorare, vel non intelligere, q̄ illi erroris notam impingere. sicut illud beati Augustini intelligendum est, quia & ipsum est corpus & non ipsum: ipsum quidem est materiali essentia, non ipsum visibili forma. Hæc Anselmus. A V T H O R. Hoc modo hætenus vsi sumus, & adhuc vtentur in posteris, vt quātum valeamus scrupulosum locum alicuius doctoris clariora dicta eius alibi nō ad verbum, sed ad mentem scribentis exponant, vel verba alicuius prudentis tempore subsequenti, cuius fama sciendi vigilat apud plures.

Qualiter item obiecta Witcleff, quæ iam soluentur, exposcunt.

¶ Quomodo cantus, & oratiōes ecclesiæ commemorant panem, ad sextum Argumentum Witcleff.

C A P. X L I.

S V M M A.

- 1 Responsio ad argumentum Witcleff, dicentis, q̄ dicta sanctorum, atque ecclesiæ docent, q̄ sacramenta sensibilia non sunt corporis Christi, & sanguinis, sed eorum figura.
- 2 Oratio, Perficiant in nobis domine. &c. pro Witcleff & Berengarij confutatione, à Lanfranco, & Guimundo explanatur.
- 3 Authoris consequentia exemplaris aduersus Witcleff.
- 4 Orationes duæ ecclesiæ proferuntur, ad rectificandum Witcleff errores, & pro sedanda sua rebellionē heretica.

Tertio (inquit Witcleff) patet ex testimonio, quod accipit vsus ecclesiæ. Nam in festiuitate corporis Christi sic cantat: Verbum caro panem verum, verbo carnem efficit: sitq; sanguis Christi merum. Secundum testimonium accipitur de secreto missæ mediæ natalis domini, vbi orat ecclesia, quod sicut homo genitus refulsit Deus: sic hæc terrena substantia nobis conferat, quod diuinum est: nec foret ad propositum, nisi hæc terrena substantia post consecrationem hostiæ remaneret. Tertium testimonium est secreta feriæ quartæ quatuor temporum Septembris: vbi ecclesia confitetur, q̄ Deus ex his terræ fructibus, scilicet, frumento, & vino sacramenta sua cōstare voluit. Hæc Witcleff. de sermone domini in monte. cap. 39. Item capitulo primo de Eucharistia. Sub authoritate (inquit) Gregorii, species, & similitudo earum rerum vocabula sunt, quæ antè fuerunt, scilicet, panis, & vini. Vnde in fine cuiusdam missæ oratur, & dicitur. Perficiant in nobis domine quæsumus tua sacramenta quod continent, vt quæ nunc sub specie panis & vini gerimus, rerum veritate capiamus. Hæc Witcleff. A V T H O R. Hoc vltimum assumpsit sibi magister eius Berengarius pro argumento, concludens tantū

corporis Christi speciem vel figuram in sacramento, quia dicit, vt quæ nūc specie gerimus: & ita quoque Witcleff concludit. Quotlibet (inquiens) sunt dicta sanctorum, atq; ecclesiæ quæ docent, q̄ illa sacramenta sensibilia non sunt corporis Christi & sanguinis, sed eorum figura. Hæc Witcleff. A V T H O R. Nolo ego tamen innouare responsum, sed sufficit mihi quod respondit ipsi tunc viuenti in libro suo de corpore & sanguine domini Lanfrancus, sic dicens. Postulat sacerdos, vt corpus Christi, quod sub specie panis viniq; nūc geritur, manifesta visione, sicuti reuera est, quandoq; capiatur. Veritas enim pro manifestatiōe in sacris sæpe literis reperitur. Hæc ille. Guimundus. Iam nunc illud, quod ex ecclesiastica orationis authoritate se confidere Berengarius actat, videamus. Ecclesia (inquit) in missa quadā ita orat. Perficiant in nobis quæsumus domine tua sacramenta quod continent: vt quod nunc specie gerimus, rerū veritate capiamus. Hic igitur ostendit se non habere rerum veritatem, sed speciē. Heus bone intellector, quarum inquam rerum speciem non veritatem? Corporis, inquit, & sanguinis domini. Bene considera ergo diligenter, quod dicitur, ac mihi responde. Quid est quod nunc specie gerimus? Corpus, inquit, domini specie, nō substantiue manducamus. Adde sequentia, rerū veritate capiamus. Quid? in futuro ergo seculo corpus & sanguinem domini verē & substantiue manducabimus? hoc quippe oratur, vt id, quod nunc specie gerimus, quicquid illud sit, illud idem in veritate capiamus. Quare si semper in hoc seculo corpus Christi (vt tu deliras) specie, id est, vmbriticē comedimus: restat, vt illud in altero seculo substantiue comedamus. Quod si sentire absurdissimum est, quā stultē interpretaris orationem prædictam, iam nec te ipsum latere puto. A capite ergo orationis quid velit scriptura dicere, diligētissimē videamus. Perficiant in nobis quæsumus domine tua sacramenta quod continent. Sequitur, id est, perficiant, vt nos verē sumus vnū corpus Christi, vna ecclesia. Quod videlicet significant: aut quod nunc, id est, dū manducamus corpus filii tui specie gerimus, id est, figura tanti sacramēti significamus, hoc rerum veritate capiamus, id est, reuera vnū Christi corpus, & vna ecclesia sumus. Iste credo intellectus possibilis est, iste & scripturæ conuenientissimus: hunc beatus Paulus apostolus cōprobat, huic totius ecclesiæ fides cōcordat. Hæc ille lib. 2. de corpore & sanguine domini versus finem. A V T H O R. Hanc tam

sagacem, tamq; defensionem sententiā nunquā hætenus sciuit reprehendere Witcleuista, in qua sic illaqueatus est eorum præceptor incautus. Sic ergo respondendum cenfeo isti Witcleff, tam in hoc, q̄ in oratione priori secreta, vbi oratur, q̄ sicut idem homo refulsit Deus, sic hæc terrena substantia nobis conferrat quod diuinum est. Pondera vires conditionis implere. Est enim consequentia exemplaris, vel apud rhetores comparatio. Et sic dic mihi, qualiter homo genitus refulsit Deus, an secundum substantiam deitatis & naturam, an typicē tantum, & secundū deitatis figurā? Si non secundum Dei naturam, Arianus es. Si secundū figuram, Manichæus es. Si vtrūq; dixeris, vterq; es: Arianus, negādo in homine genito diuinam substantiam: Manichæus, asserendo phantasticam carnem, & figurā. Si neutrum dixeris, sed asserueris in homine genito Dei infinitam substantiam & naturam, tunc compara: si hæc terrena substantia nobis conferat quod diuinum est. i. diuinam carnem & sanguinem non secundum figuram, sed sic: sicut homo genitus refulsit Deus secundū propriam substantiam & naturam: hoc ora fidelis corde, & ore veraci hoc postula dominum cum ecclesia, & nec Berengarius eris, nec Witcleuista, sed pro tanto fidelis, quia auferet tibi mendacem panem, quem arguis, & instaurabit tibi substantiam corporis, quam pro vili pane repellis. Hæc enim terrena substantia panis tunc singulariter, tunc excellenter confert nobis substantiam corporis Christi, quando definit esse panis, & substantialiter conuertitur in Christi corp⁹, quia ex isto pane fit corpus. Nam panis sic confert maximē ad vitam hominis, & vinum ad sanguinem per sui definitionem & conuersionem in naturam humanæ carnis & sanguinis. At quid conferet, putas, si tantum conuerteretur in respectus tropicos, aut figuras? Nunquid sic viuerent Witcleuiste? Efficaciū ergo confert nobis infinite hæc terrena substantia diuinum corpus, cū in se esse definit sua substantia, & esse incipit aliena, qm̄ manens quod est, nihil confert nisi quod esse incipit in figura. Sic in alia secreta, vbi dicitis confiteri ecclesiam, q̄ ex his terræ fructibus Deus sacramenta sua constare voluit. Ita est: non tropica sacramenta, non Iudaica, sed sacramenta Christiana: quæ figuras euacuant, & substantiarum cælestium constantias largiuntur. Vide tu si vtrāq; substantia cōstare secum potest in vtroq;: si non, ego eligo potius cū oratione ecclesiæ constare sacramēti Christi corporis veram substantiam, q̄ figuram

4 ram. Quia igitur tam errasti profundè per te malè intelligendo duas orationes secretas, duas ecōtrariò pro fide ecclesiæ profero tuos rectificantes errores. vna est pro postc. feria. 6 ante dominicam primā quadragesimæ, quæ Spiritum (inquit) nobis domine tuæ charitatis infunde, vt quos vno cælesti pane satiasti, tua facias pietate concordēs. Vbi, expulso omni terreſtri pane, solus vnus cælestis panis nos satiaste describitur. Certè non vnus panis satiat Witcleuitas, qui tot sibi faciunt sacramenta, quot panes: sicut pristini hæretici, de quibus Hieronymus in commentario super Osee lib. 2. textu. Quia multiplicat Ephraim altaria. vbi dicit. Vnum esse altare ecclesiæ, & vnam fidem, & vnum baptisma apostolus docet: quod hæretici deserentes, multa sibi altaria fabricati sunt. Propterea leges Dei accipere non merentur, cum eas, quas acceperint antè contempserint: & si quid dixerint scripturis, nequaquam verbis diuinis, sed ethnicorum sensibus comparandum est. Isti multas immolant hostias, & comedunt carnes earum, vnam Christi hostiam deserentes, nec comedentes eius carnem: cuius caro cibus creditur est. Hæc ille. AVTHOR. Caue tibi Witcleff ne præsumas de cætero contra sacramenta ecclesiæ scripturam Christi proferre, vel apostoli, quia non verbis diuinis, sed ethnicorum sensibus comparatur, Iuliani (supple apostata) & vesani Porphyrij: quibus textus euāgeliorum non deerant, cum in ecclesiam bacchantur. Verba Christi habes, sed sensum hæretici. Et recole iterum, quod necesse habes non ex vno pane satiari, sed ex pane multiplici: qui teste te ipso in sacramento, non velceris substantia carnis Christi. Aliā item, quæ est oratio secreta pro sabato in vigilia passiōis pro sedanda tua rebellione hæretica, quæ omnium hæresum est mater adultera: sic omni Christiana deuotione diffundo, dicentem. Oblationibus nostris quæsumus domine placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Has oratiōes tu ipse commemora frater sana cōscientia, & corde optimo, qualiter nemo potest dicere dominus Iesus (apostolo teste) nisi in spiritu sancto. Et iterum in festiuitate corporis Christi (inquit) cantat ecclesia. Verbum caro panē verum, verbo carnem efficit. Inſipiens homo cur te non pudet illa fumere pro te, quæ omnium senatorum iudicio militant cōtra te? Sic argueret sapiēs: verbum efficit verum panem carnem suam non nisi optima forma: facit ergo panem carnis substantiam, quæ est

melior, quæ figura. Idē verbū facit aquā vinum: vis ne dicere vinū tantū factū secundū figurā, & aquā mansisse secundū substantiā? Sic em̄ dicit euāgelista. Cum gustasset architriclinus aquā vinū factū. Fuit ergo aqua vinū factum, & non mansit aqua, quia fiebat vinū secundū substantiā: sic est panis corpus factū: & ideo non permanet panis, quia fit corpus secundū substantiā, & merū Christi sanguis: ideo definit esse merum. Et hæc duplex oblatio ne fiat Iudaico more permanēs in sua specie corpus Christi solū secundū figurā, orat ab ecclesia, vt fiat corpus Christi, & sanguis secundū vtriusque substantiā, & naturā. Vbi sunt iā quotlibet illa doctorum dicta, quæ tamē daci frōte (vt asseris) docēt, quod sacramenta ecclesiæ non sunt corpus Christi & sanguis, sed eorum figura? Ista, quæ cōfers, potius dedocēt: & neminem certè docēt, nisi prius per te subuersum, & tuis legibus toxicatum, ne possit cernere verum.

¶ Ad septimum Argumentum de Papa, & Romana curia, quomodo concedunt panē esse corpus Christi, respondetur.

C A P. XLII.

S V M M A.

- 1 Curia romana secundum Witcleff.
- 2 Responſio ad argumentum Witcleff, falsificantis, & deprauantis romanæ Curie decretum, ad probandum suum errorem, de corpore Christi. Et quomodo in hoc sequatur Berengarium magistrum suum.
- 3 Berengarius quomodo temera fronte redarguit Humbertum, Paschasium, & Lanfrancum, eo quod non auderent errare cum ipso, & dicere panem superesse post consecrationem. Et quid Witcleff.
- 4 Nicolaus Papa quod non decreuerit contraria, à Lanfranco, & Guimundo ostenditur contra Berengarium, & Witcleff.
- 5 Berengarius, quod non fuerit consentaneus, sed cōtrarius decreto Nicolai Papæ, & Synodi ostenditur.



Vartus testis (inquit) est papa cum sua curia, quando fides in ipsis floruit: vbi definit, quod hoc sacramentum est corpus Christi: & habito hoc à Berengario, misit gaudenter in Franciam, atque Germaniam, quomodo Beren-

Berengarius prius hæreticus ad fidem catholicam est correctus, vt patet de cōsecratione distinct. 2. Ego Berengarius. Hæc Witcleff de sermone dñi in monte ca. 39. Et in. 4. Dialog. ca. 2. Certum est, quod in Euangelio Christi plenius, authenticius, & moderatius, quàm in Romana curia ista materia est decisa. Ipsa sc̄m curia, ante solutionē diaboli cum antiqua sententiā prædicta planius concordauit, vt patet de consecratione distinct. 2. Ego Berengarius. à tempore tamē solutionis Satane dimissa fide scripturæ multæ hæreses in illa materia &c. AVTH. Nescio quid prius obijciam, an dolos eius detegens, an mendacia? Si dolos, in eis magistrū consequitur. Ipse enim Berengarius post peritium recidians, occasione iterandi erroris sumpsit sibi ex verbis suæ cōfessionis eidē planē, quibus Witcleff nititur in præſenti, culpam referens in Humbertū, qui tunc Cardinalis erat, & de cuius manu confessionē, iubente Papa suscepit. Vnde Berenga. Scriptū, inquit, Humberti Burgundi, quæ fecerant Romæ episcopum Cardinalem, quod scripsit contra catholicam veritatē, quod inferius patebit, vt cogere illud Berengarius quasi profiteri errorem ineptissimi Burgundi: anathematizo omnē hæresim, præcipuè eam, quæ astruere conatur panē & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramenta esse, & non verum Christi corpus & sanguinē. Apparet quia lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non cōprehenderūt: quia veritatis inimicus, velit nolit, veritatem asserat: quia sicut Goliath, proprio Burgūduſ ense deperat. Erat autē Burgundus in sententiā, imò vecordia vulgi Paschasij, atque Lanfranci, minimè superesse in altari post consecrationē substantiam panis & vini, quam sententiā superioribus suis verbis ille ipse deiecit, nec attēdit. Qui enim dicit, panis & vinum altaris solummodo sacramenta sunt: vel panis & vinū altaris solummodo sunt verum corpus Christi & sanguis: modis omnibus panē & vinum superesse constituit. Et infra. Susceperat autē Burgundus negare panē & vinum in mensa dominica superesse. Hoc minimè negat, imò omnino panem & vinum esse confirmat in mensa dominica, cum ita enūtiat, Panis & vinum, quæ ponuntur in altari, solummodo sunt verum corpus Christi & sanguis. Hæc ille. AVTHOR. Cōfer sc̄m dicta Witcleff ad dicta magistri eius, si non concordēt. Berengarius sic arguit ex decreto, panis & vinū sunt corpus & sanguis in altari: sed quæ sic enuntiat, panē superesse cōfirmat: ergo ex decreto panis superest in altari. Witcleff in de

Eucharistia, ca. 2. Tertia, inquit, est opinio Berengarij, & videtur fuisse decretū sanctæ Synodi. Cōstat quidē ex publica & solenni cōfessione Berengarij posita in de consecratione distinct. 2, quod ipse corrigēdo errorē priorē confitetur panē & vinū esse hoc sensibile sacramentum. & rationibus recitatis cōcludit. Ex quibus colligitur, quod sententiā illā receperat à Papa & Synodo cōsentendā: & patet, quod olim fuit sensus ecclesiæ, vt de articulo fidei, quod panis & vinū remanēt post consecrationē, sicut antè. Hæc Witcleff. AVTHOR. Item sc̄m Berengarius temera fronte redarguit Cardinalem Humbertum, Paschasium, & Lanfrancū de vecordia: quia non auderent errare cum ipso, & dicere panē superesse post consecrationem. Item Witcleff omnes simul exprobrat aduersantes ca. 47. de sermone dñi in monte. Quidā fideles, inquit, huius fidei sunt ex euidentia triplici in domino confortati. Primò ex hoc, quod omnes aduersantes ipsis in hac fide, vel non audent, vel nesciunt dicere quid sit ipsa hostia cōsecrata. Secundum signum est, quod ipsa audeat, & scit in ista materia fidem suam Christiano cui libet publicare. Pars autē contraria nec scit, nec audeat docere populū fidem suā, sed vna eius parte diuisa à reliqua, dicit vel verba cōmunia, quod credit, sicut credere debent catholici, sed quid credit in isto articulo nimis tacet. Sed qui vecors cōsensus foret catholicis plus suspectus? Hæc Witcleff. AVTHOR. Vnū breuiter audi mi Witcleff: noli dicere fideles, cum de tuis loqueris, sed cum ecclesia Christi dicas hæreticos, nec fidem tuam, sed perfidiam. Item si tanta viget audacia vestra secta, vt palam cunctis audeat explicare quod credit, cur tu ipse hortaris scholares tuos, camerare verba tua in hac ipsa materia, libro tuo de sermone domini in monte, cap. 45. Patet, inquis, scienti camerare verba huius sententiæ, quomodo est in ista materia respondendum. AVTHOR. Sed item non negligenter aduertendum est, quod Berengarius non negauit omnino panem esse corpus domini verum, & non solummodo sacramentum: quanquam increpet eum Witcleff, quod non sit ausus logicè concedere, quod panis sit verū corpus Christi, quia sc̄m figurā. Putauit se in hac cæca truffa præcessisse magistrū, sed indubiè eandē figurā extendunt, & eandē logicā expēdūt, vt vijs, quibus possint, rem Christi corporis secundū suā naturā corporalē in sacramento attenuēt. Iā vidimus quātū isti dolosè concordāt in falsatione Decreti, & deprauatione subdola Papæ, & Cardinaliū. Nō ergo conuenerunt in sensibus, quibus dolus

esset in verbis. Decretum intendit contra figuram corporis verum corpus secundum substantiam dicere sacramentum. Vterq; istorum dicit contrarium. Non sunt ergo concordantes dictamini Nicolai secundi. Patet assumptum, quia aliquid plus de veritate corporis intendit Decretum ponere, quam sacramentum, id est, sacrum eius signum. Iam corpus Christi secundum signum tantum, non plus est, quam corpus signum solum. Sicut rex numi nihil plus est, quam imago regis in numo. Et quantum centies dicant, est corpus Christi, est sanguis Christi, qui effusus est in cruce, cum dicitur solum secundum sacramentum, vel sensibile signum: plus aliquid dicitur, sed de re nihil plus creditur. Item quod iam addidit corpus & sanguinem Iesu Christi, hoc prius addidit sub Victore, ut infra dicitur. Intendebat ergo iam ecclesia per verum corpus Christi, corpus secundum substantiam dicere, & non corpus signum solum. Item si plane credidisset secundum mentem Decreti Nicolai, non fuisset merito impetendus consequenter pro haeretico. Item ipse Berengarius detraxit eisdem Papae Nicolao, dicens eum decreuisse contraria, ergo ex hoc ipso non videtur fuisse ipsi mente consentiens. Vnde in de corpore & sanguine domini alloquens eum

Lanfrancus.

⁴ Lanfrancus. In praesentia, inquit, suscepi ostendere verba Romani concilii, quae te iuraturum iureiurando firmasti, nulla a se inuicem contrarietate differre. Arguetibus enim te amicis, ac necessarijs tuis, quae aut non seruanda iurare non deberes, aut iurata seruare, infamare soles Nicolaum Pontificem, reliquosque patres Romani concilii, videlicet, quae scribentes, ac docentes contraria, tui fuerunt causa periurij. Id quoque in hoc opusculo, quod destruendum suscepi, ubique ferè laboras efficere. Propterea conferta sunt verba tua verbis illorum. Nicolaus Papa comperiens te docere, panem vinumque; altaris post consecrationem sine materiali mutatione in pristinis essentijs remanere, concessa tibi, sicut superius dictum est, respondendi licentia: cum non auderes pro tuae partis defensione aliquid respondere, pietate motus, ad preces tuas praecipit tibi scripturam tibi. Eius principium hoc erat. Ego Berengarius anathematizo eam haeresim, de qua hactenus infamatus sum, quae astruere conatur panem & vinum, quae in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse. Rectissime id qui dicit & ipse praecipit, & Synodus assentit, & tu executus es, si labium dolosum in corde, & corde locutus non fuisses, si ad pristinum vomitum, &

volubrum luti infeliciter periurus postea non rediisses. Haec ille. AVTHOR. Ecce Lanfrancus iste fuit tunc superstes, alloquebatur Berengarium magistrum tuum viuens. Ipse fuit tunc de ecclesia doctor, & praecleara columna. Ipse culpatur Berengarium cum ceteris multis amicis, & necessarijs, tanquam Nicolai Papae Decreti violatorem puriurum, & subuerforem verborum eius dolo haeretico. Ipse dicit Nicolaum, & Synodum statuisse Decretum contra dogma Berengarii, dicentis panem & vinum post consecrationem sine materiali mutatione in pristinis essentijs remanere, volens, & intendens eum credere posterius panem & vinum, peracta consecratione mutatis essentijs pristinis, mutatione non figurati (ut ipse, & tu fingitis) sed materiali, & substantiali secundum sequens Decretum Gregorii, remanere corpus & sanguinem domini: & sic corpus & sanguinem substantialiter esse, non figurati, ut ipse delusit ecclesiam tunc, & tu renouas nunc. Hoc fuit tunc Decretum Nicolai, & ecclesiae patres hoc patefecerunt tunc, & in scriptis suis reliquerunt, qui tunc superfuerunt ecclesiae. Nam Guimundus Auerfanus episcopus tunc superstes in Concilio praedicto, & plenus Gregoriano Decreto in libro de corpore & sanguine domini. 3. contra eundem Berengarium sic scripsit. Nam si illud, quod semper ecclesia tenuit, nullis munitum concilijs, apostolicum est, quantum illud magis, quod & semper tenuit, & multis est, ut dixi, concilij generalibus confirmatum, ex apostolica auctoritate traditum esse credendum est: scilicet panem & vinum altaris domini in corpus & sanguinem Christi substantialiter commutari: non sicut delirat Berengarius corporis & sanguinis domini figuras tantum esse, aut intra se latentem Christum tegere. Haec ille. AVTHOR. Item Anselmus in libro de corpore domini, parte 1. quam epistolari modo scribit, increpans illum Berengarianum auctorem tuum de diuinis officijs, eo quod posuit panem remanere in Eucharistia. Panis, inquit, substantiam post dominici corporis consecrationem in altari superesse, semper abhorruit pietas Christiana, nuperque dannaui in Berengario Turonensi, eiusque sequacibus. Haec ille. AVTHOR. Ecce, ut dixi, isti fuerunt patres ecclesiae tunc instantis, isti cum pluribus alijs prohibent Berengarium non consentaneum fuisse, sed contrarium Decreto Nicolai, & Synodi. in ca. Ego Berengarius. quia quod consentit verbo tenus dicere, panem & vinum post consecrationem corpus & sanguinem domini esse, hoc destruxit dolo malo, intelligens illa corpus esse domini & sanguinem in figura remanentia, quod antea fuerant in natura. Propter hoc periurus dictus est, & recidiuus haereticus. Non iuuat eum

Guimundus Auerfanus

Anselmus.

fraus

fraus versuta, non intellectio cauillosa. Alioquin rogo, cur eadem ecclesia in examen reduxit eundem periurum tanquam violatorem fidei sibi oblatae, coram Papa subsequente Gregorio? si consentit ipsi ecclesia tunc, cur accusauit eum periurum? cur reciduum condemnauit haeticum? Quid ponis lucem tenebras, & tenebras lucem? Non est enim conuenientia illa, quam putas, Nicolai, scilicet Papae, quae sanctum virum collaudas, ad Berengarium, quae excusas. Vbi est quartum testimonium Papae cum sua curia, quod panis remanet post consecrationem in priori sua essentia? Quod dicitur panis corpus domini esse, verum est, sed vbi dicitur panis post consecrationem panem esse? Nusquam per ecclesiam. Accipe ergo testimonium ecclesiae, quod ipsa dicit, non quod non dicit: panem post consecrationem dicit corpus domini esse. Verum est, & hoc crede, quia sic est secundum substantiam corporis: ideo dicit tunc ecclesia panem in corpus substantialiter commutari: quod remanente pane primo secundum naturam, te sumo in testem, non posse fieri. Panis ergo cum est corpus domini, non amplius prior panis est, sed corpus: & per hoc solum corpus in substantia, in natura. Intendebat ergo ecclesia tunc sic credere sicut dixit, nihil plus, nihil minus, sicut & Christus dicens, Hoc est corpus meum. Non dixit & prior panis in natura, nec corpus dixit in figura. Ideo solum corpus credit ecclesia sine pane.

Ad hoc, quod Wicleff dixit, Modernam Romanam ecclesiam ecclesiae priori sub Nicolao esse contrariam, respondetur.

C A P. X L I I I.

S V M M A.

- 1 Wicleff, qui dicit modernam Romanam ecclesiam hereticam, & priori contrariam, confutatur.
- 2 Berengarii processus, quod per septem Pontificum tempora durauerit. Et quid de hoc dicant Lanfrancus, & Guimundus.
- 3 Decretum Gregorii Papae septimi de corpore, & sanguine domini. Et de secunda Berengarii confessione sub ipso. Et multa de hoc ibi contra Wicleff.

- 4 Ecclesia, quod nunquam fuerit sibi ipsi contraria in condemnatione Berengarii, ostenditur contra Wicleff.
- 5 Iudicis pietas nimia, quod interdum forsitan, & maxime apud toruos, & ingratos haeticos, possit, sicut eis placet, calumias figurare, ostenditur.
- 6 Wicleff, quod sit falsarius Nicolai, illius decreto conuincitur.



DEVS, quam sollicitè perquirat Wicleff fallere simplices de diuersitate temporum! Non parcat verbis, non falsis criminibus, non planis mendacijs. Idcirco ecclesiam illam dicit fidelem, quia ibi fauorem putat inuenisse perfidiae. Modernam ecclesiam dicit haeticam, & illi priori contrariam: quia plane sentit sibi aduersam: & colligit istam a tempore Innocentij Papae tertij: quia decretalem illam instituit, cum Marthae. Vnde de Eucharistia cap. 2. Videtur, inquit, probabile, quod prior ecclesia sane sensit in isto, & posterior oberrauit. Tanta namque auctoritas, tanta sanctitas, & tanta sapientia, vel maior lucebat in isto Papae Nicolao secundum chronicas, & in istis centum & quatuordecim Episcopis, quanta in eo, qui composuit Decretales: quare non crederetur tanta, vel plus eius sententiae, sicut debiliori sententiae succedenti? Ecclesia enim deteriorando quod ad fidei scripturae praedit. Hac Wicleff. AVTHOR. Iste non vidit, vel dissimulat, ut secundum euangelium, quantumvis viderit, caecus fiat. Nec enim Nicolaus Papa solus decreuit in hac fide contra Berengarium: nec erat vltimus, neque primus. Per tempora septem Pontificum durauit processus, inchoatus apud Leonem quintum ante Nicolaum, quae secundus post eum Gregorius terminauit. Post tria iudicia in Concilijs habita haeticus continue recidiuus, tandem consummatur in quarto. In praefato libello de corpore domini alloquens Berengarium Lanfrancus. Tempore, inquit, sancti Leonis Papae delata est haeresis tua ad apostolicam sedem. Qui cum Synodo praesideret, ac resideret cum eo non parua multitudo Episcoporum, Abbatum, diuersisque ordinis a diuersis regionibus religiosarum personarum, iussum est in omni audientia recitari, quas mihi de corpore & sanguine domini literas transmisisti. Quas cum legissent, & contra visitatissimam ecclesiae fidem scriptas animaduertissent, zelo Dei accensi, quibusdam ad legendum eas porrexerunt. Sequitur. Igitur cum a

Wicleff.

Lanfrancus.

cum à quodam Remensi clerico Romam per
 latas recitaret legeret, intellecto, q̄ Ioannem
 Scotum extolles, Paschasium dānares, cō-
 muni de Eucharistia fidei aduersa sentires, pro-
 mulgata est in te damnationis sententia, pri-
 uans te cōmunionē sanctę ecclesię, quā tu pri-
 uare sancta eius cōmunionē satagebas. Post
 hæc p̄cepit Papā, vt ego surgerē, prauū rumo-
 ris à me maculam abstergerem, fidem meam
 exponerem, expositam plus sacris authorita-
 tibus, quā argumentis probarem. Itaq; sur-
 rexi, quod sensi dixi, quod dixi, p̄baui, quod
 probaui, omnibus placuit, nulli displicuit. De
 hinc declarata est Synodus Vercellensis. Quę
 tunc proximo Septembri eodem præsidente
 Pontifice, est celebrata Vercellis. Ad quā vo-
 catus non venisti. Ego verò p̄cepto, ac pre-
 cipibus præfati Pōtificis vsq; ad ipsam Synodū
 cum eo remansi. In qua in audiētia omnium,
 qui de diuersis huius mundi patribus illuc cō-
 uenerant, Ioannis Scoti liber lectus est, ac dā-
 natus. Sententia tua exposita, ac damnata, fi-
 des sanctę ecclesię, quam ego teneo, & tenen-
 dam astruo, audita, ac cōcordi omnium assen-
 su confirmata. Duo clerici, qui se legatos tuos
 esse dixerunt, volentes te defendere, in primo
 statim auditu defecerūt, & capti sunt. Ab hac
 sententia nūquam discessit sanctus Leo, in om-
 nibus concilijs suis, seu quibus ipse præsen-
 tiam suam exhibuit, seu quę per legatos suos
 in diuersis prouincijs cōgregari instituit. Hęc
 ille. AVTHOR. Concorditer item dicamus,
 quid dicat *Guimundus* etiam Berengarij cōtem-
 poraneus, in principio libri sui de corpore do-
 mini contra eundem. Mox, inquit, incipienti-
 bus his palam audiri, catholici viri grauerat,
 q; intolerabiliter ferentes, præsidente per se-
 metipsum beatissimę memorię domino Pa-
 pa Leone, Vercellis Concilium ponunt. In
 quo post diligentissimam de corpore ac san-
 guine domini ratiōnē, Beręgariū, & omnes
 eius in hac hæresi fautores, perpetuo anathe-
 mate, nisi resipiscerent, damnauerunt. Cumq;
 iam defunctū sanctū Leonē Papā, & sanctos
 viros, qui interfuere Concilio, maledicis ver-
 bis, & scriptis lacerare non desineret, sanctissi-
 mū illud, ac reuerēdissimū ecclesię Dei spe-
 culum, summū non pontificē, sed Pontificē,
 atq; pulpificem vocans, eumq; in fatuatione
 Lanfranci in fatuatum, concilium vanitatis ad-
 unasse blasphemans, Turonis item aggrega-
 to generali Concilio, præsentē venerabili nūc
 Papa Gregorio Romano tūc Archidiacono,
 panē & vinum in sacrificio domini non vim-
 braticē, sed verē Christi carnem & sanguinem

fieri dato proprię manus sacramento confir-
 mauit. Hęc ille. AVTHOR. Tamen & ante
 istud Concilium Turonēse, & post mortē san-
 cti Leonis, secundo conuenit eum Victor Pa-
 pa successor Leonis. Lanfrancus. Quę sentētia,
 Leonis supple, successorē quoq; suum nō effu-
 git felicis memorię Papā Victorē. Sed quic-
 quid de hac re, seu cæteris ipse statuit, statui-
 uerit, hoc & iam iste sua, atq; omniū Con-
 ciliarum suorū autoritate firmavit. Deniq;
 in Cōcilio Turonensi, cui ipsius interfuere, ac
 præfuere legati, data est tibi optio defendēdi
 partem tuam, quā cum defendēdam suscipere
 non auderes, confessus corā omnibus cōmu-
 nē ecclesię fidē, iurasti te ab illa hora ita credi-
 turū, sicut in Romano Cōcilio te iurasse est su-
 perius comprehensum. Hęc ille. *Guimundus*. In
 de postmodum desipiscēs, itidē Romę in ge-
 nerali Cōcilio conflictu rationis reuictus, libel-
 los suos ppria manu sub præsentia felicis me-
 morię Papę Nicolai corā omni Synodo cre-
 mauit, errorē anathematizauit, confessionēq;
 bonam, quam Turonis fecerat, prælitio iden-
 tidē proprię manus sacramēto, renouauit his
 verbis, Ego Beręgarius. &c. Hęc ille. AVTH.
 Ecce quanto tēpore is rebellauit ecclesię: sub
 Leone accusatus, condemnatur, reciduat: sub
 successore eius Victore accusatus, conde-
 mnatur. Succesit Victori Stephanus, Step-
 hano Benedictus, Benedicto Nicolaus, sub quo
 Romę vincitur, condēnatur coram Concilio
 generali celebrato Romę in ecclesia Cōstan-
 tiniana. Iterū desipit, succedit Nicolao Alexā-
 dro, Alexādro Gregorius septimus, qui antea
 dictus est Hildebrādus, qui prius deuicit eum
 Turonis, cum fungeretur ibi legatione Papę
 Victoris, & iam vltimatē cōfutaui eū Romę
 in ecclesia Saluatoris, sicut acta formata decla-
 rant eiusdē Cōcilij, & ea repperi in annofo li-
 bro Decretorū Pontificū sub Decreto eiusdē.
 3 In quibus sic scriptū, Anno 7 ab incarnatione
 sempiterni principij M.lxxix. mense Februa-
 rij, Indictione secūda, Pōtificatus verò domini
 Gregorij Papę septimi. 6. anno. ad honorem
 Dei, & edificationē ecclesię sanctę, salutē quo-
 q; tā corporū, q̄ animarū, ex p̄cepto sedis
 aplice conuenerūt finitimi, & diuersarū pro-
 uinciarū Archiepiscopi, episcopi, religiosiq;
 personę, vt sanctā Synodū celebrarēt. Oibus
 igitur in ecclesia Saluatoris cōgregatis, habitus
 est sermo de corpore & sanguine dñi nostri
 Iesu Chrī: multis hæc, nonnullis illa sentiētibus.
 Maxima siquē pars panē & vinū p̄ sacrę ora-
 tionis verba & sacerdotis cōsecrationē Spū-
 sancto inuisibiliter operāte, cōuertit substātia-
 ter in

Lanfrancus.

Guimundus.

Secūda cō-
 fessio Be-
 rēgarij sub
 Gregorio.

ter in corpus dominicum de virgine natum,
 quod & in cruce pependit, & in sanguinē, qui
 de eius latere militis effusus est lancea, asserē-
 bat, atq; autoritatibus orthodoxorum san-
 ctorum patrū, tam Græcorū, q̄ Latinorū, mo-
 dis omnibus defendebat. Quidā verò cecita-
 te nimia, & longa perculli, figuram tm̄, se, &
 alios decipientes, quibusdā cauillationibus co-
 nabantur astruere. Verūm vbi res cœpit agi,
 prius etiam, q̄ tertia die ventum foret, in Syn-
 odum defecit contra veritatem niti pars alte-
 ra. Nēpe Sanctus spiritus ignis emolumenta pa-
 learū consumens, & fulgore suo falsam lucem
 diuerberando obtenebrās, noctis caliginē ver-
 tit in lucē. Deniq; Berengarius huius erroris
 magister, post longo tēpore dogmatizatā im-
 pietatē, errasse se corā Concilio frequētī cōfē-
 sus, veniāq; postulās, & orās, ex aplice clemē-
 tia meruit. Iurauitq; sicut nūc in sequentibus
 cōtinetur. Ego Beręgarius corde credo, & ore
 confiteor, panem, & vinum, quę ponuntur in
 altari, per mysterium sacrę orationis, & ver-
 ba nostri redemptoris, substantialiter conuer-
 ti in veram, ac propriam, & viuificatricem car-
 nem & sanguinē domini nostri Iesu Christi.
 Et post consecrationem esse verū Christi cor-
 pus, quod natum est de virgine, & quod pro
 salute mundi oblatum in cruce pependit: &
 quod sedet ad dexteram patris: & verū sangui-
 nem domini nostri Iesu Christi, qui de latere
 eius, nō tantum per signū, & virtutem sacra-
 mēti, sed & in proprietate naturę, & veritate
 substātię, sicut in hoc breui cōtinetur: & ego
 legi, & vos intelligitis: sic credo. Nec contra
 hanc fidem vltorius docebo: sic me Deus adiu-
 uet, & hæc sacra euangelia. Tūc dominus Pa-
 pa p̄cepit Beręgario ex autoritate Dei om-
 nipotentis, & sanctorū Apostolorum Petri
 & Pauli, vt de corpore, & sanguine domini
 nunquam vltorius cum aliquo disputare, vel
 aliquem docere præsumeret, excepto causa re-
 ducendi ad hanc fidem eos, qui per eius do-
 ctrinam ab ea recesserant. Hęc ibi ex decreto
 Gregorij. AVTHOR. Vides ne, feci furum?
 cuncta spatiose produxi. Sed vellem interim
 notatum esse, quod Witcleff iam de solutione
 diaboli loquens aliter, quā solebat secretē fe-
 fellit, vel ipse fallebatur in calculo, laudans fi-
 dem Decreti Romani in cap. Ego Beręgarius.
 & illius ecclesię quasi solutionē diaboli, id est,
 initium secundi millenarij post annos Chri-
 sti, vt ipse insipienter existimat, præcessisset,
 cum defacto plus. 76. annis Concilium Nico-
 lai secūdam millenariū ingressum est, & hoc
 Conciliū sub Gregorio anno. 79. celebratum

esse demonstrat, dicens. Anno ab incarnatio-
 ne sempiterni principij. M.lxxix. &c. Sed ad
 rem. Pependite ibi, quomodo Beręgarius de-
 lusit ecclesiam, peruertēs sensum, seruatis ver-
 bis confessionis suę primę sub Nicolao: quę
 stat in consecratione, distinctione. 2. Ideo na-
 ta opportunitate, cogitur iterum cōfiteri hæc
 prædicta sub Gregorio septimo. Cauillabatur
 panem nō esse solum sacramentū, sicut primo
 omniū ait, sed iam corpus domini dixit, intel-
 ligēs tātūm sicut prius secūdam figurā: & per
 hoc manere panē in natura, conuersum in car-
 nē solum secūdam figurā: sed cautela ista per-
 fida deprehensa, in confessione secūda repro-
 batur per Papā, & Synodum, declarantē debe-
 re credi panē conuersum in carnē Christi secū-
 dum substantiam & naturam. Confiteor, in-
 quiēs, panē & vinum, &c. substantialiter con-
 uerti in veram, ac propriam, ac viuificatricem
 carnem, ac sanguinē domini nostri Iesu Chri-
 sti. Hic deprehensus est Beręgarius. Hic capta
 vulpecula, quę demoliebatur vineas. Iam eri-
 piat se Witcleff catulus eius si sciat. Laxet Lo-
 gicam, tendat sophismata. Si enim panis con-
 uertatur in carnē Christi, non figuratiter, sed
 substātia-ter, non substātia-ter generica
 panis, sicut ipse truffabatur Concilium, quod
 terrę motus appellat, sed secūdam propriam,
 & non alicuius defuncti cadauerem, secū-
 dum Nestorianos, sed & viuificatricem car-
 nem & sanguinem domini nostri Iesu Chri-
 sti: nec tamen panis talis adnihiletur, vt ipse
 litigat, nec corrumpatur, sed sit verum Christi
 corpus, quod natum est de virgine: & hoc nō
 vt prius, per signum tantum tropicū, sed in
 proprietate naturę, & veritate substātię: qua-
 liter euadet p̄ cuniculos suos, quin neget sub-
 stantiam panis superesse, vel vini, sed sub eo-
 rum accidentibus corporis substantiam Iesu
 Christi: Ipse, vt dicit, nescit aliqua prædicatio-
 ne idētica copulare tā distinctas substantias.
 Quid tūc restat, si tam firmiter collocetur ibi
 secundum substantiam corpoream, & naturā
 propriam Christus Iesus, quin statim desinat
 adesse, nisi forsan secundum speciem, panis
 fœdus? Quid plura? Præter hæc miro, super-
 extollendo ingenio, & in cunctis seculis præ-
 dicando, eadem sancta Synodus præcauens si-
 bi, ne deinceps simplicitate verborum suo-
 rum ipse, vel quisquam discipulorum suorum
 abuteretur arte callida sophistarum, ad intel-
 lectum ipsum, quem in eis verbis sibi potes-
 tis habebat tūc catholici, periturū, & recidiuū
 limitabant hæreticum, sic scribendo. Sicut in
 hoc breui continet & ego legi, ne quod aliud
 more

Cōfessio se-
 cūda Be-
 rengarij.

more Arij demonstraret latēter abditum sub axillis, & vos intelligitis, notando catholicos, ne proprijs figmentis dimissus, iterum deliraret sic credo. &c. Si ista prior ecclesia tanto tēpore florebat in fide, qualiter criminatur in ea Berengarius? nunquid quia semper concessit ecclesiae? Non, inquis, sed quia posuit panem tantummodò sacramentum. Cur ergo impetitur quando concedit nō tantummodò sacramentum, sed carnem & sanguinē Christi? Hoc sub Victore cōcessit, & tamē sub Nicolao cōuincitur. Iterum coram Nicolao fatetur, & tū sub Gregorio condemnatur. Cur ita? si ecclesia semper dixit, quia à sic dicēdo cessauit. Nō ita, sed quia sub eisdem verbis retentis haresim renouauit. Vide vtrāq; cōfessionem, & conciliorū acta, & semper eum senties criminatum: quia panem peracta consecratione secundum substantiam superesse cōcessit, & corpus Christi secundum figuram. Enimuerò sagacissimè praeuidit illa vna per omnes Papas illos, ecclesia, tres istas veritates esse cōnexas, & earum composita. Esse ibi corpus Christi secundum propriam substantiam, panis prioris absentiam, & eius accidentium sine subiecto remanentiam. Quia pone ibi carnem Christi secundum substantiam propriam & naturam, & statim sustulisti substantiam propriam panis sensibilis, & eius essentiam. Quibus datis, sequitur remanentia qualitatum sine subiecto primo. Item da panis absentiam: & sequi potest sine incōuenienti praesentia corporis, & absolutio accidentis. Item da accidentia sine subiecto, & alia duo non dubitabit dare, quantum remissè catholicus. Ex cōtrario nō dētur ibi accidentia sine subiecto, & necessariò substernes eis subiectum proprium ex antiquo, scilicet panis substantiam. Et hoc posito, tollis corpus Christi secundum substantiam, non dico esse ibi, sed esse hoc. Corpus enim Christi compatiebatur secum ostium secundum substantiam, vt esset ad omne punctum eius, nō vt esset ostiū. Pone item corpus Christi esse hoc sacramentum secundum propriam essentiam absolutam, & veritatem naturae: & tu ipse dicis, q̄ nullus sciat ibi intelligere panem secundum substantiam, nec accidens subiectatum.

4 Triplex iste funiculus, qui satis difficilè rumpitur, nō permisit tunc, nec permittit nūc, istā ecclesiam illi, vel illam priorē isti, vsquequaq; fore contrariam: imò facit sequentem ecclesiam elicere veritates corroborantes primā. Ecclesia Leonis repperit magistrum tuum dicere sacramentum Eucharistiae sacramentum tantum, & sacrum corporis signum damnauit, iubens di-

cere corpus esse dominicum. Ecclesia Victoris repperit eū dicere, hoc esse, sed tantum vmbaticè, quod Witcleff dicit figuratè sacramentum, iubet dicere veram carnem & sanguinem. Ecclesia Nicolai reperiēs eum hoc item sophisticasse, & dixisse verū carnis & sanguinis, sed tantummodò sacramentum: iubet dicere panem non remanere, sed verum corpus & sanguinem domini esse. Ecclesia Gregorij videns eum deludētem ecclesiam, & panē corpus domini esse, quia praesumpsit panem superesse, & figuram corporis semper arguere: iussit dicere panem substantialiter in corpus domini transnigrare. Conclufa est seps, obstructū est de cetero os iniqua loquētium. Vide tis quā non contrariae sibi fuerint ecclesia Leonis prima, & extrema Gregorij? Prima de creuit credere corpus Christi verum. Idcirco reliqua tulit panis substantiam propriam, & transubstantiationem edocuit. Vnde tanquā sibi subsequenter se habentes, copulauit eos Vincentius in speculo historiali, libro. 26. cap. 30. sub autoritate Guillelmi, dicens, Leo Papa contra Berengarium Vercellis celebravit concilium. Sed post Leonis obitum Hildebrāndus Archidiaconus cum esset Turonis, mox Papa Romae adunatis concilij, eum compulit ad sui dogmatis anathema. Resisterunt ei Lanfrancus Archiepiscopus, sed praecipue, & fortiter Guimundus prius monachus de sancto Leofredo Normanniae, post Episcopus Auerlanus Apuliae nostri temporis eloquentissimus. Hæc ille. AVTHOR. Bene non diiungit historiographus iste sanctos patres ad temporum interualla, quos in vnus fidei conuictos repperit esse sententia: primum in primo de dominici corporis veritate, secundum consequenter de panis transubstantiatione. Quid ergo deliquit Innocentius? aut contrariabatur priori ecclesiae, concludendo consequenter, quod accidēs est ibi sine subiecto, aut certè profecit inferēdo vltimum, quod sequebatur ex primis necessariò. Sed si rei veritas exprimitur, potest forsitan interdū nimia pietas iudicis, maximè apud toruos, & ingratos hæreticos, sicut eis placet, calumnias figurare. Ecce nō est nouum. Cælestius Pelagianus hæreticus corā Papa Zozimo libellum pandere pmissus est, in quo de quibusdā dubitās, dolo hæretico instrui affectabat. Et idcirco totus libellus catholicus dictus, quia permissu iudicis, voluntas (vt putabant) bona reputabatur pro facto. Attamen cum postea inter ceteros res ventilata noceret, reuocatus ad iudicium, & damnatus, Romanæ ecclesiae clericos diffamauit

mauit, dicens eos priori suae sententiae contrariam edidisse. Vnde cōtra duas epistolas Pelagianorum lib. 2. Augustinus. Romanos, inquit, clericos arguunt, scribentes eos iusionis terrore percussos, erubuisse prauaricationis crimen admittere, vt contra priorem sententiam suā, qua gestis catholico dogmati affuerāt, postea pronūtiarēt malam hominū esse naturā. Imò verò Pelagiani spe falsa putauerunt nouum, & execrabile dogma Pelagianū, vel Cælestianum persuadere quorundā Romanorū catholicis mētibus posse: quādo illa ingenia, quantum nefando errore peruasa, non tamē cōtemptibilia, cum studiose corrigenda potius, quā facile damnāda viderentur, aliquātò lenius, quā seuerior postulabat ecclesiae disciplina, tractata sunt. Hæc ille. AVTHOR. Ita nō putent Witcleuista, Romanū clerum, aut Cardinales posteriores prioribus esse contrarios: nec spe falsa putent execrabile dogma Witcleuisticū in Berēgarianorū sententiā approbatum, quantum Berēgarianorū ingenia videbantur eis tūc facile esse damnāda, sed studiose potius corrigenda: & propter hoc tā in forma libelli, quā in processu iudicij aliquātò lenius, quā disciplina seuerior postulauit ecclesiae, sunt tractata. Demum Papa iudex fidei vice Christi cēsendus est bene fecisse quod debuit: & ab hæreticis esse peruersa sua molitione corruptus: sic Nicolaus apud Berēgariū, sicut Cælestius apud Innocentiū Papam, vel Zozimum. Vnde contra duas epistolas Pelagianorum loco præfacto Augustinus. Tot, inquit, & tātis inter apostolicā sedem & Afros Episcopos currentibus scriptis ecclesiasticis, etiam gestis de hac causa apud illam sedē Cælestio praesente & respondēte cōfectis, quā tandem epistola venerandae memoriae Papae Zozimi, quae interlocutio reperitur, vbi praeciperet eredi oportere sine vilo vitio peccati originalis hominem nasci? Nusquam prorsus hoc dixit. Nusquam omnino conscripsit. Sed hoc, cum Cælestius in suo libello posuisset, instrui velle confessio est, in homine acerrimi ingenij, qui profectò si corrigeretur, plurimis profuisset, voluntas emēdationis, nō falsitas dogmatis approbata est: propterea libellus eius catholicus dictus est, quia & hoc catholice mentis est: si qua fortè aliter sapit, quā veritas exigit, non ea certissimè definire, sed detecta ac demonstrata respuere. Non enim hæreticis, sed catholicis Apostolus loquebatur, vbi ait, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, id quoq; nobis Deus re-

uelauit. Hæc ille. AVTHOR. Ita dicat Witcleff de consensu Nicolai Papae cum Berēgario hæretico. Vbi praeciperet vnquā Nicolaus credi oportere panem naturalem in Eucharistia peracta consecratione manere in natura primi panis? Nusquam prorsus hoc dixit. Nusquam omnino conscripsit. Et quia dicis de illa ecclesia tunc tēporis, modico antè sub Victore iussus est magister tuus credere panē illum non vmbaticè, id est, figuratè, sed verè corpus Christi fieri. Item citò post sub Gregorio, panem illum substantialiter conuerti in carnem. Si non figuratè, sed verè panis: ille substantialiter in corpus Christi conuertitur, contra totam scholam tuam scribitur, quæ solum figuratè, & non substantialiter panē illum corpus Christi fieri concedit. Et tamen ecclesia ista secū vna semper fuit, quantum sub diuersis praesulibus in diuersis tamē concilijs eisdem Episcopos, eisdem patres habebat scriptites: saltem qui tunc scripserunt, de duratione sua memoriam reliquerunt. Velut primas Lanfrancus, Guimūdu Episcopus: tandem Anselmus primas: qui quātum non tibi consenserunt, sed fuerant in dānatione tui primi, testantur adhuc opera, quae scripserunt. Mira ergo mendacis audacia. Iste sic scribit. Berengarium, scilicet, magistrum suum in sensu Witcleff hæretico habuisse consensū, & consulem Nicolau. Equè dixisset Innocentium tertium eius authorē, & modernā ecclesiam. Quod item sibi ipsi contrarius planè dixit, saltem de Romana curia sui tēporis. 2. parte sermonum sermone. 60. Vbi adulādo Romanis cōtra Auenionicos, vt pponit, dicit Romanos verius credere, & peruersè credere Robertinos. Aliās tamē dicit (quod aequè notādū est) ideò Berēgarium criminandū esse bono iure, quia dicit ibi in sacramēto corporis dñi tantum figuram esse. Et quomodo ergo iam potes laudare eū, quia dixit consonāter Nicolao, panē post consecrationē corpus dñi esse? Quia hoc, inquis, post accusationē correctus dixit, & sic cōcorditer Nicolao. Falsum dicis, nā & olim sic dixit: hoc solum intelligēs, q̄ & post fit corpus dñi in figura: sicut habet epistola illius Leodiensis Episcopi ad Henricū Francorū regē, quæ incipit, Gloriosissimo. & frequenter habetur in antiquis exemplaribus. Fama, inquit, supremos Galliae fines praetergressa, totā Germaniā peruasit: iamq; omnium nostrū repleuit aures, qualiter Bruno Andegauensis Episcopus, itē Berēgarius Turonensis antiquas hæreses modernis tēporib⁹ introducēdo, astruat corpus dñi nō tā corpus esse, q̄ vmbra, & figurā corporis domini.

Augustin.

Vincentius

Augustin.

Leodiensis.

mini. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod ab initio non negauit verbo corpus domini, sed astruxit hoc tantum secundum umbram vel figuram, sicut & tu. Cōuincitur & toruus Witleff falsarius Nicolai, cum libro suo de Apostasia, cap. 10. Oportet, inquit, cauere de hæresi, ne ex totali similitudine concludatur, quod corpus Christi sit ex pane, vel atteritur in natura sua, sed in signo solummodo, vt dicit Decretum Nicolai. 2. Hæc Witleff. A V T H O R. Apponamus ¶ Decretum Nicolai, quod est. Ore, & corde profiteor de sacramento dominicæ mensæ eandem fidem tenere, quam dominus, & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus, autoritate euangelica, & apostolica tenendam tradidit, mihiq; formauit, scilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter non solum sacramentaliter, sed & in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & in veritate fidelium dentibus atteri. Hæc ille. A V T H O R. Ecce Decretum Nicolai, corpus domini dicit non solum in sacramento, sed etiam in veritate fidelium dentibus atteri: tu dicis illud non atteri in natura sua, sed in signo solummodo, vt dicit Decretum Nicolai. Quid est non in sacramento solum, sed & in veritate atteri corpus Christi, nisi non solummodo signum in signo, sed in signo naturam? Veritas enim corporis præter sacramentum est natura eius præter signum.

¶ Ad argumētum Witleff pro pane materiali sumpta fide ex vulgo, respondetur.

C A P. X L I I I.

S V M M A.

- 1 Responsio ad argumentum Witleff, qui pro pane suo materiali defendendo, ruit ad laicos, & vulgus, ut de fidei subtilitate in sui fauorem testificentur.
- 2 Vulgi autoritas, q; in fidei subtilitatibus non sit petenda. Et quid de hoc dicant Seneca, Cælestinus Papa, Lactantius, &c.
- 3 Decretum, quomodo altitudo mysteriorum altissimi quibusdam paruulis reuelatur seorsum à turbis, & non omni populo, quod à lege perennis sapientiæ fluxerit, ostenditur.
- 4 Literatis ecclesiæ uiris quomodo amplior certitudo credibilium donaretur, quam simplici laico,

cum utriq; solo lumine fidei Christi mysteria contemplantur.

- 5 Hæretico q; quanto plures adhaereant, tanto acrius aduersus eum sit insurgendum, ne malo suo proficiat.
- 6 Witleff, quomodo usurpet sibi uocem hæreticorum antiquorum, iactantium se, & dicentium, Diuites facti sumus, &c. Et quid super hoc dicat Hieronymus.
- 7 Manichæorum deliramentum, & temeritas notatur. Et quomodo eadē temeritate Witleff maculetur. Et multa ibi aduersus illum adducuntur ex Guimundo, Augustino, &c.
- 8 Græcorum in fide laus.
- 9 Augustinus quid dicat aduersus hæreticos, q; Christianorum irrident imperitiam.



Discurritur ¶ vndiq; pro testibus producendis: & tandem libet ridere, cum ruit in laicos rogans eos testari de subtilitate fidei, quam ipse nescit intelligere. vt fatetur in. 4. Tri-

logi. cap. 5. Deus sicut semper seruat notitiam naturalem in laicis, sic semper seruat sensum catholicū in quibusdam, vt in Græcia, vel alibi, vbi placet. Item in sermone domini in mōte. cap. 39. Istud, inquit, quadruplex testimonium triplicatum faceret fideles quiescere in antiqua fide ecclesiæ à popularibus vsq; hodie obseruata, scilicet, quod prius sacramentum licet in natura sua sit panis, est tamen mysticè corpus Christi. Sequitur. Interroga parentes tuos, dum in ista materia fideles habueris, & dicent tibi cōcorditer fidem istam. Hæc Witleff. A V T H O R. Non ¶ ego dedignor laicos petere quasi viles, sed in subtilitatibus fidei, * differo sicut incautos. Scio quidem, q; sapiens etiam ad fornicam pigrum mittit, vt discat, sed viri prudentes, & impigri in rebus arduis vulgi sententiæ autoritatem nō commodāt, tam propter inconstantiā, quam propter incuriam. Vnde in epistola ad Gallionē dicit Seneca. Argumētum pessimum, turba est, quæramus quid optimum factū sit, non quid vilitatissimum. Hæc ille. A V T H O R. Et Cælestinus Papa, & est in Decretis distinctione. 62. Docendus. Docendus, inquit, est populus, & non sequendus. Nos quoq; si nesciunt, eos quid liceat, & quid non, commonere, non eis consensum præbere debemus. Hæc ille. A V T H O R. Et Lactantius Firmianus libro. 5. diuinarum Institutionum cap. 12. A nobis autem absit hæc dementia, vt falsum vero anteponamus. An boni nostri qualitas plus ex populi pende-

Witleff.

Vulgi autoritas.

* defero.

Seneca.

Cælestinus

Lactantius

Petrus.

Questio.

Responsio.

Augusti.

pendebit erroribus, quàm ex cōsciētia nostra, & iudicio Dei? Hæc ille. A V T H O R. A ¶ lege enim perennis sapientiæ fluxit decretū, quomodo altitudo mysteriorum altissimi quibusdam paruulis reuelatur seorsum à turbis, & non omni populo. Vnde Princeps, & caput apostolorū Petrus de Christo loquens. Hunc (inquit) Deus suscitauit tertia die, & dedit eū manifestū fieri nō omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis, qui māducauimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis: & præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorū. Actū decimo. Hinc est perspicuum, q; paruuli, quibus Deus reuelauit, quæ à sapientibus, & prudentibus mundi abscondit, non erant passim cūcti dē populo: quia nec seipsum dedit omni populo fieri manifestum: sed ipsi paruuli erant apostoli, & Christi dilecti testes præfules, & doctores præordinati à Deo, quibus præcepit prædicare populo, & testificari ea, quæ per se ipsum populus non est dignus accipere. Idcirco notanter dixit, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Hic ¶ tamen posset quæri quomodo literatis uiris ecclesiæ amplior certitudo credibiliū donaretur, quàm simplici laico, cū vtriq; solo lumine fidei Christi mysteria contēplantur. Responsio. Quia primos, qui apud Apostolū spirituales dicuntur, ipsa primorū principiorū fidei traditio vsq; ad rē credēdā in specie, cognitione quadā certos facit, & indubios. Populares verò sola credendi simplicitas facit tutos. Sicut videtur dicere beatus Augusti. contra epistolā fundamenti. cap. secundo. In catholica (in quiens) ecclesiā, omittā syncerissimā sapientiā, ad cuius cognitionē pauci spirituales in hac vita perueniant, vt eā ex minima quidē parte, quia homines sunt, sed tamē sine dubitatiōe cognoscāt. Ceterā quippe turbā nō intelligendi, sed credendi simplicitas tutissimā facit. Hæc ille. A V T H O R. Verè infra eūdē ambitū fidei periti spirituales dicuntur intelligere: ceteri populares solū simpliciter credere: quos tamen credendi simplicitas tutissimos facit, & e contrario timidos eos facit scrupulosa duplicitas. Quid igitur istos interrogabo de fide, nisi forsitan vt experiar qualiter ipsi credāt? Pete multos dē plebe: & nūquid dicūt patrē Deū hominē esse satis antiquū? spiritūs sanctū fuisse colū bā? Quot credis de populo credūt ante Christi aduentū nō fuisse mūdū? Sed quia de testimonio maioris populi totiens gloriaris: sicut dicis de sermone domini in mōte. ca. 46. q; ad

propositū tuū de eucharistia, vadūt fides & testimonium populare, & cū hæretici proclamāt, q; popularis testificatio licet deficiat, testificatio fidei scripturæ probat, q; inimicus eorum sit hæreticus occidendus, multo euidentius ac clamante plure populo, cū ista clausula. Hæc dicit dominus. Hæc Witleff. A V T H O R. Verè q; testificatio pluris populi tecū concurat, nō puto: sed ¶ si ita sit, acrius insurgendum est cōtra talē hæreticū, ne malo suo proficiat: & populo cōdolēdū, ne pereat in errore. lib. 6. de trinitate in principio Hilarius. Non sum nesci? (inquit) difficillimo me, asperrimoq; tempore scribere hoc aduersum vesanā impiorū hæresim Dei filiū creaturā esse affirmantē aggressum fuisse: multis iā per omnes fermē Rōmani imperij prouincias ecclesijs morbo pestiferæ huius prædicationis infectis, & velut ad fidei huius malē vsurpatā persuasionē longo doctrinæ vsu, & emētito nomine veræ religionis imbutis. Sequitur. Grauis enim, & periculosus est error in plurimis, & multorū lapsus, etiā si se intelligant, tantū exurgēdi pudore autoritatē sibi præsumit ex numero, habens hoc impudētia, vt quod errat, prudentiā existimari velit q; cū multis errat, ac intelligentiā esse asserat veritatis, dū vulnus erroris esse existimatur in multis. Ac mihi quidē præter studij mei, ac officij necessitatem, quia hoc ecclesiæ episcop⁹ prædicationis euangelicæ cōbeo ministeriū, tamen eo propensior cura ad scribendū fuit, quo plures periculo infidelis intelligentiæ detinebantur: vberius gaudiū consectans ex salute multorū. Hæc ille. A V T H. Sic si multi hoc errore tuo Witleff subuersi sunt, instantiū prouocas ad scribendū. Si pauci, quid iactitas? At quot inueniēdi sunt in populo Christiano nō p te subuersi, qui dicāt venerabile sacramētū eucharistiæ in sola figura corpus Christi esse, & in sua natura putribilē panē mittendū secessui animalis? Quot dicturi sunt corpus Christi vt est in sacramento esse deterius agno paschali, peius testudine, imò stercore ratonis, seu muris, secūdū verba tua: quia est sola figura, & respectus pessimæ habitudinis, vltimi generis? Gratias deo: si interrogasses meos parētes, omni animositate negassent tibi, q; corpus Christi in sacramento est corp⁹, quod nūquā fuit natū de virgine, vel passum in cruce: nec vnquā sedebit in cælis ad viuos & mortuos iudicandos: quod tamē tu concedis: cū sit substātia materialis panis. Ecce istæ sunt veritates fidei tuæ. Postula gentes nō circūuētas dolo tuo: quis tibi cōsentiat in præmissis? Te ipso teste omnes simplices sunt

Hilarius.

L sunt

sunt à principijs fidei prouiores ad credendū venerabile sacramentū esse idēticē & substantialiter corp⁹ Christi cū sancta ecclesia, quā panē putribilē cū tua secta. Tu si quidē dicis ca. 2. de eucharistia. Omnino caueamus deo rādo quālibet partē sacramenti sensibilis esse corpus Christi, vel sanguinē: quia vulgus, & literati viri sunt proni ad intelligēdū panē post cōsecrationē esse idēticē corpus Christi. Hæc Witcleff. A V T H O R. miser Witcleff, quid tibi sic adularis? Quid tibi applaudis in multitudine populariū testiū, quos priusquam dolo subornas, testes habere non potes? Nūquid ō Witcleuista, magister vester transformās in se illud historici vatis

*Dedidit iam pace ducem famēq; petitor,
Multa dare in vulgus, totus popularibus auris
Impelli, plausūq; sui gaudere theatri?*

6 Et ꝑ in hac infania vsurpat sibi vocem hæreticorū antiquorū, iactantiū, & dicentiū: diuites facti sumus. in Osea. Vbi in cōmētario libro. 4 Hieronymus. Opprimitur (inquit) pauper ecclesiasticus verborum & argutijs hæreticorum, qui postquam alios deceperint, solent dicere. diuites facti sumus. Habemus plurimā multitudinē discipulorū: turba nos sequitur. Inuenim⁹ idolū, vel refrigeriū nobis. Idcirco enim vel maximē hæreses cōponūt, vt deorent domos viduarū, quę discūt, & nūquam ad sciētā perueniūt veritatis. Et pulchre ait. Inueni idolū mihi. Omnia enim hæreticorū figmēta, idola sunt, & simulacra gentiliū, nec differunt in pietate, licet in nomine discrepare vidētur. Solētq; dicere: quicquid fecero, quicquid egero, mihi non poterit imputari: habeo enim diuitias meas argutiā philosophorū, habeo populi multitudinē, quā qui aspexerit, me non peccare arbitrabitur. Hæc ille. A V T H O R. Solitus inspicere libros Witcleff, putādu esset Hieronymus ipsum notasse, cū diceret de argutijs hæreticorū: quia solus Witcleff nostri tēporis inter scriptores de fide solet argutias dicere, cæteri argumenta cognomināt. Et ꝑ in mysterijs fidei gloriatur non modicū in testimonio populi, & econtrā in paucitate cōgaudet testiū peritorū. Quod duxi notare, cū eū legerē in sermone domini in mōte ca. 47. sic dicentē. Mediū sufficienter quietās fideles in ista materia est, quod ipsi sciūt docere quoscūq; quærentes de sua fide: vbi hæc dicit dominus. Pars autē aduersa nescit dicere euidentiā, vel perfunctoriam pro sua sentētia: sed solū istā infidelē argutiā, ꝑ prælati multi cæsarei, & longē maior pars superstitū est parata cū illis ad testificandū suā sentētiā, quā ecō-

Hierony.

Witcleff.

trariō. Sed fidelis debet credere, ꝑ multi sunt vocati, pauci verō electi: & cū stultorū infinitus est numerus, populus non debet ipsis credere in ista materia sic derisā in fide scripturę, nisi de quanto ipsi se fundare sciuerint in scriptura. Hæc Witcleff. A V T H O R. Mirū de tā iactabundo hæretico: Witcleuista sciūt docere quoscūq; quærentes de sua fide vbi hæc dicit dominus: & ego de quibuslibet quærentibus vnus doceri requiro, vbi hæc, quæ dicis, dicit De⁹. Ibi inquis, Hoc est corpus meū. Sed ibi ego inuenio corpus Christi verū secundū propriā naturā Christi, Christo dicēte, corp⁹ meū, nō signū meū. dic si tu mecū hoc ipsum ibi inuenieris. Nō (inquis) sed panis naturā inueni, quia dicit, hoc, demonstrādo panem. Et quare nō substantiā corporis propter corpus meū? Quia mēs (inquis) nō capit vnā esse vtrāq; substantiā: igitur statuto panis secundū suā naturā, corpus solū remanet secundū figurā. Sed hic est omnis difficultas, si panis substantia remanet ibi præsens, quia dixit, hoc, cur potius illa nō remanet substantia corporis, cū multo determinatius dicitur, Corpus meū? Et itē doce me, quare sola figura corporis præsens est sublata natura sacris altaribus, & natura panis remanet, nō obstātibus Christi verbis, qui voluit illū esse corp⁹ suū. Si ego iuberē te de laico perficiēdū episcopū, nollē te deinceps laicū esse: vellē autē omnino te fore episcopū. Si quoscūq; quærentes doces, doce me, qua auctoritate tollis substantiā corporis, relicto ibi signo corporis, quod panis substantiæ fieri nō permittis? Christ⁹ nusquam dixit, Hoc est corpus meū secundū figurā. Christus nusquam dixit, hoc est panis secundū naturam, dic iactator hæretice vbi hæc dicit domin⁹? An vis nos prius credere te sensum habere domini in prædictis verbis domini: omnes autē prælati sine te, & doctores catholici remanent nescij veritatis? Hoc ꝑ enim erat deliramentū Manichæorū. sicut cōtra epistolā fundamenti cap. 3. eos arguit Augustinus. Elige (inquit) quod velis: si dixeris crede catholicis, ipsi me monent, vt nullā fidē accomodē vobis. Quapropter non possum illis credens, nisi tibi nō credere. Si dixeris, noli catholicis credere, non rectē facies per euangeliū me cogere ad Manichæi fidem (ad Witcleff fidē præsentem) quia ipsi euangeliō prædicātibus catholicis credidi. Hæc ille. A V T H O R. Itē libro de vtilitate credendi versus finem Augustinus. Nullis (inquit) me video credidisse, nisi populorū, atq; gentiū cōfirmatæ opinioni, ac famæ admodū celeberrimæ, hos autē populos, ecclesiæ catholicæ mysteria

Augusti.

Augusti.

steria vsquequaq; occupasse. Cur nō igitur apud eos diligentissimē requirā quæ Christus præcepit? Sequitur. O ingentē cōfidentia, vel potius ineptiam! Ego te doceo quid Christus præceperit, quid credis: qui si ei non crederē, non aliquid me docere posses. Et infrā. Scriptis, ais, crede: at scriptura omnis si noua & inaudita proferatur, vel cōmēdetur à paucis, nulla confirmante ratione, non eis, sed illis, qui eā proferunt, creditur. Quāobrem scripturas ipsas si vos proferitis tam pauci & incogniti, nō libet credere. Sequitur. Cohibe tandem pertinaciam, & nescio quā indomitā propagandi nominis arrogantiam, & moue me potius, vt huius multitudinis primates quæram diligentissimē ac laboriosissimē, vt de his potius, de his literis aliquid addiscam: qui si non essent, dicendum omnino esse nescirem. Tu verò in latebras tuas redi: nec cuiquam insidiare sub nomine veritatis, quam conaris eis adimere, quibus auctoritatem ipse concedis. Hæc ille. A V T H O R. Ecce temeritatem Manichæi in nostro Witcleff. Ego (inquit) doceo quid dicit domin⁹: & prælati nolite credere, nisi quatenus se fundent in scriptura. Cohibe miser pertinaciam tuam, & mone potius fideles, vt quæ apud populos quærentes inuenimus quid Christus præceperit confirmatum opinione celeberrima, qualiter scripturæ ipsa cōfirmēt, nō à paucis Witcleuistis, & iā nuper incognitis, sed apud ipsos primates, & doctores multitudinis orthodoxæ noscam⁹. Tu dicis Christum dicere panem esse corpus suum tropicē: & remanere panē. Hoc tu primus in Anglia docuisti: aut dic quem reperisti sic intellexisse euangeliū antequam tu venires. An primates, & docti in clero habebant expectare aduentum tuum, vt Christi euangeliū in hac parte, te magistro sentirēt: & iam nec multos, nec paucos, sed te solum diuinas veritates docentem audirent: quia paucorum dicis est veritas: & ideo multitudinem prælatorum id ipsum docentium contra tuam perfidiam paucitati Witcleuistæ postponere non te pudet? Nimirum magistrum tuū, & sub ipso omnes veteres hæreticos subsequēs in hoc dicto. Pro Berengarianis enim sic quidā respōdit, vt habet lib. 3. cōtra eos Guimū. Nō sunt (inquit) regnū, quia pauci sunt. Ad quod respondeo: si non sunt regnū, non sunt ecclesia Christi. Ecclesia Christi regnum Dei est. De catholica sanē ecclesia propheta dixit. Fundatur exultatione vniuersæ terræ, quod de nostra ecclesia videtur impletum. Berengariana verò portio non fundatur exultatione vniuersæ terræ. Neq;

Guimūsus

enim eis vel vna ciuitatula, vel etiam vna villula conquefcit. Et post multa. Sed quis regum terræ hanc Berengarianam stultitiam fouit? Quis regum terræ in gloriam suam attulit? Et quidem in Arianam vesaniam reges olim aliqui concesserunt: in Berengarianam autē nullus. Hæc ille. A V T H O R. Item Cresconio in sua paucitate gloriantilibro. 3. contra eundem cap. 55. Augustinus. In paucis (inquis) frequenter est veritas: errare multorum est: & ne verbis tuis tantæ illius sterilis fecunditati cōtradecere videreris, cui dictum est: multi filij fertæ magis quā eius quæ habet virum, adhibuisti ex euangeliō testimonium, quoniam pauci sunt qui saluantur. Solue igitur quæstionem, quomodo ipse dominus dicit, quā arcta, & angusta est via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Et idem ipse dicit alibi. Multi ab oriente, & occidēte veniēt, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Quomodo etiam in Apocalypsi monstratur eorum multitudo, quam numerare nemo potest ex omni gente, & tribu, & lingua, habentiū stolas albas, palmasq; ferentium, qui pressuras propter fidem Christi sustinuerant. Quomodo iidem sint pauci quod multi? Neq; enim alterum horum est verum, alterum falsum, cū sit vtrunq; à diuina veritate prolatum: nisi quia iidem ipsi boni veriq; Christiani, qui per seipos multi sunt, in comparatione malorum & falsorum itidem pauci sunt. Sic multa grana, quib⁹ horrea magna complentur, pauca dicimus in comparatione palearum. Sic etiam vt de ipso testamēto Dei dicam, quod factum est ad Abraham de semine eius, quod est Christus, multas stellas, quas numerare non possumus, ē quibus tam grande cælum vñdiq; circumfulget, pauca dicim⁹ in comparatione arenæ maris. Fortē stellæ significauerunt spirituales Christianos: maris autem arena carnales, per quos, & ex quibus hæreses, & schismata fiunt: vtroq; tamē genere plenus est mundus: quia idem dominus dicit: ager est hic mūdus. Hæc ille. A V T H O R. Item contra Petilianum Donatistam hæreticum lib. 2. responsione. 45. Augustinus. Timuisti (inquit) comparatam multitudini vestræ, multitudinem orbis terrarum: & ad paucitatis laudem per angustam viam gradientem te conferre voluisti. Vtinam non ad eius laudem, sed ad ipsam viam te contulisses. Profectō perspiceres eandem paucitatem in ecclesia esse omnium gentium, sed paucos dici iustos in comparatione multorum iniquorum: sicut in comparatione palearum possunt pauca

Augusti.

Augusti.

grana dici vberimā segetis: quæ tamen per seipsa in massam redacta, implent horreum. Hæc ille. A V T H O R. Hæc quo ad illud in ductum per Witleff. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Quātum ad hoc, quod dicit stultorum non est numerus, volens se dici de numero peritorum, quia solus est, & discipuli eius pauci: contra Iulianum hoc ipsum dicentem lib. 5. cap. primo scribit *Augustinus*. Quid (inquiens) opus est, vt aliquid aduersus ea dicam, quæ in principio posuisti libri huius solita, & vana: & de paucitate velut prudentium, quibus vos placere gaudetis? Hæc enim, & veterum, & nouorum omnium hæreticorū vox est, ipsa consuetudine iam solidata, atq; portata, & tamen necessitate compellitur talibus pannis indui tam magna etiam vestra superbia, quæ sic tenditur, & inflatur, vt eos deformius dum gestit ostentare, dirūpat. Hæc ille. A V T H O R. Attende mi Witleff. vox illa, quæ tu de paucitate formasti, omnium hæreticorum vox est, longi temporis præscriptio ne conficta: sed si de paucitate congaudes, & maximè peritorum, cur Augustinū, Ambrosium, Hieronymum, Papam cum omni curia, doctores græcos, & Armenios, & omnes de millenario ligationis diaboli tā auida lingua procuras in testes? cur item multitudinem populi? Nūquid vt paucorum esset veritas? Aut ne multi tuis astipularentur errorib? Sed nec in hoc recedis à patribus tuis, qui pluralitatē sectatorum omni labore cupiebant habere d factō: sed quod dissuadente Deo obtinere nō poterant, istis tuis coloribus exornabant, pro ut recitat de episcopis arianis, qui per discordiam mutuam suos populos amiserunt, in historia tripartita libro. 9. capite. 19. *Cassiodorus* dicens. Aliarum regionum antistites propter discordiam suam in reprehensionem sui populi venientes, æstuabant, tristitiaq; confusi, discedebant, & literis consolabatur alterutros vt non affligerentur cur eos plurimi relinquentes ad fidem consubstantialitatis accederent, dicentes quidem multos vocatos, paucos autem electos. Quod utiq; non dicebant, quando multum populum per potestatem sibimet aggregabant. Hæc ille. A V T H O R. Ecce q̄ illi, & superiores hæretici semper habebāt auctoritatem hanc cōmunem, quam sibi Witleff assumpsit. Multi sunt vocati. Sed hoc nō dixit Witleff, vel illorum aliquis, quando quot possent populos ad suam hæresim sociebant. Vnde in hoc ipso deprehendit aduersarium legis & prophetarum lib. 2. contra eū in fine *Augustinus* dicens. Sanè post finem li

bri, in quo sine paucitatem hominum in suo errore commendat, quia videlicet paucorum est sapientia, quod omnibus hæreticis aduersarijs ecclesiæ catholicæ, quæ per omnes terras copiosa fertilitate diffunditur, in sua cuiusq; propria vnitatem commune est. Omnes enim de paucitate gloriatur: & vt seducere possint multitudinem quærunt. Hæc ille. A V T H. Glorietur ergo Witleff de paucitate sectatorum, & testium, sed vt satis gloriatur, non operetur amplius pro perditione multorum. Imponat finem auiditati suæ sacrilegæ: ne plures lucrifaciat gehēnalibus flammis, dicatq; cum Caipha: quid adhuc desideramus testimoniū? Superest tamen spes eius truncare, quam ponit in nomine: quia in Græcis putat, vel alios putare desiderat adesse sibi turbam testium lōginq; quorum. Ad orbem alium nos trāsmittit, ne facile vincatur, id est, procul, quanuis in his partib? sit deuiat? Nō est necesse referre qd ipsi literatissimi Græci, qui dudum cum nuntio sui Constantinopolitani imperatoris Emanuelis temporibus regum Henrici quarti in Angliam peruenerunt: nos de moderna fide Græciæ docuerunt. Maximè de fide Eucharistiæ quo ad substantiam, & de sacramento penitentia quo ad confessionem vocalem, quæ integerrimè seruat ibidem. Sed vt nostris parcamus relatibus, quid antiqui patres de fide Græcorū referant, audiamus. Vnde Paschasius. *Paschasius.* si? cui? laus est in decretis, in calce libri sui de corpore & sanguine dñi. Quia (inquit) Christ? suum esse dicit corpus, suumq; sanguinem: non oportet, & si oculis carnis non videmus quod mēte credimus, dubitare in aliquo. Audiuimus etiam quid Gregorius de hoc sentiat. Audiuimus quid & sanctus Cyrillus cum vniuersis episcopis in Epheso congregatis: quid Græcia cū eisdem, quid Aegyptus, & quid sanctus Hieronymus presbyter, qui & ipsas sanctorum patrum vitas latino edidit sermone. Et ideo quanuis ex hoc quidam ex ignorantia errant, nemo tamen est adhuc in aperto, q̄ hoc ita esse contradicat, quod totus orbis cōfiteatur, & credit. Hæc ille. A V T H O R. Et versus finem libri sui de corpore & sanguine domini contemporaneus & configator magistri tui *Lanfrancus*, sic scripsit. Amplius si verum est, quod de corpore Christi tu credis, & astruis: falsum est, quod ab ecclesia vbiq; gentium de eadē re creditur, & astruitur. Omnes enim, qui Christianos se dici, & esse latantur, veram Christi carnem, verunq; eius sanguinē vtraq; sumpta de virgine in hoc sacramento se percipere gloriantur. Interroga vniuersos, qui lati

Augustin.

qui latinæ linguæ, nostrarum ve literarum notitiā perceperunt. Interroga Græcos, Armenios, seu cuiuslibet nationis quoscunq; Christianos homines: vno ore hanc fidem se testatur habere. Porro si vniuersalis ecclesiæ fides falsa existit: aut nunquam fuit catholica ecclesia, aut perijt. Hæc ille. A V T H O R. Concludamus ergo cōtra Witleff, & dicamus, quod delectatur non in varijs, sed iam in oppositis: quia multos delectat eū habere testes, & paucos sequaces. Nos autem in nomine Christi multos oramus habere Christi testes, & plurimos sectatores, quousq; per stultitiam prædicationis fidelium subintret gentium multitudinem. Ipsa enim Christiana stultitia, sed tamē vera, & sola dicenda sapientia, pauciores eos red det: ita vt semen Abraham in Christo sit numerosius celi stellis, sicut libro d̄ diuinatione demōnū ad finem *Augustinus* protestatur, dicēs. Irrideant quantum possint tāquam imperitiā, & stultitiam nostram, & iactent doctrinā, & sapientiam suam: illud scio, quoniam irrisores Christi pauciores sūt hoc anno, quā fuerunt priore anno. Ex quo enim fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersus dominum & aduersus Christum eius, quādo ab eis fundebatur sanguis sanctorū, & vastabatur ecclesia vsq; ad hoc tempus, & deinceps quotidie minuuntur. Nos autem aduersus eorū opprobrium, & superbas irrisiones, fortissimos reddunt oracula Dei nostri: quæ de hac quoq; re videmus, & gaudemus impleri. Sic enim nos alloquitur per prophetā. Audite me, qui scitis iudicium: populus meus, in quorum corde lex mea est opprobrium hominum, Nolite metuere, & detractionibus eorum ne superemini: & si vos spernāt, non magni duxeritis. Sicut enim vestimentum, ita per tempus assumuntur, & sicut lana à tinea comedentur: iustitia autem mea in æternum manet. Hæc ille. A V T H O R. Irrideant, vt dicit *Augustinus*, imperitiā nostram. Sufficit nos videre irrisores nostros de multitudine ad paucitatem venire, dummodo catholici, & fideles multiplicentur, & quotidie inualescant. Nobis enim præcepisse Deum cogno uimus illud, quod scriptum est Ieremias. 29. Multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero. Ecōtrariò de Witleuistis, nō dolemus, quod pauciores sunt hoc anno, quā priore fuerūt. Est enim prophetatum de eis, q̄ paucifacit, & vexati sunt à tribulatione malorū, & dolore.

Græcorum in fide laus

Paschasius.

Vitæ patrū

Lanfrancus.

¶ Ad argumentū Witleff, sumptum ex testimonio corporaliū sensuum, respondetur. C A P. XLV

S V M M A.

- 1 Witleff, qui testimoniū sumit ab humanis sensibus, quod Eucharistiæ sacramentū non sit corpus Christi secundū substantiam suā propriam in altari, sed ut prius panis materialis, & putribilis, reijcitur.
- 2 Sensuum experimento quod non sit ualde adhærendum, & quare, secundū Bernardum.
- 3 Sēstibus occupati, quod sint à fide remoti. Et quomodo culpentur ab *Augustino*. Et plura de hoc ibi contra Witleff referuntur.
- 4 Sacramentorū quæ sunt, quod oculis corporis non uideantur. Et quomodo Sacramenta non uere capiuntur exteriori sensu, sed mente. Et quid de hoc dicat ibi *Ambrosius*.
- 5 Antichristinū quod non sit sacramentum, quod se sus gustus, aut tact? confunderet, cōtra Witleff.



Liud item testimoniū sumit ab humanis sensibus, q̄ hoc ve nerandum & adorandum sacramentum non sit corpus Christi secundū suam substantiam propriam in altari, sed vt pri? panis materialis, & putribilis. 4. trialogi. ca. 5. sic dicens. Inter omnes sensus extrinsecos, quos Deus dat homini, tactus, & gustus sunt in suis iudicijs magis certi: sed illos sensus hæresis ista confunderet sine causa. Foret igitur Antichristinum sacramentū, qd̄ istud faceret. Nā quo ad tactum d̄ sacramēto panis patet experimentaliter, q̄ hæreticus nō negabit, q̄ iste panis sacratus dū fuerit pistus nouiter, dispariter frāgitur in comparatione ad panē antiquū. & post subijcit de vino, q̄ ex titerit dulce in principio, & post acidū est factū quo ad sensum gust?. Hæc Witleff. A V T H O R. Quod? Christus, quod Ap̄tus Paul? phibet, iste sectatur. Paul? mādauit Ephesijs Christianis, vt nō ambularēt sicut gētēs in vanitate sensus sui, hoc est, ne ualde adhærent experimento sensuum, quod est pluries fidei corruptiuū. Quod preuidēs dñs in Maria, Noli me tãgere, inquit. Cur inhietur tactus, qui iam secundum te est in suis iudicijs magis certus? In libro florū super euāgelio Ioannis Bernardus Meritò? (inqt) carnē rediuuā uerbi tãgere

Augusti.

Cassiodo.

gere prohibetur mulier carnaliter sapiens: plus tribuens oculo, quam oraculo, id est, carnis sensui, quam verbo Dei. Quem enim mortuum vidit, resurrexerunt non credit: cum tamen hoc promiserit ipse. Denique non quieuit oculus, neque dum sanatus esset visus, quoniam non erat consolatio fidei, nec Dei rata promissio. Sequitur. Tamen cessauit a fletu in visu oculi, quare noluit consolari in verbo domini: pluris habens experimetum, quam fidem. At experimetum fallax. Mittatur ergo ad certiorē fidei cognitionem, quare apprehēdit quod sensus nescit, experimentum non inuenit. Noli me tangere, inquit: hoc est, dissuesce huic seducibili sensui, innitere verbo Dei. Fides nescia falli, fides inuisibilia cōprehendens, sensus penuriam non sentit. Denique transgreditur fines etiam rationis humanæ, naturæ visum, experientia terminos. Quid interrogas oculū ad quod non sufficit? Et manus quid explorare conatur, quod supra ipsam est? Minus est quicquid ille, vel illa renuntiet. Sanè fides pronuntiet de me, quare maiestati nil minuat. Disce id habere certius, id tutius sequi, quod illa suaserit. Noli tangere. Hæc ille. A V T H O R. Ecce circa eandem carnis naturam falli potuit Maria per tactum, circa quam per tactum, & gustum laboras fallere iam modernos. Satius esset prohiberi ne tangas, aut manum scandalizantem a te abscondere, quam duas manus tales habentem, te, & alios per perfidiam mittere in gehennā. Quid infane malitia sensuū artem fidei conaris euertere? Sunt (inquit) certissimi sensus hominis: sed nunquid omni fide catholica certiores? Bernardus dixit tibi, quod fides transgreditur fines rationis humanæ, naturæ visum, experientia terminos. Quid fidem amplam sub penuria sensuum siccoerces, quare ratio superat, natura deridet, & quare humanæ experientia vix retinet paruum partem? Augustinus dixit tales remotos a fide, qui his sensibus occupantur. de verbis domini sermone. 333. Sunt (inquit) homines remoti a fide, terrenis dediti, carnalibus occupati. Nolunt credere, nisi quod ad sensum corporis quinq; pertinet appetitū. In his quinq; sensibus totius voluntatis sibi regulas cōstituant. Non (inquiunt) credo ego nisi quod video. Ecce quod noui, ecce quod scio, album est, nigrum est, rotundū est: sic, vel sic coloratū est, noui, sentio, teneo, Natura ipsa me docet: non cogor credere, quod mihi non potes ostendere. Sequitur. Quam multi & modo ipsam cœnam quamuis illam tunc mensam non viderint, nec panem, quæ dominus gestauit in manibus oculis suis aspe-

xerint, vel faucibus gustauerint, tamen quia ipsa est, quare nunc paratur, quam multi etiam nunc in ipsa cœna iudicium sibi manducant & bibunt? Vnde autem tanquam occasio est domino nata, ut de ista cœna loqueretur: dixerat vnus de discumbentibus. In conuiuio enim erat, quo fuerat inuitatus. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. quasi in longinquo ista suspirabat: & ipse panis ante illū discumbebat. Quis est panis de regno Dei nisi qui dixit: Ego sum panis viuus, qui de celo descendit? Et infra. Modicum accipimus, in corde faginamur: non igitur quod videtur, sed quod creditur pascit. Hæc Augustinus. A V T H O R. Attendant Witcleuista quid dicat Augustinus per singula. Culpat eos, qui iudicium sensus indulgent, ita ut fidem lædant. Ecce quod noui album est, rotundum est. Nonne Augustinus vidit in spiritu futurum Witcleff de illo albo & rotundo corporalibus oculis viso propositurum suum problema? Et iterū. Sentio, teneo, natura ipsa me docet: non cogor credere, quod non potes mihi ostendere. quia (dicit Witcleff) sic illos sensus hæresis ista confunderet. Et ut videretur, quod hoc de sacramento altaris diceret cōtra illos, qui iudicio sui sensus falluntur, in ipso statim in cœna dominica submittit exemplum, dicens illam esse, quæ nunc paratur, quam Christus tunc substantia liter occupauit. Idcirco multi nunc iudicium manducant, & bibunt. Quare? Quia secundum iudicium sensuum panem materiam acceptant: & panem domini discredendo recusant. Ipse panis (inquit) ante illum discumbebat. Sequitur. Non ergo quod videtur, sed quod creditur, pascit. Econtrario secundum Witcleff, quia quod videtur, panis est, qui veram facit passionem sensibilem. Quod autem creditur, figuralis habitudo est: & idcirco nec pascit, nec pascitur, sicut nec manducatur, cum (ut dicit) ad relationem non est motus. Sed sequamur Augustinum dicentem: quod creditur, pascit, scilicet, corpus domini creditū ibi præsens secundum propriam naturam: & idcirco quod videtur ibi esse fallacibus sensibus, hoc non est, neque pascit. Hoc est enim quod, ut dicit alibi, oculi renuntiant: Sed oculi sublimes, non suum vsurpantes, & iudicium alienū inuadentes. Et nescit Witcleff omnes concorditer sententiare philosophos, quod sensus decipi possit circa obiectum non suum per se, quamuis satis propinquè sit ipsi per accidens. Circa obiectum suum etiam per se propter in dispositionem organi, vel medii, sicut gustus febri infectus iudicat dulce, amarum: & visus incautus

incautus iudicat de silice, vel carbone lapidē pretiosum. Quia si hæc de terrena substantia, quid mirum cum decipitur de cœlesti? Sacramentū quodlibet Christianū res cœlestis est, & sola fide percipitur. Ambrosius verò lib. 3. de sacramētis dicit, quod quare sacramētōrū sunt non videntur oculis corporis, his verbis. Considera & tu oculos cordis tui. Videbas quæ corporalia sunt, corporalibus oculis: sed quare sacramentorum sunt, cordis oculis adhuc videre non poteris. A V T H O R. Item in libro de mysterijs dicens quomodo sacramenta non verè capiuntur exteriori sensu, sed mente. Non (inquit) solis corporis tui credas oculis. Magis videtur quod non videtur: quia istud temporale, illud æternum aspicitur. Quod oculis non cōprehēditur, animo autē, & mēte cernitur. Et infra. Ideo tibi antè prædictū est, & non hoc solū crederes quod videbas: ne forte ut tu diceres, Hoc est illud magnū mysteriū, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Aquas video, quas videbā quotidie: ista me habent mūdare, in quas sæpe descendit, & nunquam mundatus sum. Hinc cognosce, quod aqua non mundat sine spiritu. Hæc Ambrosius. A V T H O R. Bene arguit doctor non esse credendū experientia sensuū in tractatibus sacramētōrū: qui a euerentia sacramētalis debet esse quātā oculus non vidit, nec auris audiuit, quanto magis nec quā manus hominis tetigit, aut gustus sapuit? Et cōparat de aqua, quod illa visibilis aqua non est sacramētū baptismi in quā sæpe descendimus, nec mundamur. Cōformiter nec illud quod sapit gustus, aut videt oculus in Eucharistia est sacramētū altaris: quia sic manna foret sacramētū illo sacramētō multo celebrius. Vnde infra eodē libro post mediū Ambrosius. Parasti (inquit) in cōspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Impingualti in oleo caput meū: & poculum meū inebrians quā præclarū est! Nunc illud consideremus: ne quis forte visibilia videns, quoniam quæ sunt inuisibilia non videntur, nec possunt humanis oculis cōprehēdi: dicat forte Iudæis, Deus manna pluit, pluit, cothurnices: Ecclesiæ autē illi dilectæ hæc sunt quæ preparauit, de quibus dictū est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quare preparauit Deus diligentibus eū. Et post aliquanta concludit. Non igitur humani, sed diuini est muneris sacramentum quod accepisti ab eo probatum, qui benedixit fidei patrem Abraham illum, cuius gratiā & gesta miraris. Sequitur. Reuera mirabile est quod manna Deus pluit patribus, & quotidiana

no cæli pascebantur alimento. Vnde dictum est. Panem angelorum manducauit homo. Sed tamen illum panem, qui manducauerunt omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipis, iste panis viuus, qui descendit de celo, vitæ æternæ substantiam subministrat, id est, quicumque hunc manducauerit, non morietur in æternum, quia corpus est Christi. Hæc ille. A V T H O R. Perpende quid in isto passu vult Ambrosius. Quod si visibilia attendantur, potiora sunt sacramenta Iudæorum. Idcirco illæ substantiæ, quas videmus extrinsecus, non sunt tam optima sacramenta fidelium, quare oculus non vidit &c. Sed inuisibilia (inquit) sunt, nec possunt humanis oculis comprehendi: non tantum dona gratiarum, sed nec sacramenta veracia. Vnde subdēs exēplum de sacramētō altaris. Ista (inquit) esca, quam accipis, corpus Christi est: & panis viuus, qui de celo descendit: & qui comedit, non morietur. Nonne & manna corpus Christi erat in figura? Et quare non cōparauit visibile manna ad panem visibilem in sacramento? Sic enim rectius cōparasset sibiipsis sensibilia sacramenta. Maximè cū vtrunq; fuit figura corporis Christi veri. Et quod dicit, illa esca quam accipis, si panis sensibilis fuerit in natura, quomodo concluditur, quod comedēs illam non morietur? Quia (inquit) corpus Christi est. Qualiter? in figura. sic & manna. Quare ergo omnes comedentes manna mortui sunt, cum vltra hoc, quod erat corpus Christi in figura totius trinitatis decreto, panis angelorum fuit ex natura? Non vltra resultes: comparauit naturam ad naturam: Manna ad Christi naturalem carnem secundum gratiam sacramenti. Sed vult ne illa multo perè reputes sacramenta quæ videntur, sed omnes sensus claudi debent ut confitentur Deo. Vnde ibidē Ambrosius. Respondet ecclesia. Quis dabit te frater mi sugentem vbera matris meæ? Sequitur. Vides quemadmodum delectata munere gratiarum, ad interiora cupit mysteria peruenire, & omnes sensus suos consecrare Christo. Hæc ille. A V T H O R. Item libro de corpore, & sanguine Domini, cap. 2. Paschasius. Si (inquit) recte sapiamus, vel recte recipimus, diuinus spiritus, qui in nobis est, etiam per eandem gratiā ampliatur: eosdemque sensus nostros ad ea percipienda instruit, & componit. Ita sanè, ut non solū gustum interius ad mystica perducatur, verum & visum, atque auditum, nec non odoratum, & tactu millatenus illustret quodammodo, ut nihil in eis nisi diuina sentiantur, nihilque nisi cælestia. Et infra. Neque itaque finit terrenū aliquid

aut vile ibidem suspicari, sed mystica, & spiritualia in his sapere, ita ut nostri corporis fesus ad ea interiori sanctificandi auidius transferatur, si quo modo dicere possit præminentior pars hominis: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Hæc ille. A V T H O R. Si iuxta hæc dicta patrum omnes sensus nostri suo naturali priuatur iudicio, & ab sensibili suo clauduntur exteriori, ut sola mystica, & spiritualia sapiant, sola cælestia sentire permittantur per gratiam: nec quicquam terrenum aut vile suspicari possint in sacramentis, qualiter visus, quomodo gustus, aut tactus sentient panem suum? quin potius coercendi sunt ne iudicent: & pro prophano & errante iudicio habendum est, quicquid ibi tale decernant. Iuxta quam sententiã redarguendus est Witeless, qui in hoc loco sensus citat ad testandum secum de substantia panis: cum alibi dicat, quod suspendendi sunt sensus, ut omnis intentio feratur in corpus Christi diuinitus, sibi ipsi componens opposita ut videtur. Nam quantum arguunt catholici fidem corporis Christi in Eucharistia secundum naturam, tantum iste fide panis ibi secundum substantiam. Vnde aliter dicentes vocat hæreticos, probans panem suum euangelij fidem esse. Tum sic. Oculis cordis necessario adhibendus est cum omni intentione rei credenda. Si igitur panis sensibilis in Eucharistia est necessario credendus: idem panis necessario est attendendus. Et e contrario si non est attendendus, non est credendus. Itẽ quod dixit supra, Antichristinum sacramentum esse, quod sensus gustus, aut tactus confunderet: mira est fatuitas sic errantis. Nunc quid ergo manna Iudaicum fuit Antichristinum sacramentum, quia presentauit gustui omne delectabile per speciem, quorum nullum ibi affuit per naturam? Sic enim dicit scriptura, Panem de celo prestitisti eis: omne delectamentum in se habentem, & omnem saporem suauitatis. Quia si manna generauit in gustu saporem dati sensibilis sine præsentia suae substantiæ, quare increpanda est Eucharistia, si generet in gustu nostro saporem sensibilis panis sine sua substantia vel natura.

¶ Ad argumentum Witeless de brutis, & muribus, quod non cognoscunt hostiam consecratam, & respondetur.

C A P. XLVI

- 1 Witeless, qui ad fallaces sensus, & iudicium humanum, relicto documento fidei, imò ad mures peruenit, ut testimonium perhibeant de suo sacramento, confutatur.
- 2 Sacramenta uenerabilia corporis, sanguinis, & passionis domini, quod nemo possit intuitiue cognoscere, nisi princeps, & potifex noster Christus.
- 3 Fulbertus quod de uenerabili altaris sacramento dicat.
- 4 Sacramenta, quod à muribus, & bestiis non corrodantur, quamuis sic uideantur secundum exteriores species. Et quid de hoc dicat Guimundus. Et plura de hoc ibi.



Eadet insanias recitare garrulitatis hæretici, & horrendas uilitates, quas calicis conspuit sacramentis. Velle nec audire, nec eloqui: si sputum cuculi vermes noxios non procrearet in herbis. 4. trialo. ca. 7. Dicant isti nunc hæretici idiotæ, quid est istud sacramentum, quod execrant cum suis mendacijs, si non fuerit sacer panis Christus qui est prima vita? Veritas dicit secundum quatuor euangelistarum testimonia, quod ille panis est corpus suum. Sed quis hæreticus non erubesceret tunc negare quod est panis? Ideo vel oportet veritatem scripturæ suspendere, vel cum sensu, ac iudicio humano concedere, quod est panis. Mures enim, & alię bestię idem noscunt, cum secundum philosophos de suo sensibili habeant notitiam. Hæc Witeless. A V T H O R. Non attendentis conuicijs eius, suauiter properemus ad rem: & primò videant catholici & idiotæ si bene sequitur. Hoc est corpus meum: ergo hoc est panis Witeless. Et item, Hoc est corpus meum: ergo hoc non est corpus meum: secundum substantiam dico, sed solum secundum figuram. Hæc est ratio hæretici secundum rem & uerba. Demum videant si non bene sequitur. Hoc est solummodo corpus meum & caro, quam assumpsi de uirgine: ergo hoc non est aliquis panis putribilis. Ecce assumpta uerba sunt Christi, & ideo sequelæ sunt catholice. Christus solummodo dixit, Hoc est corpus meum. Quis nisi prophanus hæreticus, auderet addere panem, quem Christus non addidit, & instituere supra Christum noua uerba sacramentalia, dicens inter consecrandum sacrosancta mysteria, Hoc est corpus meum & panis? Ad fallaces sensus, & iudicium descendit humanum, relicto documento fidei, imò ad mures peruenit, ut testimonium perhibeant Witelessi sacramento. Mures. (inquit)

Hierony.

(inquit) & alię bestię idem noscunt. O dolor, o moeror de perfidia. Scio quod bos cognouit dominum suum, & asinus prælepe domini sui, & lapides, & multa uerba templi allegorico quodam sensu uerborum nouerunt quadam recognitione facti mirabilis dominum Iesum Christum. Sed quod experientia, & naturali iudicio sensuum altissima sacramenta Christi nosceretur à bestiis: quis audiuit unquam, aut audet dicere Christianus? Sed esto: mures & forices dignos esse omnia secreta rimari sacramenti Lollardi, ego autem omni feruore cordis audacter pronuntio, quia nec mures, nec fures Witeless, nec ipse dux eorum secundum altissimam rationis suę scrutiniū peruenit unquam ad palpandum, uel calcandum Christiani mysterij, & diuinissimi sacramenti. Sanctissimus enim scriptorum Hieronymus in commentario Ezechielis. textu ca. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Hæc (inquit) porta erit clausa principi, scilicet Iesu Christo, qui est potifex secundum ordinem Melchisedec, & hostia & sacerdos, qui in conspectu patris comedit cælestem panem nobiscum, & bibit uinum, de quo dicitur, Non bibam de genimine uitis huius donec illud bibam nouum in regno, clausa quoque erit porta. Nemo enim potest passionis domini corporisque eius & sanguinis pro maiestate rei cognoscere sacramenta. Hæc ille. A V T Ecce nemo potest cognoscere intuitiue & clarè uenerabilia sacramenta corporis, & sanguinis & passionis domini pro maiestate rei, nisi princeps & potifex noster Christus. Quid iam dicet Witeless cum muribus suis & bestiis? Itẽ tractatu de hoc, quod tria sunt maxime necessaria ad perfectum, Fulbertus. Iam nunc (inquit) ad illud dominici corporis & sanguinis transeamus uenerabile sacramentum, quod quidem tantum formidabile est ad loquendum, quantum non terrenum, sed cælestes est mysterium, non humanæ æstimationi comparabile. Non ideo disputandum, sed metuendum: de quo silere potius existimaueram, quam temeraria disputatione indignè aliquid definire, quia cælestis altitudo mysterij plenè non ualet officio linguę corporalis exponi. Est enim mysterium fidei, non specie æstimandum: non visu corporeo, sed spiritu intuendum: cui quidem ad usum præfuit non superstitiosa mortalium cultura, sed cælestis disciplina magistra autoritas: non doctrina humana, sed institutio diuina, cuius potentis mysterij secretum quandoquidem ratio rerum mole uicta comprehendere non ualet, hoc fides tantum teneat. Hæc ille. A V T H O R. Ecce mi Witeless, prægradis doctor Fulbertus de hoc uenerabili sacramento loqui formidat, quod non terrenum est, sed cælestes mysterium: & ideo non

Fulbertus.

ualet officio linguę corporalis exponi. Vnde & ratio, quia mole rerum uicta est, comprehendere ipsum non potest. Idcirco de manibus rationis eripiens, soli fidei secreta deliberat sacramenti. Quid? vis huiusmodi secretum murium industriis comprobare, non solum quale aut quantum, sed quid sit in natura? Et iterum bene infra Fulbertus. Cum uero (inquit) in omni re sint inæstimabiles erga nos diuitiæ Dei, adeo ut maiestate abscondita, corruptibile pro nobis corpus in duerit, contumeliis, & passionibus se subderit, quo opere ferret assumpto homini: quid indignum Deo iudicari potest, qui uerum uirginis subit, si uirginibus creaturis infunditur? quæ licet simplicis naturę paulo ante ferant imaginem, postmodum cælestis uerbi sanctificatione inspirans maiestas uera diffunditur. Et quæ substantia panis & uini apparebat exteriori, iam corpus Christi & sanguis fit interiori. Gusta itaque, & uide quam suauis cibus, & prægusta quid sapit. Sapit, non fallit, cibum illum angelicum habentem intra se mystici saporis delectamentum. Non quod ore decernas, sed quod effectu interiori degustes. Exere palatum fidei, dilata fauces spei, uiscera charitatis extende, & fume panem interioris hominis alimentum, non arte pistoria fermentatum, sed incarnate deitatis uitale pulmentum. Sume nihilominus uinum non fordido cultore calcatum, sed de torculari crucis expressum. Hæc ille. A V T H. Ecce iam uides, quid antiquus pater Fulbertus sensit esse sacramentum singulis uenerandum: non itaque panem arte pistoria fermentatum, sed incarnate deitatis uitale pulmentum. Nec est alimentum ore gustandum hominis, quantum magis nec muris, sed uirginibus creaturis panis & uini sic diuina maiestas infunditur, ut quæ substantia panis & uini apparebat exteriori, iam fiat interiori corpus Christi & sanguis. Negat ergo ab hoc sacramento iudicium sensuum, quod tantoperè aduocas. Negat fauces, negat palatum, nisi spei, & fidei. Negat panem pistorium, negat uinum a fordido cultore calcatum. Solum incarnate Deitatis concedit uitale pulmentum, & uinum de torculari crucis expressum. Quid angarias ultra portantem crucem post Iesum? Produces mures tuos, ac bestiolas, quæ ista certificent, aut solius Christianæ fidei decreto sua sacramenta resigna. Parcius momordit hoc uenerabile sacramentum magister tuus Berengarius, qui dixit ipsum putribilem esse, & muribus & bestiis corrodari posse. Non dixit cognosci. Vnde in secundo libro de corpore & sanguine domini contra eundem ex parte Rogerij Guimundus. L 5 Ber-

Fulbertus.

Guimundus

Berengarius (inquit) dixit: Caro Christi in corruptibilis est: sacramenta verò altaris si diutius seruentur, possunt corrumpi: videntur enim putrefieri. Et infra. A muribus quoque, vel huiusmodi quibuslibet animalibus corrodidi, vel consumitur hæc sacramenta posse obijciunt. **AUTHOR.** Quantum ad primum de corruptione sacramenti subdit *Guimundus*. Ambrosius (inquit) in libro de sacramentis. Considera nunc vtrum præstantior sit panis angelorum, an caro Christi, quæ utiq; corpus est vitæ? Manna illud è cælo, hoc supra cælum. Illud cæli, hoc Domini cælorum. Illud corruptio ni obnoxium, si in diem alterum seruetur. Hoc alienum ab omni corruptione: quod quicumq; religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Et sequitur *Guimundus*. Si ergo forte cuiquam vetustate corruptum & putridum aliquando videatur: si is non credit hoc, quod videt esse corpus Domini, iuxta corpus cum eo credimus agi, vt quemadmodum de Christo peregrino & duobus discipulis cum ipso in via loquentibus beatus ait Gregorius, tale illi foris appareat, quale intus in corde videlicet creditur. Hæc ille. **AUTHOR.** Et quantum ad hoc, quod à muribus, & bestiis quandoq; consumitur, *Guimundus*. Mihi (inquit) sacramenta hæc nequaquam à muribus, vel aliquibus brutis animalibus videntur posse corrodidi. Quia si aliquando velut corrola videantur: responderi potest, non esse corrola, sed vel ad puniendam, seu corrigendam ministrorum negligentiam, vel ad probandam eorum, qui hoc viderint, fidem in tali specie posse videri. Sequitur. Bruta animalia cotenus ad corpus Christi posse accedere, quousq; potest humanus visus aspicere. Deinde autem mox inuisibiliter angelorum ipsi semper assistentium ministerio, vel suapte virtute raptum iri, in cælisq; constitui. Cuius sententiæ martyr gloriosus *Tarsitius* nobis idoneus testis occurrit: qui cum veneranda dominici corporis sacramenta portaret, à paganis fortè superuenientibus, & quidnam ferret, exquirentibus, comprehensus est. At ille mori potius, quam sanctum dare canibus eligens, palmam pretiosæ mortis emeruit. Illi verò curiosissime omnia scrutantes, raptò cælitus dominico corpore, nihil penitus nisi sola linteamina repererunt. Porrò verò si quis se vidisse dicat: nam isti, contra quos agimus, non curant quid proferant, dum tamè aliquid ne rectè credant, semper obijciat. Hæc ille. **AUTHOR.** Bene dixit *Guimundus* sacramenta non esse corrola, vel comesta à muribus, quousq; sic aliquoties videntur: putà secundum

dum exteriores species: sed nostra sacramenta latent interius. Et licet sanctitates non comeduntur à canibus, quousq; quis contra iussum Christi det sanctum canibus, sic nec sacramenta Christiana, maxime sacræ Eucharistiæ, quæ nulla proportionem talibus gustibus conformantur. Sed ideo distinctio est gustus, & gustus: & non omnis gustans has visibiles species gustat, vel comedit sacramentum. Sicut nec oculi quilibet cum videt picturam, statim videt artificium: sed aliud videt simpliciter intuens, aliud artifex: sic dixit *Augustinus*, super psalmum 98. versu, Deus tu propitius fuisti eis. Pleraq; (inquit) faciunt artifices, & ostendunt imperitis: & cum iam iudicauerint imperiti esse perfecta, expoliunt illa artifices, qui nouerunt adhuc quid illis desit: vt mirentur homines tantam expolitionem rebus accidisse, quas iam perfectas pronuntiauerant. Fit hoc & in ædificijs, & in picturis, & in vestibus, & propè in omni genere artium. Sed aliud iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis regula. Hæc ille. **AUTHOR.** Multò magis aliud gustat mus, aliud homo. Homo enim quousq; malus, habet spiritum rationis communicatum, & communicantem omni sensui corporis multiplicatiue. Idcirco hoc medio rationis fit copulatio spiritualis Christi corporis ad extimum sensum. Hoc autem medium non est in bruto. Idcirco nedum obiectum credibile, sed ipsam panis substantiam non attingit cognitiue, quousq; casu quandoq; eam suscipit, cum sit præsens. Sed æquè fertur in eam cum est absens. Alioquin dicit *Witleff*, quomodo mures sui cognoscunt panem suum, quando loco panis sumunt venenum. ecce prudentia muris *Witleff*. In homine autem cum sit dare sensum, intellectum, & actum fidei tendentes in vnum simplex obiectum, videntur quasi communicarent idiomata etiam actus habere circumquaq; communes, & hoc propter vnum punctum concursus, in quo conueniunt, quasi in vno cono trianguli imaginando basim in principijs. Sed vt redeamus ad dicendum: quomodo possit mus, vel brutum saturari sacramentalibus sine substantia panis: dicant *Witleff* quomodo poterat Azotici mures de arca domini propagari sine mure. .1. Regum. 6. Si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethfames, ipse fecit nobis malum hoc grande. Quomodo item cælestis substantiæ manna potuit vermes creare, nec quidè natura sua, sed culpa cum stodis: quia intuitu sabbati potuit obseruari. Nam quia ex eisdem nutrimur & sumus secundum *Aristotelem*: si potuit mus tam æquiuocè generari ex arca, & vermis de manna, & hoc sine

Mures quomodo fatiuntur speciebus.

ratione causæ efficientis, vel materialis, cur non æquè nutri, & si non conueniant in natura?

Ad argumentum *Witleff* sumptum ex autore suo erroneo de diuinis officijs, Respondetur.

C A P. XLVII
S V M M A.

- 1 *Author erroneus de diuinis officijs, unde sumptus se dixit Witleff argumentum, quod Eucharistiæ sacramentum non sit corpus Christi secundum substantiam, quomodo non sit Ambrosius, ostenditur, sed Anselmi contemporaneus.*
- 2 *Walrannus author de officijs. Et quod suspectus fuerit circa fidem. Et quid de eo dicat Anselmus. Et quod hic putatur esse, de quo Witleff loquitur. Et plura de hoc ibi.*



Witleff.

Ed author (inquit) de diuinis officijs declarat vt fidem ecclesiæ: quæ sicut Christus est simul Deus & homo, sic hoc sacramentum panis & calicis est simul panis & vinum & corpus & sanguis domini Iesu Christi. Hæc *Witleff* de sermone domini in mote. cap. 39. **AUTHOR.** Iam abyssus abyssum inuocat. Iam hæc reticus appellat hæreticum. Et libro suo de apostasia. ca. 7. largo processu describit fidem huius authoris, vocas eum prius *Ambrosium*, tamè hæsitatis, vel vt alijs placet (inquit) author de diuinis officijs, quæ cepit istam sententiã de beato *Ambrosio* ex secreta mediæ missæ natalis domini. Et scribit (inquit) iste doctor catholicus & solennis quicumq; fuerit in cap. de materia sacramenti altaris sic. *Materia* (inquit) vel substantia sacrificij quod erat tunc, & nunc est in manibus potificis nostri, non simpla est: sicut nec potifex ipse solius diuine vel humane solius substantiæ est. Est enim tam in pontifice, quam in sacrificio, diuina substantia: est & terrena. Terrena in utroq; est illud, quod corporaliter, vel localiter videri potest: diuina in utroq; verbum inuisibile. Hæc ille **AUTHOR.** Fateor de doctore isto: plures commouit ignaros. Nam ante plures annos me tunc *Oxonij* conuersante, verbum istud ibidem petitione regis Anglorum *Henrici* quartii iugiter voluebat. Quærebatur author, quæ rebatur & liber: quibusdam dicentibus, quod *Ambrosius* diceretur. Sed nunquam hoc reperto, alij autem abant, quod esset *Isidorus*. Multa difficultate accersito de procul *Isidoro* de officijs,

Witleff.

defecerunt scrutantes suo scrutinio. Tempore medio eruditi quidam, disputatione scholastica, sed de lectura veterum, tyrones nouelli videntes antiquitatem sermonis eius, cespitare coeperunt. Tandem illuminante Deo oculos seruatorum suorum, cõpertum est eundem authorem scripsisse diebus *Anselmi*: & ab eo curialiter increpatum, consultumq; vt prædictum opus exquisitum faceret, priusquam ad manus pergeret exterorum. Vnde in capite libri sui de corpore & sanguine domini ad eundem authorem *Anselmus*. Fratri (inquit) in Christo charissimo illuminatos oculos cordis. Lego, & relego charissime opus vestrum de officijs: multumq; me delectat eius lectio, tum pro sui utilitate, tum pro authoris dulcissima mihi charitate. Sed quoniam veritas charitatis & charitas veritatis adulationis odit facum: videor mihi videre in facie pulchri operis neuum vnum: qui & si interim inter vos beneuola quadam dissimulatione tegatur, si opus hoc exierit in manus eorum, qui carpere amant aliorum & bene dicta, futurus es in signum, quod tibi à multis contradicetur. **AUTHOR.** Et incipit refellere illud idem capitulum, quod *Witleff* iam allegat. Cur, inquit, in ordine diuini sacrificij tria illa digesturus, materiam, intentionem, causamq; finalem, de materia agentes dixistis post multa. Sed dicit mihi aduersarius. Viues, & sensibilis in corpore suo, immobilisq; est Deus & homo. Christus. Corpus autem sacrificij vitam non habet, sensum non habet, mobile non est. Corpus igitur domini non est. &c. vsq; ibi in corpore limæ. Tandem *Anselmus*. Primum quid hic sacrificij corpus appelletis, penitus non aduerto. Cum enim ad benedictiones mysticas operante inuisibiliter verbo Dei, corpus in corpus, substantia mutata sit in substantiam, sicut in mensa nuptiali aqua in vinum mutata, solū affuit vinum, in quod aqua mutata erat: sic in mensa altaris solū adest corpus domini, in quod verè mutata vera panis substantia, nisi quod de aqua nihil remansit in mutatione illa: de pane verè mutato ad peragendum sacri institutum mysterij sola remanet species visibilis. Vnde beatus *Ambrosius*. Ne (inquit) horror cruoris fieret, ideo in similitudine accipimus sacramentum. Nam panis substantiam post dominici corporis consecrationem in altari superesse semper abhorruit pietas Christiana: nuperq; damnauit in *Berengario Turonensi*, eiusq; sequacibus. Nam si hoc admitteretur, iam verbum non incarnatum tantum, sed etiam dici posset impanatum. Sed sicut ille dicebat, panis sic in domini corpus

corpus transfret, non tamen panis esse define-
ret. Hæc ille. A V T H O R. Expecta paulisper,
& vide primò, quòd iste author tuus nò erat
Ambrosius magnus, nec quisquã ipsi vicinus,
sed contemporaneus Anselmi post Ambrosi-
um sanctum plus septingentis annis. Nec so-
lùm id, sed quòd Berengarium sequebatur, di-
cente Anselmo: nuperq; damnauit in Beren-
gario Turonesi, & sequacibus eius. Reuera au-
tem de sequacibus eius iste erat vnus, de secta
scilicet Panitarum impanantium Christi cor-
pus. Vnde vt supra deduxi, in principio de
corpore & sanguine domini. *Guimundus*. Berē
gariani (inquit) omnes quidem in hoc conue-
niunt, quòd panis & vinum essentialiter non
mutentur. Sequitur. Alij dicunt ibi corpus &
sanguinem domini reuera, sed latens contine-
ri: & vt sumi possit, quodammodo impanari.
& hanc ipsius Berengarij subtiliorem esse sen-
tentiam aiunt. Hæc ille. A V T H O R. Sic su-
prà Anselmus ait. Si sicut ille dicebat (intelli-
gens Berengarium) panis in corpus domini
transfret, non tamen panis esse definiret. Hoc
item iste author proprio documento decla-
rat, quòd item Witcleff sibi assumpsit, dicens,
substantiam sacrificij non esse simplam. Sed
est tam in pontifice, quàm in sacrificio, diuina
substantia, & terrena. Terrena in vtroq; est il-
lud, quòd corporaliter videri potest, diuina in
vtròq; verbum inuisibile. Ex quo perpendit
eū Anselmus esse de heresi impanatiū. Si hoc
admitteretur (ingens) iam non verbū incarna-
tum tantum, sed dici posset etiam impanatū:
quòd impanantes de facto concedunt, vt pa-
tet inspicienti opusculum Ioannis Parisiēsis.
O quam non puto peccare si dixero, Stulte
Witcleff, cur non præuidisti, quem tibi socia-
res in testem? Negas nobis facultatem produ-
cendi testes de secundo millenario pro fide
Eucharistiæ. Tu contra fidem hanc, quam nò
bis negas, tibi vsurpas licentiam. Planè Hiero-
nymus tibi dicit. Humanitatis tuæ foret indi-
cium, in quo tibi veniam præbes, indulgere
cæteris. Sed tamen liceat tibi. Sed quem testē
producis? hæreticum planè. Sed non tecum
errantem, imò tibi aduersantem. Tu dicis in. 4.
trialogi. & item. 43. de sermone domini. & ali-
bi. Sum certus, quòd sententia ista impanatio-
nis est impossibilis, atq; hæretica. Et arguis:
quia sic corpus Christi nedum foret factum
à presbytero celebrante, sed etiam à pistore: &
generaliter sacerdos celebrans, collum, & om-
nia membra Christi frangeret. Et item tūc
ille panis est factus realiter Christus Deus. sed
quæ idololatria foret amplius detestanda? Hæc

Witcleff. A V T H O R. Ecce sicut tu recitas,
sic docet author tuus. Sic doctor per te solen-
nis & catholicus, & Ambrosius existimatus.
An non audiuisti, quòd dixit duas substantias
in substantia sacrificij? Non dixit vnã sub-
stantiam, & alteram figuram. Sed indubiè pe-
nuria testium ad istum fugere te coëgit. Post
hæc tamen venerādus *Anselmus* multas eius-
dem capituli partes redarguens, quæ lucem
nostram spectabunt in posteris, tandē autho-
rem istum alloquens, concludit in fine, dicēs.
Nunc vnus est, quòd precor charitatem vest-
ram per ipsum, qui est charitas, ne me quasi
de integritate fidei vestræ dubitantem, quòd
longè sit à corde meo, & conscientia mea, exi-
stimetis in opus studij vestri quasi censoriam
tulisse sententiam iactabunda quadam teme-
ritate, sed fraterna charitate, & amica sollicitu-
dine. Teste Deo loquor pro vobis sollicitus:
sic vellem, & hoc, & omne opus studij vestri,
& laboris exquisitum esse, & circumscriptum,
priusquam exiret in manus eorum, qui foris
sunt, vt qui rodere vellet, non inueniret vbi
dentem posset figere, & vt fractum vas nullus
posset incrustare. Hæc Anselmus de hoc au-
thore de diuinis officijs. A V T H O R. Nul-
li venire potest in dubiū spectanti præsentia,
quin tūc secum superstiti loquebatur: & quā-
uis de eius fide non habuit dubium, vas tamē
operis huius dixit esse confractum, & in facie
pulchri operis vidisse se nauum. Hoc autem
Mediolanensi Ambrosio non dixisset Ansel-
mus. Et mirum utiq;, quòd in nomine Ambro-
sij, aut saltem eius discipuli authorem suum er-
roneum honorare conatur: cum aliàs turpiter
decoloret Ambrosium, vocans eum doctorē
apocriphum. capite. 22. 4. sui trialogi ter dāna-
ti. Quia Ambrosius, & alij doctores videntur
dicere, quòd post consecrationem non est pa-
nis, sed corpus domini est dicendum: nūquid
tales blasphemii volunt negare fidem scriptu-
ræ Apostoli, & verbum Christi propter fini-
strum intellectum verbi doctoris apocriphi?
Hæc Witcleff. A V T H O R. O miser homi-
cio: Ambrosium nouimus sanctum patrē, &
tuis pro auis diris hæreticis sic semper inimicū
dum vixit, vt adhuc vos ipsos torquere nō de-
finat. Celebre nomen habet, famam habet ca-
tholicam. Sed author iste tuus quæro quo ti-
tulo, quo nomine appellatur, insinua. Vili sūt
codices prædicti operis eius cōplures: sed pri-
mus, secundus, & quotlibet authoris nomen
non expriment: omnes tacent. Is autem, qui
mihi peruenit in manū, quasi passus sit author
trinam capitis diminutionem, tria prima fo-
lia præ-

lia prætermisit in capite. Codex ergo eius cur
nō erit apocriphus, cuius author vbilibet est
ignotus? Legi autem in eodem libro huius au-
thoris capite, scilicet. 17. octauo libri eum an-
notasse annum domini. 1111. tunc insertum
cereo paschali: quo cuidam fratri suo mona-
cho sancti Laurentij extra muros, de quo Co-
mestor in historijs, visum est resurrectionis mi-
raculum ipso præsentem: & tamen sanctus Am-
brosius anno Christi. 376. florebat. Anselmi
ergo tempora plus erāt ipsius annis cōtigua.
Repperi tamen postmodum doctorem Her-
declei Cancellarium Oxoniēsis dicere in qua-
dam quæstione, cuius titulus est. Vtrum de
necessitate salutis est ponere accidēs sine sub-
iecto in sacramento altaris, quòd iste author
iste de officijs, ad quem scripsit Anselmus, est
VValeranus. *VValeranus* episcopus Memburgensis: quòd
item Tolosæ quidam prouidus inquisitor cō-
perit esse certum. Quàm suspectus verò iste
fuerit circa fidē, & filius alienus ecclesiæ, ipse
Anselmus honestè insinuat in principio epi-
stolæ, quam scripsit ad eundem de azymo &
Anselmus. *Anselmus* feruus ec-
clesiæ Cantuariensis Waleranno Memburgē-
si episcopo. Scienti breuiter loquor. Si certus
esset prudentiam vestram non fauere succes-
sori Iulij Cæsaris, & Neronis, & Iuliani apo-
stolæ contra successorem & vicarium Petri a-
postoli, libentissimè vt amicissimum & reue-
rendum episcopum salutarem. Hæc ille. A V-
T H O R. Quem ergo Anselmus reuinit salu-
tare, quia contra papam fauebat imperatori,
possumus ne putare Witcleff esse bene con-
cordem? Possumus quidem, sed in pertinacia
non æqualem, pro eo, quòd quandoq; ad li-
mites melioris pacis, & in fauorem summi pa-
storis peruenit. Et sic credi potest, quòd à per-
fidia sacramenti ad veram fidem ecclesiæ se
collegit. Vnde & salutari postmodum ab An-
selmo promeruit in principio libri eius de sa-
cramentis. Huic item accedit, quòd ex talibus
authoritatibus introductis sub nominibus sã-
ctorū doctorum, fides ab antiquo suscepit la-
ta dispendia. Discipuli Iuliani Ecclauensis Pe-
lagij defensoris epistolam eius, quæ incipit, Si
summo ingenio. ad Demeriadem virginem
authori deputauerunt Hieronymo. Sicq; in-
ter eius epistolas fixerant, vt nulli codici epi-
stolarum Hieronymi videatur abesse. De qua
re nos admonet Beda super Cantica, in tracta-
tu primo, qui est contra Iulianum eundem: &
eiusdem epistolæ erronea loca designat. Bea-
tus item Augustinus eandem notat, epistola
ad Iulianam, quæ est. 70. & putat esse Pelagij.

Sic item quidam librum Sexti philosophi sub
nomine Sixti papæ & martyris Pelagiani hæ-
retici promouebant, quæ res multos fefellit,
& monet eos Hieronymus, & ponitur in glos-
sa Iere. 22. super illum textum, Si fuerit lecho
nias anulus in manu dextra mea, sic dicens.
Miserabilis grunnitus Sexti Pythagorici ho-
minis gentilis vnus librum in latinum tran-
stulit, & in duo volumina diuisit sub nomine
Sexti martyris: vbi nulla Christi, nulla spiri-
tus sancti, nulla Dei patris, nulla patriarcha-
rum, prophetarum, vel apostolorum sit men-
tio. Et hunc librum solita temeritate, & insa-
nia, anulum nominauit, qui per multas pro-
uincias legitur, maximè ab ijs, qui errant, &
impeccantiam prædicant. Quando ergo do-
minus Iechoniam tãquam anulum de manu
sua proiecturū se minatur: inde lectorem ob-
fecro, vt nefarium librum abijciat. Si voluerit
legere, legat vt philosophum, non vt ecclesia-
sticum. Hæc Hieronymus. A V T H O R. Verum
hunc librum legisse me puto, in cuius
item prologi termino quasi verba essent Ruf-
fini presbyteri. Nunc (inquit) interim habeatur
in manibus pro anulo liber. & sequitur.
Sed breue totum, vt meritò omne opusculū,
vel enchiridium, si græcè, vel si latinè anulus
appellatur. Hæc ibi. A V T H O R. Et in epi-
stola ad Ctesiphontem quasi sub eisdem ver-
bis beatus Hieronymus hæc ipsa comme-
morat.

¶ De sophismate Witcleff. Iste
panis est corpus Christi: er-
go est, & manet panis.

C A P. XLVIII.

S V M M A.

- 1 Witcleff sophisma, Iste panis est corpus Christi:
ergo est & manet panis. quòd sit idem cum Be-
rengarij eius magistri argumento, ostenditur.
Et de eius solutione per Lanfrancum, Innocen-
tium, Ambrosium. &c.
- 2 Esse dictio qualiter sumatur ibi. Panis est corpus
Christi.
- 3 Hugo quid de uera panis, & uera uini substantia
in uerum corpus & sanguinem Christi conuer-
sione dicat.
- 4 Witcleff fallacia, Cæci uident, ergo cæci sunt: er-
go manent cæci. Claudii ambulat. &c. diluitur.
Argui

VVitleff.



Rquit Witcleff naturalē panē in sacra Eucharistia. 4. tria logi. Autoritate (inquit) scripturæ conceditur simpliciter, quod iste panis, qui est hoc sacramētū, est veraciter

corpus, & non dubiū etiā laico idiotæ, quin se quitur: Iste panis est corpus Christi, ergo iste panis est, & per consequens manet panis. A V

Berenga. **THOR.** Argumentum fuit magistri eius Berengarij. Qui dicit (inquit) q̄ Christus est summus lapis angularis, Christum non aufert: ita qui dicit panis altaris est sacramentum, vel est verū corpus Christi, panem in altari esse non negat. Et respondet in libro suo contra eundē

Lāfrancus. **Lāfrancus.** Porro (inquiens) similitudo, quam d̄ domino Iesu Christo & lapide angulari posuisti, te impedit, nos expedit. Sicut enim qui dicit, Christus est lapis angularis, non reuera Christum lapidē esse cōstituit, sed propter aliquā similitudinē, quam ad se inuicem gerunt, ei tale nomen imponit: eodem modo cum diuina pagina corpus domini panem vocat, sacra, ac mystica locutione id agit, seu quia ex pane efficitur, eiusq; nonnullas reti net qualitates, seu quia animā, incōprehensibiliter pascēdo satiat, eiq; æternæ vitæ substantiam subministrat. Vel quod corpus est filij Dei, qui est panis angelorum, & in quē (sicut ait princeps apostolorū) desiderant prospicere angeli. Hæc ille. **AVTHOR.** Ecce non differūt argumentis. Berengarius dicit: qui dicit panē esse altaris sacramētū, panem nō aufert. Witcleff dicit, ergo manet. Sed vtriusq; fallax sophisma Lanfrancus negat, sic negat ecclesia. Porro Innocentius tertius de officio missæ recitat hoc sophisma sub fundamento doctorū dicens. Tradit Augustinus ante cōsecrationē esse panem & vinum quod natura formauit: post consecrationem verò carnem & sanguinē, quod benedictio consecrauit. Et Ambrosius in hæc verba. Quod erat panis ante cōsecrationem, iam est corpus Christi post consecrationem. Nā & si panis, nec erit corpus Christi, nec aliud: panis itaq; nihil erit, & ita panis annihilatur. Si verò dicatur, q̄ panis erit corp⁹ Christi, statim inferi aliquid fore corp⁹ Christi, quod nec fuit natū, nec passū, nec mortuū, nec sepultum. Rursus si hoc erit illud, & non est corpus Iesu: hoc incipiet esse corpus Iesu. Sic igitur aliquando erit verum: hoc esse corpus Iesu. Hæc ille. **AVTHOR.** Iam conclusit sophisma Witcleff. Non dubiū (inquit) laico idiotæ, quin sequitur: Iste panis est corpus Christi, ergo panis est: & per consequens ma-

Innocen.

net panis. Sed planē respondet Innocentius. **Idem.** Licet hoc erit illud, nūquā tamē verum erit hoc esse illud, scilicet aliud quā hoc definit esse hoc, & incipiet esse illud: sicut sanum erit ægrum: nunquā tamen erit verum, sanum esse ægrum. Hæc ille. **AVTHOR.** Accipit hic esse practicē, quod secundum logicos copulat constantiam subiecti cum prædicato. Potest idem sumi practicē pro fieri cum comparatione ad terminum a quo. Vnde scriptura: Terra es, id est, terra sis, vel siebas. Vel ad terminū ad quem. & sic rectē dicit **Ambrosius** de pane. Iam est (inquit) corpus Christi post consecrationem. Et secundum hoc ecclesia dicit in confessione Berengarij: panem & vinū, quæ in altari ponuntur, post consecrationem verum corpus & sanguinem Christi esse, id est in corpus Christi mutata esse. Quod autē magnus **Ambrosius** intēdebat hanc logicam, patet ex verbis eius lib. 4. de sacramentis. vbi dicit. Tu fortē dicis: me⁹ panis est vsitatus: sed panis iste panis est ante verba sacramentorū: vbi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur asseruamus quomodo potest qui panis est corpus esse Christi. Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Sequitur. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit dominus, & facta est terra. Iussit dominus, & factum est cælum. Iussit dominus, & facta sunt maria. Iussit dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quā operatorius sit sermo Christi? Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperet esse quæ nō erāt, quātō magis operatorius est, vt sint quæ erāt, & in aliud commutentur? Cælum non erat, mare non erat, terra non erat: sed audi dicentem. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Ergo tibi vt respondeam: non erat corpus domini ante consecrationem: sed post cōsecrationem dico tibi quia corpus est Christi. Hæc **Ambrosius**. **AVTHOR.** Perpende quod dixi, esse, sumi pro fieri, vel commutari: cum dicitur, panis est corpus Christi. Idcirco cum dixisset **Ambrosius**, Panis iste panis est & c. subiūxit. De pane fit caro Christi. Et quæsito quomodo potest qui panis est esse corpus Christi: respōdit. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. quasi diceret: ideo est, quia fit. non ideo sic est, quia sic manet: sed potius quia sic fiendo mutatur, ne maneat. Ad hoc enim exempla collata deferuūt quomodo iussu domini factum est cælum: & post recolligendo ex eo quod non erat, terra

ex eo

VVitleff.

ex eo quod non erat, mare ex eo quod non erat, omnis creatura generata ex eo quod nō erat. Nunquid non esse cæli māsit cælum, mā sit terra, mansit mare, & simul cælum est & nō est? Certē nec panis manet panis, postquā factus est corpus Christi: ne simul sit corpus Christi, & nō corpus. Sed operatorius est sermo Christi, non comparatiuus, vt dicit **Witcleff**. Vnde figuratiter comparando panem ad corpus: sic enim comparauit Christus ab intento agnum paschalem ad corpus suum, petram ad Christum, Ioannem ad Eliam, septem boues ad septem annos: nullum induxit **Ambrosius** ad huius sacramentalis transmutationis exemplum. De nullo istorum probauit, aut dixit, quod operatorius sit sermo Christi: de nullo istorum inuenies in scriptura, vel aliquo vnquā scriptore catholico, quod factum sit tale, putā, quod Ioannes factus est Elias, petra fact⁹ Christus, boues facti septem anni: qualiter **Witcleff** solet dicere, vt licentius dicat panem factum corpus, intendens figuram corporis, quod est hæreticum: quia sine vlla mutatione panis vel corporis potest panis sic fieri figura corporis Christi, sicut erant panes propositionis Iudaicæ: non sic sine mutatione desitionis, & inceptiois realis potest panis esse, nec fieri corpus Christi. Et ad hoc currunt exempla prædicta: quæ omnia sunt de creatione, vel generatione, quorum termini sunt substantiæ, non figuræ, & inducti per mutationē simplicē ad probādū à maiori trās substantiationem possibilem. Post hæc attende qualiter probet inter consecradum operatoriū Christi verbum. Quātō magis (inquit) operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutētur? Quæro ego à **Witcleff**: nonne hoc de respectu suo figuratitio dici potest? cū audiat Aristotelē suum dicere: ad aliquid nō est motus: neq; sicut facere, neq; sicut pati: hinc autē est mutatio, quæ operatoriū agentē denominat. Sed præmittit, vt sint quæ erant, ad annihilationē tollēdam. Et subiungit, & in aliud cōmutētur, ad vitandū mutatorū remanētā, & innuendū eorū transitionē in alienam substantiā. Vnde securus interpret **Ambrosij** ver-
Hugo. nerabilis **Hugo** sic exponit libro secūdo de sacramentis. ca. 9. octauæ partis. Per f̄ verba (inquit) sanctificationis, vera panis, & vera vini substantia in verū corpus & sanguinē, & substantia in substantiam transeunte. Conuersio autem ipsa non secundum transitionē credenda est. Quoniam nequaquā essentia essentia in augmentum accedit, vt per id, quod accedit, id, ad quod accedit, maius fiat: sed tran-

sitione, vt id, quod accedit, cum illo, ad quod accedit, vnū fiat. Nec sic in pane corpus Christi cōsecrati dicimus, vt de pane corpus Christi esse accipiat, nec quasi nouum corpus subitō factū de mutata essentia: sed in ipsum corpus verū mutatam essentia. Nec ipsam substantiam panis & vini in nihilū redactā, quia desijt esse quod fuit: sed mutatā potius, quia cœpit esse aliud, quod non fuit, & ipsum, quod cœpit esse, ex ea esse non cœpit, quia panis fuit: sed ipsa eius esse accepit, quando desijt esse quod fuit. Hæc **Hugo**. **AVTHOR.** Quā planē dicit: q̄ panis esse corpus Christi accepit, quādo desijt esse quod fuit, panis. Cuius esse accepit? corporis. Nō māsit ergo, sed desijt esse panis secūdu essentiā, quando accepit esse corp⁹ Christi secūdu essentiā, non figurā. Quomodo se iam saluabit **Witcleff**, qui negat panem conuerti secūdu materialem essentiam: cū quælibet panis forma, secūdu eum nullam materiæ addit essentiā, sed est ipsam esse formatam? Sed abiicit per illud prædictū **Ambrosij**, Vt sint quæ erant, & in aliud cōmutentur. Sunt ergo panis & vinū quæ erant? Falleris: sed ea coniunctim accipe, quæ coniunxit **Ambrosius**, nec falleris: nō dixit, vt sint quæ erant: & ibi quieuit: sed copulatā propositionem satis sapiēter intexuit dicens, vt sint quæ erant, & in aliud transmutentur: intendens, q̄ de rebus existentibus sine annihilatione sui, ipsæ in alienas essentias cōmutentur cū omni desitione sui. Sic accipe quod dico. Panis post cōsecrationē est corpus Christi: qui panis nō est post consecrationē, neq; manet. Sic enim sapiēter dicit ecclesia nō remanere panē post consecrationē, intelligens cū **Lincoliensi** materialem. Prædicatū nāq; expressum secūdu logicos appellat propriā formā non subiecti nisi idem sint. Inclusum autē pro famosiori significato accipitur. Quoniā igitur sic dicto panis est post consecrationē vel remanet: dat intelligi panē ipsum in prædicato de quo subiectū dixit, sensus esset: panis est post cōsecrationē panis, vel panis remanet post consecrationē panis materialis: quæ falsa sunt. In nuāt autē panē in subiecto, & conuersionē eius in prædicato, & vera sunt: quæ admodū si dixerō: panis est corpus Christi, vel remanet secūdu essentiā corporis post consecrationē & deinceps. Arguere, ergo panis remanet: est fallacia cōsequens. Sic itē in exēplis scripturæ patet. **Architriclinus** gustauit aquā vinū factā: ergo gustauit aquam, quæ remansit. Item **virga** **Aaron** deuorauit virgas magorum: virga ergo **Aaron** remansit virga postquā versa est in colu

in colubrum, vtrunq; consequens falsum erit.
 4 Et quid moramur, & non ostendimus fallaciam Witcleff ex Christi verbis: Cæci (inquit) vident, ergo cæci sunt: ergo manent cæci? Claudii ambulant, ergo claudii sunt: ergo manent claudii? Leprosi muuantur, ergo leprosi sunt: ergo manent leprosi? Et mortui resurgunt: ergo mortui manent tales? Certe pessime, imò magis sequuntur eorum opposita: ergo cæci non manserunt cæci: nec claudii, claudii, sed erant: nec leprosi, leprosi, sed mundi: nec manserunt mortui, mortui, sed iam viui. Ita manet panis non iam panis: sed iam caro Christi. Sic enim quidam in experti theologi audientes alteram meretricem Salomonis esse ecclesiam, titubabant ne esset sine macula, & sine ruga: quali mansisset meretrix quia sic est dicta. Sed beatus Hieronymus questionem istam absolvens in epistola ad Ruffinum de iudicio Salomonis in questione paruuli. Prudens (inquit) auditor querit: quomodo meretrix sit ecclesia, quæ non habet maculam, neq; rugam? Non dicimus ecclesiam permanisse meretricem, sed fuisse. Nam & Simonis leprosi domo saluatoris scribitur inesse cõiuuium: & utiq; nõ quia leprosus erat eo tempore, sed quia leprosus ante fuerat. Matthæus quoq; in Catalogo apostolorum publicanus dicitur: nõ quod permanserit publicanus post apostolicam dignitatem, sed quia prius fuerit publicanus: vt vbi superabundauit peccatum, superabundaret & gratia. Hæc ille. A V T H O R. Ita ergo secundum logicam scripturæ cum expositione Hieronymi bene dictum est ad tropologicum sensum, hæc meretrix Salomonis est ecclesia: nec tamen sequitur in consequentia Witcleff: ergo hæc manet meretrix, postquam est ecclesia. Nimis enim est idiota, qui sic concludit: sed tantum sequitur: ergo fuit meretrix: sicut Simon leprosus paut Christum, nõ tamen tunc leprosus permansit. Et Matthæus publicanus est apostolus: nec tamen est, aut permansit publicanus. Sic iste panis est corpus Christi: nec tamē permansit talis panis.

¶ Quid demonstratur pronomine demonstratiuo, Hoc, in propositione sacramentali.

C A P. XLIX.



Pus item est sacramentalis positionis verba cõstruere, maxime ea, quibus Witcleff hæresim suam construxit: & sunt duo illa pronomina, hoc, & meum. Satagit enim inueltigare quid ly hoc, significet demonstrando. 4. trialogi. ca. 3. & de sermone domini in monte. cap. 40. Quicumq; proteruus, qui nõ blasphemè imponit Christo stultitiã, sed pfectè cõfert partes oratiõis adinuicè, nõ potest subterfugere, quin istis subiectis, ppositionũ sacramentalium demonstratur panis & vinũ. Quid rogo foret pertinens panem accipere, & benedicere, & frangere, & apostolis præcipere manducare ex hoc omnes, quia hoc est corpus meũ, nisi Christus intelligeret, qd iste panis sit sacramentaliter corpus suũ? Hæc Witcleff. A V T H O R. Falsè concludis: sed melius concludunt catholici, sic quarentes. Quid foret pertinens panem accipere, & apostolis præcipere comedere ex hoc omnes, quia hoc est corpus Christi, nisi Christus intelligeret, quod iste panis sit corporaliter & substantialiter corpus suũ, nõ autè sacramentaliter, id est figuratè solũ? Apti enim daret eis ad comedendũ substantiã, quàm figurã: & corpus verũ, quàm signũ eius remotũ, vel tropũ gramaticũ. Habes hoc argumētũ à magistro tuo Berengario sic ponderante gramaticam huius pronominis, hoc: fortificatèq; quod pronomen significet substantiã merã, sicut & tu hanc gramaticam iugiter solennizas: non hic solum, sed de Ideis, & in eo, quod quilibet est Deus, & alibi. Sed quare nõ coniunxisti ipsi responsionẽ victoriã, quã porrexit in libro suo secũdo cõtra eundè de corpore & sanguine domini Guimudus? Audisse me æstimo, quod Berengarius de pronomine, hoc, ad hunc modũ ratiocinaretur. Hoc (inquit) pronomen est. Pronomina autè substantiã sine qualitatibus significat. Cũ igitur dicit, hoc corpus, de substantia corporis, nõ de qualitatibus dicit. Hic exclamare cõpellor iuxta prophetã, & apostolũ. Vbi est lierat? vbi trutinator verborũ? vbi legis verba ponderans?

ponderans? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Vere stultam dixerim hæc sapientiam: nam iidem ipsi Grammatici, qui huiusmodi proprietatè partium orationis dixerunt: figuras etiam loquedi, quibus à sua proprietate orationis partes decetissimè plerũq; deficiunt, tradiderunt, & mirificè laudauerunt. Quis deniq; est, qui quotidiano vsu loquens, aut dictans reprehendatur, si ita dicat, Non sum ego ille, qui quondã fui, Tu nõ es is, vel ille, qui solebas esse, cùm substantia eadem sit, sed qualitates diuersæ? Sed & Dialectici, qui pernitiũ verba appendunt, quotidie res differre, & eadem esse nõ tantum secundum substantiã, sed etiam secundum qualitates & dicunt, & legunt. Quod si Idem, & Ille, & Is, pronomina sunt, & nõ semper substantiã, sed etiam qualitates apud doctissimos persæpe significant, cur & hoc, pronomen nõ possit idè pati? An quia Berengario nõ habenti vnde suã aliter munit hæresim, id nõ placet? Placuit tñ summæ autoritatis quibusdam authoribus Grammaticæ artis non solum figuratè qualitates in pronominibus posse accipi, sed etiã qualis, & talis, quæ ppriæ qualitatis significatiua sunt, inter pronomina numerari. Sed viderit peritissimus Grammaticus ille Donatus, qui qualis, & talis pronomina esse voluit, quid dixerit. Ego enim de authoribus Grammaticæ artis iudicare nunc opus nõ habeo, cùm ipsa argumetatione aduersarij cõmodissimè mihi vti possim, dicens, Ipsa pronomen est, pronomina autem substantiam significant sine qualitatibus. Cũ igitur Augustinus dicit, in ipsa carne ambulauit, & ipsam nobis manducandã ad salutè dedit, substantiam carnis Christi, nõ figuram nos manducare dicit. Item, hoc, pronomen est: cùm igitur idem Augustinus dixerit in sermone ad Neophytos. Hoc accipite in pane, quod pendit in cruce, & hoc accipite in calice, quod effusum est de Christi latere, substantiam corporis & sanguinis Christi, non figurã nos manducare & bibere declarauit. Hæc ille. A V T H. Item non prætereant hæretici, qui nouerint meum, esse pronomen secundum Donatũ. Si ergo pronomina significet substantiam sine qualitate, absq; dubio ipsa cõplexio adiectiuu cum substantiuo docet nos Christi corpus esse seibi secundum merã eius carnis substantiam nõ figuratitiã qualitatem. Sed subdit Guimudus. Hæc igitur argumentatio tua õ quisquis ea niteris, siquidem infirma est, nobis adeo curanda non est. Si autem firma, plũs nobis, q̃ tibi prodest. Hæc ille. A V T H O R. Ita apparere poterit, si argumenta eius coniungantur & no-

stris. Ecce sic arguit. Pronomine secũdo cùm dicitur, hoc est corpus meum, idem demonstratur, quod priori pronomine demonstratur, vbi dicitur, Manducate ex hoc omnes. Sed ibi demonstratur panis, ergo in secundo. Sed dicunt fideles, qd primum illud pronomen nullus Euangelistarum assumit, sed nec Apostolus. Matthæus enim absolute pronuntiat, Accipite, & comedite. non addens, ex hoc. Marcus, Dedit eis, & ait, sumite. Lucas quoq; Dedit eis. Sed si producas contra nos textum canonis, verum est idem demonstrari primo pronomine, quod & tertio, cùm adiungitur ibi. & secundum Lucam, & Apostolum, Hoc facite. Et quid rogo demonstratur illo pronomine tertio? Si dicas panis, quem Christus sumpsit in manus, tunc esset sensus, Hunc panem facite in meam commemorationem. Si sacramentum dicas, quia hoc penes te est generis epicoeni: quia aliquando de genere panis secundum naturã, aliquando de genere corporis dicitur, non scdm naturã per te, quia tunc catholicè enuntiares, sed solum secundum mutam & surdam figuram: tunc erit sensus, hanc figuram facite: & tunc non erit sacramentum noui, sed veteris Iudaici testamenti. Arguis item de verbis sacramentalibus sanguinis, vbi quæris. Nunquid vinũ demonstratur in illo pronomine, Hic calix nouum testamentum est. Et iterum dico, qd idem demonstratur in verbo, hic calix, quod in priori pronomine hunc præclarum calicem. & nunquid intelligit canon, qd hoc idem præclarũ vinum, quod ego manibus teneo, etiam Christus manibus tenens consecrauit: & sic esset bis cõsecratus? primò à Christo, & postremò à me. Ista, sicut patet, sunt ineptiæ Lollarinæ ad seducendum imperitos inueta. Sed eleuetur intellectus fidelis in his pronominibus ad modum loquedi Christi simul vnico sermone exprimi figuratum secundum naturam nomine figuræ. Vnde sic exponit Hieronymus, Christũ bibisse vinum nouum Soreth, de quo dixit, Non bibã amodò de hoc genimine vitis huius. in commentario Amos, in fine lib. 3. textu, Plantabunt vineas, & bibent vinum. vbi dicit, Bibet autè vinum, quod se in regno patris cum apostolis suis nouũ bibiturum esse pollicitus est. Hæc est vinea Soreth, cuius vinũ quotidie in mysterijs bibimus. Hæc ille. A V T H O R. Ecce vinum nouum sacramentale secundum tuam hæresim nõ legitur Christus post resurrectionem bibisse: & tamen illud nouum bibit cum Apostolis, & vinum de vinea, quod nos quotidie in sacramentis bibimus. Et nunquid ipse tunc, & nos nunc quotidie naturalem liquorem

Hierony.

Vitcleff.

Idem, Ille, Is, & hoc, pronomina sunt, & nõ semper substantiã, sed etiam qualitates apud doctissimos persæpe significant, cur & hoc, pronomen nõ possit idè pati? An quia Berengario nõ habenti vnde suã aliter munit hæresim, id nõ placet? Placuit tñ summæ autoritatis quibusdam authoribus Grammaticæ artis non solum figuratè qualitates in pronominibus posse accipi, sed etiã qualis, & talis, quæ ppriæ qualitatis significatiua sunt, inter pronomina numerari. Sed viderit peritissimus Grammaticus ille Donatus, qui qualis, & talis pronomina esse voluit, quid dixerit. Ego enim de authoribus Grammaticæ artis iudicare nunc opus nõ habeo, cùm ipsa argumetatione aduersarij cõmodissimè mihi vti possim, dicens, Ipsa pronomen est, pronomina autem substantiam significant sine qualitatibus. Cũ igitur Augustinus dicit, in ipsa carne ambulauit, & ipsam nobis manducandã ad salutè dedit, substantiam carnis Christi, nõ figuram nos manducare dicit. Item, hoc, pronomen est: cùm igitur idem Augustinus dixerit in sermone ad Neophytos. Hoc accipite in pane, quod pendit in cruce, & hoc accipite in calice, quod effusum est de Christi latere, substantiam corporis & sanguinis Christi, non figurã nos manducare & bibere declarauit. Hæc ille. A V T H. Item non prætereant hæretici, qui nouerint meum, esse pronomen secundum Donatũ. Si ergo pronomina significet substantiam sine qualitate, absq; dubio ipsa cõplexio adiectiuu cum substantiuo docet nos Christi corpus esse seibi secundum merã eius carnis substantiam nõ figuratitiã qualitatem. Sed subdit Guimudus. Hæc igitur argumentatio tua õ quisquis ea niteris, siquidem infirma est, nobis adeo curanda non est. Si autem firma, plũs nobis, q̃ tibi prodest. Hæc ille. A V T H O R. Ita apparere poterit, si argumenta eius coniungantur & no-

Qualis, Talis.

Meum.

Guimudus.

Hic calix.

Hierony.

rem illius vineæ naturalis potamus, quæ dicebatur olim Soreth? Certum est ergo illud vinum solum in figura potatum: sanguinem vero Christi, qui tunc demonstrabatur, iam potatur in sua liquente substantia, sicut exponit in epistola ad Edibiam quæstione secundum Hieronymum. *Hieronymus.* Illius, inquit, bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus, & quotidie in sacrificijs eius de genimi ne vitis veræ, & vinea Soreth, quæ interpretatur electa, rubentia musta calcamus, & novum ex his vinum bibimus in regno patris: nequaquam in vetustate literæ, sed in novitate spiritus, cantantes canticum novum, quod nemo potest canere, nisi in regno ecclesiæ, quæ regnum patris est. Hunc panem & Iacob Patriarcha comedere cupiebat, dicens, Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum. Hæc ille. **AUTHOR.** Quia Wicleff semper hunc locum in clamat Hieronymi, quia dicit panem, quem fregit dñs, esse corpus eius: huc potest audire eum dicere demonstrando eundem panem, quod hunc panem Iacob Patriarcha comedere cupiebat. Sed nunc quid eundem panem naturalem dicat, & stultitiam suam non dissimulet? Ergo panem figuratum optavit secundum intentionem Hieronymi, panem figurantem non cogitans. Sicut rubentia musta calcamus quotidie in mysterijs de vinea Soreth tã verè sine vino eius naturali, quam verè nullum vinum naturale gustamus in mysterijs. Nec Christus ipse post resurrectionem idem vinum in sacramento corporali sensu gustavit. Et hoc idem sequens *Paschasius lib. de corpore & sanguine domini, ca. 21.* In regno, inquit, adoptionis de genimine vitis novæ bibit: & vinea Soreth, quæ interpretatur electa. Rubentia enim musta de manipulo crucis eliquantur, dum quotidie Christi sanguinem de altari sumimus. Hæc ille. **AUTHOR.** Sed quæritur Wicleff, quod demonstrat hoc si non panem, Hoc pronomen, Māducate ex hoc omnes. Si mihi non credis, Augustinus ipse respondet tibi in sermone ad Neophytos, & celebriter recolitur in decretis, in libro *Paschasij*, & penè à cunctis scribentibus in materia sacramenti. Vnde *Augustinus.* Hoc, inquit, accipite in pane, quod pepedit in cruce. Hoc accipite in calice, quod manavit de Christi latere. Hæc ille. **AUTHOR.** Quam absolutè tibi dixit quid demonstratur illo pronomine, non figura panis, quæ non pepedit in cruce, sed substantia carnis. Non habitudo sanguinis, quæ non fluxit de latere, sed verus sanguis naturaliter, quanvis panis & vinum figuratiter.

Ideo enim dixit in pane. Vis altius aliquid, quod est hæc demonstratio Augustini? Attende de demonstrationem Christi, & auctaster dico Christum intelligere per ly, hoc, ibi, quod item intellexit in prædicatione huius celeberrimi sacramenti, cum diceret, Qui māducat hunc panem, vivet in eternum. Et tunc propter hoc verbum scādalizati discipuli abierunt retrorsum, sicut iam abeunt Wicleuista interrogantes, & dicentes, Si Christus sic illufit ecclesiæ tenens panem naturalem, & non illum propinans, cum tamen diceret, Māducate ex hoc omnes. Hoc idem cōtigit discipulis Christi, qui abierunt retrorsum, eo quod post miraculum quinque panum in deserto Christus non ultra protulit eis illum, sed obtulit panem illo figuratum, dicens, Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. In quo loco *Homil. 46. super Ioanem Chrysostromus.* Ego, inquit, panem tribui vobis, sed multum medium erat. Videbatur enim & ex hoc esse minus illo, quod ille quidem desuper ferebatur: hoc vero inferius gerebatur miraculum panis. Quia igitur quærebant eum, qui de cælo ferretur cibum, propterea continue dicebat, de cælo descendi. Si quis vero scrutetur, quid utique de mysterijs immisit sermonem? Dicemus quoniam horum sermonum valde tempus erat. In manifesto enim eorum, quæ dicuntur, semper auditorem erigit, & attentionem operatur. Sequitur. Quare illorum amenitiam scandalum erat, non indissolubilitatis eorum, id est, inintelligibilitatis, quæ dicebatur a Christo. Tu autem vide, qualiter paulatim eoducit ad seipsum. Panis, ait, quæ ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Sed extranea quædam erat doctrina, ait aliquis, & nimirum Ioannes hoc superius ænigmaticè insinuavit, Agnū eum vocās. Sed neque sciuerant de resurrectione. Et quid dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud. Multo magis de his, quæ dicta sunt, Hæc enim illis immanifestiora erant. Nam quomodo prophete quidam suscitati sunt, nouerant: & si non ita manifestè dixerunt scripturæ. Quoniam autem carnem quis māducauerit, quis unquam dixit illorum? Hæc ille. **AUTHOR.** Loquitur doctor, qua occasione Christus post miraculum quinque panum intulit coram discipulis, & turbis sermonem de carne sua secundum substantiam comedenda in sacra Eucharistia. Quia, inquit, incubantes erant corporalibus cibis, nullum alium cogitantes, prætulit in conceptibus suis Moyses Christo, quia ipse manna fecit de cælo descendere, Christus panem suum multiplicavit in terra. Idcirco Christus volens eos docere de cibo

Chryso.

cibo significato, eos instruxit, cuius uterque; cibus alius fuit sola figura, & hoc sub demonstratione quasi panis prioris? Et petit si tunc tempus erat inducendi verbum de sacra Eucharistia, cum ipsi credebant eum loqui de re sensibili. Et dicit, quod sic: quia per res patentes solebat ad res priuatas auditorem inducere. Nec culpa fuit inintelligibilitatis verborum Christi, sed stoliditatis eorum, qui petere debuerunt. Et quod Christus solitus erat reducere auditores per figuras in figurata, sicut de resurrectione, & alijs, cum ipsi steterunt auscultantes figuras tantum. Quid ergo arguit Wicleff pro inconuenienti, quod Christus accipiens, & verbotenus demonstrans panem sensibilem figurantem diceret, Accipite, edite ex hoc omnes. nullum tamen sensibilem panem talem, sed cælestem, & carnis agni pabulum salutare per illum figuratum substantialiter ministraret edentibus, quando in principio sacramenti Christus fidem eius eodem modo in figura rei rem docuit figuratam, & non simpliciter proprijs verbis suis. Hæc ad interrogata Wicleff, quid demonstratur per pronomen primum. Cum autem interrogat, & inquit, quod panis in natura demonstratur in secundo pronomine subiecto verborum sacramentalium, nolit irasci. Cōcedo ipsi liberè. Sed tunc æquè pacificè respondeat argumento ex utroque; magistri sui scilicet, & suo argumento compacto sic. Si omnino conueniens est, quod idem demonstratur per duo illa remota pronomina, ergo multo magis per duo pronomina plus propinqua, quæ in eadem propositione sacramentali primum & vltimum loca tenent. Cum autem pronomina significat meram substantiam, ergo substantia panis demonstrata per hoc, est corpus secundum substantiam possessiuè significatum per meum. Et tunc panis naturalis est corpus Christi naturale: panis quoque; substantialiter est caro Christi secundum carnis naturam. Aut dicat quare demonstratiuum pronomen habebit vim suam in demonstrando substantiam panis naturaliter, & pronomen possessiuum carebit significatione suæ substantiæ naturaliter sibi subiectæ? Vnde & in Epistola ad Fredugardum, quæ ponitur communiter in calce libri de corpore & sanguine domini, *Paschasius.* Nemo qui sapit, credit Iesum aliam carnem, aut sanguinem habuisse, quam quæ nata est de Maria virgine, & passa est in cruce. Ipsa namque; eademque; caro, quomodocumque; modo sentienda est, ut credo, cum ait, Hoc est corpus meum, quod tradetur pro vobis, vel, Hic est sanguis meus. Et ne putares, quia in sacramento loquebatur, quod de alio diceret, quam

de proprio, in eodem mysterio demonstratiue dixit, Hoc est corpus meum. Nam cum ait, meum, & hoc est, non quaecumque; vult intelligi corpus, sed ipsum, quod tradendum erat, ut mox ipse adiecit, & non alium sanguinem, quam eum, qui effundendus erat in proprio corpore in remissionem peccatorum. Hæc ille. **AUTHOR.** Sustineat Grammaticam, & Logicam purè, & proficiet fidei orthodoxæ. Tunc enim concedet cum catholicis, quod purus panis secundum substantiam est confectus corpus Christi secundum substantiam. Et hic liquor vini secundum substantiam est effectus sanguis Christi secundum naturam. Et sic omnia argumenta eius de Euangelio, de ipso splendore Euangelij liquefiunt. Sic omnia dicta doctorum, quæ balbutienter tibi furabaris de pane, quem fregit dominus, aut quem accepit dominus in manus, placet, quod dicunt ipsum esse, & factum esse, multo melius, tẽ teste, quam per figuram, quia per naturam, per substantiam, per eandem singularem essentiam verum corpus Christi. Quod autem deridendo fingis aliquem rudem Grammaticum obijcere vobis tunc dici debere, hic est sanguis meum, ponendo pro esse conuertere, vel substantiare in. Sapiens dicit, Quærit derisor sapientiam, & non inueniet, doctrina prudentium facilis. Forsan tales Grammaticos, & Logicos multos possidet Wicleuista: tales prædicatores & doctores in populis suis, quos de textorum, & texticum staminibus, de birretariorum acubus transfuersatis, & cingulorum stipantibus malleis & corijs fonte fecit prolui caballino, ut indoctiores indoctis, seipsis nescijs repente sagaces Poëtæ prodirent. Attamen dicat ei alter Grammaticus iuxta sensum suum verba sacramentalia hæc fore debere. Hoc panis est enim panis meum, & hic vinum est vinum meum noui testamenti. quia per prima pronomina panis & vinum intelliguntur: & si panis est corpus, tunc panis, ut dicit, manet panis. Iunge ista sibi, & Grammaticam talem inuenies.

Quod species sensibilis sacramenti modo quodam, sed abusuè vocatur corpus Christi.

C A P. L.

S V M M A.

1. Species sacramenti sensibilis, quæ quodammodo uocatur corpus Christi.

M 2 Paris



2. Panis cur dicatur corpus Christi, & de istius appellationis multiplici ratione. Et quomodo à Prophetis huiusmodi forma appellationis uenerit.
3. Witleff, quod sit de hæresi Anthropomorphitarum. Et quomodo contra eum sit beatus Ignatius.
4. Apostolus q. non dixerit corpus Christi, panem Witleff, ostenditur.
5. Lanfrancus quid de figurato loquendi modo dicat. Et quomodo hunc item loquendi modum habeat Augustinus. Et plura de hoc ibi.



Um videtis Witleff imputare catholicis dicere sacramentum Eucharistiæ esse accidens, siue nihil, nolite credere, nolite propter hoc exire metas catholicæ veritatis,

quæ omnino credit illud sacramentum esse naturaliter corpus Christi & sanguinẽ, quod tamen ipse ponit panem putribilem. Sed furit cum sic dicit de nobis vêtus infania sua. Imò quantum fideles venerantur, & agunt de corpore Christi, ille fatagit agere de pane tristi. Attamen cum quærit de illo sensibili signo, modo suo concedimus esse sacramentum & corpus dominicum ibi contentum, & panis, qui ibi præfuit, & cuius adhuc restat signum, sicut cherubica figura Cherubim dicta, & spicæ species Pharaoni visa in somno dicta est spica, cum non esset. Vnde Augustinus de quæstionibus Dulcitij, quæst. 5. Solent, inquit, imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt, sicut omnia, quæ pinguntur, atq; finguntur ex aliqua materia metalli, aut ligni, aut cuiuscũq; rei aptæ, aut opera humani iudicii, quæ etiam videntur in somnis, & omnes ferè imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Hæc ille. AVTHOR. Item idem epistola ad Bonifacium, quæ incipit, Quæris à me. Si enim, inquit, sacramenta quædam similitudinem rerum earum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta nõ essent. Ex hac autem similitudine plerunq; iam ipsarum rerum nomina accipiunt. Si ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est, & sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est: ita sacramentum fidei fides est. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quod iste totiens in clamat contra ecclesiam, quæ similitudo, vel species sacramentalis quodammodo corpus est Christi: illa scilicet forma accidentalis panis, quam hinc Augustinus appellat similitudi-

Augustin.

Idem.

nem abstractiuè. Ecce accidens sine subiecto quodammodo corpus Christi est, quia est eius signum, & extrinsecum sacramentum. Tu pro pane tuo naturali litigas, & calumniaris ecclesiam de accidente sine subiecto. Ecclesia cum omnibus sanctis corpus Christi prælegit secundum substantiam: & ut hoc habeat, panis tantum signum loco panis intelligit, id est, panis figuram. Noli morari in ambiguis, noli in terminorum confusione considerare, semel proba ibi panem tuum materiale in expressis terminis, aut nullatenus proficis, sed ærem verberas. Iterum item panis vocatur, quod ex pane fiebat, quanuis iam desijt esse panis. & ista locutio est creberrima in scripturis. Sicut primus homo vocauit Euam os, quia de ossibus suis fiebat substantia, inquit, Hoc nunc os ex ossibus meis. Item virga dicta est serpens, cum ita non esset secundum rem. Dicit enim scriptura Exod. 7. Deuorauitq; virga Moyfi virgas Magorũ, subintelligens, quæ serpens factus de virga Moyfi, deuorauit serpentes de virgis Magorum præstigio se confectos. Et in Evangelio dicit scriptura, Cum gustasset architrictus aquam vinum factum. Non credo ad tantum stultescere Witleff, ut dicat illam adhuc remansisse aquam in natura, & solum vinum in figura. Alia sunt, quæ nomina antiqua retinèt in scripturis rebus mutatis, ut Matthæus in numero Apostolorum situs, adhuc Publicanus vocatur: & Simon Leprosus dicitur, postquam Christus eum purgauit à lepra. Vnde Hieronymus commentario super. 26. ca. Matthæi. Iesus moratur, inquit, in Bethania in domo obediæ, quæ quodam fuit Simonis Leprosi, non quæ leprosus illo tempore permaneret, sed quia antea leprosus, postea à Salvatore mudatus est, nomine pristino permanente, ut virtus curantis appareat. Nam in Catalogo Apostolorum cum pristino vitio & officio Matthæus Publicanus appellatur, qui certè Publicanus esse desierat. Hæc Hieronymus. AVTHOR. Item Paulus vltimo ad Romanos vocat Erastum arcarium ciuitatis, qui iam hoc esse desierat, & signat in annotationibus suis super illo loco Hieronymus. Salutem salutem Erastum arcarium ciuitatis, & Quartus frater. Hic arcarius ex arcariũ dicit. Sicut gentes credentes ex gentibus sæpe vocauit, secundum consuetudinem legis, quæ Abigail vxorẽ Nabal adhuc appellat, cum iam illo mortuo in Dauid matrimonio transisset. Hæc ille. AVTHOR. Sic in consuetudine habebant Apostoli, & primæi sancti vocare panem corpus Christi consecratum ex pane, non quia panis tunc erat ex frumento,

Hieronymus.

panis cur dicatur corpus Christi. mento, sed corpus ex pane confectum. Et est istius appellationis multiplex ratio. Primò, ut virtus Christi sic instituētis semper appareat, ut supra secundum Hieronymum. Certè quæ in stitueret talem nudam figuram, non esset virtus alta Christo Deo condigna, quia quotlibet aptiores homines fabricarent artifices. Secundo, ut distinctè conciperetur à fidelibus, cuiusmodi corpus Christi tractabatur in domibus. An illius speciei & formæ cum quali conuerfabatur in terris, an in forma sacramenti. Quæ locutio semper fuisset inter loquentes dubia, si vocassent solo nomine corporis sine specificatione panis. Item tertio, ut confectio illa corporis de pane non videretur posteris difficilis ad credendum, qualiter adhuc est Witleff induratis. Et quarto, quia popularibus, & simplicibus famosum est appellare rem nomine rei, sub cuius forma comparet. Et hæc locutionem eorum scriptura non respuit, sed sectatur, ut Abraham dicitur vidisse tres viros, & Tobias vocauit Raphaëlem virum, cum non esset, sed angeli in virorum specie apparentes. Et sacramentum illud similitudinarium corporis Christi, quod foris apparet, vocatur suo modo corpus Christi secundum Augustinum. Videtis ergo planè quanta penuria argumentorum premebatur Witleff, quando cogebatur sic dicere, Apostolus vocauit hoc sacramentum panem, quem frangimus, ergo remanet panis naturalis. O miser homo, cur opes dedignaris ecclesiæ, & ad sectandam hæresim in has angustias te coarctas? Ecclesia diues in sensibus dicit tibi de scripturis esse ibi multiplicem panem, qui non sit panis tuus. Est ibi panis diuinitatis, quem manducant angeli: est & panis viuæ carnis, quem lacerauere Iudæi. Quare non vterq; panis, quem frangunt deuotionibus suis Christi fideles? A prophetis enim venit forma appellationis huiusmodi, ut ipsum scilicet corpus domini naturale diceretur panis per Metaphoram, sicut sanctus Ieremias ait ex parte persequentium Iudæorum. Mittamus lignum in panem eius, id est, crucem in corpus eius secundum glossam interlinearem, & habet eam à Lactantio lib. 4. diuinarum Institutionum, capit. 18. sic dicente. Item Ieremias, Domine significa mihi, & cognoscam tunc. Vide meditationes eorum. Ego sicut agnus sine macula perductus sum ad victimam, in me cogitauerunt cogitationem dicentes, Venite, mittamus lignum in panem eius, & eradamus de terra vitam eius, & nomen eius non erit in memoria amplius. Lignum autem crucem significat, & panem corpus eius, quia ipse est ci-

Lactantius.

bus, ac vita omnium, qui credunt in carnem, quam portauit, & in crucem, qua pependit. Hæc ille. AVTHOR. At Christus, dominus Prophetarum, conformas se Prophetarum suorum eloquijs, postmodum ait, Panis, quem dabo, caro mea est pro mundi vita. A quibus imitator, & sequax eius Apostolus nimirum sequaci lingua eundem panem idem Christi corpus pronuntiat, dicens, Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Si panem tuum naturalem dixit Apostolus, qui à Christi verbo, & eius Propheta non dissonat: ergo panis naturalis erat, in quem miserunt Iudæi lignum crucis, & non caro Christi secundum substantiam. Est item forma eius visibilis, quæ nomen tenet euacuatæ, & in melius translata substantiæ. Bene enim intulit tibi pater meus, & magister deuotus Frater Guillelmus esse te de hæresi Anthropomorphitarum, qui Deum credunt humanis membris in deitate formari, quia dicunt scripturæ, Manus tuæ fecerunt me, & os domini loquutum est, & brachium eius dominabitur. De quibus Augustinus de hæresibus cap. 50. Sic tu dicis, Panis naturalis est corpus Christi, quia sic loquuntur verba scripturæ. Et est contra te beatus Ignatius Antiochenus primas & discipulus sancti Ioannis: cuius verba sunt fidelibus sacrosancta. Ipse namque scripsisse fertur sic in epistola. Considerate, inquit, qualiter Anthropomorphitæ à communionem & orationem sanctorum recedunt, propter nõ confiteri Eucharistiam carnem esse Saluatoris, quia posuerunt Eucharistiam esse panem, pro eo, quæ scriptura vocat eam panem. Hæc ille. AVTHOR. Sed dic iam mihi, exere manus, vbi dixit Apostolus, corpus Christi panem tuum? Num alibi, quam ibi, Panis, quem frangimus nonne participatio corporis domini est? Hoc non est dicere corpus est panis, quem frangimus, sed panis, quem frangimus corpus domini est, & calix benedictionis communicatio sanguinis Christi est, non sanguis Christi iterato est vini calix, cui bene dicimus. Nam aliàs dixisset, Panis, quem frangimus, est participatio corporis domini, & panis fractus. Quod quia nusquam habet Apostolus, nusquam tu probas, quod corpus Christi est panis tuus. Dicimus ergo cum Apostolo, Panis, quem frangimus, id est, panis de frumento, est participatio corporis Christi, quia fit corpus Christi. Et hoc est corpus meum. Et calix vini est communicatio sanguinis Christi, quia sic fiunt, & sic sunt. Certè corpus Christi non fit huiusmodi panis, nec sanguis fit vinum de vua, ideo nõ sic sunt. Lege tamen qua-

F. Guillelmus.

Ignatius.

Lanfran. dam loquendi figuratè sic dicuntur, quia exinde facti sunt. Vnde Lanfrancus vbi supra cōtra Berēgariū. Solemus, inquit, aliquas res illarum rerum, ex quibus efficiuntur nominibus appellare, quanuis in aliam naturam translatæ, iam nō possunt esse illud, quod sunt res illæ, ex quibus probantur effectæ. Sicut beat⁹ Augustin⁹ in extremo Psalmorū explanatio nis opere crystallum vocat niuem multorum annorum duratam tempore & serie seculorū, cum nix sit liquida, & humida: Crystalli verò natura dura, & sicca cōsistat. At per hoc cum diuersæ naturæ sint in vtrisque; non rectè quis crystallū niuem vocauerit, nisi eo locutionis modo, quo res effecta materiali solet nomine appellari. Et creator ex terra creato primo homini in Genesi dicit, Terra es, & in terrā ibis. quasi diceret: quia factus es ex terra, quādoq; fiet terra, & reuertēris in terram. Hęc ille. AVTHOR. Hunc item modum loquendi habet Augustin⁹. Augustinus. 1. 2. libro Confessionū, dicens, Verum est, quod vnde fit aliquid, potest quodam genere locutionis habere iam nomē eius rei, quæ inde fit. Inde potuit vocari cælū & terra quælibet informitas, vnde factum est cælum & terra. Hęc ille. AVTHOR. Et lib. 1. Retractationum, cap. 2. in libris academicis idem Augustin⁹. inquit, Cum corpus è terra, spiritum possidet: mus è cælo: ipsi terra, & cælū sumus. Hęc ille. AVTHOR. Quid igitur cunctabimur dicere panem esse hoc sacramentum, id est, hoc sacre rei signum, quod patet exterius, cum ita non sit, nec hoc intelligitur in natura esse quod dicitur? Hoc non obstabit, quo minus dicemus ad Witcleff, quod nec accidēs sine subiecto, neq; nihil, nec aliqd peius pane equino, vel stercore ratonis: nec dies Parasceues, vel passio primi mobilis est sacramentum fidelium, vel hostia consecrata, sed corpus Christi, & sanguis eius naturalis, non typicus, sed secundum substantiam corporis res & sacramentum, quod nullus Witcleuista hætenus nouerit assignare. Hoc modo Witcleuista fundarent firmiter glossas suas, non modo puerorum, cū vno flatu suo phantastico omnes scripturarum, & sanctorum patrum authoritates abijcerent, in quibus fides fundamenta sua primæua locauit. Nos enim, qui catholicā fidem sequimur, & tenemus, ex autoritate scripturæ, & sanctorū, glossam nostrā producimus, & rationabilem, & authenticam approbamus, cum dicimus, corpus Christi panē dici in scripturis canonicis, vel antiquorū codicibus: non quia panis vilis iā est, sed quia panis olim fuit: de quo iam factū est corpus, & sub cuius specie latet

adhuc. Quod si cuiuspiam nō sufficit similitudine re glossam nostrā dicitis patrū in modo loquendi, nisi item audiat aliquem sanctū patrē dicentem planè, quod scripturæ, & sancti patres sic intelligendi sunt de pane sacramenti, libenter occurrat nobis. 4. sententiarū. cap. 5. Damascenus. Damascen. Hoc, inquit, dico, non destruens corporis substantiam, sed viuificatiuū, & diuinum eius manifestare volens. Et si quidam antitypa, id est, refiguratiua corporis & sanguinis domini panem & vinū vocauerint, vt diuus dixit Basiliius, non postquam sanctificata sunt dixit, sed antequam sanctificata esset, ipsam oblationem ita vocans. Hęc ille. AVTHOR. Damascenus ecce ante nos exponit Basiliiū, cum dixit panē esse, vel figurare corpus domini, nō, inquit, hoc dicit de pane post cōsecrationem, sed quia ante cōsecrationē fuit panis: ideo vocat panē, quia in principio dixit se nolle destruere corporis substantiam propter panis figuram.

¶ Quid sit visibilis forma panis, & quid per hoc visibile sacramentum.

C A P. L I.

S V M M A.

- 1 Pulchritudo quid sit, secundum Ambrosium.
- 2 Harmonia quid.
- 3 Panis visibilis forma, ex quibus resultat. Et quādo dicatur illud visibile sacramentum.
- 4 Sacramenti baptismatis visibilis unius ad formam requisita, describuntur.
- 5 Eucharistia quid.



Ed properat valde Witcleff, vt nos dicamus, quid sit illa forma visibilis panis, & subdiuendo, vtrum substantia, an accidens. Quod si responderim, non hoc pertinere ad quæstionem quid est de quolibet: quia neq; de ente, neq; de passionibus eius primis, non de indiuiduo, vel genere, & specie in cōmuni: ibi sistit quæstio, non querela. Et nunquid forma est transcendens in quolibet decem generum? Veruntamen ad propositum suū formā istam, vel speciē visibilis panis, nō reputo ego naturam simpliciter simplicē, sed

essentialiter integratam ex pluribus formis, non quidem secundum aggregationem, sed essentiam: quemadmodum pulchritudo, vel sanitas, aut complexionalis forma, quam Augustinus temperaturam vocat in libro de quæritate animæ. Vnde sicut sanitas est cōuenientium sibi humorum proportio, & omnes illi requiruntur, vel in maiori parte ad formam integre sanitatis. Sic ad vnā formam visibilis panis requiruntur res diuersorum generū: vt color, sapor, figura, quantitas, & forma artis, cū suis requisitis: & sic exigit vniuersas, quod non dependet à singulis. Quia sicut non esset alia forma panis, sed eadem, quanuis esset sub varia quantitate: sic nō esset alia forma panis, si substantia panis esset præsens: & tunc tamē iuuaret per se ad integritatē eiusdem formæ. Vnde forma ista non terminaret directè quæstionem quid est, secundum quosdam: nec secundum substantiā, neq; accidens. Quod si mirerentur aliquid indiuiduari ex rebus tot diuersorum generum, videant per se rationem indiuiduationis humanæ, quæ vltra res eiusdem generis indiuiduat comparatiuè ad suppositū hominis res omnium generū vsq; ad infimū respectum habitus prædicamentalis. Videant ibi, quid sit pulchritudo. Vnde lib. 2. sui Hexæmerō. ca. 4. Ambrosius. Pulchritudo, inquit, vera est, & in singulis membris esse quod decet, & in toto, vt in singulis gratia, & in omnibus formæ conuenientis plenitudo laudetur. Hęc ille. AVTHOR. Videat etiam essentiam harmoniæ, de qua dicit Aristoteles libro de anima: quod sit compositorum quædam proportio loquitur, non de proportionis respectu, sed fundamentaliter de proportionaliter habituatibus. Et secundo Arithmetica Boëtius. Harmonia est plurimorum adunatio, & dissentientium consensio. Hęc ille. AVTHOR. Et tamen pulchritudinē, & harmoniam per se qualitates quis neget, & in simplici consistentes essentia: sicut consistit scientia medicina, quænis ex multis resultat principijs. Et Magnus ille naturalis ponit, quod punctum est accidens, nec tamen qualitas, vel quantitas, & sic considerat bonus Metaphysicus indiuiduum entis secundum quod tale. Sic forma visibilis panis ex multis resultat sine aggregatione vna simplex essentia, etiam ex rebus generum diuersorum. Veruntamen non reputo formam istam post consecrationem sistere, nisi in accidentibus: quæ tamen omnia non sunt ibi sine subiecto, sicut respectus trium modorum habent ibi subiecta sua, vtputa similitudo, vel dissimilitudo, qualitates, visibilitates, & qualitas, subiecta

sua. Item Sophista diceret corpus Christi esse ibi præsens subiectum multorum accidentiū, quia ad minus fundat ibi respectum realis præsentia, & habet ibi complexionales humores, & qualitates resultantes ex his. Quorum omnium corpus Christi est subiectum. Sed & modo suo Auicenna dicit tertio Metaphy. in principio tractatus secūdi, quod accidens subiectatur in accidente, sicut velocitas in motu, rectitudo in linea, figura in superficie. Sed in sacramento Eucharistia tenet ista locum substantia panis tunc vacantis. Et idcirco dicuntur destitui subiecto suo, quia primo subiecto naturæ non insunt. Vnde Witcleff non præualet in fallendo, quæuis orthodoxum peritum, sicut iactat se decepisse quendam Episcopum, & alios multos fratres in quæstionibus suis de quidditate hostiæ cōsecrata. Iam quærat, iam fallere satagat. Nondum probat hostiam consecratam esse accidens sine subiecto vel nihil, imò nec panem suum, sed est vera Christi caro, & sanguis in natura sub forma panis & vini. Quæ quidem visibilis forma secundum Parisiensem de Sacramentis, parte. 3. ad sensum Christi & ecclesiæ resultat ex multis quæsitatibus, quæ non insunt ibi subiecto suo primo vt forma. Hic tamen non est prætereūdum, quod adhuc forma ista visibilis panis non est extrinsecum illud & visibile sacramentum, quousq; vi verborū Christi assisat ibi vera Christi caro in natura sua. Tunc est vera eius figura cōtinens, & designans: & per hoc est visibile sacramentum hostiæ consecrata: & tunc ad quidditatem huius formæ panis vt est visibile sacramentum, concurrunt omnia, quæ competunt corpori Christi vero, esse ibi veram rem, & inuisibile sacramentum, vt sunt forma verborum, & fides aliqua ministrantis. Sicut item visibile sacramentum baptismi est forma quædam simplicis tinctionis cum forma verborum in liquido simplicis elementi. Non enim aqua pura est sacramentum baptismi. Certe nec panis sensibilis est præcipuum & integrum sacramentū corporis Christi. Homilia. * 80. super Ioan. Augustinus. Quare nō ait, mundi estis propter baptismū, quod loti estis, sed ait, propter verbum, quod locutus sum vobis, nisi quia in aqua verbum ministrat? Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam tanquam visibile verbum. Sequitur. Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus

Alibi. 70. Augustin.

tus manens. Et infra. Mundatio igitur nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, nisi adderetur in verbo. Hoc verbum Dei tantum valet in ecclesia Dei, ut per ipsam credentem, tingentem, benedicentem etiam tantillum mundet infantem, quamvis nondum valentem credere corde ad iustitiam. Hæc ille. AVTHOR.

4 Ecce quatuor ad formam unius visibilis sacramenti baptismalis exacta. Tinctio, verbum Dei, fides, & elementum. Et Ambrosius libro de mysterijs addit consecrationis formam sub signo crucis, dicens, Aqua sine prædicatione dominicæ crucis ad nullius futuræ vsum salutis est. Cum verò salutaris fuerit mysterio crucis consecrata, tunc ad vsum spiritualis lauacri, & spiritualis populi temperatur. Hæc ille. AVTHOR. Horum igitur integra forma sensibilis est illud visibile sacramentum. Nec item oleum est visibile sacramentum chrisimatis: sed tamen hoc dicerent, qui dicunt panem esse hostiam consecratam. Nec item hæc forma visibilis erit statim alia, si contingat eam variari in aliqua sensibili sui parte: sicut nec Christi caro fuit alia in patibulo propter subtractionem quarundam partium defluxarum, quam fuit illa nata de virgine. Vnde nec integra forma visibilis sacramenti est alia propter additionem coniunctivæ partis, quam Christus expressè non habuit. Certè nec per subtractionem substantiæ panis est forma panis alia in visibili sacramento, quam fuit antè. Sed hæc visibilis forma panis est tunc primò sacramentum sensibile, cum primò coeperit continere corpus Christi verum secundum suam substantiam, & significare corpus Christi mysticè per signum.

Vnde Augustinus de catechizandis rudibus: & est de consecratione distinct. 2. Panis, & calix non qualibet, sed certa consecratione fit nobis mysticus, non nascitur. Proinde quod ita non fit, quamvis sit panis & calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis. AVTHOR. Est igitur hæc visibilis species, forma panis sensibilis à natura. Sacramentum vero sensibile ab illa, quam continet, & quam significat gratia. Et vocatur sacramentum panis, quia signum panis habet in re: vñ ulterius designet veritatem substantiæ panis ibi contentæ, quæ de cælo descendit, & unitatem ecclesiæ. Sicut etiam Augustinus exponit, & vocat sacramentum panis, panem, quem fregit dominus in castello Emaus, libro. 3. de concordia Evangelistarum, dicens, Aliquid discipulorum oculi passim sunt, non veritate fallente, sed ipsis veritatem percipere non valentibus, & aliud, quam res est opinantibus, ut omnes intelligat

se Christum non agnoscere, nisi fiant participes corporis eius, id est, ecclesiæ, cuius unitatem commendat Apostolus in sacramento panis, dicens, Unus panis, unum corpus multi sumus: ut cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum. Sequitur. Sed tamen à Christo facta est permissio. vsq; ad sacramentum panis, ut unitate eius corporis participata, remoueretur inimicus, ut Christus posset agnoscere. Hæc Augustinus. AVTHOR. Quotiens audit Wicleff panem, gaudens currit, & ecce, inquit, panem, intelligens panem, quem ipse insciè naturalè appellat, id est, terrestrem, quasi non esset alius panis, nisi ut ipse iocatur amarè in de Apostasia, molitus à Tibba, & pinfatus à Cedda. Et tunc tota ecclesia Christi cælestis, & terrestris esset unus panis huiusmodi: quia dicit Apostolus, Unus panis multi sumus. Sed sacramentum panis intelligitur illa forma visibilis panis, sub qua multi unum corpus designantur: & in qua uno corpore vescimur substantia carnis Christi. Iam dixi tibi quid est sacramentum visibilis forma in Eucharistia, hoc est, quod tot locis in clama si. Iam cesset hæretica gula vociferare, & postulare, quid est sacramentum, quid hostia consecrata. Omnes nesciunt quidditatem Eucharistiæ. Diximus tibi, præcelsum illud Eucharistiæ sacramentum est naturalis caro Christi & sanguis substantialiter in forma visibili panis & vini formaliter. Hæc Eucharistia, hæc hostia consecrata. In sum illud sacramentum visibilis formæ est forma panis & vini continens in se corpus Christi & sanguinè eius in suis subiectis, & ulterius designans unionem mysticam ecclesiæ Christi IESV. Vbi iam est quid est quod totiens sonuisti, reputans tecum si quis dixerit quid est, statim concederet panem tuum? Nonne ita falleris, sicut & contumax Petilianus hæreticus sic Augustinum in clamans, quid est, & si est, prout habet in libro. 3. contra eundem, cap. 17. Augustinus dicens, Rem quippe dixi, quæ putari possit, & esse non possit, ut lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit. Et sequitur se, & clamat quid est, quid sit? Quid est fortassis, nisi incerta, & inconstans hæsitatio dubitantis: de qua ille tuus ait, Quid si nunc redeo ad illos, qui aiunt, Quid si nunc cælum ruat? Hæc ille.

Eucharistia quid.

Augustia.


Terentius.

Ad quæstio

Ad quæstionem intricatioriam Wicleff: vtrum illud album & rotundum visum ibi oculo corporali sit verum corpus Christi.

C A P. L I I. S V M M A.

- 1 Album, & rotundum visum oculo corporali in sacramento, quod non sit verum corpus Christi, probatur.
- 2 Corporis Christi mysterium, quod in specie panis permaneat. Et quid de hoc dicant doctores ibi. Et de quadam solutione ad quæstionem præcedentem.



Inter omnes autem labores suos, quos sustinuit, pro signo panis sensibilis, unam cum discipulis quæstionem intricatam euiscerat, volens in conspectu populi se ostentare catholicum, vel de catholico viro facere hæreticum cum responsalem. Nunquid (inquit) hoc album, & rotundum, quod videtur in manibus sacerdotis oculo corporali sit verum corpus Christi? Simile huic in sententia cap. 2. 4. dialogi de illo albo & rotundo consecrato à presbytero simili hostiæ non sacratæ, quod sacerdos post fragit, ac comedit. &c. De illo fiat primitus sermo. Quæ quæstio si concedatur, implebitur ibi esse panem album & rotundum. Si negetur, scandalum erit populo, non discernenti aliud quam, quod hoc, quod sub illa specie ibi visa continetur, discretè sit verum corpus Christi. Hanc quæstionem suam heroicè petunt solvi sine ambiguo respondendo sic, vel non, & sigillum responsalis scriptis apponi. Hanc vero temeritas eorum hæretica affigi fecit per valvas ecclesiarum in ciuitate London. & per alia loca patentia ad magnam laudem suorum, & ut putabatur triumphum pompaticum, & totius catholice partis scandalum si taceret. Sed tu ipse dicis frequenter illud album & rotundum, &c. non esse verum corpus Christi. Mira res: si hoc verum sit, cur hoc falsum erit in ore catholici? Si verò falsum, quomodo verum erit in ore hæretici ter damnati? Legatur quod scribit iste lib. suo de Eucharistia. ca. 1. De consecratione (inquit) dist. 2. sub verbis Augustini. Sic

Wicleff.

Wicleff.

nos autem specie panis & vini quæ videmus res inuisibiles, id est, carnem Christi & sanguinem honoramus. Ex quibus patenter patet, quod species illa sensibilis, quæ sacramentum dicimus, non est corpus Christi vel sanguis. Hæc Wicleff. Et itè ibi antè. Satis (inquit) est ad honorem & potentiam sacerdotis, quod ipse benedicit, consecrat, & consecrat sacramentum, quod est hostia consecrata, & non corpus Christi, sed eius signum. Vnde quæ sacerdos non habet potestatem faciendi hoc sacramentum nisi ministeriale Deo principaliter faciente, ideo dicit consecrare, non corpus Christi, sed nudum sacramentum. Et cap. 7. dicit quomodo hoc non sit contrarium antè dictis. Quia non cõtendo (inquit) quod ad sensum æquocōs concedatur, iste panis est corpus Christi, & iste panis non est corpus Christi: quia Christus, & Baptista propter istam æquocationem non fuerunt contrarii. Sic in. 4. dialogi, cap. 4. Christus dixit, Ioanes est Elias: Ioanes dixit, non sum: Christus intellexit figuraliter, Ioannes verò personaliter. Cõformiter (inquit) non cõtradicunt, sed equiuocant, quod concedunt, quod hoc sacramentum non est, supple naturaliter, corpus Christi: & idè sacramentum est figuraliter corpus Christi. Hæc Wicleff. AVTHOR. Ecce filius incõstantiæ, quod effrænans ruit in opposita sub colore æquocationis statutæ. sic currit vagus, & discurrit. Nã ipse idè verus finè capituli eius primi putat esse cõtradictionem, & ideo cauendã à theologo. Æquocationes (inquit) quæ excludunt cõtradictionem oportet loquētes in ista materia diligēter attendere: quia si cõceditur, quod sacerdos cõficit corpus Christi, sic cõcedo, quod illa hostia sit corpus Christi: quæ logicã propter periculum est bonum suspēdere, & æquocationem detegere: & patet, quod sacramentum est forma panis & vini, & non Christus. Hæc Wicleff. AVTHOR. Ergo si suspēdenda, cur vteris ea? Sed esto ita sit ut dixeris, cur sic blasphemias catholicos? cur æstuas? cur ita vociferas? quia negant panem vel sacramentum illud visibile esse corpus Christi. Tu ipse negas, quia non est naturaliter corpus Christi: & nos ita negamus. Tu concedis esse figuraliter corpus Christi: & nos etiã aliqua ratione cõcedimus. Species. n. illa visibilis figura corporis Christi est, & signum, & sacramentum eius, & ideo quodammodo corpus Christi est. Quid vis amplius? nos negamus album & rotundum, quod ibi videtur oculo corporali, esse verum corpus Christi: quia non est illud naturaliter, simpliciter non est ipsum, sed aliud. Vnde Augustinus in sermone de Pascha qui incipit, Hoc, quod videtis. Ista fratres (inquit) ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur, quod videtur

Wicleff.

Augustina.

Augustina.

detur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualement. Hæc ille. AVTHOR. Ecce aliud, & aliud. Non idem ergo quod videtur est illud, quod intelligitur.

Rabanus.

Item Rabanus de corpore & sanguine domini cap. 25. Sapientia (inquit) Dei patris maluit hoc mysterium in specie panis ac vini permanere, quam in colorem, ac saporem carnis, ac sanguinis demutari: quoniam nec hoc est iam quod videtur: nec fieret illud amplius ut esset caro & sanguis, quæ ut præcipitur. Nos enim in illo illum panem qui de cælo descendit comedimus. & ideo dicitur, Comedi fauum cum melle meo: quoniam in illo diuinitatis dulcedo & humanitatis prædicatur. Hæc ille. AVTHOR.

Al. percipitur.

Attende quæ constanter dictum, quod mysterium corporis Christi in specie panis permanet: quoniam non est hoc, quod videtur. Item sanctus

Eusebius.

pater Eusebius Emisenus in sermone de corpore & sanguine domini, qui incipit, Magnitudo cælestium. Verè (inquit) vnica & perfecta hostia fide æstimanda, non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori aspectu. Hæc ille. AVTHOR. Nunquid hostiam suam consecratam Witcleff æstimat ipsa specie & exteriori visu, asserens illam esse quiddam & secundum essentiam panem illum visibilem album & rotundum? Nunquid ergo recedit à fide, & aspectu interiori hostiæ consecratæ? Rabanus dicit, Non est hoc quod videtur extrinsecus. Eusebius dicit, Non æstimandum specie, sed fide.

Augustinus.

Et item beatus Augustinus dicit in epistola ad Herennium. & habetur in de consecratione dist. in. 2. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturis estis, & bibitur illum sanguinem, quæ fufum sunt illi, qui me crucifigent. Ipsum quidem, & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, non ipsum visibiliter. Sequitur. Si necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Hæc ille. AVTHOR. Hic corrigeret Witcleff August. dicens: imò ipsum visibiliter, quæ figurat, sicut petra erat Christus. Et tunc est bis ipsum, & semel non ipsum. Ipsum inuisibiliter in figura, & ipsum visibiliter in figura, & non ipsum in natura. Sed melius forsan dixisti suspendendam esse hanc logicam, quæ concedit hoc visibile esse corpus Christi, quantumvis tu concesseris eam frequenter, ut es quo simpliciter tali. Et simpliciter remandabimus hæc

Aliter concedendi.

Aliter concedenti.

prærogatiuam condendi Christo ex auctoritate capitis condenti Ioannem esse Eliam, scilicet, in figura. Nos verò tutius hoc negabimus: quia non sic est in rei natura, ut tu doces Ioannem dixisse simpliciter: & seruasse domino suo tropum. cap. 7. eiusdem libri de Eucha-

ristia: & sic multò breuius expediemus negotium. ¶ Cæterum subtilis quidam ad hæc questionem satisfaciens Lollardorum respondit, nolle se simpliciter subscribere: quia forte sacerdos aliquis non fecit debitum ut sacraret: vel fuit de hæresi Lollardorum fide carens ecclesiæ, & tunc certificet prius ecclesiam de fide sua. Primò, si credat corpus Christi esse ibi aliquam rem, quæ nunquam fuit concepta, nec nata de virgine Maria, vel in cruce passâ, vel iam sedens in cælo beata. Secundò, si credat ibi corpus Christi non esse corpus secundum carnis substantiam propriam & naturam. Tertiò, si caro Christi sit ibi visibilis oculo corporali. Quarto, si illud album, & rotundum sit corpus Christi secundum suam substantiam viuæ carnis. Quinto, si illa res, quæ credit esse Christi carnem, gustetur ore carnis, & suscipiatur in ventrem transeat ad fecellum, sicut dicitur turpis secta Heribaldorum, & indubie Lollardorum. Omnes enim dicunt illum panem, quæ imprudenter naturalem appellant, esse altissimi sacramentum, & hostiam consecratam. Sed non euadunt, quin dicant, quod purgatur à stomacho, & inhonestè deuiat per fecellum. Proh res dictu horrenda de sacramento corporis creatoris. Et notetur, quod non peto si corpus Christi sit ibi visum, aut qualificatum, aut rotundum. Præuidi enim fallaciam eius, quod sophisticè hoc concedit naturaliter esse verum, scilicet, quia est ibi aliquid rotundum & visum: quia panis per figuram, ut declarat se. secunda parte sermonum. sermone. 51. & alibi. Ecclesia autem orthodoxorum non consuevit habere hanc logicam, appellando simpliciter hanc rem illam distinctam à se per essentiam. Sed ideo quæro masculinè vel foemininè dictionibus adiectiuè sumptis, & per hoc in nuetibus prædicationem qualitercunq; formalem (Sic enim oportet cauere fideles hunc tortuosum serpentem fallere conatum mille per meandros) Sic igitur in terminis ut ponuntur de fide ista quintipertita, petit rursus fidem certificam opponentis etiam sub sigillo: ductus exemplo Christi, qui cum interrogaretur à callidis, si licet tributum dare Cafari: videns toxicum in sagitta, Ostendite mihi (inquit) numisma cæsus. quod foret isti dicere. Ostendite mihi hostiam, de qua petitis. Et tunc quæretur cuius est imago, & superscriptio. Cuius est hæc visibilis species & imago cum inscriptioe sensibili? Nunquid panis? sed inuisibilis iustitia Dei pro primitiis & decimis hæc inuisibiliter continetur. Redde ergo quæ sunt panis panis, & quæ sunt Christi corporis Deo viuò. Et nolite

Nota solutio.

Ambrosius

lite facere domum patris & templum corporis Christi domum negotiosi panis. De hoc enim summa catholicorum querela est: quod panis putribilis sit caro Christi purissima. Idcirco potius eligunt dicere, quod nulla est ibi substantia nisi carnis Christi. Qualiter Ambrosius dicit lib. de sacramentis: & est de consecratione dist. in. 2. Omnia quæcumq; voluit dominus fecit in cælo & in terra: & quia voluit, sic factum est. Ita licet figura panis & vini videatur, nihil tamè aliud quam caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt. Unde ipsa veritas ad discipulos. Hæc (inquit) caro mea est pro mundi vita. ut mirabilius loquar, non alia planè, quam quæ nata est de Maria, & passâ in cruce, & resurrexit de sepulchro. Hæc ille. AVTHOR. Vbi planè euacuat Ambrosius ab intento substantiam panis & vini à situ sacramenti consecratione peracta, dicens, quod nihil aliud quam caro Christi & sanguis tunc panis & vinum credenda sunt. Quod si glossa communis Witcleuistarum se ingerat, dicens, quod nihil aliud principaliter credenda sunt ibi, quam caro Christi & sanguis, sed tamen sunt ibi panis & vinum accessoriè: cur ergo pater Ambrosius figuram panis & vini propter principalem tatem corporis Christi non sustulit: cum multò maiorem principalem gerat corpus Christi super qualitates, quam super binam illam substantiam, quæ illi par est genere? Ille incautus theologus incautam sibi glossam præuidit. Ideo ad propositam questionem qualitates ibi sunt panis & vini, putâ albedo, & sapor, quæ nihil faciunt album vel sapidum, quia corpus Christi non possunt afficere: cum sit plus quæ sol vel corpus tale cæleste ab huiusmodi corruptiuâ impressione remotum: & alia substantia non est ibi. Ideo Anselmus de sacramento altaris. cap. 5. sic scripsit. Contra omnem secularis philosophiæ rationem & intellectum, mutata panis substantia in aliam substantiam ad quoddam mysterii obsequium, quædam accidentia, quæ illi inhærebant, sic transtulit non mutata, ut corpus domini, licet absit albedo, non faciat album, nec rotunditas rotundum: sed huiusmodi omnia sic reseruauit, ut licet in limitibus eius corporis sint, non tamè insint: non illud inficiant vel afficiant, sicut accidentia substantiam cui accidunt: sed exterius feruentia ad corpus domini quodammodo obtegendum. Hæc ille. AVTHOR. Iam habetis quod nihil est in sacramento Eucharistiæ album vel rotundum, saltem nulla substantia panis meri, consecratione peracta, quæ consecrationem præcessit in eodem: & idcirco quæstio Lollar-

Anselmus.

dina præfata fallit in supposito. Aliàs si tantum curet famam populi, quæro ego ab eo, utrum illud rubrum & rotundum, quod videtur in æstatis nubiloso mane, sit verus sol cælestis: cum certus sit, quod corpus tale cæleste peregrinas impressiones non recipit. Verius ergo quæsitum est ut æstimo, an quod videtur oculo corporali album & rotundum, sit verum corpus Christi: & consideret fidelis etiam in natura, quod ipse horret audire. Intellego autem terminum videre pro apparere, & non esse: sicut angelus Tobie. 12. Videbar vobiscum manducare & bibere: sed ego cibo vtor inuisibili. Et sol apparet ruber, dum non sit sic qualificatus. Sed in istis dum oculus corporalis pascitur signis extrinsecis, intellectus secundum fidem contemplatur æterna: & quasi caliginè oculis inferens facit minus videri quæ patent, & plus aspici quæ non comparent. Ideo de mysteriis in principio Ambrosius. Non ergo (inquit) solis corporis tui credas oculis: magis videtur quod non videtur: quia istud temporale, illud æternum aspicitur, quod oculis non comprehenditur, animo autem ac mente cernitur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce æternum corpus Christi non ibi videtur: temporalis forma videtur: nunquid docet logicus noster eandem ibi hostiam videri & non videri? & credendum oculis esse carnalibus, qui soli indicant ibi panem? dicente Ambrosio, Non solis corporis tui credas oculis. Quia item soli oculi indicant solem esse coloratum: nunquid ratione hoc negante solis oculis credi debet? Item ibi, infra idem pater Ambrosius. Ideo tibi antè prædictum est, ut non solum hoc crederes, quod videbas: ne forte & tu diceres, Hoc est illud magnum mysterium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hæc ille. AVTHOR. Non est ergo hoc quod solo visu ibi crederem magnum illud mysterium, quod oculus non vidit: non dicit, corpus, sed non mysterium: non verum corporis sacramentum.

Ambrosius

Idem.

¶ Quod corpus Christi corporaliter videtur in sacramento, sed sacramentaliter, non naturaliter.

C A P. L I I I.

- 1 *Deus, an uisibilis sit. Et quomodo possit uideri, licet sit inuisibilis, secundum Augustinum, Hieronymum, Athanasium, Gregorium. &c.*
- 2 *Angeli, quod oculis carnis uisi fuerint, ostenditur.*
- 3 *Deus quomodo erit nobis notus, atque conspicuus, ostendit Augustinus.*
- 4 *Corpus Christi in sacramento, quod his oculis sit inuisibile, et inuisibile docetur.*
- 5 *Chrysostomus quam perspicue doceat diuersis sensuum generibus carnem Christi in sacramento fieri sensibilem. Et quid de hoc dicant Gregorius, et Hugo.*



Vdito ex præcedentibus, quod corpus Christi carnaliter comedit in sacramento secundum formam uix carnis suæ ut est caro: sollicitè quidam interrogant, Cur ergo non sic est ibi uisibile: cum uisus sit sensus spiritualior omni gustu & tactu, & prior in consequentia naturali? Quia omne tangibile necesse est esse uisibile: non autem omne uisibile est tangibile, ut patet de luce, & figura absolutè dicta, & aliis sensibilibus communibus. Nec attendendus est hic noster hæreticus: qui cum non permittit esse ibi corpus nisi per solam habitudinem, quæ est res minimæ entitatis, quid mirum, si non permittit esse sensibile? Et gaudet se habere colorem ab orthodoxis sic dicere, cum reuera in nullo se tangentes multum distant. De Eucharistia capi. 1. Quærerem (inquit) ab istis fictoribus, si in sacramento uidet sensibilibus corpus Christi: utrum inibi stat, vel sedet. & in superioribus. Arguit quidam, quod si homo sentit hominem dum sentit eius indumenta ex motu uitæ latentis intrinsecus: quod per idem sentit corpus Christi dum sentit sacramentum: sed ista argutia argueret, quod homo uidet Deum & animam. Hæc Witleff. AVTHOR. Bene arguisti, quod sic uideret homo Deum & animam. Vbi est nunc illa conscientia, quam soles facere de logica scripture sacre: quæ copiosissimè concedit Deum uisum esse & angelos. Vidi dominum facie ad faciem. quod est dicere, sensu ipso: & uidebit omnis caro salutare Dei. Et uiderunt oculi mei salutare tuum. Non quidem intellectualem tantum notitiam abstractiuam, quia sic ante uiderunt: sed corporales per intuitum. Econtrariò item scriptum esse non nescio: quia Deum nemo uidit unquam. Et non uidebit me homo & ui-

Witleff.

Alias cōsequentia. Deus an uisibilis.

uet. Et quæ non videntur æterna sunt. Et lucè habitat inaccessibile, quæ nullus hominū uidet: sed nec uidere potest. Cur inter istas disidentias scripturarum iuxta leges æquiuocationum cōtradictionum vires non attenuas, sicut in dialogo fecisti: & in de eucharistia, dicens non esse cōtradictoria: Ioannes est Elias: & ipse non est Elias: Panis in eucharistia est corpus Christi: & ille nullo modo est corpus Christi, primū in utroque; verificans secundū figurā: & secundū per naturā? Et cur item per te uetusta illa distinctio conticetur, quod ꝑ oculis carnis natura illa diuina secundum se non uidetur: eisdem tamen secundū subiectā creaturam uidetur. Vide commonitorium Augustini ad Fortunatianū de non uidendo Deo, si non in hac breui responsione consumitur. Me modò (inquit Augustinus) scripsisse non pœnitet, quia dixi istius corporis oculos Deum non uidere. Et infra adducens Ambrosium in testem. Meritò ergo se in corpore demonstrauit, quoniam in diuinitatis substantia non uidetur. Vidimus spiritum, sed in specie corporali. Videamus & patrem: sed quia uidere non possumus, audiamus deinde Hieronymum dicentē. Nos omnes reuelata facie gloriā domini speculantes, in eadē ecclesia transformamur à gloria in gloriā tanquā à domini spiritu: licet facie Dei iuxta naturæ suæ proprietatem nulla uideatur creatura: & tunc mente cernitur, quando inuisibilis creditur. Quod resumens Augustinus. Exprefit (inquit) dicens, quia Dei faciem iuxta naturæ suæ proprietatem nulla uiderit creatura: & tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur. Vnde sufficienter significauit: quando uisus est ab hominibus per oculos corporis tanquam ipse corporeus, non eum secundū naturæ suæ proprietatem fuisse uisum, in qua tunc mente cernitur, quando inuisibilis creditur. Demum Athanasium Alexandrinum episcopū cū ageret aduersus Arianos scripturarū sanctarum testimoniiis, & diligentia suæ disputationis asseruit instantissimè suadens Deū non esse uisum, nisi assumptione creaturæ. Secundū deitatis autem suæ proprietatē omnino esse inuisibilem. Gregorius etiā sanctus episcopus orientalis apertissimè dicit Deū natura inuisibilem: quando patribus uisus est (sicut Moyse, cū quo facie ad faciem loquebatur) alicuius cōspicabilis materię dispositione assumpta, salua sua inuisibilitate uideri potuisse. Hæc Augustinus. AVTHOR. Vbi patet, quod cū Augustinus omni feruore ingenii Deū inuisibile pro bare disposuit oculis carnis, in subiecta tamē materia autoritate sanctorū eisdem oculis uisibilem

Augustin.

Hieronym.

Augustin.

Athanas.

Gregorius.

bilē non negauit. Et testimonio Ambrosij, in diuinitatis substantia non uidetur. Vidimus autem spiritum, sed in specie corporali. Ex illo Hieronymi, quod faciem Dei iuxta naturæ proprietatē nulla uidet creatura: quod uisus est ab hominibus per oculos corporis. Ex Athanasio: Deū non esse uisum nisi in assumptione creaturæ. Ex Gregorio: alicuius cōspicabilis materię dispositione salua sua inuisibilitate uideri potuisse. Sic ut nullus antiquorum catholicus pater tam negat Deū inuisibilem in natura propria oculis carnis, quin cōcedat eundem uisibilem in massa molis. Et communis ecclesia in præfatione solenni hunc morē obseruat dicēs. Quia per incarnati uerbi mysterium. &c. Ut dum uisibiliter Deū cognoscimus: per hunc in inuisibiliū amorē rapiamur. Et ideo inquit de ciuitate Dei lib. 10. cap. 15. Augustinus. Sic itaq; diuinæ prouidentię placuit ordinare temporū cursum: ut quæ admodum dixi, & in actibus apostolorū legitur: lex in edictis angelorū daretur de unius ueri Dei cultu: in quibus & personā ipsius Dei, non quidem per suā substantiam, quæ semper corruptibilibus oculis inuisibilis permanet, sed certis indicijs per subiectam creatori creaturam uisibiliter appareret, & syllabatim per transitórias temporū morulas humanæ linguæ uocibus loqueretur: qui in sua natura non corporaliter, sed spiritualiter: non sensibiliter, sed intelligibiliter: non temporaliter, sed (ut ita dicā) æternaliter, nec incipit loqui, nec desinit. Hæc Augustinus. AVTHOR. Hac ergo lege diuini sermonis, cōcedo tibi Deū uisibilem oculis carnis nostre, qui summè inuisibilis est eisdem proprietate naturæ tuæ diuinæ. Sic ꝑ prius quā ueniamus ad animā, concedo tibi per scripturas uisus esse oculis carnis duos angelos in albis sedentes. Et Marias angelorum uisionē uisidisse, qui dixerant Christū uiuere. Et Agar ancilla fugiēs, angelum Dei uidit. Et, quod plus est miraculi, asina uidit angelū, homine non uidente, intellectū habente. Deinceps pro aspectu animæ quæ erit contentio: quā Iob portat in manibus suis: & dum cōparatur ad Deū infinities in inuisibilitate deuicta, penè corpus est, & non spiritus: Et ideo uisibile ipsam apud oculos corporis per mediū corporis uergetati quis negat? Augustinus planè concedit eam sic uideri, uocans animam uitam inuisibilem. 22. de ciuitate, dicens. Vitam quidē suam, qua nūc uiuit in corpore, & hæc terrena mēbra uergetat, facitque uiuentia, interiori sensu quisque non per corporeos oculos nouit. Aliorum uerò uitas cum sint inuisibiles, per corpus uidet. Nā vn-

Augustin.

2

Augustin.

de uiuentia discernimus à non uiuentibus corpora, nisi corpora simul, uitasque uideamus, quas nisi per corpus uidere non possumus: Uitas autem sine corporibus corporeis oculis non uidemus. Hæc ille. AVTHOR. Planè dicit Augustinus uno intuitu uideri oculo corporali corpora: & uitas uisibiles. i. aias, quas sine corporibus non uidemus, inquit. Et infra idē Augustinus. Sicut homines, inter quos uiuēt motusque uitales exercēt uiuimus, mox ut aspiciamus, non credimus uiuere, sed uideamus, cū eorum uitam sine corporibus uidere nequeamus, quā tamen in eis per corpora, remota omni ambiguitate, cōspicimus: ita quacunq; spiritualia illa lumina corporū nostrorum circumferamus, in corporeū Deū omnia regentem etiā per corpora contuebimur. Sequitur. Ita ꝑ nobis Deus erit notus, atque conspicuus, ut uideatur spiritu à singulis nobis in singulis nobis: uideatur ab altero in altero, uideatur in seipso, uideatur in cælo nouo, & in terra noua, atque in omni, quæ tūc fuerit creatura, uideatur & per corpora in omni corpore quocūq; fuerint spūalis corporis oculi acie, proueniētē directi. Hæc ille. AVTHOR. Argumētū, quod contra te supra sumpsisti, iam robur accepit: & redargutio tua ex hoc dicto dēbentur. Sentit enim homo hominē tactu non uisum, imò per uitā, & uitā latentē intrinsecus. Vnde mox ut aspiciamus, non credimus, sed uideamus, dicit Augustinus. Sed ista argutia argueret (inquis) quod homo uidet Deū & animā: & hoc concedit Augustinus. In omni (inquit) quæ tunc fuerit creatura uideatur: & per corpora in omni corpore quocūq; fuerint spiritualis corporis oculi, id est, corporei oculi corporis glorificati: quos supra uocat spiritualia lumina: nostrorum corporum acie proueniētē directi. Postremò ergo quid de subtilissimo corpore est dicendū? quod nec etiā sic potest deputari per gloriā, ut per aspectū propriū nec Dei, nec angeli, imò nec animæ propriæ in forma propria ualeat contemplari naturā: sicut in priori loco cōmonitorij inquit Augustinus. Quapropter si uidebunt Deū, non istius corporis oculi uidebunt, quia & in hoc non erit ipsum corpus usque in illam uim potentiamque mutatum. Sequitur. Siue ergo hoc, siue illud uerū sit: secundū utrumque, uerū est, quod istius corporis oculi Deū non uidebunt. Aut em̄ istius erunt, & non uidebunt: aut non erunt istius si uidebunt, quoniam tanta commutatione longè alterius corporis erunt. Hæc ille. AVTHOR. Huic syllogismo Augustini omnino moderna philosophia concordat: quod nihil

Augustin.

Ad Witleff.

Augustin.

hil poterit intendi vltra genus suum. Non ergo corporeus aspectus potest ad tantum intēdi, vt genus corporis posset excedere. Hoc videtur ergo concludendum de ceteris: quod si tantoperē distent in gloria diuinitas & corpus, vt oculus Christi corporalis diuinitatem in forma sua etiam infinite distans nō videat: multo magis per subtilitatem naturæ & gloriæ Deus inuisibilis inuisibile corpus in inuisibilitate præcellit. Quid ergo concluditur absurdum: vt si inuisibilis Deus sine præiudicio simplicitatis suæ in assumpta creatura videatur oculis carnis: quod item caro gloriosa pro hac vita nobis inuisibilis, in subiecta tamen creatura videatur exterius? Hanc regulā scio secutos esse antiquos patres, & ecclesiæ canones: vt dicerent carnem Christi in sua forma inuisibilem oculis carnis nostræ, in eis tamen visibilem in alia specie: & sensibus vniuersis esse sensibilem. Quod si enim insensibile & inuisibile oculis his sit Christi corpus in sacramento, in expositione Psal. 54. de cōsecratione dist. 2. Prima quidem. sic docet Augustinus. Non hoc corpus, quod videtis, manducatur estis, & bibitur illum sanguinem, quem fufuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum vobis aliquod commendauit, spiritualiter intellectum viuificabit vos. Hæc ille. AVTHOR. Augustin. Item in cap. Fortē dicas, Ambrosius. Fortē dicas quomodo vera caro est, quomodo verus sanguis, qui similitudinem non video carnis. Sequitur. Ideo in similitudine quidem accipitis sacramentum. Hæc ille. AVTHOR. Item in cap. Hoc est quod dicimus, de lib. sententiarum Prospero, Augustinus. Caro eius est, quam forma panis opertam in sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub vini specie ac sapore potamus. Caro videlicet est carnis, & sanguis est sacramentum sanguinis: carne & sanguine vtroque; inuisibili spiritali & intelligibili. &c. Hæc ille. AVTHOR. Item horum sententias in libr. de corpore & sanguine domini. cap. 37. secutus est Rabanus, dicens. Iam in hoc mysterio ab aspectu oculorum ne caro videatur subtrahitur, & vt fide auidius que ratur, quæ sita veriùs inueniatur, inuenta verò chariùs habeatur, & habita desiderabiliùs fruatur: quia in Christo omnis plenitudo corporaliter inhabitat, sine dubio, diuinitatis. Hæc ille. AVTHOR. Hoc modo itē doctores scholastici, vt puta sanctus Thomas, de Christo & alii modū dicendi fecerunt per ecclesiā vsualē, quod corpus Christi sit inuisibile in sacramento, intelligētes secundū proprietatem nudæ naturæ in mediatis accidētibus affectatæ, qualiter

nudè videtur homo, vel bos, per accidētia ipsi cognata. Qui tñ omnes æquē catholica mēte denegāt eandē Christi carnē esse ibi visibilem & sensibilem in qualitate extranea, aut specie aliqua peregrinata: vt palpabilem, & carnali ore tractabilem eam dicant: quanto magis ergo visibile? Quia visibilitas minus repugnat spiritali essentiæ & formæ gloriæ, quæ palpatio corporalis: vt sol videri potest, & omne corpus cæleste: palpari autem carnis manu non potest. Vnde & antiquus pater Chrysostomus, quem Witleff laudat sublimem philosophum, & subtile logicū, in de sermone dñi in mōte. cap. 1. Ipse in quā Chrysostomus super Ioan. Morali. 46. Quis vtiq; daret nobis carnis eius impleri? Ideoq; vtiq; & Christus hoc ipsum fecit in amorem nos inducēs maiore, & suā dilectionē ostendēs circa nos: non videre solū seipsum tribuens ijs, qui cōcupiscunt: sed tangere, & māducare, & insigere dētes, & cōplicari, & amorem implere omnem. Vt leones igitur ignes spirantes, ita à mensa secedamus illa, terribiles diabolo fiētes, & caput nostrum intelligentes, & amorē, quem circa nos ostēdit. Hæc ille. AVTHOR. Quā si per seipsum docet sanctus pater diuersis generibus sensuum carnem Christi in sacramento factam esse sensibilem: quia iam antē præmisit se probaturū nō hoc fieri tantū spiritaliter per amorem. Et subiicit ista, quomodo ibi tangitur: manducatur dētibus, figitur, & cōplicatur ore corporis, non cordis tantum. Et ratio est: vt sanguis agni sit super vtrūq; postē. sicut in homilia Paschali, vt habetur de consecra. dist. 2. Quid sit. Gregorius. Quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibēdo bene didicistis: quā sanguis super vtrūq; postem ponitur, quando non solū ore corporis, sed etiā ore cordis hauritur. Item hæc salutaris victima illam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat: qui licet surgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, tamen in seipso immortaliter, & incorruptibiliter viuens, iterū in hoc mysterio moritur: eius quoque vbiq; corpus sumitur, eius caro in populi salutem, potatur eius sanguis: & non iam in manus infidelium, sed in fidelium ora funditur. Hæc ille. AVTHOR. Aduersarius ergo legis est Witleff: qui fideles nō tolerat ore corporis, Christi sanguinē bibere: sed alterū postem bibendum cordis ore concedit. Sanctus autem pater Gregorius cōcedit illū in sua natura impotabile, in mysteriis esse potabilem: & in fidelium ora perfusum, & Christi corpus ibi

ibi factum non solū per carnis ora sumptibile, sed & corruptibile mysticē, & passibile, & mortale. Intellige semper per species sacramenti, sicut est visibile, & tangibile. Non autē in nuda essentia corporis sempiterni: propter illud Augustini dicentis, quod non consumitur mortibus. Et huic item in fine disputationis suæ secunda parte de sacramentis, lib. 8. cōsonat venerabilis Hugo. Vbi loquens quomodo Christus dedit proprium corpus ad manducandum discipulis. Inuisibiliter (inquit) sumebatur, quantum ad formam dico propriam corporis sui, non quantum ad speciem sacramenti sui. Inuisibiliter enim sumebatur: quia in eo quod sumebatur, quod ipse erat, non videbatur. Christus enim sumebat, & species panis & vini tantum videbatur. Ideo dico inuisibiliter sumebatur, & quod erat, non videbatur. Si ergo in eo quod dabatur, quod ipse erat, videbatur: & in eo quod dabatur, quod erat ipse non videbatur: & si in eo quod dabatur, tenebatur, & crucifigebatur, & in eo quod dabatur, frangebatur, & non diuidebatur: edebatur, & non corrumpebatur: quid miraris, si in eo quod dabatur, mortalis dicitur: & in eo quod dabatur, immortalis, & impassibilis fuisse prædicatur? Hæc ille. AVTHOR. Et idem super secundo capite Dionysii de Angelica hierarchia. Hugo. Quod nunc visibiliter secundū sacramenti speciem & corporaliter secundū corporis & sanguinis veritatem Christum in altari sumimus, sacramentum est, & imago, quod ipsum eundem inuisibiliter, & spiritaliter secundū gratiæ infusionem, & spiritus sui participationem in corde fumere debemus. Ergo diuinissima eucharistia, quæ in altari, & secundum panis & vini speciem, & secundum corporis & sanguinis Christi veritatem visibiliter & corporaliter tractatur, sacramentum est, & signum, & imago inuisibilis, & spiritalis participationis Iesu. Hæc ille. AVTHOR. Quam planè ecce dicit Hugo, quod visibiliter, & corporaliter Christum sumimus in altari secundum sacramenti speciem, & corporis veritatem: & quod visibiliter, & corporaliter ibi tractatur diuinissima eucharistia. Videtur ergo ibi sacramentaliter: & percipitur corporaliter.

¶ Ad authoritates Witleff contra visionem corporis Christi in sacramento, respondetur.

C A P. LIIII.
S V M M A.

- 1 Responso ad authoritates, quas Witleff adducit, ad probandum, quod corpus Christi non sit visibile in sacramento.
- 2 Christus, quod inuisibiliter in sacramento comeditur, & videtur, & spiritaliter, ac inuisibiliter in seipso, secundum Augustinum. Et quid de hoc dicant Gregorius, & Basilius.
- 3 Augustinus à Lanfranco laudatur. Et plura ibi de visione corporis Christi in sacramento, contra Witleff, ex Augustino, & alijs.



Non ergo indignum quicquā dicimus de tā eximio sacramento: si quod de Deo tota dicit ecclesia, hoc itē de eius corpore in mysteriis sentiamus: quod est ibi oculis istis inuisibile per naturā propriā: est tamē ibi visibile, & manu tractabile per sensibile sacramentū. Redarguit hoc Witleff propter figurā suā vbiq; inuisibile: sed primò authoritatum loca voluimus. Etenim certè fallor, si nō in his ipsis ipse fallax probetur. Illuminet ad hoc probandū oculos meos Deus, ne vnquā dicat inimicus meus pualui aduersus eū. Patet (inquit) ista sententia secundū leges ecclesiæ. Nā in de cōsecratione dist. 2. sub verbis Augustini sic scribitur. Nos autē sub specie panis & vini, quā videmus, res inuisibiles carnē Christi & sanguinē honoramus. Ex quibus patēter patet, quod illa res sensibilis, quā sacramentū dicimus, nō est corpus Christi, vel sanguis. Hæc Witleff. AVTHOR. Falsè si dicis, quod hoc ex istis patēter patet. Nam post ista patēter sequitur ibidē. Nec similiter prædemus has duas species quæ admodū ante consecrationē prædebamus: cū fideliter fateamur ante consecrationē panē esse & vinū, quod natura formauit: post consecrationē verò carnē Christi & sanguinē esse, quod bñdictio cōsecrauit. Hæc ille. AVTHOR. Vide doctor mēdacij: iā ex illis sequitur dicti tui merū contradictoriū. s. duas species post consecrationē esse carnē Christi & sanguinē, quæ benedictio cōsecrauit. Iūge iā ista prædictis, quod sub specie panis & vini res inuisibiles carnis Christi & sanguinis honoramus: quæ vtiq; species sunt illæ res inuisibiles post cōsecrationē, quas benedictio consecrauit. Ergo illæ res in se inuisibiles sunt post cōsecrationē species, quas videmus. Non dico, quod simpliciter sunt illæ, sed quo-

Augustin.

Ambrosius

Augustin.

Rabanus.

Thomas.

Chrysosto.

Gregorius.

Witleff

Augustin. in decreto.

quodammodo sicut dicit Augustinus sacramentum fidei fides est. Sufficit tamen, quod illae res per se inuisibiles sunt in speciebus illis visibiles. Vt terius idem (inquit) patet eadem distinctione sub autoritate Ambrosii. Fortè dicit. Similitudinem (inquit) non video carnis: non video sanguinis veritatem. Veruntamen si viderem sanguinis Christi essentiam: viderem per idem omnem quantitatem, vel qualitatem sensibilem, quae informat corpus Christi in caelo. Hæc Witcleff. AVTHOR. Et hic item fallax est: nam pro toto dicto Ambrosij, aut lege ecclesiae plenaria, solam obiectionem infidelis assumit, solutione eius omissa, non ausus eam dicere, quia reuerberasset perfidiam eius acerrimè. Solutio autem Ambrosii finaliter sequitur, cum dicit. In similitudine quid accipis sacramentum: sed veræ naturæ gloriâ, virtutemq; consequeris. Ego sum (inquit) panis viuus, qui de caelo descendi. Hæc ille. AVTHOR. Ergo qui in similitudine accipit sacramentum, non solam similitudinem accipit in ore carnis: sed veræ naturæ gloriam, id est, naturam gloriæ per hypallagen, vel naturam gloriosam per endiaden: virtutemq; consequitur, id est, gratiam sacramenti. Ergo cum in similitudine accipitur sacramentum, simul gustatur eodem actu corporeo vera natura carnis Christi gloriosa per essentiam, & ritè accipiens cōsequitur gratiam. Sic enim Ambrosius passum illum prosequitur, dicens. Sed caro nō descendit à caelo: hoc est carnem in terris assumpsit ex virgine. Quomodo ergo descendit panis à caelo, & panis viuus? Quia idem dominus noster Iesus Christus confors est diuinitatis & corporis. Et tu qui accipis carnem diuinæ eius substantiæ, in illo participas alimēto. Hæc ille lib. 6. de sacramentis in principio. AVTHOR. Sic in publicum ducimus furta Witcleff. Itavoluit esse magis tacita, quam de testā. Iam qui supra dixit, in similitudine accipis sacramentum, & declarans se dixisse hoc de sacramento & de corpore Christi secundū essentiam, finaliter hoc expressit dicens. Tu qui accipis carnem diuinæ eius substantiæ: & accipis inquam quomodo? sicut iam dixit, in similitudine, id est, visibili sacramento, in panis sensibili specie: ergo ore corporis qui accipis carnem: quam non figuratam, non tropicam, sed diuinæ eius substantiæ: cuius vnâ & diuinitatis Christus est confors. Ergo tu qui corporaliter accipis, & comedis carnem illā in similitudine, efficeris particeps diuinæ eius substantiæ. Hic nihil est furto commissum, nihil violenter extortum, sed cuncta se reddūt

ad manus, vt Christi caro viua māduccetur in sacramento sensibili, in sua, non aliena substantia. Et quod conclusis, si videres sanguinis Christi essentiam, videres per idem omnem quantitatem, vel qualitatem sensibilem, quae informat Christi corpus in caelo. Pessimè conclusis: ita vt te possit omnis vir doctus arguere falsitatis. Nam pro tempore mortalitatis suæ videbat Christus vestitus, & tamen per essentiam: & quis tunc vidit omnem quantitatem, & qualitatem sensibilem, quae iam informat Christi corpus in caelo? Nam in transfiguratione cum semel vidissent Apostoli eum in gloria per essentiam, nō sustinuerunt explorare tūc omnem qualitatem eius sensibilem, quā tunc habebat. Item nec Iudei quando ceciderunt retrorsum in horto ad hanc vocem, Quem quaeritis? Assumit item, vt dicit sepe inferius recitatum dictum Augustini de consecratione distinctione secunda. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturus es, & bibiturus illud sanguinem, quem effusuri sunt illi, qui me crucifigent. & post detegens equiuocationem sic loquitur. Ipsum quidem & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, non ipsum visibiliter. Necesse est (inquit) illud celebrari visibiliter, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Hæc Witcleff de eucharistia cap. 1. AVTHOR. Quid contra orthodoxos facit hoc quod attulisti? Illud est, quod in planis verbis Christi proferimus. Nō hoc corpus visibiliter manducaturus sumus: nec ipsum sanguinem visibiliter secundū proprietates naturæ. Ipsum tamē sic inuisibiliter debemus & in sacramento visibiliter celebrare. Imò contra te est: quia idem ipsum corpus secundū istam sententiam visibiliter & inuisibiliter manducatur. Visibiliter in sacramento, inuisibiliter in seipso. Tu autem dicis, quod solum inuisibiliter, & spiritualiter comeditur vtrobiq;: & solum spiritualiter in sacramento. Nec est iste sensus extortus, sed planus, confonus Augustino. Quod item manifestat dictū aliud Augustini eadem distinctione cap. Qui manducant. Vbi dicit. Qui manducant, & bibunt Christum, vitam manducant, & bibunt. Illum manducare, est refici. Illum bibere, est viuere. Quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducatur, & bibitur. Manducatur Christus: viuunt manducatus, quia surrexit occisus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce dicit: Quod in sacramento visibiliter sumit, in ipsa veritate spiritualiter manducatur. Quæro quid hoc est, quod in sacramento visibiliter sumitur, & spiritualiter in veritate? Nunquid ipsum idem sacramentum visibile?

VWitcleff.

Augustin.

2 fibile? & tunc sacramentum visibile in sacramento visibiliter sumitur: & idem erit visibile & inuisibile. Si verò hoc, quod supra dixit, sicut necesse est dicere, qui manducant, & bibunt Christum, & illum māducare est refici, ergo Christus in sacramento visibiliter sumitur, qui in ipsa veritate spiritualiter manducatur: quod est nostrum. s. quod est Christus visibiliter in sacramento comeditur & videtur: & spiritualiter ac inuisibiliter in seipso. Item in eodemq; tempore & momento, & in calū rapitur ministerio angelorum confociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo eodē momento est corpus Christi his oculis in caelo inuisibile, & eisdem visibile in altari. Pium Basilium sequitur Gregorius in hoc dicto, qui ait. O miraculum! O Dei in nos beneuolentia! Qui sursum sedet ad dexteram patris: sacrificii tamen tempore hominum manibus continetur, traditurque lambere cupientibus eum. Hæc ille. AVTHOR. Profundæ deuotionis bene formata sententia, quæ tropicis mysteriis, aut figuratijs sacramentis nunquam legi poterit adaptata. Nunquam hæc stupenda verba sanctorum de aliquo sacramento veteris legis in scripturis canonicis vel patrum poterunt inueniri. Nunquam de manna. Nunquam de sanguine agni. Nūquam de pane & vino Melchisedec: qui tamen inter omnes, p. pinquissimè figurabant eucharistiæ sacramentum. Sed etiam de ceteris sacramētis nouæ legis, de baptismo, de matrimonio, de ordine quæ vnquam sanctus dixit: O miraculum! qui sursum sedet ad dexteram patris: sacrificij tamen tempore hominum manibus cōtinetur: cum Christus ipse omnibus sacramētis præsens sit secundū virtutem, & in omnibus figuretur? Vnde & fidelis inter manus sacerdotis baptizatus, sepulturam Christi figurat transfactam secundū Apostolum dicentem, Consepulti enim sumus Christo per baptismū in mortē. & tamen de illo non dicitur. O miraculum! O Dei in nos beneuolentia! qui sursum sedet ad dexteram patris, sacrificij tamē tempore hominum manibus continetur. Patet ergo ex mēte sanctorū, esse Christum ibi essentialiter: & ipso corpore carnis suæ hominum manibus cōtineri. Et idcirco deducta circumstantia mali, puto eos bene formare sermonē quo ad substantiam iuramenti, qui bono corde iurant, in Christo corpore saluatoris & sanguine, quæ ipso die oculis carnis suæ prospexerant in manibus sacerdotis. Et longè eos dijudi-

Gregorius.

Basilius.

co à dolo Witcleuistarum, qui sub ficta conscientia, vel se non iurare ausos pronuntiant, vel in ipso albo, & rotundo, quod oculis carnalibus vident, & quod est corpus Christi, id est, signum eius cassum, & nihil continens, iuramentum formant sophisticum. Sed quia dicit aduersarius fidei, quod hoc capitulum Augustini tam saepe resumpserit: quia discipulis abeuntibus retrorsum, intendebat Christus secundū expositionem Augustini, quod non hoc corpus daret eis comedere, nisi spiritualiter, non corporaliter: & sic ipsum, & non ipsum: & hoc dicit recitasse frequenter. Verum est, & inde improbitatem eius hæreticam, & immolliendam duritiem cordis magis admiror. Quia hanc ipsam assumptionem in prophano dogmate magistri sui Berengarij patenter inuenit: & multo patientius catholicos præfules, & doctores cum omni claritate sermonis in suis opusculis reperit eam planasse, frustratūq; iri magistrum. Et tamen mens eius indomita post tot virorum sententias, quas ipse nunquam legit, quia nesciuit, cum prioribus damnis refugit esse cōtenta. Lanfrancus enim Episcopus, contra magistrū tuum pugil optimus in libro suo de corpore & sanguine domini sic habet. Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturus estis: & bibiturus illum sanguinem, quæ fusuri sunt, qui me crucifigent. In his postremis beati Augustini verbis exultas: in his vicisse, & superiorem te esse gloriaris: hic firmamentum tuæ defensionis te inuenisse gratularis. Quomodo, inquis, persuadere cōtendis, quod veram carnem, verumq; sanguinem in hoc sacramento sumamus, cum manifeste audias, quod corpus, quod videbant, non essent discipuli comesturi: neq; bibiturus sanguinem, quæ crucifigentes erant effusuri? Calumniosa quidem ista obiectio est. Qui enim superius testatus est quod carnem, quam de matre virgine sumpsit, & in qua in terris ambulauit, ad manducandum nobis salubriter tradidit, quomodo huic tam præclaræ sententiæ alia contraria sententia potuit obuiare? Absit à sobrio lectori, & catholico expositore, tam peruerse sentire de cōlūna ecclesiae, de firmamento veritatis, de quo Cælestinus Papa in decretis suis asserit, quod nec saltem sinistrae suspicionis rumor dum viueret, eum asperferit. Imò reuera id dixit, quod catholica ecclesia in omnibus membris suis fideliter fatetur, & credit: quod ego in professione fidei breuiter superius posui, breuiter comprehendit: videlicet ipsum esse corpus, & non ipsum. Neq; enim id, quod ipsi putabant, modo

Al. læsit

Lanfranc.

Augustini laus.

dō credimus, q̄ visibile Christi corpus comedamus, ac sanguinem, quem fufuri, aut oculis suis conspēcturi erant persequētes, bibamus: sed potius id credimus, quod nō videmus: vt valeat esse fides: quā nō potest esse, si res, quæ creduntur, corporalibus sensibus constiterit subiacere. Vnde exponens quod obscure posuit. Et si necesse (inquit) est illud visibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi. Existimabant nāq; q̄ præciperet eis dñs, aut bestiali, aut humano more comedere corpus quod videbant, ac sanguinem bibere, quē persequentes fufuri erant: hoc est, aut crudū, aut coctum aqua, aut substratis carbonibus in veribus assum. Hanc carnalem eorum intelligētiam redarguens dñs in euangelio secundum Ioannem dicit. Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest quicquam. Quod exponens beatus Augustinus in. 27. Homi. ait, Quid est: non prodest quicquā: sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerūt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur: non quomodo spiritu vegetatur. Hæc ille. AVTHOR. Hunc passum Lanfranci sequitur euestigio filius eius Anselmus libro suo de corpore & sanguine domini. ca. 11. nihil addens, nisi cautelam quandā, quam debent habere lectores fideles in legendo codices seniorum. Qui (inquit) errare vult, vel errorem docere, nil est tam bene dictum, quod non possit malo intellectu deprauare. Nā (vt alia omittam) quis contradicere possit virum eruditissimū edidisse in scripturis suis, quod ignauus quilibet si scripsisset, prima se facie respiciendum, & conspuendum non dubitaret? Quid magis ignauum, q̄ vno in loco contraria sibi edere? Nam cum psalmum tractaret. 98. De carne (inquit) Mariæ carnem accepit, & in ipsa carne ambulauit: & ipsam carnē nobis manducandā ad salutem dedit. Statimq; post pauca. Non hoc corpus, quod videtis, manducatur estis. &c. Quid magis contrariū? sed prudens lector. &c. Hæc ille. AVTHOR. Carnotensis itē Yuo in lib. epistolarū epistola ad Haymericum Aquitinensem abbatē, quæ incipit. Minimus Beluacensis ecclesiæ. &c. Dixisti (inquit) te hæere in quibusdā verbis beati Augustini: conātis determinare verba domini. 12. Apostolos instruētis, quire manserant. 70. fermē abeuntibus retro. Sunt autem hæc verba. Nō hoc corpus, quod videtis, manducatur estis: neq; bibitur illū sanguinē, quē fufuri sunt illi, qui me crucifigēt. Quod sic cōueniēter intelligi potest, quia & ipsum est, & non ipsum. Ipsum quidē materiali esētia, sed

nō visibili forma. Vnde & subditur. Et si necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamē inuisibiliter intelligi. Ipsi. n. qui recesserūt à dño, putabant, q̄ carnes dñi viuentis bestiali more essent in frustra scissuri, & aut elixas, aut assas in veribus, comeduri: qđ si nolent, nō possent eius esse discipuli. Sequitur. Neq; em̄ quod de altari sumimus, beatus Augustinus verū corpus esse negaret, qui hoc in plerisq; tractatū suorū locis euidenter affirmat. Hæc ille. AVTHOR. Videtis q̄ Witleff nō fuit primus motor huius pulueræ quæstiois, sed potius q̄ audius erat ad contendendū, qui edere maluit sopita litigia, q̄ litigiorum laudare in expugnabiles sedatores. Nā si expugnare sciuerit, cur omisit? Et sine fulcramento nouello cur voluit reparare totiens diffutum & tam lacerum argumentū? Sed necdum verba finiimus, restat in hoc ipso cōferre verba Guimodū libri suo. 2. de corpore & sanguine dñi, sic dicentis. Illud sane Berengariū mouere p̄ maximē solet, qđ in expositione supra dicti. 98. psalmi, beatus Augustinus de verbis dñi ad discipulos ait. Cū remansissent cū illo. 12. discipuli, instruxit illos, & ait. Spiritus est qui viuificat: caro autē non prodest quicquā. Non hoc corpus, qđ videtis, manducatur estis. &c. Si ergo ait Berengarius, nō hoc corpus, neq; illū sanguinē, restat vt qđ de altari sumit, vmbra tm̄ sit corporis, sanguinisq; figura. Seq̄. Infelix homo diu in pelle hæretica inueteratus suadēte diabolo: cuius retibus penē inexplicabiliter implexus est, libentius oēs ingenii sui vires ad aucupādū vnū verbū, quo male intellecto, propagatā stultitiā munire videatur, accommodat, q̄ diuinarū scripturarū prouidentissimā vigilantia cōtra se validē reclamantē, vel tenuiter attendat. In eodē quippe psalmo hæc pdixerat Augustinus. Suscepit Christus de terra terrā: quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnē accepit. &c. cū præfatis Lanfranco & Anselmo. ibi. AVTHOR. Ecce qđ totiens repetisse te iactas, totiens solutū fuisse per patres te multo peritiores, cur non aduerteris? Quod si de raritate librorū excusationē obtendas: de famoso codice magistri sententiarū te vinco, qui penē apud omnē studentē diuinæ paginæ reperitur in manibus. Ipse ad hoc obiectū hæreticū magistro tuo respōdet: cur sic ipsum sine additione, aut solutionū impugnationē, quasi nullus ante hoc dixerit, nullus soluerit, reducis in publicū? Quid amplius increpo contumacem? Obmutescē, & exi ab eo o demōniacum argumentum, donec istos refellas, qui hoc tibi fecerunt vt taceas.

Ad

Ad rationes Witleff, quas coligit à natura, Respondetur.

C A P. L V.

S V M M A.

- 1 Witleff, qui rationes quasdam physicas adducit, ne corpus Christi uideatur corporaliter, aut sentiatur in sacramento, confutatur.
- 2 Visibilis gradus, & sensibilis per accidens.
- 3 Deus noster, & corpus eius, quod uideatur per speciem extraneam, non tamen albet per eam, neq; calet, non olet, uel acet. &c.
- 4 Christus, quod non sit illud album, uel rubrū triūgulum, uel rotundum, quod oculi carnis uident.
- 5 Christus in sacramento, quod secundum ecclesie fidem nec sedeatur, uel stet, nec coloratus, uel quantus sit.
- 6 Christi domini nostri corpus, quod non frangatur secundum propriam formam, sed in specie sacramenti.
- 7 Christum sensibilibus manibus æquē, aut amplius in sacramento tactum, sicut tangi posset per sibi dicitur.
- 8 Responso ad argumentum Witleff, dicentis, quod moderniores doctores negant corpus Christi corporaliter in sacramento uideri.



Witleff.

Ad rationes quasdam physicas accedamus, quas fabricat sibi Witleff, ne corpus Christi uideatur corporaliter, aut sentiatur in sacramento. Primum eius argumentum est in eodē primo capitulo libri eucharistiæ. Oportet (inquit) sensum communem, vel aliquē sensum intrinsecum comprehendere substantiam ex motione per se sensibilis adiacentis: sed modo nullus sensus hominis, sed purē intellectus per fidē percipit corpus Christi: quod patet: quia commixta hostia cōsecrata cum aliis, homo non plus discernit eam ab alia, subducta fide, q̄ facit bestia. Sicut ergo bestia non sufficit apprehendere hanc rem sacramenti sub tali habitudine, ita nec sensus hominis. Hæc Witleff. AVTHOR. Hæc dicit homo, cuius obturatus est oculus, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius, vt de Balaam legitur in Numeris.

Cuius quantus obturatus sit oculus, vt quid tamen sic inuolutus est sermo? Dicat planē oportere sensibiliter subiectum esse perceptū à sensu mediante aliquo per se sensibili informante fidem per accidens. Dicitur illud subiectum esse sensibile directē contra naturam sensibilis per accidens. Nam qualiter exemplum reddit Aristotelis sensibilis per accidens de Darij filio: nisi quia apprehenso eo per sensum ex colore, figura, vel motu, adhuc manet ignotus, quod sit Darij filius? Et commentator de Socrate: & misceatur inter centum homines, & quomodo iudicio exterioris sensus vel interioris nullo addito quod de statura eius aut gestu alicuius relatu cognouerit? Aut si canis, vel bestia sit, qui iam primò in sensum eius venerit, quomodo per viā sensus veniet in Darij filium, quia vt sic est sensibile per accidens: & tamen Darij filius visus est, & ibi si quidem loquatur auditus? Sed vt ad scripturas veniamus: nunquid Maria Magdalena uere uidit dominum specie hortolani, quando dicebat euangelium, quia uidit Iesum, & nesciebat quia Iesus esset? Si uidit Iesum non solum per accidens, sed per se, quod plus est, quomodo non comprehendit Iesum per aliquem sensum intrinsecum ex motione per se sensibilis adiacentis, ita quod si cōmiseretur cum aliis hominibus, nō aliter possit eum ab aliis hominibus discernere, quā bestia? Hoc idē de duobus discipulis eūtib; cum Christo ad castellum Emaus, quorum oculi tenebantur ne eum agnoscerent, non autem ne eum uiderent, ita vt postea dicerent, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, cum loqueretur nobis in uia? Et ad cæcum natum, cui dixit Iesus Ioannis. 9. Tu credis in filium Dei? Et ille. Et quis est domine vt credam in eum? Et Iesus. Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est. Ergo qui nondū fidei oculo Iesum uidit, corporis oculo eū uidit. Et tñ quis ille est, nescit. Idcirco interrogat eū, quis ille est, vt in eū crederet. Quomodo putas ipse discerneret Iesum, quem Christus uidisse eum dixerat, à centum hominibus, quem iam oculis uidit, nec tamen cognoscit? Et quomodo item mulier Samaritana in euangelio secundum Ioannem uidit Messiam, & audiuit eum loquentē, nesciens eū ab aliis uiris discernere, plusquā bestia: quousque diceret ei Christus, Ego sum qui & loquor tecum, & quotlibet talia? Ergo iste philosophus peccat cōtra philosophum suum Aristotelem, nesciens quomodo in libro suo secundo de anima cap. de visu & visibili assignat multos gradus de visibili ordinatē

Augustin.

Anselmus.

Yuo Carnotens.

Guimodus

Visibilis
gradus &
sensibilis
accidens.

2 tē distinctos. Nam ꝑ præter per se visibile, quod secundum eum est color, primum subiectum affectatum eo per se sensibili, est sensatum per accidens. Ideo paruo, aut nullo intercedente vitio, circa ipsum contingit sensum errare: sicut sensus iudicat aliquādo in hyeme de lunari globo, quādo primò eleuatur super terram, quòd sit ignis in patria. Secundò gradu & per accidens sensibile: quod nullo accidente inexistente subiecto potest per sensum extrinsecum percipi directè: sed sub qualitate aliqua concepta per tempus à sensu intrinsecò, sicut Darii filius, vel Socrates. Vnde & per spectui dicunt, quòd ad huius visionem requiritur tempus. Tertio item gradu sunt sensata per accidens illa, quæ per nullum accidens inexistens ipsi rei cognoscuntur à sensu, sed tantum per extraneas qualitates: sicut sol, cælum, & omnia diaphana perennis luciditatis secundum commentatorem ibi, commentis. 68: & 69. Vnde ibi concluditur, q̄ quia sunt solum potentia lucida, & per hoc diaphaneitatis perpetuæ, non videntur colore proprio, sed colore causato in extremitate sui diaphani in igne, vel aëre nostro caliginoso, nō procul ab oculo. Quòd si arguatur oppositū, quia & aër est item corpus diaphanum, cōceditur: sed tamen in comparatione cælestiū, est corpus obscurum: & ideo luminosus radius ibi reflexus, efficit colorem, quasi iam venerit ad extremitatem sui conspicui: sicut videmus flammam intensius rubram infra flammam: quia flamma illa plus habet de grosso vapore. Si ergo hæc supercælestia videri possunt, & videntur, & tamen nisi per qualitates à multis distantibus omnino eis extraneis: quare non videtur corpus Christi sicut huiusmodi corpus per qualitatem sibi propinquius assistentem, quanuis non insistentem? Certè de cælo, sole, & stellis non potest negari, quin videntur oculis huius carnis, dicente scriptura. Quā videbo cælos tuos opera digitorum tuorum, lunam, & stellam, quæ tu fundasti. Et ad Abraham dixit dominus Genes. 15. Suspice cælū, & terram: numera stellam, si potes. Vbi etiam patet sensibile per accidens remotum, scilicet, stellam, aut cælum per extraneas qualitates esse sensatum sensibili per se nō sensato: quia stellam potuit Abraham sentire, & sensu percipere, earum numero impercepto: cum tamē numerus est per se species sensibilis communis. Sed iam ad propositum. Quis idiota non videt stellam in capite tauri, cum tamen inter omnes stellam cæli non percipiat eam plus quæ bestia? ergo dicemus quia non vidit eam? Aut

cum iste magister viderit assub inter stellas, nunquid percipit, & discernit eā à stella priusquam ceciderit? Hæc est philosophia istius Wittcleff. Certè sic videns Christi corpus inter mille panes non sacros, non discernet ipsum ab aliis: cum tamen ita videt ipsum inter panes, sicut cum videt Hesperium inter stellas. Cætera argumenta sua huius sectæ, his defectis, modicum habent ponderis. Si enim (inquit) tam clarè intuerentur corpus Christi in sacramento: queratur cuius coloris, cuius quantitatis, cuius figure est corpus Christi ibidem? & oportet eos dicere, quòd in hostia vna sit albius, in alia fuscus, & in alia maius, in alia minus, & sic dominus noster foret in vna hostia plenè rotundus. Et sic postea de sanguine in cōparatione ad alios sensus, quòd in vna hostia putrefacta olet Deus, in alia, quæ sit acida, acet. Et sic in ciuitatibus Deus est sapiens, cum in ruralibus acet. Hæc Wittcleff. AVTHOR. Hæc, & huiusmodi ludicra si philosophiam sciret, certè pudore victus taceret. Nam quot vident oculis suis solem istum, & nesciunt: cuius sit quantitatis, vel coloris? Et tu ipse si stares in eminenti loco, vbi perspiceres superius hemispherium summi cæli, & interrogarè te, cuius esset quantitatis, aut coloris: quid putas statim diceres iudicio sensus excluso rationis decreto? Quid de stellis in Arcto, quæ perhibentur esse sole maiores? Quid de arctophylace initio septentrionalis circuli, & solstitij æstiuales? Quid de Abaco patre Thoantis? quas stellas, & si homines carnalibus oculis videant, quia tamen vt tales sunt per accidens valde videntur, ideo si colorem, aut figuram, aut quantitatem, vel appellationē inquireret, minimè responderet. Aut tu dic si in vno cæli situ sol iste croceus, non comatus, in euro fuluus, flauus in austro & crinitus, & in occidente ceruleus. Et nunquid est fax ignea dum calet, & oceani vndis submersa dum occidit? Sic æstimauere poëta per iudiciū sensus. Et nūquid de figura eius bene senserant Manichæi dicentes eum triangularis formæ, & esse nauem onerariā boni Dei, p quoddam foramen cæli micantem? Ecce iudicio sensuum tot & plures generantur errores de colore, figura, & qualitatibus solis, quæ tu ipse non potes negare visibilem. Quid igitur mirum, si de carne saluatoris in sacramento valde occulta propter meritum fidei, aspicientes non clarè dicant ad singula? Aptius ergo vident, & certius, qui iudicio fidei, quam qui iudicio visus credunt: sicut expositione baptizatum

VWittcleff.

Chryso.

ptizatum Christum si illogizat Chryso., dicens. Astiterunt proficientes quidem, nihil, solum autem videntes ea quæ sunt. Pater enim, & filius, & spiritus sanctus omnia operantur. Suadeamus igitur ab enuntiatione Dei. Visu enim hæc est fidelior. Nam visus quidem multis in locis fallitur: illa autem immachinabile est excidere. Hæc ille. AVTHOR. Bene dicit quòd visus fallitur, quanuis Wittcleff dicat visum, & tactum esse certissimos inter sensus: sed comparati ad fidem Christi, sunt incerti, & fallacii pleni. Nihilominus aliud est de re visa per speciem extraneam non cōiunctam: aliud de re visa per speciem informantem ipsam, & rei visæ cōiunctam. Nam primā species illa non denominat nisi in genere, puta quòd est sic, vel sic sensibilis. Secundam verò species rem ipsam in particulari denominat. Deus noster, & corpus eius in sacramento videtur per speciem illam extraneam: non autem albet per eam, neque calet, non olet, vel acet. Sed prius, si esses philosophus, demonstrasses species illas, sub quibus videtur Christus, esse Christo cōiunctas, informantes, & denominantes. Hæc est doctrina Aristotelis de visibili qualitate extranea. Non igitur Christus noster illud album, vel rubrum triangulum, vel rotundum, quod ibi oculi carnis videt, sicut alibi pluries insulasti. Vel dic tu, quod illud croceum sine comis, ad quantitatem peluis, quod oculis corporalibus video in rorido mane est sol ille corporeus, qui sensibiliter calet in meridie? Insultat amplius. Si (inquit) in sacra hostia corpus Christi sic videtur, quærerem ego ab istis fictoribus, vtrum ibi stat, an sedet. Dico tibi Wittcleff, q̄ tu in hoc ipso fictionis notā nō effugis. Quia alibi hoc argumentum per Antichristi discipulos simulasti factum: quod hic planè cōtra orthodoxos euibras. cap. 44. de sermone domini in monte. Per hoc (inquis) respondetur ad quæstiones, quibus quærant discipuli Antichristi, vtrum corpus Christi sedet, an stat in hostia consecrata. Nam corpus Christi non stat, vel sedet ibidem, nec mouetur localiter ad motum istius hostiæ cōsecratæ. Et citò post subiicit rationem, quia ad relationem non est motus (inquit). Hæc Wittcleff. AVTHOR. Pessima causa, & hæresis plena: quia sic corpus Christi non esset ibi nisi relatio, imò relatione quid deterius, scilicet, extremus respectus. Attamen conuicini eis sunt sensio, & statio. Et nūquid ideo prohibentur contrahere nuptias cum habitu respectiuo nisi motus localis in ecclesia respectiuorum publicè missam cele-

VWittcleff.

5 bret nuptialem? Rideo fateor risibile fundamentum. Fides ecclesiæ melius dicit: Christum in sacramento, scilicet, nec sedere, vel stare, nec coloratum, vel quantum esse: quia est ibi tantum in ratione suæ nudæ corporalis essentia: non autem vt qualitatibus, vel quantitibus suis amictæ. Sufficit autem simplici alicui sic respondere proteruo, quòd corpus Christi, quod est corporaliter in sacramento, verè sedet ad dexteram Dei patris in cælo: sicut dicitur in symbolo. Accusat iterum orthodoxos antiquos iste serpens de crurifragio saluatoris. Si (inquit) audimus dominum in fractura hostiæ: cum ipsa sit nisi fractio corporis quæ auditur, oportet concedere, quòd Christus frangitur, quod est horribilius, quam opus militum, qui vt dicitur Ioannis. 29. ad Iesum cum venissent, non fregerunt eius crura: quia Exod. 12. de agno paschali figurante Christum præcipitur, Os non comminuetis ex eo. Multo magis ergo de corpore Christi viuo & glorificato Christiani non frangerent eius membra. Hæc ille. AVTHOR. Bene nouit hæreticus fideles non sic dicere nec sentire: sed euomit scandala sua contra sacrum Christi corpus: ne crederetur ibi secundum suam essentiam verum corpus, sed nudum signum fictum. Ecclesia nāque Christi semper docet, & docuit, corpus domini nostri non frangi secundum propriam formam, sed in specie sacramenti: sed nec visum esse, vel auditum ibi in genere proprio, sed in sacramento. Sicut possemus dicere regem Iesum: si quis pallium regium laeret: non quidem secundum se, sed in amictu eius satis à suo corpore separato. Vnde & Dauid percussit cor suum, cum præcidisset oram chlamydis Saulis, dicens, Propitius sit mihi dominus, ne faciam hanc rem domino meo Christo domini, vt mittam manum meam in eum, quoniam Christus domini est. Adiudicauit enim se misisse manum in regem, quia commisit eam in chlamydem. Et dominus Iesus interrogat Lucæ. 8. quis eum tetigit. quod & Petrus recitat Marci. 5. cum mulier illa sanguinaria vestimenta eius tantum tetigisset à retro. Quod & quæstio Christi testatur in Marco. Quis (inquit) tetigit vestimenta mea? Nec putet aliquis Christum de tactu tantum per fidem & desiderium cordis, & non de tactu corporis hanc edidisse quæstionem: quia diu ante tactum istum mulier ægra per fidem & desiderium cordis Christum illo modo tangebat. Ideo refert Marcus illam per se dixisse: quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. Hoc ergo cum primò diceret, non dubium

VWittcleff.

fide tetigit, sed nōdum sanitatem accepit: nec Christum testantem se tactum audiuit, quousque corporis manum cum bona fide vestibus premeret saluatoris. Hoc enim factō, statim Christus se tactum detegit, & statim virtutem à se exisse pronuntiat. Argumentū est, quōd sacramenta fidei fide tantum, vel amore nudo percipisse non sufficit, ad hauriendū virtutem, & gratiam de fontibus saluatoris: si corporaliter carnalibus membris & sensibilibus ea capere asit facultas. Redeamus ad prima: & dicamus Christum sensibilibus manibus æquē, aut amplius in sacramēto tactum, sicut tangi posset per fimbriam. Et sicut Dauid sensit se præcidisse corpus regis in abscessione ore chlamydis eius, cum nullum membrum eius violasset, aut læsisset in se, Cur non manducant fideles ad sensum, & frangūt corpus domini in fimbria sacramenti, sine omni fractionis iniuria membri Christi? Sic exponit rem istam in de verbis domini, vt de consecratione distinctione secunda. Qui manducat me. *Augustinus*. Non (inquit) timeamus fratres manducare istum panem, ne fortē sumamus illum, & postea non inueniamus quod manducemus. Manducetur Christus: viuunt manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit: & norunt fideles quemadmodum manducant carnem vel corpus Christi, vnusquisque accipit partem suam. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in corde tuo. Hæc ille. *AUTHOR*. Ecce quā planē Christus manducatur in sacramento, & per partes quidem in sacramento, sic diuiditur, sic fit dicit *Augustinus*. Sacramentum illud nunquid corporeum quid est? Secundum illud ergo Christus corporaliter manducatur, & per partes diuiditur: certē non sua in natura: quia sic manet integer totus in cælo, totus in corde tuo, & totus integer in sacramento. Sic item in epistola sua prædicta ad Haimericum *Yuo*. Nos (inquit) immolatum Christum sic manducamus, & bibimus, vt integrum eum manere ad dexteram patris credamus: & cum semel distinctione membrorum suorum in manifestatione corporis sui se obtulit hostiam viuētē, passibilem, & mortalem: quotidie tamen sub velamento panis, & vini, ab sancta ecclesia immolatur: & non in partes scissum, neque cruetum corpus eius fidelium ore percipitur. & hoc est, quod dicitur, Non hoc corpus, quod

videtis, manducaturi estis. Neque enim quod de altari sumimus, verum corpus esse *Augustinus* negaret, qui hoc in plerisque tractatuum suorum locis euidenter affirmat. Hæc ille. *AUTHOR*. Euidenter ergo fides antiquæ docet ecclesiæ corpus Christi gloriosum & multiplicatum in sacramento sensibilibus esse comestū, & fractum, & in partes diuisum, quod in propria sua natura nullam sustinet molestiam passionis. Sic enim primo *Machabæorum*: multæ animæ dicuntur esse peremptæ, quarum nulla secundum se sensit peremptionis iniuriam, sed secundum carnem indutam. Nec vt hæretica desipientia garris, sacerdos frangit Christi collum in hostia, siue crura, vel caput: sed totam hostiam sine distinctione partium corporis nominanda in sacramento confringit. Quōd autem agnum paschalē in exemplum adducis, contra te est. Nam cum figura corporis Christi frangi nō debuit, cur tu figuram panis tui confringis? Sed cuius ossa fracta non fuerant, carnes poterant ad comedendum confringi. Non ergo contra figuram nos facimus, si carnem Christi in sacramento diuidimus, qui tamen & carnes, & crura, & omnia sacra membra in seipsis inconcussa seruamus. Iterum arguit, quōd moderniores doctores negant corpus Christi corporaliter in sacramento videri, quia, vt inquit, nihil videtur ab oculo, nisi secundum formā trianguli: cuius conus est in oculo, & basis in ipso visibili: sed corpus domini cum sit multiplicatum ad omne punctum hostiæ, non terminat talem basim. Ideo secundum vera perspectiuorum principia non sic videtur oculo corporali. *AUTHOR*. Mēdax semper in mēdacio deprehendendus est. Nam et si quidam moderni doctores sic negent, intelligētes nō videri secundum se, vt rationes eorum ostendunt, tamen doctor ille subtilis, qui illud argumentum assumpsit, manifestē posse sic videri cōcedit. Vnde sic habet. Ad quæstionem (inquit) dico Christum quōd Deus de potentia absoluta posset in glorioso oculo causare vel non glorioso visionem istius corporis, licet istud corpus nusquam esset nisi in eucharistia. Et probat primò. Quia visio est forma absoluta, ergo sine contradictione potest fieri sine respectu præsentialitatis ad obiectum, vel quocunque tali respectu. Secundò assumit, quod nullius visio etiam sic causata posset esse corporis vt hic primò: quia hoc includeret corpus vt hic, vel etiam causam primò visionis, vel etiā propriū, & primum terminum visionis. Sed corpus vt hic neq; potest causare primò, neque terminare:

Vitcleff.

Responsio.

Augustin.

terminare: quia tam causatio, quā terminatio talis requirit in obiecto primo causante, vel terminante dispositionem debitam, & hoc secundū locum, vt pote approximationē, & debitam distantiam. Sed corpus istud, vt hic non potest debite approximari, nec distare debite, quia nō est in loco, vt hic. Hæc duo argumenta plus videntur nobis conferre, quā petimus: scilicet, quod corpus Christi possit ibi videri synceriter sub immediato visibili primo etiā ab oculo nō glorificato. Hæc fortē si *Witcleff* intellexisset cum legit, non tam leuiter mentiretur. Ad illud argumentum exercitij placet, quod quicquid sic videtur, sub tali videtur triangulo, imò secundum perspectiuos sub tripartita videtur pyramide virtutis visibilis: & lucis oriētis super planū dati sensibilis: quarū oēs conifunt in oculo, & bases in re visa. Sed si semper locabis basem pyramidis visualis immediate super re ipsa qualitercunque visibili: nunquā vides hominem, nunquā cælum, nunquā solem, quia axis visualis ab oculi centro progrediens, non potest in essentiam hominis protendi, vt habeat ibi punctū sine qualitate, vel quantitate superducta illi essentię, puncto suo finali conterminum loco centri. Et itē cum ipsum hominem per sensibile proprium videt, non tamen totū aliquādo simul, sed solū partem eius ipso intuitu oculi simul videt. sicut in de verbis domini sermone. 36. *Augustinus* docet, dicens. Quicquid enim aspicias, nō totū aspicias. Cuius hominis faciē vides, dorsum non vides, eo tempore, quo faciē vides. Et quando dorsum vides, eo tempore faciē non vides. Sequitur. Tractas quā vides: versas huc atque illuc: velut ipse circuis, vt totū videas. Vno ergo aspectu totū videre non potes. Et quandiu versas vt videas, partes vides. Et contexendo quia vidisti alias partes, videris totū inspicere. Non autē hoc oculorū visus: sed memorialis viuacitas intelligitur. Hæc ille. *AUTHOR*. Ecce si vnquā vidisti hominem, dic vbi locasti verā basim tuæ pyramidis, sub qua totum videris vno intuitu: cū nunquam virtus ipsa sub axe visuāli sese multiplicās potuit venire nisi ad partem? Nec sic ad extremū diaphani solis, vel cæli primi virtus ipsa perueniet, in quo reperiri poterit ratio visibilis primò causans, aut terminans visionem. Dicendum igitur, sicut reuera est, quod basis illa trinæ pyramidis erit in plano primi per se visibilis: sub quo omni immediatione naturæ fit res ipsa visibilis gradu tertio vel secundo per accidens: sicut substantia videtur parietis sub basi pyramidis locata in suo colore quāto. Sol


autem, vel cælum in basi pyramidis locata in extremo perspicui nostri ignis, vel aëris caliginosi versus aspectum, quia ibi causatur qualitas illa extranea, sub qua videtur corpus ipsum diaphanum. Itaque corpus Christi in sacramento videtur sub basi pyramidis causatæ in colore de quantitate panis ad extra sensibili: non in propria sua essentia, quia nec hoc facti vlla substantia in seipsa.

Quōd necessarium est illā partem tenere de visibilitate corporis Christi, vt simus conformes canonibus prouidentibus hoc modo contra hæreses.

CAP. LVI.

SVMMA.

- 1 Corporis Christi visibilitas in sacramento quare potius sit admittenda, & tenenda, quā contrarium.
- 2 Corpus Christi, quōd frāgatur in sua essentia sub sacramento, non autem in sua essentia nudē, & purē secundum se.
- 3 Paschasius, quid de visibilitate corporis Christi in sacramento, dicat.
- 4 Christi caro quare lateat in sacramento, ostenditur.
- 5 Christus, qui sedet ad dexteram patris, quōd sacri ficij tempore hominum manibus contineatur, ex *Basilio*, & *Chrysostomo*, ostenditur.
- 6 *Hugonis* de corporis Christi in sacramento visibilitate dictum recensetur. Et quomodo antiquorum & Canonum in hoc sequutus fuerit professionem.
- 7 *Ioannes de Baconis*, quomodo positionem de visibilitate corporis Christi in sacramento necessariō sequendam putet. &c.
- 8 Cause tres concedendi angelum esse visibilem, nō sic corpus Christi, ab *Witcleff* assignatæ, improbanur.
- 9 Angeli quatenus animalia à *Gregorio* dicti.



Ec quisquam leuiter patiat: quod cum vtrunque dicatur rationibus separatis de corpore Christi: puta, quōd sit penitus inuisibile in sacramento oculo corporis, sicut dicunt quidam doctores, & canones: & iterum, quōd

quod sit bene sensibile in eodem, sicut quidam magni, vt supra contulimus, asserbāt: quare viam secundam legimus, non obstante, q̄ sanctus Thomas, Bonauentura, & alij primā praeferunt esse tenendam: quia ꝑ cunctis inspectis cum vtraq; sit modo suo vera, secūda plus cōtinet abundantis cautelae contra hereticos: & cōformior est sanctis canonibus, & sensui sanctorum patrum roborantium Christi fidem. Nam viam illā obstruere necesse est, per quā hosti patet introitus. Sic dum Ariani haeretici fremebant contra diuinitatem Christi, diligenter clauerunt ora sua patres ecclesiae, Hilarius, Augustinus, Hieronymus, & alij, ne dicerent aliqua ex parte Christum esse creaturam: quia à peruerfis putarēt intelligi Christum puram dicere creaturā. Iterum cum Eutichiani boatus suos misissent in orbem cōtra humanitatem assumptam, Hieronymus libero ore proclamat Christum creaturam. Ita de fide venerabilis eucharistiae ex quo surrexerunt quidam de synagoga satanae signorum cultores, & figurarū inanium nihil in se continētium quod signarent doctores idololatrae: tutum videbatur sanctis presulibus, & peritis ecclesiae declarare, quod ex fide scripturae, & apostolorum per successiones episcoporum & plebium haecenus sapuerūt, veram. s. substantiā corporis Christi & sanguinis eius sub speciebus illis carnaliter propriis corporalitatibus contineri. At cum contra Berengariani arguerent, corpus ibi non esse, sed sacramentum, id est, signum solum: quia palpari non poterit, aut videri: iterū decreuit ecclesia, q̄ & sensualliter tractaretur ibi, & frangeretur: non tantū sacramentum, sed secundum suam propriam essentiam in sacramento. Ex istis certē & ceteri profluxerunt: vt puta Berengarianorū haereticis, qui hostiae cum leuaretur, non assurgerēt, nec reuerentiam exhiberent, de quibus in clementinis de haereticis cap. Ad nostrum. Et alii ceteriores Valdenses, & nostri Witcleuistae moderni, qui cum leuatur hostia benedicta, in caelum tollunt aspectum, dicentes palā se ibi corpus adorare vbi est, non vbi non est, nec videri potest à quoquam. Contra omnes hos decreuit *Nicolaus Papa* feliciter cum sacro concilio Constantiniano Romae cum confessionem Berengarianam sic formasset. Ego Berengarius indignus ecclesiae sancti Mauricii Andegauenſis Diaconus, cognoscens veram catholicam & apostolicam fidem, anathematizo omnem haeresim, praecipue eam, de qua haecenus infamatus sum, quae astruere conatur, panem, & vinum, quae in altari ponuntur,

Nicolaus Papa.

post consecrationem solum modo sacramentum, & non verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse: & non posse sensualliter, nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari, vel frangi: aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctae Romanae ecclesiae, & apostolicae sedi, & ore, & corde, p̄fiteor de sacramentis dominicae mensae eandē fidem metenerē, quam dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & haec sancta synodus auctoritate euangelica & apostolica tenendam tradidit: mihiq; firmavit, scilicet panem, & vinum, quae in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, & sensualliter, non solum sacramento: sed in veritate manibus sacerdotum tractari, ac frangi, & fidelium dentibus atteri. Haec ille. *AUTHOR.* Hic videri potest, quanto pondere verborum curauit papa cum synodo affirmare verum corpus Christi tractari sensualliter: atq; frangi, non in sacramento tantum. i. per fracturam signi tantum: quia hoc esset incidere laqueum Berengariani, sed ipsius propriae substantiae corporis Christi in sacramento: & sic secundum eandem essentiam corporaliter ibi contentam fidelium dentibus esse contritam. Si autem instet sophista: secundum hoc corpus Christi tangeretur, & frangeretur ibi secundum suam essentiam: Respondeo cū decreto praefato, quod ꝑ corpus Christi frangitur ibi in sua essentia sub sacramento, nō autem in sua essentia nudē & purē secundum se, hoc est dicere, secundum essentiam, quia hoc vitauit Papa, q̄ nihil teneretur, aut tractaretur ibi de corpore Christi nisi signaculum tantū. Ideo concedi debet etiam substantiam corporis Christi ibi teneri, & frangi: sed hoc per medium sacramenti, sicut essentia hominis videtur sub colore tanquā sub sensibili primō, ipsa verō substantia hominis per accidens secundō. Et item patens est quantā Witcleff patiebatur auctoritatis egentiam, quando de praedicto decreto assumpsit sibi colorem de pane suo cibario: quia dicit decretum panem & vinum post consecrationem corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse. Tū, quia hoc non est dicere panem & vinum post consecrationem, panem & vinum esse, imō nō panem, neque vinum, sed corpus & sanguinem Iesu Christi: sicut dicens, hunc lapidem post horam aurum verum esse, aurum verum ibi daturus esset, non lapidem. Tum etiam, quia hoc idem corpus sensualliter: & non sacramentaliter tantum, tractatur ibi, & teritur. Panis autem

autem illius solum tractatur ibi sensualliter in sacramento. Aliud ergo est panis eius, aliud corpus Christi, quod sensualliter sic tractatur. Haec ergo necessitate propellendi haereticos coacti sunt patres in hac professione decernere sanctam carnem Christi & sanguinem sensualliter, id est, indistinctē sub sensibus conuersantem. Vnde eorum auctoritate & necessitate Christianius sentiendum est, & conformandum canonicis regulis, quam propter paucas leues rationes topicas quicquam vel in verbo sentire diuersum: maximē cū assertio illa, quae corpus Christi visibile & tangibile reddit, haereticas multas strauit, puta Berengarianam, Catharianam, Witcleuisticam, & omnē signiferorū cohortem. Assertioni verō illi, quae corpus Christi ibi ponit omnino inuisibile, quantum adhuc legi, nullus haecenus offecit haereticus, quinimo omnes gaudēt illud potius cōfirmare per locum à superiori negatiuē, quia corpus illud nullatenus est ibi: idcirco nec est visibiliter ibi. Hoc enim clarissimis etiam viris in ecclesia post decretum praefatum videbatur esse sequendum. Vnde magnus *Paschasius* in tractatu finali libri sui de corpore & sanguine domini sic scripsit. Quidam ꝑ loquacissimi magis, quam docti, cum haec credere refugiunt, quae cunq; possunt, ne credant quae veritas repromittit, opponunt, & dicūt nullum corpus esse, quod non sit visibile, & palpabile. Hoc autem inquit, quia enim mysteria sunt, videri nequeunt, nec palpari, & ideo corpus non sunt: & si corpus nō sunt, in figura carnis & sanguinis haec dicuntur, & non in proprietate naturae carnis Christi, quae passa est in cruce, & nata de Maria virgine. Ecce quam bene disputat contra fidē sine fide, ne credant: quia fides nō eorū est (teste Apostolo) quae videntur, sed quae nō vidētur. Vnde quia non videntur, mysteria sunt, & sacramēta: & ideo in fide hoc sunt, quod dicuntur, & veritas testatur. Sequitur. Alioquin praefata sancta Synodus Ephesina, cui contradicere, nulli fas est, plus quam Euangelio, nunquam aueret abnegare, quod *abnegant, nisi ex Euangelio, & affirmare verē viuificatricem carnem Christi in hoc sacramento, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, inquit, vt Deus existens, quia propriae carnis vnitas. Vnde nescio an apertius de his dici possit, aut si manifestius, vbi totum, quod est Christus, praedicatur: non in figura, sed in re, & in proprietate, atque in natura, quae vita naturaliter vt Deus existit: & ideo non virtus tantum, sed proprietates naturae iure creditur.

Paschasius.

3

*abnegat.

At per hoc isti, qui negant hoc visibile esse mysterium, atque palpabile, non ob aliquid aliud agunt, nisi ne credant, & ne sit quod veritas ait: hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus. Haec ille. *AUTHOR.* Lucidē fatis dixit Paschasius quantam occasionem negare sensationem sacramentorum dedit erratibus. Et cōclufit ideo negatum visibile esse mysterium, ne crederetur verum, quod Christus ait, Hoc est corpus meum. Statimq; probare incipit carnem illam in sacramento in seipsa fore visibilem, quāuis non in seipsa. ibi. *Ascē-* Paschasius.
& inuenient visibile, & palpabile ipsum eundemq; Christum, quem requirunt. Nos autē quia per fidem ambulamus, & non per speciem credimus, & communicamus interdum quod latet, & est verum in mysterio: quia ꝑ omnino si non lateret, fides, & mysterium nō esset. Vnde fit visibile, & palpabile in Christo quod accipimus, & inuisibile in mysterio, & in fide caro verbi in spiritu sancto propria facta, & vna eademq; passa est, & non alia. Haec ille. *AUTHOR.* Bene dicit Paschasius si omnino non lateret caro Christi in mysterio, sed videretur sine aenigmate, sicut est in seipsa, tunc sacramentum non esset, nec obiectum fidei, sed species oculi. Sed est visibile, & palpabile in Christo quod accipimus, tā in caelo, quam in sacramento: & tamen sic inuisibiliter in sacramento. Quemadmodum antiquus ille pater *Basilius* ait, vt habet memorabilis illa *Leo-* Basilius.
dicens epistola ad Henricum Regem Francorum de condemnatione Berengarii & Brunonis. O miraculum! o Dei in nos beneuolentia! Qui sursum sedet ad dexteram patris: sacrificii tamen tempore hominum manibus continetur, traditurq; lambere cupientibus eum! Haec ille. *AUTHOR.* Verbum plenum fidei non sacramentum eius ex trinfecum, non inane, & nihil continens signum: sed ille, qui sursum sedet ad dexteram patris, sacrificii tempore hominum manibus continetur. Ergo manibus palpatur, & à potiori oculis videtur: traditurq; lambere cupientibus eum. Ita ergo quomodo manibus hominū corporaliter continetur: taliter corporalibus faucibus corporaliter lambitur, & gustatur, in ipso, scilicet, sensibili sacramento, non sic sensualliter sine signo. Istam clausulā gloriosi Basilii, sanctus pater *Chrysostomus* notare non distulit, & sibi ipsi assumere in libro suo dialogorum, quem cum eodem Basilio amico suo composuit. libro tertio, capite tertio. O miraculum! o Dei in nos beneuolentia! qui sursum sedet ad dexteram

xteram patris: sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur, traditurque; lambere cupientibus eum: & cum bona ratione complecti, fitque hoc totum sub oculis humanis. Hæc ille. AVTHOR. Hoc, quod iam Chryostomus ait, ad propositum nostrum facit. Hoc, inquit, totum fit sub humanis oculis, oculi humani sunt oculi corporis, oculi mentis sunt oculi spiritus, velut item angelici. Sub oculis ergo carnalibus hoc totum fit, scilicet quod tenetur manibus hominum, qui sedet ad dexteram patris: & traditio eius ad lambendum, & edendum: hoc totum videtur oculis humani corporis. Hanc item professionem antiquorum & canonum sequutus est Hugo libro. 2. 6 de sacramentis, parte octava. cap. 7. Quod, si in quibus, nunc visibiliter secundum sacramenti speciem, & corporaliter secundum carnis & sanguinis Christi veritatem Christum in altari sumimus, sacramentum est, & imago. Quod ipsum eundem inuisibiliter & spiritualiter secundum gratia infusionem, & Spiritus sancti participationem in corde fumere debemus. Ergo diuinissima Eucharistia, quæ in altari, & secundum panis & vini speciem, & secundum Christi corporis & sanguinis veritatem visibiliter & corporaliter tractatur: sacramentum est, & signum, & imago inuisibilis & spiritualis participationis Iesu, qui intus in corde per fidem & dilectionem percipitur. Hæc ille. AVTHOR. Conferentur verba doctoris. nunc visibiliter secundum sacramenti speciem Christum sumimus, & corporaliter secundum corporis & sanguinis Christi veritatem: ergo visibiliter manducatur Christus, & sic videtur secundum sacramenti speciem, non illa species tantum, sed Christus in illa. Quæ etiam corporaliter secundum corporis & sanguinis Christi veritatem absumentur: non corporaliter corporalitate panis & vini secundum sophisma Wicleff, sed corporis & sanguinis Christi Iesu. Et sic concludit diuinissimam Eucharistiam in altari tractatam visibiliter & corporaliter secundum corporis & sanguinis Christi veritatem, per panis & vini speciem, esse sacramentum spiritualis participationis Iesu. Non ergo solum spiritualiter manducatur, si supra sacramentum sumptionis spiritualis alterius, ut Wicleff delirat: cum tunc sit spiritualis sumptionis alia sumptio spiritualis imago, & iretur in infinitum. Hunc patronum suum sequitur magister Petrus in sententijs. Vnde cum de inuisibilitate, vel insensibilitate corporis Christi in sacramento facit mentionem, statim expositionem adiungit: sic esse scilicet in-

sensibile ibi secundum formam propriam. Sic item ut supra scribitur, doctor ille verè subtilis concedit item oculo viatoris possibile intuitiue conspicere corpus Christi in sacramento per speciem propriam. Quid credis concederet de intuitu eius remoto per extraneam qualitatem? Qualiter Tobias vterque; Raphaellem vidisse negari non potest, & audisse loquentem: qui vtiq; fuit inuisibilis de natura, non secundum quendam modum. Et Deus pater videbatur in rubo. Deus filius in carne, Deus Spiritus sanctus in columba, & nube. Ista passim conceduntur in scripturis, & opusculis patrum veterum, & nouorum. Si causarum dissimilitudinem tam remotam carnis & panis, longè dissimiliores sunt Deus & nubes, verbum & caro. Si insensibilitatem carnalis essentia deducta qualitate, quantæcunque; singula subtrahantur, nunquam potest caro crescere ad simplicitatem inuisibilem angelici spiritus, quin sic quilibet spiritus est eo insensibilior infinite. Deus autem infinitus simplicior, & per consequens insensibilior, quæ vterque. Hanc item positionem necessariò sequendam putat Doctor Ioannes de Baconis opinio super quartum sententiarum, propter pondus sanctorum canonum, quibus exprimitur esse fides corpus Christi sensualiter manibus tractari, & frangi, quanto magis videri: tum quia minus glorificationi, aut spiritualitati cuiusquam repugnat corporaliter videri, quam tangi: tum quia malignandi locum non subtrahemus hæreticis, qui arguere solent: quod est inuisibile, est intangibile. Et annectit prædictus Frater Ioannes periculum de obuiando sanctis canonibus. Memorabilis item Doctor Frater Guillelmus, qui librum validè scintillan-tem edidit contra ter damnatum Trialogum huius Wicleff, valde necessarium sentit esse sic dicere pro remouendis hæresibus, sumens ad exemplum hominem plene armatum, quem visum esse dicimus, & sentimus, cum tamè de sic iudicando posset error contingere. Nec tamen putet quis doctores illos toto orbe præclaros, sanctum Thomam, Bonaventuram, & alios: his prædictis sentire contraria, quanuis dicant corpus Christi ibi inuisibiliter contineri: nec istos illis, cum dicunt ipsum corpus inuisibile, & manu carnis esse tractabile: cum ipsi hoc faciant in distinctis codicibus: quod doctores priores, & multi canones in coniunctis sibi sine separatione sententijs, scilicet in sua forma ibi insensibile esse, in aliena tamen forma sensibile. Et vix de antiquis quæquam faciliter legerim dicentem corpus illud ibi inuisibile;

Ioannes de Baconis.

F. Guillelmus.

uisibile: nisi citò coniunxerit, in aliena tamen forma visibile. sicut beatus Augustinus in libro de videndo Deum ad Paulinam, omnino necessarium esse concludit propter fidem scripturæ, quod Deus, & angelus possunt videri. sequens verbum illud Ambrosij lib. 1. super Lucam cap. 1. quod Deus videtur ea specie, quam voluntas elegit, non natura formauit, sua supple diuina, secundum Augustinum. Assignat tamen Wicleff tres causas concedendi angelum esse visibilem, non sic corpus Christi. cap. 7. de Eucharistia. Prima, inquit, quia figura, & motus, & vox viua, quæ apparent in corpore assumpto per angelum, significant expressius præsentiam rationalis nature, quam significat hostia, vel suum accidens corpus Christi: ideò solo intellectu & fide illud concipitur. Secundam videtur beatus Gregorius notare, quod angelus, cum sit rationale animal, assumptit corpus in unitatem personæ: & sic videndo illud corpus, videt homo suppositum, quod est angelus. Et tertio, quia natura angeli est in corpore illo definitiue, sed corpus Christi, licet sit ibi verè, & realiter, tamen est ibi non verius, quam sacramentaliter, ut in signo. Hæc Wicleff. AVTHOR. Pessimum philosophum, & stolidum Logicum in hac fabulatione se monstrat, & non minus Theologum improbum. Primo, quia sequela contemnitur. Istæ res plus faciunt ut videatur homo, quam bufo, ergo bufo non videtur. Item color est primum, & potissimum signum promouens ad videndum, ergo per modum tuum arguendi expressius significat præsentiam visibilis corporis, quam figura motus, vel vox præsentiam angeli. Item polus arcticus non videtur ex motu: quia supponitur esse immobilis, nec ex figura sua, quia non sic figuratur, nec ex voce, quam non habet, & tamen sensibilius videtur angelo. Item quid vox ad visum? Vnde in prologo Lucæ, Ambrosius. Vox, inquit, non videtur, sed auditur: vox enim quid est nisi sonus, qui non oculis cernitur, sed aure percipitur? Hæc ille. AVTHOR. Quo ad tertiam item causam coniunctam primæ: Deus videbatur in flamma & in nube: & tamen figura flammæ, vel nubis cum motu, vel voce non expressè significauit ibi præsentiam rationalis nature, quibusdam dicentibus tonitruum esse factum. Et Spiritus sanctus visus est in columbæ specie. Nunquid erat ibi definitiue? Et nunquid illa species significauit expressè naturam rationalem esse ibi præsentem? Vnde cap. iam dicto, ubi Augustinus eum allegat, dicit Ambrosius. Acquiescat,

Notat tres causas Wicleff.

Improbat eandem.

Ambrosius

inquit, necesse est, si Deum patrem nemo vidit vnquam, filium visum esse in veteri testamento. Et infra. Aut certè refelli non potest, vel patrem, vel filium, vel certè Spiritum sanctum, si tamen est Spiritus sanctus visus, ea specie videri, quam voluntas elegit, non natura formauit, quin spiritum quoque visum accipimus in columba. Hæc ille. AVTHOR. Iam sustineat Wicleff duas causas suas, primam & tertiam. Spiritus sanctus in linguis igneis, & in columba visus est, secundum fidem: & verbum in carne: & nullus istorum fuit in istis speciebus definitiue: ergo esse infra visibilem speciem, vel non definitiue nihil agit ad visibile esse, vel præiudicat. Item istæ species linguæ igneæ, & columbæ cum confuso sonitu, non tam expressè significant præsentiam rationalis nature, ut species panis, Christi carnem: quia ista sibi conueniunt in genere propinquo: illa distant per oppositas differentias rationalis & irrationalis, sensitiui & insensitiui. Causa autem eius secunda est falsaria sancti Gregorii, & hæresis contra fidem: nunquam enim dicit Gregorius angelum assumptisse corpus in unitatem suppositi, sed tanquam instrumentum ad explendum ministerium sibi commissum, sicut bene monstrat idem Gregorius libro. 28. Moralium cap. 4. dicens, Nisi angeli nobis in terra nuntiantes ad tempus ex aere corpora fumerent, exterioribus profectò nostris obtutibus non apparerent, nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex cælesti elemento gestarent. Hæc ille. AVTHOR. His verbis satis patet sanctum Gregorium non fuisse consentaneum illi Platonico Apuleio de incorporatione angelorum: qualè item quidam decepti putant fuisse Augustinum tertio super Genesim ad literam, cap. 3. Reuera nec est, sed tantum ostendit: quod & si sic diceretur, non oportere tamen sequentes violare scripturas. Vnde & 21. de ciuitate Dei, cap. 10. probat absolute præuaricatores angelos si ne corporibus sic vnitis, corporalibus tamen flammis sic adhærere posse, ut accipiatur ex ignibus poenam, non dantes ignibus vitam. Et hoc ab antiquo Dionysio in cælesti hierarchia, & Ioanne Damasceno tota traxit ecclesia, à qua non ad momentum se separauit sanctus Gregorius. Vnde & ideò iam dicit, Nisi angeli ad tempus ex aere corpora fumerent, nec enim sibi assumerent corpora, si ipsis essent conaturalia, sed à prima creatione contraherent, nec ad tempus, quia non sua administratione expleta possent deponere, si foret de sui integritate suppositi. Quia quantum ad spiritum hoc fuit Christo in priuilegium, quod habuit

Gregorius.

habuit potestatem ponendi animam suam, & quantum ad naturam integram, nunquam eam absoluit. Veruntamen Gregorius in Homilia Epiphaniae dicit angelos animalia ratio...

Angeli quatenus dicti animalia.

Quod corpus Christi comeditur in altari corporaliter in natura panis, & corporaliter comeditur in sacramento.

C A P . L V I I . S V M M A .

- 1 Caro quid. Et quomodo sumatur ibi, iam non nouimus Christum secundum carnem. secundum Augustinum.
2 Manichaeus, & Wicleff haeretici, quomodo uterque temat sub aequiuoco carnis uocabulo seducere Christianos.
3 Anselmus quid de Christi carne dicat. Et qualiter in mysterijs sit consideranda. Et quid item Damascenus.
4 Corpus Christi, quando ore corporali corporaliter manducetur, & quando spiritali ore cordis spiritaliter comedatur, & hauriatur, ex Lanfranco aduersus Berengarium.
5 Wicleff, qui dicit se notasse ex dictis Augustini, quod caro, & sanguis solum spiritaliter sunt edendi, confutatur. Et multa de hoc ibi.



Ne obijceret sibi corpus Christi esse hostiam consecratam corporaliter: quia corpus Christi comeditur in altari corporaliter secundum primam fidem ecclesiae, Wicleff hanc fidem mutilare non destitit, dicens ipsum manducari ibidem spiritaliter tantum. cap. 1. de Eucharistia. Nihil horribilius, quam necessario manducare carnaliter carnem, & bibere carnaliter sanguinem hominis

V Wicleff.

tam tenerè praedilecti. Sequitur. Ideò Christus dicit Apostolis, quod sensus carnalis ipsis non proderit, sed spiritus est, hoc est, spiritalis sensus, qui uiuificat. Hæc ille. AVTHOR. Vbi primo capienda est nostra vulpecula, quæ istum terminum carnaliter, vel carnalis inducit, qui tam est ambiguus, & sonat in deterius, ut habetur in vsu. Potuit dixisse corporaliter corpus assumi, vel comedi: quod magis ex directo spiritui correspondet. Sed mordaciter cupit aduersari venerabili sacramento, cum verbis olētibus. Hoc modo Faustus Manichæus aduersabatur carni Christi colore auctoritatis sancti Pauli ad Corinthios. Iam non nouimus Christum secundum carnem. Beatus Augustinus libro. 11. contra eum soluit ver-

Augustin. Caro quid.

Idem.

Augustin.

Anselmus.

Damascen.

erit? Caro quippe erit, quoniam dominus post resurrectionem ait, Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem non erit. Quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Hæc ille. AVTHOR. Ita in hoc venerabili sacramento caro nulla est, nec quicquam carnaliter manducatur: si carnis corruptionem, aut corruptiuam sumptionem Christi carnis attendas. Sed nolo propter hoc, quod ipsam Christi carnis substantiam ab hostia consecrata secludas: sicut nec à dextra patris in gloria. Vñ lib. de corpore & sanguine dñi cap. 2. contra auctorē tuum de officijs, quæ de mentiris Ambrusium, Anselmus. Hæc, inquit, consideratione in mysterijs Christi carnem sapere non debemus secundum carnem. Nam & si Christum secundum carnem nouimus, sed nunc iam non nouimus. Rursusque carnis veritatem non sic debemus quali spiritaliter rimando attenuare, ut naturā verbo Dei vnitam, non tamen in verbum mutatā quasi ratio cinādo videamur destruere. Nam Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula. Qui naturā illam, in qua carni comunicauit, & sanguini, ut fratribus per omnia assimilaretur misericors Pater sic glorificauit, ut non destrueret: sic prouexit, ut non exinaniret. Sic enim est cogitandum corpus domini sicut est nostræ scilicet naturæ, sed alterius gloriæ. Est enim quidē non spiritus, sed Deus. Et est tamē spirituale quodam modo, & diuinum. Hæc ille. AVTHOR. Bene dicit sacer Anselmus: corpus Christi & caro eius in mysterijs spiritalis est, & diuina, sed nec spiritus est, neque Deus, neque sic spiritaliter rimādo eam attenuare debemus, ut carnis substantiam destruiamus. Precauebāt enim semper sancti patres hanc attenuationē hæreticam. Vñ apparet, quod non fit omnino noua, quāuis iam nouiter attēta, sicut. 4. lib. sentēt. ca. 5. Damascenus. Spiritus, inquit, uiuificās est caro dñi: quia ex uiuificatio spiritu cōcepta est. Quod enim generatum est ex spiritu, spiritus est. hoc autē dico, non destruens corporis substantiā, vel naturā, sed uiuificatiuū, & diuinū eius manifestare volens. Hæc ille. AVTHOR. Attēde Damascenū, quod non vult talē spiritum cōcedere Christi corpori, ut corporis substantiā destruat in vestibulo sacramenti. O qui attenuati sunt Wicleff oculi tui suspiciētes in excelso mysterio carnis Christi, ut eam ducere conaris in spiritū, non quidē realē, sed tropicū? Et qualē ipsi cōcedis essentiā, talem māductionē cōcedis, spiritalē eam appellās, affumēs Augustinū in testē, quia dicit, inquis vbi supra de Eucharistia, Qui non ma-

net in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio non māducat spiritaliter eius carnem, licet carnaliter, & visibiliter premat dētibus sacramēta corporis & sanguinis Christi. Vbi, inquis, tria notabilia sunt notāda. Primò, quod caro Christi & sanguis solum spiritaliter sunt edēdi. Nā Deus ordinauit, quod sanctus suus non videret corruptionē in aliquo membro suo. Hæc Wicleff. AVTHOR. Miser & toruus hæreticus, qui nescit ex fide cōcipere comestione corporis corporalē sine cōtaminatione corporis sic comesti. Iūgatur ei magister eius Berengarius, vñ sumpsit argumētū infame, & tadē ad vtrūque ponamus sanctū virū Lanfrancū. Berengarius sic arguit, Quis, inquit, aut ratione cōcipiat, aut per miraculū fieri posse cōcedat, panē frāgi in Christi corpore, quod post resurrectionē tota viget incorruptibilitate, & vsque in tēpā restitutionis omnium cælo manet indeuocabile? Lanfrancus. Quod incorruptionē dñici corporis, & cælo vsque in diē iudicii deuocari non possit, fidei nræ, qua ipsum verē à fidelibus suis māducari credimus, quasi cām impossibilitatis opponis: pfectō fide nostrā aut non intelligis, aut intellectā, malē exponēdo, ad tuā ipsius perniciē deprauare cōtendis. Sic enim credimus verē salubriterque māducari in terris à dignē percipiētibus dominū Iesum Christū, ut certissimē teneamus existere eū in cælestibus incōtaminatū, incorruptū, illesum. & bñ infrā. docēs ex scriptura comestione istā carnaliter fieri ore corporis. Si, inquit, ea, quæ ad literā accipi, & ea, quæ spūaliter oportet intelligi, chriana cautela distingueres, procul dubio crederes, quod vniuersalis ecclesia credit: prædicares quod apostolica doctrina in tota mūdi latitudine prædicandū instituit. Corporali siquidē ore corporaliter māducamus, & bibimus, quoties in altari dñico ipsum dominicū corp⁹ per manū sacerdotis accipimus. Spūali verò ore cordis spūaliter comedit, & hauritur, quā suauiter, & vtiliter, sicut Augusti. dicit, in memoria recōdit, quod vnigenitus Dei filius, pro salute mūdi carnē accepit, in cruce pepēdit, resurrexit, apparuit, ascēdit, vctur⁹ est in diē iudicij dignas lingulis mercedes repēdere pro suis operibus. Sequit. De corporali comestione discipulis à domino dicit, Accipite, māducate, & bibite, Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradit. Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur. Et Apłus ad Corint. Qui māducat, & bibit indignē, iudiciū sibi māducat & bibit, non dijudicās corpus dñi. Hæc ille in libro de corpore & sanguine dñi. AVTHOR. Ad ista nunq̄ Berengarius potuit vel mutire, sed nec discipulus eius Wicleff.

eleff. Ideò nec recitare aufus, maluit pertranſi re. Ecce dicas, Dominus ſicut corporaliter accepit in manus, ita corporalibus manibus accipere iuſſit diſcipulis, & ſimili corporis ore comedere: ergo māducare corpus ſuum corporaliter imperauit, quādo dixit, Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum. Corpus dixit, panē nō ibi dixit. & corpus ſuū, non figuram ſuam. Spiritualem verò comestionē præceperat, vbi dixit, Hoc facite in meam cōmemorationem. Qui em̄ paſſionem Chriſti ſynceriter: comedēdo recogitāt, ipſi ſpiritualiter Chriſtū comedūt: dum item corporaliter eū māducāt, ſicut ſuprà Auguſtinus expoſuit. In libro de corpore & ſanguine domini, ca. 9. Paſchafius. Iteratur autem hoc myſterium, & ob cōmemorationem paſſionis Chriſti, ſicut ipſe ait, Hęc quotieſcunq; agitis, in meā cōmemorationē facite. Quotieſcunq; ergo hūc panē ſumitis, & bibitis hūc calicē, mortem dñi annūtiabitis donec veniat. Nō utiq; ſic accipiendū, donec mors Chriſti veniat, quia iam vltra nō dominabitur: ſed donec ipſe dñs ad iudicium veniat. Interdum autē ſemper mors eſt Chriſti pro ſeculi vita poſteris nūtianda, vt diſcāt, qua charitate ſanctos dilexit, qui pro eis mori dignatus eſt: cui omnes vicem debemus repēdere charitatis. Hęc ille. AVTHOR. Iſta ab Euāgelio Chriſti deduximus, ipſo tradēte nobis, quomodo caro, & ſanguis Chriſti in hac vita & corporaliter & ſpiritualiter ſunt edendi. Iā venit hora, vt ad notulas veniamus, quas ex Auguſtino notaſti. Primò, q̄ caro, & ſanguis ſolum ſpiritualiter ſunt edendi: hoc dixiſti in exceſſu miſerrime homo mēdax. Quid dixit Auguſtinus? recēſeas. Hoc, ſcilicet, eſt māducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manētem in ſe habere. Ac per hoc qui nō manet in Chriſto, & in quo nō manet Chriſtus, procul dubiò nō māducatur ſpiritualiter eius carnem, licet carnaliter & viſibiliter premat dētibus ſacramēta corporis & ſanguinis Chriſti. Hęc ſunt verba Auguſtini. Nōdum dixit, quòd ſolum ſpiritualiter caro & ſanguis ſunt edendi. Qualiter edi debent, ſpiritualiter dixit. Et quomodo eduntur carnaliter, & nō ſpiritualiter. Item dixit, quādo ſcilicet manducantes non manent in Chriſto, aut Chriſtus in eis. Habes ergo hic contra teipſum vtrāque manducationem, nō vnicam. Nam ſi ſpiritualiter māducare carnem Chriſti eſt ſpiritus, qui viuificat, vt ſuprà notaſti: quomodo nō eſt carnaliter māducare eandem carnem: caro, quæ non prodeſt quicquam? Caro certē ipſa dominica, ſed paſ-

ſa iniuriam. Declaret ſe facer Auguſtinus in Ioco per te notato, ſuper Ioānem, tractatu. 27. vbi dicit, Quid eſt, nō prodeſt quicquam caro? nō prodeſt quicquam: ſed quomodo intellexerūt? Carnem quippe ſic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello vēditur, non quomodo ſpiritu vegetatur. Proinde ſic dictum eſt, caro non prodeſt quicquam, quomodo dictum eſt, ſcientia inflat. Iam ergo debemus odiſſe ſciētiam? Abſit. Et quid eſt ſcientia inflat? ſola ſine charitate. Ideò adiūxit, Charitas verò ædificat. Adde ergo ſcientiæ charitatem, & vtilis erit ſcientia: nō per ſe, ſed per charitatem. Sic & nūc, Caro nō prodeſt quicquam: ſed ſola caro. Accedat ſpiritus ad carnem, quomodo accedat charitas ad ſcientiam, & prodeſt plurimum. Nam ſi caro nihil prodeſſet, verbum caro nō fieret, vt inhabitaret in nobis. Si per carnem multum profuit nobis Chriſtus: quomodo caro nihil prodeſt? Sed per carnem ſpiritus aliqui pro ſalute noſtra egit. Caro vas fuit. Quod habebat, attēde, nō quod erat. Hęc ille. AVTHOR. Nō lectorem prætereat, quod hic dicit Auguſtinus, carnem fuiſſe vas reſpectu ſpiritus. Et inde iuſſit attendere quod habebat, nō quod erat. Chriſtum em̄ cōtinebat: ergo caro Chriſtus nō erat. Sed & videat Witcleff Berēgarij carnem dñi. Videat & ſpiritū, in quo debeat māducari: qui eſt vnitas cum Deo in compagine charitatis. Caro Chriſti ſumpta ſine iſto ſpiritu nō prodeſt quicquam: ſicut nec ſcientia ſine charitate. Sed nunquid ergo debemus odiſſe ſciētiam? Abſit, inquit Auguſtinus. Sed & adde ſciētiam charitatē, & erit vtilis. Sic accedat ſpiritus ad carnē, & prodeſt plurimū. Sed vbi niſi in māducādo? Alia ergo eſt māducatio carnis Chriſti per ſe, quæ nō prodeſt. Alia comestio eius cū ſpiritu, quæ prodeſt plurimū. Quæ eſt prima māducatio peto? Nūquid ſpiritualis? ſpūalis ergo prodeſt, & erit ſecūda. Si carnalis, ergo poteſt carnaliter māducari: quod tibi aduerſatur. Si nulla, nullus ergo eſt habitus ſciētiam alius, q̄ charitatis, nec aliud erit fidē habere, q̄ charitatem: nec baptiſmus exterior corpus lauat, ſed ſolus baptiſmus interior, qui mētē abluit. Nec erit aliqua ablutio ſacramētalis corporea, quia interior ſola viuificat, Ideò exterior nuſquam prodeſt. Quod ſi ſic: quia ſecundum Auguſtinum, & totā fidem ſimul carnē abluit, & cor purgat: & cōcurrit ſimul eiufdē ſacramēti duplex ablutio: cur non eadem Chriſti carnis ſubſtātia ore carnis corporaliter māducatur, & ſpiritualiter ore mentis ſub ſacramento viſibilis panis? Semper volo

volo dicat mihi Witcleff, cum aliud ſit manducare carnem Chriſti cum ſpiritu viuificante, aliud ſpiritum ſine carne: aliās non dixiſſet Auguſtinus, Accedat ſpiritus ad carnem, ſicut ſcientia ad charitatem. Nunquid comestionū ſuarum formas, vt comestio corporalis & ſpiritualis, carnis & ſpiritus ibi concurrant, ſicut ſcientia & charitas, retinent formas habitio- num diſtinctarum, quanuis ſimul mētē ſub iectam concurrente perficiant? Vnde de con- curſu iſto ſubdit ibidē Auguſtinus. Spiritus, inquit, eſt, qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam: ſicut intellexerunt carnem, non ſicut do ad manducandum meam carnem. Diximus enim fratres hoc dominum commendatſe in manducatione carnis ſuæ, & potatione ſanguinis ſui, vt in illo maneamus, & ipſe in nobis. Hęc ille. AVTHOR. Vbi planē Auguſtinus ſe monſtrat aduerſarium Witcleff, quia Witcleff carnem Chriſti abijcit à ſumptione ſacramentali, dicens ſolum ſpiritum ibi prodeſſe: Auguſtinus ibi non abijcit, imò retinet. Sicut, inquit, ego do ad manducandum carnem meam. Quomodo hoc? ſicut ſuprà dixit, cum ſpiritu. Witcleff nullam carnem dat ibi niſi ſpiritum, vel reſpectum tropicum: quo contra, Auguſtinus dat carnem ſpiritu accedentem. Diximus, inquit, fratres hoc dominum commendatſe in manducatione carnis ſuæ, & potatione ſanguinis ſui, vt in illo maneamus. Quod eſſet dicere, ſpiritum in ſpiritu, & amationem in amatione eiufdē de eodē: ſi nulla eſſet ibi carnis manducatio præter ſpirituum vnionem. & ibidem poſt Auguſtinus. Verba vitæ æternæ habes, vitam enim æternam habes in miniſtratione corporis, & ſanguinis tui. Sequitur. Idem ipſaque vita æterna tu es, & non das in carne & ſanguine tuo, niſi quod tu es. Hęc ille. AVTHOR. Ergo in miniſtratione corporis & ſanguinis Chriſti in altari vita datur æterna Chriſtus Ieſus: & nihil aliud datur in corpore & ſanguine, niſi quod ipſe eſt. Quomodo ergo cibarius panis datur ibidem, qui Chriſtus non eſt? Et quomodo Chriſtus ibi non ſumitur, qui ibi datur, & eſt omne quod datur in vitam æternam. Hęc ergo ſatis aperiunt errorē conceptus Witcleff contra carnē domini, & manducationē eius viam in ſacramēto: demū tendamus loca indifferentiæ. Vñ in ſermone, Interim dum à Deo, idem ait Auguſtinus. Interim, inquit, dum à Deo in hoc mūdo peregrinamur, corpore, & ſanguine eius in hac vita paſcimur. Sicut Apoſtoliſ ſuis hoc myſterium in cœna vltima ante mortem ſuā

tradidit: & nobis ſequentibus frequentandū per eos mandauit. Adhibenda eſt ergo fides dominicis verbis, quibus dicit, Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis me⁹ verè eſt potus. Omnī igitur die execrata dubitatione, ſicut credim⁹, quia vnigenitus Deus cōæternus Deo patri, filius verè in carne noſtra natus, verè mortu⁹, verè reſurrexit, verè in cælum aſcendit, verè ſedet ad dexteram patris ſiuita indubitanter credamus, quia corpus eius & ſanguinem verum & integrum in altari poſt conſecrationē māducamus. Verum, inquit, corpus dominicum & integrum, quod & totum in dexterā patris ſedens gloriatur, & totum de ſacerdotū manibus ſumitur. Et ſi per partes quali frangatur, in vnaquaq; tamen parte, quanuis miniſtiſſima, totum, & integrum habetur. Et ſi eadē hora, & eodem momēto mille ſacerdotes hoc myſterium operantur, in ſingulorum tamen manibus corpus Chriſti totū & integrū conſecratur, à ſingulis totum & integrū ſumitur. Hęc ille. AVTHOR. Ecce quā planē ab ore Auguſtini, q̄ omni die eadem carne Chriſti paſcimur, quā natus aſſumpſit, & in gloriā ſecum ducens aſcēdit. Et illud in altari, inquit, poſt conſecrationē māducamus. Si diceret de ſpirituali manducatione tantum, hoc ante cōſecrationē, ſicut poſt æqualiter ederemus. Idē etiam ſanctus præful non ſolam paſſionē animæ, ſed & corporis de hac venerabili Chriſti carne in ſacramēto cōcedit: ita vt totus homo de carne manducata, & ſanguine ſumpto reficitur, ſicut totus homo in Chriſti carne paſſa, redimitur. In ſermone de corpore & ſanguine dñi, qui incipit, Veritas, quæ eſt Chriſtus, & ponitur ſermo penè per totū de conſecratione diſtin. 2. Vtrum ſub figura? Auguſtinus. Redē, inquit, caro ſanguini ſociatur, quia nec caro ſine ſanguine, nec ſanguis ſine carne iure cōmunicatur. Totus enim homo, qui ex duabus ſubſtantijs conſtat, redimitur, & ideò carne Chriſti & ſanguine ſimul ſaginatur. Deinde non ſicut quidam volunt, anima ſola hoc myſterio paſcitur: verumetiam caro per hoc ſacramentum ad immortalitatem & incorruptionem recreatur. Hęc ille. AVTHOR. Planē ergo errauit Witcleff in loco prætacto, dicens non conſiſtere in corporali acceptione, ſed in paſſione anime. Quia hic dicit Auguſtinus, q̄ non ſicut quidam volunt, anima ſola hoc myſterio paſcitur, verumetiam caro per hoc ſacramentum ad immortalitatem recreatur: propter hoc quod dominus dixit, Caro mea eſt pro ſeculi vita. Et ſic totus homo ex hoc ſacramēto in corpore, & anima ſaginatur

Paſchafius.

5

Auguſtin.

Auguſtin.

Idem.

Auguſtin.

Auguſtin.

Augustin.

ginatur. Quid refert tunc, quod totum corpus cum sanguine Christi ore duplici, corporis, & animæ comedatur? Et idem libro. 10. de ciuitate Dei Augustinus. Nō ergo caro per seipsam mundat, sed per verbum, à quo suscepta est: cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nam de carne sua manducanda mysticè loquens, cum ij, qui non intellexerunt, offensi recederent, dicētes, Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Respondit manentibus cæteris, Spiritus est, qui viuificat, caro nō prodest quicquam. Principium ergo suscepta anima & carne: & animam credentium mundat, & carnem. Hæc ille. AVTHOR. Ergo caro, quæ per seipsam non mundat, de cuius mādicatione mysticè, id est, sacramentaliter loquitur Christus, per spiritum tamen verbi suscipientis, non tenuissimi tropici respectus animam credentium mundat, & carnem. Nec tamen assumat hinc hæreticus, quod hoc venerabile sacramētum, scilicet Christi caro, traiciatur in corpus hominis, vt conuertatur in illud, sed potius corpus Christi corporaliter, & spiritualiter manducatum saginet corpus hominis per copulationem eius ad seipsam. Sic enim ideò dixit, quod caro hominis per sacramētum ad incorruptionem recreatur. Certe per cōuersionem carnis in seipsam, conuertens, & conuersum post modicum tēdunt ad corruptionem. Quia corrupto alimēto, quod sumitur, citò post corpus percipiens, & vicissim digerens, corrumpitur.

¶ Quod caro Christi est spiritualis, & tamē carnaliter modo carnis, & corporaliter comeditur in sacramento.

C A P. LVIII.

S V M M A.

- 1 Corpus Christi ut est sacramentum, & res, qualiter inibi comedatur.
- 2 Caro Christi post resurrectionem quomodo spiritualis erat, & est, nec tamē spiritus erat, uel est, sed corpus.
- 3 Corpus Christi, quod non est esca carnalis, sed spiritualis, &c.
- 4 Corpus Christi in sacramento quomodo accipitur, & comeditur, non tamen consumitur.

5 Hilarius quid dicat in robur palpationis euangelicæ, & tactus carnalis spiritualis carnis Christi in sacramento possibilis. Et quid item Paschasius.



Ides Christi in Euangelio carnem suam in sacramento, quod est res, manducari constituit, cum diceret, Nisi manducaueritis carnem filij hominis. & iterum, Accipite, & manducate ex hoc omnes. Dicit ergo Witleff ^{VVitleff.} manducationē eius in specie, aspiciat qui vult omnes paginulas eius, & non inueniet. Quod propinquius dicit ad rem, est illud. 4. Trialogi cap. 7. Ad corporis esum pro fundamento capitur correspondenter. Panis sacramentalis à fidelibus sparsim accipitur, consequenter irroratus fide euāgelica, in corde pinfatur, & igne charitatis induratus, spiritualiter māducatur. Hæc Witleff. AVTHOR. Ecce corporalem mādicationem creditur assignare pani sacramentali, quod est sacramentum nudum, & nō res. Spiritualem manducationem adhibet per flagrorem charitatis ad vniendum per amorē se Christi carni in suo corpore mystico, quod est res, & non sacramētum. Iam si queritur de corpore Christi, vt est sacramētum, & res, qualiter inibi comedatur. Dices non nisi tropicè, quia tropus est figura. Sed quæro, spiritualiter solū, an item carnaliter? Si secundū, contra te est: quia dicit solū spiritualiter manducatur. Item cum talis manducatio est essentia liter motus, & ad respectum tropicum nō est motus, non ergo dabis fidelibus manducare tropos. Sic enim esses minister peior Satana, qui petijt in Christi mensam panes de lapidibus ministrari, quod elegibilis est, quàm panes veros, & Christi corpus in tropos conuertit. Si autem spiritualiter, quod exponendo dicis, quomodo ille panis sacramentalis in igne charitatis induratus, spiritualiter māducatur? Quis delirat, nisi qui tanto amore tropicos panes amat? Et cum illi panes non sint corpus Christi, vt est sacramentum, & res (vt ipse dicit) si adhuc hoc viuificum sacramentum remanet in comestū: dicit, & docet ecclesia Christi illud præactum euangelij de manducatione corporali & carnali, naturaliter & spiritualiter tamen intelligi: sicut obiectum eius in sacramento est caro naturaliter naturalis secundum essentiam, quanuis item spiritualiter, vt est item in celo per gloriam: quemadmodum in epistola ad Consentium Augustinus dicit. Si ^{Augusti.} aut animale corpus nō est anima, sed corpus: ita spi-

Ambrosius

Augustin.

Augustin.

ita spirituale corpus nō spiritum debemus putare, sed corpus. Quis porrò audeat opinari vel Christi corpus non spirituale resurrexisse, vel si spūale surrexit, non iā corpus fuisse, sed spiritum, cum hāc opinionem discipulorū refellat: vbi cum eum vidētes existimarēt se spiritum videre, ait, Palpate, & videte, quia spiritus ossa & carnem nō habet, sicut me videtis habere. Iam si igitur illa caro spirituale erat corpus, nec tamē spiritus erat, sed corpus: nulla vltimè morte ab anima resoluendū, atq; separandum. Hæc ille. AVTHOR. Ex hoc enim fundamēto fidei Christi caro spiritualis erat, & est, nec tñ spiritus erat, vel est, sed corpus. Et item Ambrosius lib. de mysterijs. In illo, inquit sacramento Christus est, quia corp⁹ Christi est. Nō ergo carnalis esca, sed spūalis. Vñ & Apostolus de typo eius ait, quod patres nostri eandē escam spūalem manducauerūt. Corpus enim Dei, corpus est spūale: corpus Christi corpus diuini spiritus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce si nō est esca carnalis corpus Christi, sed spiritualis. Nec tamē spiritus factum est, nec carnale corpus desijt esse: quia corpus Dei est corpus spirituale dicit Ambrosius. Iā dicit Witleff qualiter palpabatur à discipulis, nūquid solū spūaliter per amorē cordis? quod esset hæresis in scriptura. Si itē carnaliter premebatur hominū mortalium manibus, certum est autē, quod nō tūc corrumpi potuit: spiritale sic factū, vt nec vlla morte possit ab anima separari: ergo cum gustus sit quidā tactus, quare non possit eadē caro gustatè tangi, & detibus palpari carnalibus, sine hoc, quod sanctus Dei sentiret corruptionem in aliqua sui parte? Ipse em̄ Augustinus satisfacit argumēto tuo, tertia parte sermōnū, sermone de sacramentis habitis in Pascha, qui incipit, Memor sancte. vbi dicit, Ecce accipitur, comeditur. Nunquid corpus Christi cōsumitur? absit. Hic mūdantur, ibi coronantur. Manebit ergo quod signatur æternaliter, quāquā transire videatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce si corpus Christi in sacramento accipitur, & comeditur, nō tamē cōsumitur. Et super Psal. 100. ver. Superbo oculo, & infatiabili corde, cum hoc nō edebam. Augustinus. Cibis, inquit, talibus pascebantur Iudæi, quando crucifixerunt dominū, quia pascebantur tanquā de poena dñi. Nam & nos de cruce dñi pascimur, quia corpus ipsius māducamus. Hæc ille. AVTH. Non dicit corporis figuram māducamus, sed corpus ipsius. Et soluitur motuum tuum hæreticum, quod primò supra ex Augustino false notasti: sed ex Berengario tuo doctore veraciter collegisti. In robur autem huius palpa-

tionis euangelicæ & tactus carnalis spiritualis carnis Christi in sacramento possibilis, accedat sacer Hilarius vetus pater, qui dicit. 8. lib. de trinitate citò post principiū de Christo. Quo modo, si inquit, per patrem viuuit, eodem modo nos per carnē eius viuimus. Sequitur. Hæc ergo causa vitæ nostræ est, qui in nobis carnalibus manentē per carnem Christū habemus: victuris nobis per eum ea conditione, qua viuuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum viuimus, id est, naturam carnis eius adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritū in se patrē habeat, cum viuat ipse per patrem? & concludit. Hæc autē à nobis idcirco cōmemorata sunt: quia voluntatis tantum inter patrem & filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ ad Deum utebantur exemplo, tanquā nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantum, ac voluntate religionis vnitatis, nulla per sacramētū carnis ac sanguinis naturalis cōmunionis proprietatis indulgeretur, cum & per honorē nobis datū Dei filij, & per manentem in nobis carnaliter filium, & in eodem nobis corporaliter & inseparabiliter vnitatis mysteriū veræ ac naturalis vnitatis sit prædicandū. Hæc ille. AVTHOR. Notetur quid iam dixit Hilarius. Nūquid occasionem dedit ipsi dicendi hoc, quod dixit: verbum illud Christi, cum de hoc sacramento tractaret, Et qui manducat me, & ipse viuuit propter me. Ex quo sic inuehit Hilarius, quod quomodo ipse per patrem viuuit, ita eodem modo nos per carnem eius viuimus. Sed nos, inquit, naturaliter per eum secundum carnē viuimus, etiam naturā carnis eius adepti. Quid refert ne cōcludat, ergo sic viuuit Christus naturaliter per naturam patris, qualiter nos per naturam eius carnis? & patet tam manifestū tūc fuisse apud ecclesiā Iesu Christi carnem Christi naturaliter secundum suam essentiā ministrari in sacramento Eucharistiæ, vt ex hoc cōcludi posset tanquā minùs notum nobis, Iesum Dei filium esse cōnaturalem & consubstantialem patri suo. Iam autē qui cōcedit hoc vltimū, cur nō concedit sine disputatione secundum? ita vt dicatur Christus carnaliter, vt iste dicit corporaliter: & tamē idē corpus spūaliter māducari. Et quod Witleff satis ruraliter syllogizat fallaciā magnā præualere diaboli nisi crederetur ibi māducari corporaliter solū panē, & nō corpus Christi, vbi supra, dicēs, Reputatur, quod calliditas diaboli diu studuit circa istam fallaciam, vt ecclesiā in hāc hæresim introducat. Sequitur. Ac si diabolus machinaretur istā sententiā, si possum per meū vicariū Antichristum

Hilarius.

V Vitleff.

stum ad tātum seducere fideles ecclesie, vt ne gent hoc sacramentū esse panem, sed credant ipsum esse accidēs maximē abominabile: per idem inducā, vt credāt posterius quicquid vo lo. Hęc Witleff. A V T H O R. Hanc machina tionē, vt tu dicis, diaboli, quā nullius authori tate nisi ab eius immisione per angelos ma los exenteras, autoritate Spiritus sancti in san cto patre Hilario, & ibi retorqueo, à viris catho licis catholicē reputari, q̄ calliditas patris tui diaboli multō diutius studuit, vt hanc hære sim introducat per vnū hæreticū Antichri stum, vt homines negēt sacramentū Euchari stie esse carnē Christi, secūdum suā substātiā, sed aliquod accidēs maximē abominabile, & pro sui vilitate vix intelligibile, scilicet, figura lē respectū vltimi generis in prædicatione ha bitudinali. Et sic destruat naturalem vnitatem Christianorū ad Christū, vt credant posterius cū Ario nullā esse cōnaturalitatē patris ater ni cum filio sempiterno. Ista sibi magis cōue niunt. Ista sic Hilarius suprā iam aptauit, cūm diceret, Hęc à nobis idcirco commemorata sunt, quia volūtatis tantū inter patrē & filiū vnitātē hæretici mētientes vnitatis nostræ ad Deum vtebātur exemplo. Et hanc rationē di cti suscepit *Paschasius* contra signiferos istos li bro de corpore & sanguine domini. cap. 9. di cens. Quicumq; dignē hanc vitam sumūt rena ti vnū efficiantur, vt sicut iam per baptismum Christum induunt, ita Christus in eis per hoc sacramentū corporaliter maneat, vt sint cre dētes vnum in Christo, & Christus in eis ma neat, quatenus illud impleatur, quod ipse ad patrem orat. Non pro his autē rogo tātum, sed pro his, qui credituri sunt per verbum eorū in me: vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi sint in nobis. Hęc itaq; vni tas non sicut hæretici volūt sola voluntate in ter patrem & filium prædicatur: & sicut labo rant ex eo, qui ait, Ego & pater vnum sumus. Tentant igitur ad vnitatis illud conferre con sensum, vt vnitatis voluntatis in his sit, non na turæ, sicut multitudinis credentium in Hieru salem dicitur cor vnum, & anima vna fuisse. Sed nos patrū vestigia sequētes, credere oportet, quod Deus ex Deo substantialiter geni tus, naturaliter hoc est, quod pater, ac per hoc vnitatis naturæ pater & filius vnum esse comprobantur. Nec non & Christus hodie in nobis non solum per concordiam volun tatis, sed etiam per naturam in nobis, sicut & nos in illo rectē manere dicitur. Nam si ver bum caro factum est, & nos verē verbum car nem in cibo dominico sumimus, quomodo

Paschasius.

in nobis Christus manere naturaliter iure nō existimatur, qui & naturam carnis nostræ in separabilem sibi homo natus Deus assumpsit: & naturam carnis suæ, ad naturam æternita tis sub sacramento hoc nobis communican dæ carnis admiscuit? Hęc ille. A V T H O R. Ec ce Christus in nobis per hoc sacramentū ma net corporaliter, non autem corporaliter cor poralitate panis secundum nugam, & fugam tuam sophisticam, sed carnis, in qua verbum caro factum. Et secundum hanc carnem item naturaliter in nobis manet, & non per consen sum tantummodo voluntatis. Nunquid pec co si inferam: ergo non tantum spiritualiter, sed etiam corporaliter, naturaliter, carnaliter manducatur? Nam sicut dixisti suprā, hoc est spiritualiter illam comedere escam per amo rem in Christo manere, non sic autem tantū modo Christus per voluntatis cōsensum, sed etiam corporaliter, carnaliter manducatur, er go item carnaliter, & non tantum spiritualiter manducatur.

¶ Quod Witleff non saluatur in glossa sua logicali, quod corpus Christi est ibi corporaliter, id est, per modū corporis.

C A P. L I X.

S V M M A.

- 1 Witleff, quod non saluetur in sua logicali glos sa, q̄ corpus Christi est in sacramento corpora liter, id est, per modum corporis, multorum do ctorum autoritatibus, ostenditur.
- 2 Christus quomodo in sacramento est nobiscum cor poraliter, naturaliter, & carnaliter, ostenditur contra Witleff.



T Witleff improbē cō trudens, responsa sua so phistica contra aduer bia illa, carnaliter, corpo raliter, essentialiter, & hu iusmodi, in quarto Tria lo. ca. 10. Secūda, inquit, æquiuocatio aduerbiorū huiusmodi est: q̄ ac cipiuntur qnq; simpliciter, vt res dicit esse cor poraliter alicubi, dum est ibi modo corporis, & sic

& sic intelligunt quidam, q̄ corpus Christi est in hostia corporaliter, substācialiter, & essen tialiter. Hęc Witleff. Et exponit postea eos intelligere, q̄ est corpus ibi existens corpora liter. A V T H O R. Sed nos semp petimus glos sã huiusmodi fundamentū in doctore catho lico. Ipse si suæ proteruie licentiatu euagetur effrænis, qualiter capietur? detur mihi ipsa li centia intra fidem, & videat quando capturus est me. Fabrico ego mihi nouā Logicam, Me taphysicamq; nouellam, non q̄ oporteat, sed quia libet. Ipse vtraq; ratione fecit vtrunque. Enim emūero quia vetus hæresis sine Logica nouiter practicata satis esset inermis, appona mus tamē eis soliditates fideles. Notū em est sanctos patres his scētitijs Logicis paruū locū dedisse. Tamq; certū, q̄ locutione famosa & sancta propter hanc fidē carnis Christi cōtra hæreticos roborandam: antiqui penē omnes hanc cōcesserunt, & docuerunt comestionem sensibilem. Vnde super Ioannem Morali. 46. *Chryso.* Qui quidem genuerūt, multotiens alijs nutrire dant edita. Ego autem non ita, ait Christus, sed carnibus meis nutrio. Me ipsum vobis appono, omnes vos nobiles esse volēs, benignam vobis de futuris portendens spem. Qui em hęc vobis dedi me ipsum, multo magis in futuro. Frater vester volui fieri, cōmuni caui carni & sanguini: propterea verō rursus cam vobis carnem & sanguinem, per quæ co gnatus factus sum, do. Hęc ille. A V T H O R. Quam speciosē loquitur dulcis pater Chryso stomus in persona Christi suis fidelibus. Cæ teri, inquit, cū genuerūt, multotiens tradunt alijs nutricibus foetus suos. Ego nō sic ago, sed nutrio vos carnibus meis, nō mutis figuris, & tropis, sed me ipsum vobis appono, volēs vos facere nobiles, haustu nobilis carnis & sangui nis, non figuralis & typici, sicut erant nutriti Iudæi grossi, sed eiusdē carnis & sanguinis na turalis, per quem factus sum vester cognatus. *Fulbertus.* Fulbertus item dulciloquus in tractatu suo, de eo, q̄ tria sunt maximē necessaria ad perfectū. Gusta, inquit, cælestis ferculi suauitatē, sed ne nauses germinis terreni saporem: de fide em interioris hominis procedit diuini gustus sa poris, dum certē per salutaris Euchariſtie infu sionem influit Christus in viscera animæ su mentis, quem diua mens castis penetralibus in ea videlicet forma suscepit, quem sub ipsa recordatione myſterij, spiritu reuelate sibi præ sentem intuetur, infantem videlicet materno in gremio, ac cunis puerilibus iacentem, cal cata morte resurgentem, supra cęlos euectum gloria patris sublimem. Iuxta quas species

¹ Chryso.

Fulbertus.

Christus gratum communicantis intrans ha bitaculum, tot, vt dicam, suauitatis saporibus mentem reficit, quot formæ intimæ reuelatio nis oculi meditantis eum meruerint intueri. Hęc ille. A V T H O R. Iam proficiscantur so phismata Witleff per verba & aduerbia, visi tet æquiuocationes innumeratas. Simples em oculi Christiani fidelis aspiciūt, quomodo ca ptus est. Sed quomodo, quia capi nollet, la queos, & compedes suas auget. Videtis ne, q̄ planē doctor Fulbertus non per instrumenta Metaphysicarū formarum aduerbia, imō per pura nomina nostrū excipit fugitiuum? Certe, inquit, per salutaris Euchariſtie infusione influit Christus, nō dicit panis cibarius, in vi scera animæ sumētis, quem diua mens ea for ma suscepit, quem intuetur sibi præsentem in recordatione myſterij. Infantē in matris gre mio, puerum in cunis, resurgētē à mortuis, supra cęlos euectum in gloria patris sublimē. Et secundum has omnes species communica tis intrans habitaculum tot suauitatibus refi cit, quot sacrum corpus formis meruit intue ri. Nihil planius sciuit ipse Witleff, si iā esset fidelis pro Christi fide describere. Gratia quā ta Christi, quia nō tantum carnaliter & corpo raliter nobis Christi caro in sacramento por rigitur: verum ipse Christus in ea specie, qua infans in matris gremio, aut puer in cunis, aut victor resurgens, & quotlibet alijs formis ibi realibus, quot communicantis petit affectus. Isti ne sunt modi panis tui materialis, sub qui bus Christus est ibi carnaliter & corporaliter? Sed si dicas hęc omnia in imagine geri, ipse doctor tibi obſtitit, dicens, q̄ Christus per se influit in viscera animæ sumētis &c. Sed & *Augustinus* in sermone de catechismo, prima parte sermonum, sermone. 3. qui incipit, Quo niam in proximo. sic dicit, Nō relinquetis ex eo quicquā vsq; mane. Hoc nunc agitur. Con dicitur enim agnus per noctem huius sæculi, vt cū mane illud venerit, quod vesperum non habebit, non iam offeramus imaginem agni, sed ipsum agnum, quem quotidie comedim⁹, & cuius sanguinem bibimus. Inueniamus que illic eum sacerdotem perfectū, quem hęc pro nostra salute constat occisum. Hęc ille. A V T H O R. Planissimē confundit Augustinus suū Witleff, suum, inquam, sed hæreticū suū, falsō semper inuocantē eū patronū, sicut etiā Berengarius magister eius fecit, vt tradit Lan francus. Frustrā tñ, cū tam eum à se Augusti nus repellit, vt vbi Witleff non nisi figuram & imaginē carnis Christi in altari oblatā con cedit, Augustinus hoc vetat, dicēs mane illud

Augustin.

venisse, quod vesperum non habebit. Et idcirco nō iam offeremus imaginē agni, sed ipsum agnum, quē quotidie cōcedimus, & bibimus eius sanguinem, sacerdotem ipsum perfectū pro nostra salute occisum. Quod si non offeremus iam figuram, aut imaginem agni, quid ergo per te, nisi nunc dicas, aliud esse offerre imaginem agni, aliud agnum in imagine? Sed nobis aliud est, tibi nequaquam, qui nihil ibi offers de agno Christo, nisi figuram. Nos autē in figura sacramenti agnum Christum secundum carnis eius immolamus essentiam. Unde & in libro contra aduersarium legis & prophetarum, lib. 2. versus finem dicit *Augustinus*. Sicut mediatorem Dei & hominum hominē Christum Iesum carnem suā nobis manducandam, bibendūq; sanguinem dantem fidei corde atq; ore suscipimus, quanuis horribilius videatur humanam carnem manducare, q̄ perimere, & humanum sanguinem potare, q̄ fundere: atq; in omnibus sanctis scripturis secundum sanā fidei regulam figuratē factum, vel dictū, si quid exponitur de quibuslibet rebus, & verbis, quæ sacris paginis continentur, expositio illa ducatur, non aspernāter, sed sapiēter audiamus. Hæc ille. *AUTHOR*. Dictum istud *Augustini* cum contigisset vnū aliquem forsan malē fidem inspiciere, cœpit annotare: ergo figuratiuē oportet intelligere Christum esse comestum. forsan nescius verum dicens, sed non figuratiuē solū: ne masculus & fœmina negetur esse creati duo in carne vna ad literam: & Saræ concubitus negetur ad historiam, & Abrahæ polyiugium, quæ ibi figuratiuē etiam recitantur, intelligi. Processus enim ille per longum docet ibi, q̄ vult *Augustinus* res alias turpes honestis excusare figuris. Annectit item comestionem carnis Christi, quā etiā figura operit sacramētū, ne videretur horribilis, nō per hoc ibi tollens carnis essentiam, sicut nec verum, & literalem Saræ concubitum, quanuis operiat eum honesta figura: nec item manducationem corporalem corporis Christi, secundum se, quanuis addat imaginē sacramenti propter horrorem. sicut in sermone, Veritas ait. idem *Augustinus*. Nihil rationalius, quā vt nos, qui iam similitudinē mortis eius in baptismo accepimus, similitudinē quoq; carnis & sanguinis eius sumamus: ita, vt & veritas non desit in sacramēto, & ridiculum nullum fiat à Paganis, q̄ cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter ferre nequuerūt, quod dominus dixerat, Qui non manducat carnem meam, & non bibit sanguinem meum, non habebit vitam. Et qui

manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habebit vitam. Sed dixerunt, Durus est hic sermo, Quomodo ista ferent increduli? Hæc ille. *AUTHOR*. Ecce similitudinem, id est, sub similitudine aliena ipsi sanguinem bibimus, sed non similitudine sola, ne veritas desit sacramento, non quidem veritas similitudinis constitutæ, sed subiecte carnalis sanguinis veræ substantiæ. Et sic ridiculum nullum fiet Paganis, q̄ cruorem carnalem occisi hominis in vini specie bibimus, quanuis ipsi *Witcleff*, tanquam regi Achis horrēda videtur infania, sicut in titulo *Psalmi*. 33. scripsit *Augustinus*. Nonne videtur infania? Manducate carnem meam, & bibite meum sanguinem. Et quicumq; non manducauerit carnem meam, & biberit meum sanguinem, non habebit in se vitā. Quasi insanire videtur, sed regi Achis insanire videtur, id est, stultis & ignorantibus. Ideo dimisit eos, & abiit. Hæc ille. *AUTHOR*. Huc proficit processus huius capituli, vt probatū habeatur pro vero fidem antiquorum, *Hilarij*, *Paschalis*, *Augustini*, & *Chrylostomi*, posuisse veram Christi carnem corporaliter in sacramento: quod videns *Witcleff*, torquetur in infania regis Achis: & extorquet procul sanctū *Hieronymum* dicentem in *Leuitico* sic, De hac quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet. De illa verò, quam Christus in ara crucis obtulit secundum se, nulli edere licet. Hæc ille. *AUTHOR*. Quo habito, quasi dixisset contra *Hilarium* ca. 15. de blasphemia, *Witcleff* fingit cōcordiam, dicens, *Hieronymus* verè dicit, q̄ infidelis non māducat secundum se Christi corpus in sacramento altaris, & *Hilarius* cum *Hugone* dicit, q̄ corpus Christi est substantialiter, corporaliter, & carnaliter ibi, & per consequens taliter manducatur. Glossa cōcordans doctores stat in isto, q̄ corpus Christi potest dupliciter intelligi corporaliter esse alicubi, vel modo corporis in quantum corpus. In isto secundo modo proprio loquitur *Hieronymus*. Hæc *Witcleff*. *AUTHOR*. En alia fuga, sed verè satis remota, & vix illi ipsi concepta. Attamen *lasmus* de currendo, sic capitur vna manu. Primò dices, vbi iam est quod dixisti in *Triologo*, q̄ corpus Christi est ibi corpus, sed non corporaliter? Et in sermone domini in monte, quòd non est ibi corpus, vel materialis substantia in ipsa hostia, nec corporaliter, sed sicut rex est in omni parte regni, non corporaliter, sed potentialiter, vel virtualiter. Sed iam coarctat te autoritas, vt contraria sentias. Et si aduerbiū, corporaliter, sic sophisticari potest propter analo-

analogiam sui generis, secundum quā dicitur corpus Christi esse ibi corporaliter corporalitate panis, quomodo tamen dicitur ibi esse carnaliter modo carnis, nisi etiam fuerit ibi vt caro est caro? Vtrunq; enim dicit ille chorus sanctorum cum *Hilario*, q̄ Christus est in sacramento nobiscum corporaliter, naturaliter, & carnaliter. Tunc sic, est ibi carnaliter, ergo per modum carnis, secundum primam expositionem tuam. Quæro cuius? suæ, an alienæ? Si suæ, ergo est ibi carnaliter ad modum carnis, vt caro propria est: & venimus ad expositionem tuam secundam. Si est ibi per modum carnis alienæ, incurrit hæresis Nestoriana, quæ posuit carnem ibi esse alterius boni viri. Item iste volūtarius logicus quare delinquit in *Metaphysica*, cum aduerbia, & verba designat formas secundum abstractionem vltimam? Nam quis demens poneret *Michaëlem* corporaliter cōuersari nobiscum, intelligens nō corporaliter, sed angelicè: quia est modus vnus analogicè cōpetens angelo & corpori, putā definitiuè esse hic? Si ergo corporaliter, ergo secundum rationem vltimæ differentiæ essentialis corporalis, & tunc simpliciter, vt est corpus. Alioquin nō esset plus corporaliter, quā nō corporaliter hic vel ibi. Et sic dicit *Apostolus*, quem tu tam inscienter exponis, nullo tecum dicente fidei Theologo, q̄ in Christo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, id est, incorporata omni ratione veri corporis. Nec igitur sapis *Hilarium*, nec intellexisti *Hieronymum*. Sed sicut exponit *Augustinus*, ita hęc resim discipulorū vitauit ibi *Hieronymus*, dicens nō edi ibi Christi corpus secundum se, id est, secundum exteriorē suā speciē in forma crudæ carnis, sicut venditur in macello, sed sub imagine panis. Editur tamen ibi secundum substantiam propriā suæ carnis, ne, vt dicit *Augustinus*, desit veritas sacramento. Et sic exponit *Hugo*. *Hugo* cōmunem omnium illorum doctorū fidem libro de sacramentis. 8. secundæ partis, ca. 7. dicens, Quod nunc videmus, species est panis & vini. Quod autem sub specie illa credimus, verum corpus est, & verus sanguis Iesu Christi, quod pependit in cruce, & qui fluxit de eius latere. Nec per panem & vinū corpus & sanguinem tantū significari credimus, sed sub specie panis & vini verum corpus & verū sanguinem consecrari. Et speciem quidem visibilem sacramentum esse veri corporis & veri sanguinis: Corpus autem & sanguinem sacramentum esse gratiæ spiritualis. Et quemadmodum species illic cernitur, cuius res, vel substantia ibi esse non creditur: sic res ibi veraci-

ter & substantialiter præfens creditur, cuius species ibi nō cernitur. Hæc ille. *AUTHOR*. Ecce substantialiter ibi caro Christi creditur, cuius species ibi non cernitur: & species panis ibi cernitur, cuius substantia ibi non creditur, & verum Christi corpus, quod pependit in ligno, est ibi sub panis specie, nec per panem tantummodo significatur. Cuncta concurrunt obuam capiti tuo, ad modum gurgitis præterflui dilabentis.

¶ Quòd non mures, & bruta, sed peccatores & præsciti verè corporaliter manducant corpus domini in sacramento.

C A P. L X.

S V M M A.

- 1 Bestiæ brutæ, q̄ nec spiritualiter, nec corporaliter comedant sacramentum solenne sacræ Eucharistiæ, quòd solū pro suo sacramento fideles adorant, ostenditur contra *Witcleff*, & *Berengariū* eius magistrum.
- 2 Præscitus, aut quantocunq; mortali detentus, si nō præseruetur miraculo, quomodo comedit corpus & sanguinem Saluatoris.
- 3 Manducare spiritualiter quid sit. Et plura de hoc ibi ex *Chrystostomo*, *Augustino*, *Cypriano* &c.



Atet secundò, inquit *Witcleff*, ex notabilibus *Augustini*, q̄ nec bestia, nec præscitus māducat sic corpus Christi, licet manducet corporaliter sacramentum. cap. 1. de Eucharistia. *AUTHOR*. Ecclesia Christi docet, q̄ bestia brutæ, nec spiritualiter, nec corporaliter comedunt sacramentum illud solenne sacræ Eucharistiæ, quòd solū pro suo sacramento fideles adorant. Ipsum nanq; sacramentum Christianorum est extollenda illa caro Christi & corporalis substantia Saluatoris. Aliud sacramentum ibi fideles non colunt. Et hoc sacramentum nullatenus edunt bruta, quanuis sensibiles qualitates, sub quibus natura latitat Saluatoris, per eorum buccas voluantur interdum. Sicut nec mus accipit quouis modo sacramentum baptismi, quanuis interdum mergatur in fonte. Nec canis subit sacramentum Ordinis, quanuis vnā cum ordi-

nato contingat eum subesse manuum impositioni Episcopi, vel libro pontificali antistitis consecrantis. Pro cuius clara notitia non dedignamur regulam illam Aristotelis secundo de anima dicentis, quod actiones actiuorum sunt in patiente prædisposito. vbi innuitur tres respectus necessarii, ad hoc, quod actio actiui insit passio, tam secundum genus, quam speciem, scilicet, respectus vnitatis, & presentiae: & iste est mutuus, quia communis agentis & passio. Secundus est respectus dispositionis, & tertius passionis. Vnde descendendo ad manducationem corpoream, illa videtur non esse sensatio formaliter, quia forsitan tunc esset forma absoluta secundum doctorem vere subtilem, sed sensatio manducationem illam consequitur, vel per accidens comitatur. In obiecto ergo manducabili necessario exigitur respectus realis presentiae, & secundo respectus realis dispositi, vt sit cibus in genere: qui ultra formam absolutam carnis aut panis dicit respectum ad agens, vt manducans dicatur. Vnde si ferrum sit præfens maxillis, quantum patitur à dente hominis, non tamen comeditur, etiam quantum traiciatur in ventrem, sicut pueri sorbent anulos, & lapillos: quia, scilicet, carent respectu denominatio cibi, ideo non comeduntur, quantum videntur. Ideo item quod est vni cibus, alteri non sic est. Quemadmodum ferrum est cibus Struthioni, & ossa dactylorum Camelis, & arena volucris, ideo ab eis eduntur: hominibus autem non sunt cibus, ideo ab eis non eduntur. Cibus ergo dicit respectum congrui ad edentem super formam absolutam rei comestæ. Ultra hos respectus tam presentiae realis, quam etiam proportionalis cibi, requiritur tertius de genere passionis. Vnde quantum sit realiter præfens instrumento edendi, & respiciat comedentem in ratione congrui cibi: tamen si non patitur à comedente, non comeditur. Quemadmodum Ionas non fuit comestus à pisce, quantum fuerat deglutitus. Ad propositum ergo: quia gloriosum corpus Christi caret ratione respectiua, vt sit cibus brutorum: idcirco quantum reperitur in ore bestiae, aut in ventre, non tamen ibi comeditur, sicut nec comederetur ab eo auri massa, quantum reperiretur in ore vel stomacho: sed potest degluti, per gulam traici, vel vorari. Berengarius autem magister nostri Witeless, sicut & ipse dicit, ita ille concessit sacramentum, scilicet, corporis Christi à mure comestum: & hoc obiecit fidelibus contra corporis veritatem. Respondit autem ipsi in libro suo secundo de corpore & sanguine domini,

ipse *Guimundus* sic, Mihi quidem sacramenta nequaquam à muribus, vel aliquibus brutis animalibus videntur posse corrodi. Quod si aliquando velut corrosa videantur, quod nunc de hortolano, de peregrino, de leproso diximus, responderi potest non esse corrosa, sed vel ad puniendam, seu corrigendam ministrorum negligentiam, vel ad probandam eorum, qui hæc viderint fidem, in tali specie posse videri. Ad hoc verò, quod à brutis animalibus consumi posse dicuntur, respondere possumus ob prædictas causas, id est, probandæ fidei, aut damnandæ, siue corrigendæ custodiæ negligentia bruti animalia ceterum ad corpus Christi posse accedere, quousque potest humanus visus aspicere. Deinde autem mox inuisibiliter angelorum sibi semper assistentium ministerio, vel suapte virtute raptum iri, in caelis constitui. Deinde probans, quod corpus Christi non eo læsum credatur, quantum in bestiarum ore, vel ventre inueniatur, subiungit. Sed nec pro vilitate bestiarum ora, vel auium refugit, qui in lapide sepulchri iacuit, qui post resurrectionis etiam gloriam terram calcavit. Manifestissimum quippe est ex ordine Dei animata corporea inanimatis, sensibilia insensibilibus meliora esse. Sequitur. Non igitur propter aliquam vilitatem cuiuscumque animalis corpus perhorrescit. Quapropter etiam si aliquo diuino iudicio bruta quælibet animalia non solum sacrosancta mysteria tangere, sed valeant etiam deuorare, nulla tamen ex hoc nobis ratio obuiat, quæ veritatem dominicæ carnis & sanguinis, quam tenemus in sacris mysterijs, nos negare compellat. Hæc ille. **AUTHOR.** Plane ergo videri potest, ad quos fines sibi ipsis iunguntur hæretici, quibus item à fidelibus separantur. Iam ad id, quod annexit, veniamus. Sed nec præscitus, inquit, sic manducat corpus domini. Colligit hoc ex illo *Augustini*, Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio non manducat spiritualiter eius carnem, licet carnaliter, & visibiliter premit dentibus sacramenta corporis & sanguinis Christi. **AUTHOR.** Quam facile capit hæreticus occasionem erroris. Miser homo, beatus Augustinus non dixit præscitus, sed generaliter, Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus: sicut etiam Saluator verba formauit, dicens, Hoc est corpus meum. præmisit, vel, vt dicunt quidam, cum dixisset, Hoc est corpus meum. adiunxit, Accipite & manducate ex hoc omnes. Ibi erat Iudas cum Petro & Iacobo, præscitus cum prædestinatis, fur cum Apostolis. Quid sibi

sibi vult mandatum vniuersale Christi, & demonstratio singularis omnes, & ex hoc sufficisset, Accipite & comedite ex hoc, si Iudam volebat excludi. Et non diceret, ex hoc, sed ex his, si duos cibos ibi comedendos intenderet: corpus suum spiritualiter à bonis, & panem sensibile corporaliter à præscitis. Sed qui corpus suum substantialiter demonstrauit per hoc: ipse illud à Iuda traditore comedi non negauit, cum diceret, omnes. Accipite & edite ex hoc omnes, boni & mali, digni & indigni, electi & reprobati. Et item, Bibite ex hoc omnes. Ex quo? Hic est sanguis meus. Audax Witeless, qui Iudam excludit, quæ Christus admittit: nec admittit modò, sed & inuitauit adferculum. Et Apostolus ad Corinthios dicit, Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Non dixit, præscitus. Quid igitur tu dixisti, præscitus, nisi vt priores errores tuos, hoc ipso firmares, quibus soles dicere præscitum continè peccare mortaliter, & nullum prædestinatum mortaliter aliquando peccare? Iterum dicis, quod non sic manducat corpus Christi. Quid vult aduerbium, sic? Placet enim, quod existens in peccato mortali non spiritualiter comedit corpus Christi: comedit tamè illud corporaliter, & carnaliter. Non, inquis, sed sacramenta corporis & sanguinis Christi. Quæ sacramenta? Non dicimus sacramenta, quæ sunt res, ipsum corpus specie panis velatum, & ipsum sanguinem Saluatoris, non putribilem panem tuum & vinum: quæ sacramenta tu tãto perè solennizans, de corpore & sanguine domini nihil curas. Tu verò sub hoc equiuoco latitare letaris, & firmiter scriptitas, de illo sacramento sic loqui Augustinum, non autem de corpore & sanguine domini. Dicis enim, Patet tertio mira subtilitas verborum doctoris, qua dicit, non quod indignus visibiliter premit dentibus corpus Christi, sed quod visibiliter premit dentibus sacramentum corporis Christi & sanguinis. Illud enim sacramentum valde distinguitur à corpore Christi, quod est res huius sacramenti. Hæc Witeless, vbi iam supra. **AUTHOR.** Ex isto non patet aliqua talis subtilitas Augustini, sed tua insignis fatuitas, qua sic temerè contra intentionem Augustini, & ecclesie, cuius ipse gaudebat se esse sequacem, Augustinum violenter exponis. Sed Berengarii magistri tui ineptia ista fuit. Sociorum autem tuorum quorundam de schola eius minor error erat. Concesserunt enim quidam panem in veram carnem conuerti, non totum, sed solum secundum partem illam, quæ à dignis erat edenda. Alia pars mansit panis in natura propter indignos. Alij verò totum

conuerti dixerunt, sed iterum quod ab indignis esset sumendum, in aliam speciem conuertendum. sicut in libro. 3. de corpore & sanguine domini versus finem, *Guimundus* declarat, dicens, Ex his vna panis & vini partem in carnem ac sanguinem domini transmutari cõfirmat, partem verò propter indignos immutabilem retineri. Altera verò totum quidem panem & vinum altaris in carnem & sanguinem domini cõuerti asserit. Sed cum indigni ad cõmunionem veniunt, in panem & vinum iterum reuertuntur. Nam vtriusque sententiæ assertores nolunt ab indignis hominibus corpus & sanguinem domini posse participari. Is igitur cum sit error dispar, vna tamen eademque causa erroris est. Hæc ille. **AUTHOR.** Quid mirum igitur si Witeless, qui plenus Berengarianus est, ita desipiat, cum isti semiberengariani ita desipiunt? Dicamus ergo cum ecclesia catholica, quod præscitus, aut quantumcumque mortali detentus, si non præferretur miraculo, comedit corpus & sanguinem Saluatoris, non illa exteriora tantum & fursurea sacramenta. Et quia Augustinum violenter intrusit, *Augustinus* ipse pro se loquatur. Vnde libro suo. 1. contra Cresconium Grammaticum cap. 26. sic scripsit, Tibi occurrere multa non dubito, quæ quantum bona non sunt, & ad vtile aliquid instituta, non omnibus tantum habentibus sunt vtilia, sed tantummodo benevolentibus. Nam cum eadem luce & sani oculi perfunduntur, & faucij, istis adiumentum est, illis tormentum. Idem cibus alias valetudines alit, alias sedat. Idem medicamentum hos curat, illos debilitat: eadem arma alios muniunt, alios impediunt. Eadem vestis alijs tegumento est, alijs impedimento. Sic baptismus alijs valet ad regnum, alijs ad iudicium. Hic video quod te possit mouere: fortasse enim dicis, quod in his omnibus nihil sacramenti commemorauerim: Baptismus autem sanctum sacramentum est. Sequitur cap. 27. versus finem. Quid de ipso corpore & sanguine domini vnico sacrificio pro salute nostra, cum ipse dominus dicat, nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit meum sanguinem, non habebit in se vitam æternam, nonne idem Apostolus docet etiam hoc perniciosum malè vtilibus fieri? Ait enim, Quicumque manducauerit indignè, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Hæc Augustinus. **AUTHOR.** Hic planè dicit Augustinus de ipso sacrificio vnico pro salute nostra, scilicet, de ipso corpore & sanguine domini dixisse Christum, Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se vitam æternam. & de eodem dixisse

Apostolum, Quicumque manducauerit panem, vel biberit calicem domini indignè &c. Vnde sequitur, quod corpus domini manducari potest indignè. Non autem spirituali comestione manducari potest indignè, ergo corporaliter potest corpus Christi indignè tractari, & comedi. Sed dicit Witleff, pro me est, quod Apostolus non dicit, qui manducauerit corpus domini, sed panem hunc indignè, quia hic Apostolus vocat panem. Sed pro te non est, quod Apostolus hunc panem intelligit non materialem, sed spiritualem: in cuius signum sic eum recitat

Augustin. *Augustinus* tertia parte sermonum, sermone de sacramentis in die Paschæ, qui incipit, Memor sum in quo, Magna, inquit, sacramenta, & valde magna vultis nosse quomodo comedantur? ait Apostolus, Qui manducat corpus Christi, aut bibit indignè, reus est corporis & sanguinis domini. Quid est indignè accipere: contempnenter, & irridenter accipere. Non tibi videatur vile quod vides. Hæc ille. **AUTHOR.** Noli putare, quod Augustinus falsificet textum Pauli. ipse dixit aisse Apostolum, Qui manducat corpus Christi indignè. Si ergo Apostolus & Augustinus non supponant impossibile, ergo corpus Christi manducari potest indignè. Non autem spiritualiter, quia hoc esset oppositum in adiecto: quia manducare spiritualiter, est manducare dignè. Ergo corporaliter potest corpus Christi manducari indignè, & spiritualiter solum dignè. Vnde de verbis domini, sermone. 11.

³ Manducare spiritualiter.

Augustin. *Augustinus.* Illud etiam, quod ait, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo, quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos poterimus hic accipere, de quibus dicit Apostolus, quod iudicium sibi manducant, & bibant, cum ipsam carnem manducant, & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas magistri veditor & traditor impius, quanuis primò ipsum manibus eius confectum sacramentum sanguinis eius & carnis cum cæteris discipulis, sicut apertius Lucas Evangelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, aut Christus in eo? Multi denique, qui vel corde ficto carnem illam manducant, & sanguinem bibunt, vel cum manducauerint & biberint apostatae fiunt? Sed profectò est quidam modus manducandi illam carnem, & bibendi illum sanguinem: quo modo qui manducauit & bibit, in Christo manet, & Christus in eo. Non igitur quocumque modo quisquam manducauerit carnem, & biberit sanguinem Christi, manet in Christo, & Christus in illo, sed certo quodam modo. Hæc ille. **AUTHOR.** Ex quo planè patet, quod comeden-

tes non distant à substantia, sed solum in modo discrepant comedendi. Et hoc item probant verba Apostoli, quibus dicit, Reus erit corporis & sanguinis domini. Alioquin diceret, reus erit illius sensibilis sacramenti panis & vini, quod valde distinguitur à corpore Christi, quod est res huius sacramenti, iuxta Witleff. Et sic item exponit Apostolum ibi *Chryso-* **Chryso-** *stomus,* dicens, Si quis manducauerit Christum regem dignè, vel indignè, habebit iudicium, vel præmium. super Ioannem Moralium. 46. vbi dicit, Hoc, inquit, sanguine, comparauit ecclesiam Christus: hoc sanguine ornauit eam vniuersam. Sicut enim homo seruos emens, aurum dat, & ornare rursus eos volens, auro hoc facit: ita & Christus comparauit nos sanguine, & ornauit sanguine. Qui hoc participant sanguine dignè, cum angelis, & archangelis, & superioribus virtutibus statim hanc induti sunt Christi regalem stolam, arma habentes spiritualia. Sed nihil adhuc dixi. ipsum enim induti sunt regem, sicut est magnus, & mirabilis. Ita si quidem cum puritate accesseris, in salutem accessisti. Si verò cum pernicio sa conscientia, in supplicium, & cruciationem. Qui enim manducat & bibit indignè sanguinem & corpus domini, iudicium sibi manducat, & bibit. Si enim qui sordidant purpuram regalem torquentur, sicut & qui rescindunt: nihil incongruum & eos, qui immunda mente corpus sordidant, idem sustinere supplicium cum ijs, qui id rescindunt per clauos. Vide denique: qualiter terribile ostendit Paulus supplicium, dicens, Irritam faciens quis legem Moy si, sine propitiatione in duobus vel tribus testibus morietur. quantum existimatis deteriori dignus efficietur supplicio, qui filium Dei conculcat, & sanguinem testamenti communem putat, in quo sanctificatus est? Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce ne quicquam remaneret ambiguum in verbis Chrysoctomi, hæc nec nominat sacramentum nec mysterium siue signum, sed si quis dignè participat Christi sanguine. Et recitat Apostolum sicut Augustinus iam supra, Qui manducat & bibit indignè corpus & sanguinem domini: non dicit panem hunc, & eos æquiparat, qui immunda mente sordidant corpus Christi, ijs, qui clauis idem corpus perforabant. Et Apostolum intulit de conculcantibus filium Dei. Sic ergo videtur istum antiquum patrem non aliud vniquam intellexisse, quod quod Dei filium, & corpus eius secundum substantiam digni manducant ad vitam, indigni ad poenam. Et ite in sermone de corpore & sanguine domini, qui incipit, Veritas, quæ est Christus.

Augustin. *Augustinus.* 2. Vtrum sub figura, inquit *Augustinus.* Quia nouerat Christus, quod & boni dignè, & mali indignè accepturi essent suum corpus & sanguinem, voluit cunctis communicantibus ostendere quid boni, quidue mali ex eo percipiatur. Et ideo Iudas in figura omnium malorum primus ad percipiendum corpus Christi permittitur. Nam si post resurrectionem hoc fieret, iam Iudas cum sanctis apostolis communicare non potuisset, quia iam damnatus erat. Hæc ille versus finem sermonis. **AUTHOR.** Ecce iam si illa subtilitas, quam laudasti, fuerit de fabrica Augustini: quod indignus premit dentibus sacramentum, sed non corpus Christi: iam require subtilitatem tuam in predictis. Hic non dicit sacramentum: silet de verbo. Et dicit nouisse Christum, quod mali indignè accepturi essent corpus suum & sanguinem. Et ideo Iudas in figura omnium malorum, permittus est primus corpus Christi percipere, non sacramentum sine re, sed sacramentum rem ipsam in sensibili sacramento corpus & sanguinem saluatoris. Quod item supra idem Augustinus appellat intransituum, vnicum sacrificium pro salute nostra. De quo sacrificio corpore Christi vero, item *Cyprianus* epistola de exhortatione lapsorum, & incipit, Pax ecce dilectissimi fratres. increpans sacerdotes permittentes communicare lapsos sine suscepta poenitentia. A diaboli (inquit) aris reuertentes, ad sanctum domini, sordidis, & infectis nidore manibus, accedunt, mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructantes, & exhalantes etiam nunc scelus suum faucibus contagia funesta redolentibus, domini corpus inuadunt, quando occurat scriptura diuina, & clamet, & dicat, Omnis mundus manducabit carnem. Et anima quacunque manducauerit ex carne sacrificii salutaris, quod est domini, & immunditia eius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo. Apostolus ite testetur, & dicat. Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensam dominicam communicare, & mensam demoniorum. Idem contumacibus, & peruicacibus commineatur, & denuntiet, dicens, Quicumque ederit panem, aut biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Spretis his omnibus, atque contempnis, ante expiata delicta, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis domini, vis infertur corpori eius, & sanguini. Et plus modò in domini manibus, atque ore delinquit, quam cum Deum negauerit. Hæc ille. **AUTHOR.** Vide quod famosum fuit apud antiquos dicere

perniciosos Christianos inuadere corpus domini, & intelligere illud apostoli, Qui ederit panem, vel biberit calicem domini indignè: de perditis fidelibus, à quibus vis inferebatur non nudo sacramento, sed ipsi corpori in sua essentia, & sanguini saluatoris. Et quanuis sub calamo suo Cyprianus iam verbum habebat apostoli dicentis, Qui ederit panem, tamè panem materialem abijciens, de solo Christi corpore loquebatur: per hoc dans intelligi, quod corpus Christi vocauerit ibi panem: sicut & *Augustinus.* *Augustinus* exponit in tractatu de oratione dominica, qui incipit. Evangelica præcepta. vbi inquit. Panis vitæ Christus est. Et panis hic omnimodò non est, sed noster est. Et quomodo dicimus pater noster, quia intelligentium & credentium pater noster: sic & panem nostrum vocamus, quia Christus eorum, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercidente aliquo grauiori delicto, dum absentes, & non communicantes à caelesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur: ipso predicante, Ego sum panis vitæ, qui de caelo descendi: si quis ederit ex hoc pane, viuere in æternum. Panis enim quem ego dederò, caro mea est pro seculi vita. Quando ergo dicit in æternum viuere, si quis ederit de pane eius, ut manifestum est eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiam iure communionis accipiunt: ita contra timendum est, & orandum, ne dum quis absens separatur à Christi corpore, icinicus remaneat à salute, comminante ipso, & dicente, Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem nostrum, id est, Christum dari nobis quotidie petimus. Hæc ille. **AUTHOR.** Mirum quotiens reuoluit sermonem de pane: & nunquam exponit de pane nostro sensibili, sed de carne saluatoris, & Christo ipso, quem in Eucharistia contingimus, non tantum spiritualiter, in cuius signum absentiam à iure communionis satis expauit, exponens de hoc, Nisi ederitis carnem filii hominis. quod Witleff dicit intelligendum de spirituali sumptione: quæ si esset, æque absens ut præsens, spiritu posset assumi. Dicant iam Witleuista, si hoc intendat Augustinus in principio omnium istorum verborum contra Cresconium, quod dixit vnicum sacrificium pro salute nostra de sensibili sacramento pane & vino, an non potius de corpore vero Christi, quod est res huius sacramenti, & utique sacramentum.

tum. Sic enim assumpsit probare, quod unum, & idem sacramentum aliis sit utile, & aliis sit nocivum: ut possit hoc congrue de baptismo probare per simile. Sed postea ne te posses sub coepta tibi equivocone protegere sacramenti, de ipso corpore Christi unico sacrificio, pro salute nostra argumentum assumpsit, quod possit assumi, quibusdam ad regnum, quibusdam ad iudicium: non hic sacramentum dicens extrinsecus sensibile, sed unum & idem corpus, & sanguinem salvatoris. Vnde & idem Augustinus ibidem cap. 29. scilicet, libro primo contra Cresconium. Nunquid (inquit) hic quod dicas inuenies, nisi non in eis bonis ad Dei legem pertinentibus deputandum esse baptismum, quem possunt homines & habere, & boni non esse? Sed ipsam quidem legem & scientiam, & sacrificium corporis Christi, & sanguinis Christi, talia bona esse, quae possunt homines & habere, & mali esse. Baptismum vero tale bonum esse, quod quisquis habuerit, necesse fariò bonus sit. Quod si dicere volueritis, falsum dicetis. Hæc ille. A V T H O R. Ex quo liquet, quod sacramenta comparavit Baptismi & Eucharistiæ ad habentes. Et tunc ex concessio quasi per se noto, quod sacrificium Christi corporis vnicum pro salute nostra oblatum posset sumere bonus & malus, bonus ad vitam, malus ad poenam, deducere conabatur Augustinus tunc negatum, quod æquè posset quis suscipere sacramentum baptismi quamuis malus. Iam autem utrumque negare videtur noster Witcleff.

¶ Contra blasphemiam Witcleff, qua concedit cum Rabano Magutiensi & Heribaldo Altihsiodorensi corpus domini in sacramento esse cibum digerendum in humanam carnem.

C A P. L X I.

S V M M A.

1 Rabani Maguntiensis, & Heribaldi Altihsiodorensis error circa corpus domini in sacramento, dicitur esse cibum digerendum in humanam carnem. Et quomodo eis consonat Witcleff. Et qualiter

Augustin.

- 1 Rabanus alter, hanc perfidiam tanquam horrendam abijciat. Et multa de hoc ex Anselmo, Damasceno, Hugone, Ambrosio, & alijs.
- 2 Corpus domini quod non digeratur. Et alij cibi, qui non fuerint digesti, recensentur.
- 3 Status, seu conservatio suppositi.



Denum venit ad experimenta naturæ, & dicit experimento probari panem, quia per tempus & tempora posset quis hostiis enutrir, & inebriari. Ex quo video concludendum, quod sicut Witcleff concedit digestionem Eucharistiæ: ita dabit egestionem eiusdem. Et ita consonat Heribaldo & Rabano Magutiensi, ponentibus venerabile sacramentum altaris obnoxium esse secessui. Quod ne videar imputare ipsi pro scandalo, ipse pro se loquatur. Ipse enim ipsum eundem Rabanum approbans in auctorem suæ peruersitatis, etiam quod erravit assumit lib. 5. de naturis rerum. ca. 11. Maluit dominus corporis & sanguinis sui sacramenta fidelium ore percipi, & in partem eorum redigi, ut per visibile opus, inuisibilis ostenderetur effectus. Sicut enim cibus materialis forinsecus nutrit corpus, & vegetat, ita etiam verbum Dei intus animam nutrit. Hæc Rabanus ibi, & assumit Witcleff cap. 6. tractatu de Eucharistia, addens subsequenter. Ecce quod iste magnus doctor dicitur cum experientia, quod panis & vinum, quæ sunt sacramentum corporis & sanguinis domini, rediguntur in partem hominis, quo ad corpus. Hæc Witcleff. A V T H O R. Quod quia tibi placet etiam quod impurum est: decidat ad secessum de necessitate placebit. Hoc de facto sustinuit Rabanus, idcirco merito reprobatus, qui etiam planius hoc dixit libro suo de institutis clericorum cap. de sacramento corporis & sanguinis domini, dicens. Sacramentum ore percipitur: sacramentum in alimentum corporis redigitur: virtute autem sacramenti æterna vita adipiscitur. Hæc ille. A V T H O R. Cætera omnia ibi præmisit, quæ posuit in libro suo de naturis rerum, quod sacramentum domini corporis in partem hominum redigitur. hic addit, quod idem sacramentum in alimentum corporis redigitur. Sed non idem Rabanus existimatur, qui de laude crucis, & de sacramentis conscripsit. Nam iste in libro de sacramento corporis & sanguinis domini, hanc perfidiam tanquam horridam abijcit: & librum de quo in transumpta fuit, appellat apocriphum. cap. quadragesimonono. Neque (inquiens) obseruandum sicut apocripho-

Rabanus Magutiens.

Witcleff.

Idem Rabanus.

Rabanus alter.

criphorum monumenta decernunt donec digerantur in corpore: ne communis cibus accipiat: sed satis inuigilandum, ut antea quisque semper se prepararet, & post acceptam gratiam nullus se reddat indignum. Spiritualiter enim hæc accipienda, & non carnaliter. Licet igitur panis in carnem, & vinum in sanguinem conuertatur, veluti à natura probatur: tamen altius hæc consideranda sunt, ubi non modò caro aut sanguis Christi in nostram conuertuntur carnem aut sanguinem, verum nos à carnalibus eleuant, & spirituales efficiunt. Hoc sane in nobis nutriunt, quod ex Deo natum est, & non quod ex carne & sanguine. Sequitur. Et ideo hæc mysteria non carnalia, licet caro & sanguis sint, sed spiritualia iure creduntur. Et infra. Friuolum est ergo, sicut in eodè apocripho libro legitur, in hoc mysterio cogitare de stercore, ne commisceatur in digestionem alterius cibi. Denique, ubi spiritualis esca & potus sumitur, & spiritus sanctus per eum in homine operatur: ut si quid in nobis carnale adhuc est, transferatur in spiritum, & fiat homo spiritualis: quid cõmixtionis habere potuit? Quantum igitur distat vita illa æterna ab ista mortali vita: tantum & iste cibus omnino præeminet ab illo communi, quo simul nobiscum etiam animalia viuunt. & ideo communis appellatur: quia omnium est, bonorum, scilicet, ac malorum, necnon & animalium. Hæc ille. A V T H O R. Ecce digestionem sancti cibi Rabanus denegat: & admixtionem sacramenti cum cibo cõmuni si præ digestionem sumatur, irridet. Quod tamen necesse esset intelligere, si in partem hominis cederet quo ad corpus, aut si verum esset, quod in alimentum humani corporis redigeretur ut alius. Vbi notandum, quod tantum dicit cibum sacramenti à cibo distare communi, quantum vita ista mortalis à vita cælesti. Certum est autem, quod vita ista mortalis non est æterna: ergo nec cibus noster communis est sacra Eucharistia. Et propter hoc determinauit aliàs in hoc volumine, quod nihil de substantia panis remanet, quia efficaciter commutatur, & hic dicit, quod hæc sacramenta corporis ac sanguinis Christi nihil in nobis nutriunt, quod ex carne natum est aut sanguine, sed solum quod ex Deo natum est. Quem passum Rabani etiam Anselmus imitatus est libro suo de corpore & sanguine domini. ca. 9. ubi dicit, Pulcherrimè Christianus poëta dicit, scilicet, Boëtius, Qui pereuntem hominem uetiti dulcedine pomi, Instauras meliore cibo, potuque sacri Sanguinis infusum depellis ab angue uenenum.

Anselmus.

Sumpta enim ore carnis nostræ caro Christi, nequaquam æstimanda est lege communium ciborum. Hic enim cibus non est ventris, sed mentis: dissimilis omnino ab illis cibis, de quibus dicitur, Omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & per secessum emittitur. Hic est cibus, qui non vadit in corpus, quia nequaquam sicut alij cibi in naturam vertitur corporis, sed corpus nostrum in suam vertit naturam: & futuræ resurrectioni, & perpetuæ incorruptioni illud preparans, & coaptans, & in nobis est, & ubi erat, scilicet in dextera Dei patris. Hæc ille. A V T H O R. Non est leuiter transeundum, quod Anselmus contra hæreticorum morsus exponens sanctum Ambrosium dicit. Hic est cibus, qui non vadit in corpus. Sic enim Ambrosius libro de sacramentis, & Augustinus de verbis domini, ut habetur in præuicis. Sed ne hoc in partem suam torqueret hæreticus dicens, ergo corpus dñi non vadit per os hominis in corpus eius: exposuit Anselmus quomodo non vadit in corpus hominis, quia nequaquam sicut alij cibi in naturam vertitur corporis, sed corpus nostrum potius in suam vertit naturam. Et quidam doctores dicunt hoc modo, scilicet, assumendo animam & corpus sibi, quod transeunt secundum se in substantiam animæ & corporis. Vnde. 4. libr. sententiarum. cap. 14. Damascenus. Corpus, scilicet, & sanguis Christi in stabilimentum & consistentiam animæ & corporis transiens, non cõsumptum, non corruptum, non ad secessum iens (absit enim hoc) sed in nostram substantiam, & conseruationem, læsionis omnino reparatio, sordis omnis purgatio: si quidem aurum assumat sordidum, per iudicatiuam, correptoriãque ignitionem purgat, ut non in futuro cum mundo cõdemnemur. Sequitur. Et hoc est quod dicit. Quare qui participat corpore & sanguine domini indignè, iudicium sibi comedit, & bibit. Per ipsum purgati, unimur corpori domini, & spiritui eius, & efficiamur corpus Christi. Hæc ille. A V T H O R. Sed queris forsitan, Quid de hoc ergo sacramento corporis Christi factum erit, postquam cõsumptum fuerit? Respondet tibi Hugo libro secundo de sacramentis. cap. 13. octauæ partis, dicens. Sed fortassis iterum dicit tibi cogitatio tua, quid fiat de corpore Christi, postquam cõsumptum fuerit, & cõsumptum? Tales sunt cogitationes hominum, ut vix quiescere velint, in iis maximè, quæ querenda non sunt. Dicit ergo tibi cor tuum. Quid factum est de corpore Christi postquam illud sumpsi, & manducaui? Audi ergo. Corporalem præsentiam Christi queris, in cælo quære, ibi Christus est

Damascenus.

Hugo.

ad

ad dexteram patris sedens. Tecum ad tempus esse voluit, quando, & quandiu necesse fuit. Exhibuit tibi ad tempus corporalem presentiam suam, vt te ad spiritualem excitaret. Sequitur infra. Quando in manibus sacramentū eius tenes, corporaliter tecum est. Quādo ore suscipis, corporaliter tecum est. Quādo manducas, & quando gustas, corporaliter tecum est. Deniq; in visu, in tactu, in sapore corporaliter tecum est. Quādiu sensus corporaliter afficit, presentia corporalis non aufertur. Postq̄ autem sensus corporalis in percipiēdo deficit, deinceps corporalis presentia quærenda non est, sed spiritualis retinenda. Dispensatio completa est, perfectum sacramentum, virtus manet: Christus de ore ad cor transit. Melius est tibi, vt eat in mētem tuam, quā in ventrem tuū. Cibis iste animæ, non corporis est. Noli in ipso quærere consuetudinem cibi corporalis: venit ad te vt comedatur, non vt consumatur: venit vt gustetur, non vt incorporetur. Augustinus vocem de cælo audiuit, quia hoc à terrenis illi dici aut respōderi non potuit: Cibis sum grandium, cresce, & manducabis me: nō vt me mutes in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Hæc ille. **AUTHOR.** Satis clarè manifestauit doctor cibum istum sacramenti, quem in altari tractamus, non esse cibum communem corporeum: quia expressè dicit, quod cibis animæ est, non corporis. Nec quærenda est in eo consuetudo cibi corporalis. Pepercit verbis ob reuerentiam sacramenti. Sed vt eius tollamus iniurias, digestionem intelligit etiam secundum medicos triplicatam, nec vllam de sancto cibo concedit, quæ relinquatur post sensus. Sed demum inquit, non in ventrem vadit, sed in mentem, secundum verba prædicta Ambrosii. Nō est panis (inquit) qui in ventrem vadit, sed qui substantiam animæ fulcit. Et expressè concludit, q̄ nec venit vt consumetur, vel incorporetur, secundum illud Augustini. Nec tu me mutabis in te. Quomodo ergo digeritur in partem hominis vel alimentum hominis secundum corpus, si non mutetur in illud? At ne mentiaris Hugonem dixisse hæc omnia de illo idolo vel figura corporis Christi in sacramento, vel vt tecum verbis vtar de esse spirituali & figurali corporis Christi, ibi Hugo præmisit corpus Christi habere in sacramento corporale sui presentiam in sapore, in colore, in gustu, & tactu, & quandiu sensus corporalis corporaliter ex sacramento afficitur, postea verò spiritualiter retinetur. O quā improbus exactor iste allegat Hugonem, qui nec Hugonē

auderet aspicere, vel audire loquentem. Sed ergo in hoc sibi cōueniunt Rabanus fidelis, Anselmus, & Hugo, quod sacramentum corporis Christi non in partem hominis digeritur, nec alimoniam corporalem. Vnde patet, q̄ Rabanus iste non fuit ille socius Wicleff, vel si talis fuit, in hoc libro pœnituit turpis dicti. Cōsultius ergo Wicleff debuit subsequi pœnitentem, quā comitaretur errantem. Prædictorum verò sententia, scilicet Anselmi, Hugonis, & Rabani, *Ambrosium* imitatur in comparatione mannae libro suo de mysteriis, vbi dicit. Reuera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus, & quotidiano cæli pascebatur alimento. Vnde dictum est, Panem angelorum manducauit homo. Sed tamen illum panem, qui manducauerunt omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca, quam accipis, iste panis viuus, qui descendit de cælo, vitæ æternæ substantiam subministrat, id est, quicumque hunc manducauerit, non morietur in æternum, quia corpus Christi est. Considera nunc, vtrum præstantior sit panis angelorum, an caro Christi, quæ vtique corpus est vitæ. Manna illud de cælo, hoc supra cælum, illud cæli, hoc domini cælorum, illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruari, hoc alienum ab omni corruptione. Quod quicumque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Hæc ille. **AUTHOR.** Attēde cōparationē. Præstantior (inquit) est caro Christi in sacramento manna pane angelico. Sed cū utrūq; fuerit corporis sacramentum, secundū quid est hoc illo præstantius. Nunquid secundum sensibilem speciem? & constat secundum hoc nostrum esse vilius sacramentum. an secundum inuisibilem figuram carnis Christi? & cōstat idem corpus secundū esse suum sacramentale figuratum esse per manna Iudaicum & panem nostrum. Quomodo ergo hoc manna non supra cælum? quomodo non domini cælorum? quomodo non ab omni corruptione alienum? Si cōsideretur secundum figurā suā, non naturam, secundum habitudinem ad corpus Christi verum: sicut & sacramentum nostrū secundum figurā est ab omni corruptione remotum: quomodo sacramentum nostrum secundū naturā suam, non est æquè vt manna quandoq; putridū, & multiplici corruptioni obnoxium? Quod si per figurā corporis, dicendū est ab omni corruptione remotū, tã forma liter respectiue in se, q̄ efficaciter in sumente, sicut dicit Ambrosius: quicumq; religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Cur propter eandē figurā ad idē corpus ab eodem

Ambrosius

Augustin.

causam auctore, non idem priuilegium erit mannae indultum? Quid credis Wicleff, quod paruus respectus presentia Christi corporalis sic præponderat, vt præposteret sui ipsius Christi, & totius trinitatis presentiam maiestatis? Statuas aliam glossam. Fatuitas enim huius prudentes non latet. Sed reuera inter naturas, & substantias comparat hic Ambrosius sacramētis, scilicet, veteris, & nouelli, non tamē excludendo, sed includendo figuras: quia manna in sui natura non obstante figura potuit esse corruptum. Caro Christi secundum substantiam in sacramento est à corruptione immunis: & secundum id sumpta quod figurat, hoc est, religiosè sumentes efficit incorruptos. Patet ergo, quod non potest intelligi dictū Ambrosij, si non secundum substantiam intelligatur in Eucharistia corpus Christi. Hoc sacramentum Christianorum est: quod famosè, & absolutè dicimus sacramentum: quod vtique quia nos pacit mortales, de tanto beneficio reportare non potest corruptionis incommodum. Quod sumi potest ex eo, quod libro secundo de baptismo paruulorum, cap. 38. dicit sic Augustinus. Non huiusmodi est sanctificatio. Nam & catechumenos secundum suum quendam modum per signum Christi & orationem manus impositionis putō sanctificari. Et quod accipiunt, quis nō sit corpus Christi, est tamen sanctum, & sanctius, q̄ cibi, quibus alimur, quia sacramentum est. Verū & ipsos cibos, quibus ad necessitatem sustentandæ vitæ huius alimur, sanctificari idē apostolus dixit per Dei verbū, & orationē, qua oramus vtique nostra corpuscula refecturi. Et sicut ista ciborum sanctificatio non efficit, vt quod in os intrauerit, non in ventrem vadat, & in secessum emittatur per corruptionem, qua omnia terrena soluntur, vnde & ad aliam escam, quæ non corrumpitur, nos dominus exhortatur: ita sanctificatio catechumeni si non fuerit baptizatus, nō ei valet, ad intrandū regnum cælorum. Hæc ille. **AUTHOR.** Hic Augustinus expressit omnes cibos secundum sanctificationum suarū gradus, quibus eos sanctificare solemus. Recolit corporis Christi, recolit & panis benedicti, quē ita sanctificamus, vt sit etiā sacramentū: & exprimit oēs cibos, quos iubēte Apostolo sanctificamus: & hoc variè, sicut accuratiori forma paschalem agnū, butyrum & oua: quotidiana aut forma vltuales escas, nō tamen vt fiant sacramēta. Hæc duo sanctificata vltima dicit in secessum emitti, nō obstante sanctificatione sua, & per corruptionem solui, qua oia terrena soluntur. De corpore verò

Christi hoc non videbat se posse dicere propter sanctificationē suam. Imò de illo subiunxit, q̄ ad aliam escam, quæ non corrumpitur, nos dominus exhortatur: cū dicat, supple, accipite, & comedite, Hoc est corpus meū. Et quæ māducat hunc panē, viuet in æternū. Ergo omnino voluit ab omni corruptione excipere, quam inter corruptibiles escas sanctas noluit numerare. Sic arguit ipse Wicleff cap. 41. de sermone dñi in monte: accidēs non posse esse sine subiecto in sacramento, quia nō excepit illud Augustinus, cum generaliter loqueretur de illo in libro de quantitate animæ, cum nec ibi de sacramento fecerat mentionē: hic autē de corpore Christi recolebat expressè. Concedimus ergo cū Augustino, & fide ecclesiæ, sacramentū hoc ab omni corruptione alienum, nō in cælo tm̄, sed etiā in sacramento: nō sic panis Wicleff, quem probare proponit ibi esse propter nutritiones, ebriationes, digestiones, vt arguit expertas in sumētibus. Sed sicut ab antiquo & postmodū magistro tuo Berengario sancti patres dixerunt: hos effectus attribuimus accidētibus derelictis, quæ, vt dictum est, nō sunt simpliciter, sed quodāmodo sacramentū. In lib. de corpore & sanguine dñi secundo, *Guimundus*. Rogerius (inquit) deniq; de sacramentis istis: si multi panes (inquit) & multa vina sacretur, potest quis lōgo tēpore viuere, nihil aliud comedēs, aut bibēs. Vñ igitur habebit secessum illo tēpore, nisi ista in secessum vadat? Hæc sunt interim, quæ de rationibus Berengarii mihi occurrunt. *Guimundus*. Corpus Christi dñi nullo modo in secessum mitti & nos credimus: sed & nō omnia, quæ in os intrant, in secessum ire cōcedimus. Nō em̄ sententia illa dominica nisi de cibis, qui ad sustentandam huius mortalis corporis vitā ingeruntur, cōpetenter intelligi potest. Nemo est em̄, qui de eo, qd̄ saluator post resurrectionem suā comedit, sicut nec de angelis, qui apud Abraham comederunt, id vel audeat suspicari. Sicut igitur cibus corruptibilis cū ab immortalibus sumitur, hac secessus lege cōgruè creditur non teneri: ita cibum incorruptibile, quod est corpus domini, cū à mortalibus editur, secessus necessitatem pati, nefas est arbitrari. Absit em̄, vt inhonestam corporis egestionē cibus ille sustineat, qui corpus & animam ad aternam honestatem parat. Hæc ille. **AUTHOR.** Optimè arguit per locum à permutatis: quod si corruptibilis cibus, cū ab immortalibus sumitur, non exigit habere digestionem, aut nutrimento secedere, vel abire in secessum: ergo à pari incorruptibilis cibus cū à mortalibus

Wicleff.

Guimund.

Corpus domini nō digerit aliq; cibi nō digesti.

libus sumitur, non nutritioni cedit, vel secessit. Sed forsitan quaeris: si secessus est & nutritio corporalis, nunquid arguendum est à posteriori cibus materialis esse gustatus? Dicitur quod tria haec ordinatè se habent: ut non medicorum, sed scripturae sanctae utamur vocabulis: Māducatio, Nutritio, & Secessus: vel equiuāler sicut est status suppositi loco nutritionis, quem Elias, & Moyses habuisse creduntur post corporalis sumptionem edulij: quando per quadraginta dies vnus in deserto, alter in monte legitur indefectibiliter naturae statum continere cum domino. In his ergo purum cum impuro cessit in substantiam rei alendae: & demum calor naturalis non est extinctus, sed stetit quodammodo à consumptionis suae facultate suspensus, sicut ignis in clibano Babylonis. Et sic patet, quod sicut in illis tribus praedictis, prior actus non necessariò posteriorè exigit: ita nec postremus à priorè aliquanta necessitate dependet. Nam possunt esse secessus sine nutritione, si saltem sudores, & euaporationes superflui tales esse creditur: sicut post quinquaginta annos in corporibus sanctorum crines ac barbas euaporasse legitur.

¶ Quod nullus cibus penitus est Eucharistiae sacramentum secessit vel corruptioni obnoxius.

C A P. L X I I.

S V M M A.

- 1 Viuere quod possit quis ex uirtute dominici corporis per diuinum miraculum longo tempore, Et secessum posse ei exinde fieri, omnino denegatur.
- 2 Miracula de corpore dominico sustentatis, recensentur.
- 3 Accidentia quomodo sola nutriant.
- 4 Lignum paradisi. Et quid de illo dicat Augustinus. Et de eius uirtute.
- 5 Miraculum in uitis patrum narratur, de subtractione dominici corporis sacramenti indignis communicatis.
- 6 Witeless, qui contendit sanctum sacramentum dominici corporis esse obnoxium combustioni sortuita, & digestionem humana, confutatur.



Ligitur propter nutritionem aut statum naturae, non potest argui rei corporalis manducatio praecessisse, sicut probat ibi consequenter Guimundus. Illud (inquiens) equidem ego confiteor, quoniam ex virtute sacrosancti corporis si placet ita Deo propter aliquam, quam ipse nouerit causam: non dico ex multitudine panum, sed vel ex modica portiuncula potest quis longo tempore melius, quam ex omnibus huius mundi epulis sustentari. Nam si Elias ex virtute refectiois illius, quam ex duobus subcinericeis panibus & modico aequo angelo ministrante perceperat, quadraginta diebus, totidemque noctibus vixit: quanto magis ex virtute caelestis huius diuiniq; conuiuii, in quo non iam subcinericeos panes, & aquam de manu angeli, sed ipsius uerbi Dei propria carnem & sanguinem de manu eiusdem sumimus Christi, potest quispiam nullo alio cibo utens, si quando ita Dei uoluntas est, optime sustentari? Denique & hoc de quibusdam sanctis patribus legimus, qui nullum aliud sumentes prorsus edulium, sola communione dominica diebus tantum dominicis saginati, multis annis vixerunt. Hoc igitur concedere possumus, posse uidelicet aliquem ex virtute dominici corporis per diuinum miraculum longo tempore viuere, secessum autem posse ei fieri exinde omnino denegamus. Si quid sane interim secessus habet, aut ex reliquiis praeteritorum ciborum, aut ex defectu sui corporis id esse necesse est. Hæc ille. A V T H O R. At ne hoc uerbum simplex Guimundi de quibusdam patribus putetur non fuisse, aut si ita fuit ut recitat, tamen hoc opus diuinum iam cessauerit, nec nisi raro contigerit: in Dei gloriam recitemus gesta, quae nostris adhuc temporibus, & experientis contigerint. In parte naq; Aquilonari Angliae, dicta Norfolkia, reuera opulentissima rerum & spiritualium & temporalium iam tarde, superstes erat deuota quaedam in Christo puella, dicta uulgariter Ioana Metles, id est, sine cibo: quia nunquam cibum gustasse, vel potum per tempus annorum. 15. experta est: sed solo sacramento dominici corporis diebus dominicis cum deuotissima mentis gaudio uescebatur. At quod alti stuporis res est, ne decipi posset de ueritate sacramenti, inter mille panes simillimos hostiam consecratam à qualibet non sacrata distinxit. Et quod plures credebant maioris esse miraculi, hoc fecit non inspiratione tantum diuinitus, sed quadam sagacitate sensus: quia omnem cibum

Guimundus

Miracula de corpore dñico sustatis.

bum corporeum fastidians, nullum sustinuit apud corporale odoratum suum, vel gustum, quin fugeret iam remotum. ¶ Adhuc item supermisit Deus incredulis aliam virginem nobis superstitem, dictam in uulgo suo Diliam, incola villae cuiusdam Comitatus Hollandiae dictae Schidam, ad litus maris Britannici, quae quatuordecim annis iam nuper elapsis, sed continuo, nec cibum quenquam sustinuit, vel in quantitate semipisae sumere corporalem. Et, quod mirum est, cum licentiatas aspiceret, quod horror erat, crate ventris abrupta, exenterata penitus se multis ostendit ancilla Christi solum pulmonem & iecur ostendens, & haec minutis obesa uermiculis. Haec nimirum multo tempore omni pane abstinens, solius lactis alimonia pascebatur. Postmodum uero nec lac suscipere pertulit ultimis octo annis, sed tantum in dominicis, ut praecedens uirgo, Christi corporis ferculo saginata, per totam hebdomadam potuit stare contenta. ¶ Iam item rursum anno domini. M. CCCCXIII. hoc miraculum Eucharistiae declaratur, quia doctor quidam magnus in lege ciuili, dictus Radulphus de uiridi colle, Anglice Greenherst, peracto nuntio huius nostri illustri principis regis Angliae Henrici quinti, apud serenissimum tunc Romanorum & Hungariae regem Sigismundum, & reuersus Cantuariam, mortis futurae coepit gustare praerambula. Et tandem concilio monachorum, & fratrum, aliorumque turba fidelium circuncinctus, coepit dominici corporis sacramentum saltem ad corporalis oculi sui rogare praesentiam, cum prius esset tacitus Witelessita, & incredulus sacramento, uerum nullus ausus erat dare consilium, ut se conuiuiam faceret sacramenti, cum ab horis infirmitatis suae primaeuis continuo vomitu laboraret: & omnis cibi, vel potus corporalis, vel ad odoratum experiebatur impatiens. Sed magnus dominus uolens tanti sui sacramenti declarare potentiam, & ab omni sublunari cibi participio alienum, dedit in cor uiri, quae praedestinauit in filium, rogare, & dicere. O domine redemptor omnium saluandorum, da mihi sentire, & credere, quod de hoc sacramento credendum est. Et si quidem retineam, corporeus cibus non est, quem usquequaque nausea plenus horreo, & à procul euito: sed hoc ipsum solum in natura, quod nuper credere distuli, tui corporis diuinitissimi ferculum salutare. Tandem oratione finita cum multis astantium lachrymis, qui omnem cibum corporeum euomit, spiritualem Christi cibum retinuit cum accepit. Ac post perceptum. 8.

diebus continuis miraculum praedicans, sed omnem corporeum cibum renuens, superuixit. Et tandem salubris lamenti completo tempore, & incredulitatem pristinam validis delens gemitibus, obdormiuit in Christo. Ecce quot experientis personarum expressit modernis fidelibus Christus legifer sacramenti, quod non sit in eo panis aliquis uisualis: cum nec fragmentum panis poterat quis illorum sine certa morte gustare. Et ex alio latere de speciebus panis absentis melius, quam praesentis nutritionem diuinam, uel qui illi aequiualeat, statum, scilicet, mortalis uitaē continuit. Sic enim expertis medicis notum est plurimum ciborum nocere substantias, quarum accidentia conferunt medicinam. Veluti bouina caro recens, & ciceres febricitantibus oberunt, quorum decoctio suis qualitatibus affectata febres extinguit. Quid igitur? Nunquid accidentia illa possent in operationes suas actu secundo, si essent sine subiecto, cum subiectum plus impedit, quam adiuuat in agendo? Ita & accidentia panis: cur non disgregant, & sapiunt, sonant, & nutriunt sine subiecto, cum has proprietates per se à seipsis habent? subiecta uero per accidens: quauis accidentia illa ab ipsis subiectis actualiter uel habitualiter in actu primo dependent: in actu autem suo secundo nequaquam. Unde uerum existimo, quod quauis sol per radios suos, & emissarias qualitates mundum istum uiuificat, non minus apte cuncta uirescerent, si qualitates illae sine subiecto existerent, aut alicui angelo coexistenter, quam adiuuant. ¶ Sed si dubium restat istis contentiosis, quomodo qualitates istae nutriunt sine subiecto, cum obiectum nutritiuae est materia? Et respondetur, quod secreta quadam uirtute, uel influxa qualitatibus, aut rei eis coexistenti praesentem possent qualitates earum actiuae forsitan congregare, uel humores in corpore, uel aërem proximum per anhelitum, & eum affectatum sua uirtute aptum reddere, ut per transmutationem calidi naturalis congruam praestaret materiam nutritiuae. Sicut econtrario corruptus aër attractus generat morbos, & lepraem. Et cum iuxta Aristotelem ex eisdem nutrimur, & fumus, quomodo non ex eisdem nutrirī possumus, ex quibus fumus longæui? Sicut Aristoteles ipse de odore pomi, si fides dabitur illi libro, quem legunt philosophi. Aut aliter, sicut lignum uitaē semel gustatum, immortales faceret comestores. Quam uirtutem Augustinus docet lib. 8. super Genesim ad literam. cap. 9. dicens.

Accidentia quò sola nutriant.

Augustin. dicens. Illud adde: quanquam corporalem cibum, talem tamen illam arborem præstitisse, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed nonnulla in spiratione salubritatis occulta. Profecto enim licet vñtatus panis aliquid tamen amplius habuit, cuius vna collyride hominem Deus ab indigētia famis dierum. 40. spatia vindicauit. An fortè credere dubitamus, per altius arboris spatium, cuiusdam altioris significationis gratiam homini Deum præstitisse, ne corpus eius, vel infirmitate, vel ætate in deterius mutaretur, aut in occasum laberetur, qui ipsi cibo humano præstitit tam mirabilem statū, vt in fructibus vasculis farina & oleum deficientes reficerent, nec deficerent? Iam hinc de genere contentiosorum quisquam existat, & dicat Deum in terris nostris miracula talia facere debuisse: in paradiso autē non debuisse: quasi verò vel non de puluere hominem, vel de latere viri mulierem maius ibi miraculum fecit, quàm quòd hic mortuos suscitauit. Hæc ille. AVTHOR. Optime probat Augustinus ad propositū lignum vitæ in medio paradisi præstitisse stabilem, & firmam sanitatem cunctis de eo corporaliter vel semel sumentibus, non quidem ipsa naturæ suæ substantia, sed in spiratione (inquit) salubritatis occulta. Et probat ex comestione modici panis Eliæ, & de indiciente farina & oleo: in quibus omnibus virtus influxa rebus, quæ valde per accidens influit, & non propriæ substantiæ per se dederant non deficientes incrementum. Et si hoc extra hominē in testa, quid obest ne hoc faciat qualitas intra stomachum, præstans ei simul & nutrimentum, & salubritatem stabilem in natura? Nullus potest dicere, quòd materia illius olei in lechyto sibi ipsi præstitit incrementum. Magne Deus! quid tantoperè requiritur ad nutrimentum & augmentum hominis cibalis materia? Maxime cum lōgè melius agēs est corpus Christi corporaliter in hostia præsens, & sua vicinitate qualitates hospitas gratiosè perfundens, quàm lignum vitæ, aut lechyty olei sacramentum ipsum figurās. Nec intellexit seipsum Witcleff, cum diceret sacramentis aliquem nutriri posse per tempus & tempora, quia nesciuit distinguere causam ab effectu. Nutritio enim est propter conseruationem suppositi. Et quia vidit forsā aliquos sospites post sacramenti sumptionem per aliquantum tempus sine cibis communibus: idcirco conseruationem eius nutritionem appellat, cum tamen formaliter ita non sit, quantum sic causaliter dici possit. Sicut iā dixit Au-

gustinus multum sagaciter corpus hominis pefum ligni vitæ semel posse sanitate stabili cōfirmari: non dixit continuè enutrirī. Ita videtur conseruatiuam vim suppositi, quæ est totus fructus nutritionis, & lōgè melius donū, posse sine materiali cibo corpus hominis progare per tempus multo productius, quàm cibus corporeus nutritiua. Sicut conseruati sunt sospites sine cibo Moyse & Elias: sicut Daniel, & socii ei⁹ de esu leguminis pulchriorum carnes effecerant, quàm pueri enutriti pulmentis regalibus. Sicut etiam centenariorum septem dormientes sine cibo. Et si fas est admiscere fidei secretis experimēta gentiliū, dormientes illos possumus inducere, quos dicit Aristoteles tot annis dormiuisse apud heros in insula Rhodos. quarto physicorum. cap. de tempore. Et authores naturæ, testudinibus, & muscis, & hirundinibus, & cuculis pfeauam hyemem sine cibo recēter sumpto cōseruationem vitæ concedunt: & nisi per continuum cibum sola virtute corporis Christi substantialiter præsentis in hostia, incredulus Witcleff homines diu superesse negabit? Imò quis coget tacere, ne dicam Deum, etiam nostris diebus influere quibusdam dilectis suis vim saturatiuam sine cibo, quæ possit humani corporis statum in quadam æqualitate elementarium qualitatum seruare ne egeat: sed tamen possit māducare si libeat? quemadmodum de corporibus beatorum probat. 13. de ciuitate Dei. cap. 22. Augustinus, dicens. Corpora iustorum, quæ in resurrectione futura sunt, neque vllō ligno indigebunt, quo fiat, vt nullo morbo, vel senectute inueterata moriātur, neque vllis aliis corporalibus alimentis, quibus efuriendi, ac sitiendi qualiscunque molestia deuteretur: quin certo, & omni modo inuolabili munere immortalitatis induentur, vt non nisi velint possibilitate, non necessitate vescātur, & tractabiliter: quod angeli quoque visibiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant, & poterant, vt hominibus congruerent sui ministerii quadam humanitate fecerunt. Neque enim in phantasmate angelos edisse credendum est, quando eos homines hospicio susceperunt: quanuis vtrū angeli essent ignorantibus cum simili nobis indigentia velci viderentur. Vnde est, quòd angelus in libro ait Tobie. Videbatis me māducare: sed visu vestro videbatis, id est, necessitate corporis reficiendi, sicut vos facitis, me cibum sumere putabatis. Sed si fortè de angelis aliud credibili⁹ disputari potest, certè fides Christiana de ipso saluatore nō dubitat, quin etiam

etiam post resurrectionem iam quidem in spiritali carne sed verum cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Nō enim potestas, sed egestas edendi, ac bibendi talibus corporibus auferetur. Vnde & spiritualia erunt, nō quia corpora esse desistent, sed quia spiritu viuificante subsistent. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo necessario demonstrat quenquā viatorē naturaliter viuere ex hostiis, q̄ ex aliquo alio cibo sustentationem non accipit. Quia etsi hostias equæ nō sumeret, potest esse, quòd occulta virtute sibi influxa diuinitus victitaret. Postremo itē diuina virtute illapsa sacræ hostiæ posset seipsa in parua sicut & in maxima quantitate sumpta nulla virtute terrestri hominem in longæua salute seruare. Sed instant Heribaldini. Vnde ergo habent secessum? quasi necesse esset dicere vtrum Paradisi incolæ solebant egerere. Aut nunquid phlegma, vel à præteritis cibis, aut ab aëre, vel humoribus forinsecis genitum, nō potest sicut ad os, & nares, ita ad partes alias secedere, cum res petit? Saltē quicquid dixeris, nolo ipsi sacramento dominici corporis deroges. Sed ad tantæ rei fidelem reuerentiam satisfaciendam hæreticis turpibus nota Guimundus. vbi supra sic dicentem. Hoc (inquit Berégarius) iam manifestè probatum est. Ita enim nonnulli pro eo nobis responderunt: neque ex reliquiis præteritorum ciborum, quippe propter diuturnitatem longi temporis iam consumptis, neque ex defectu propriæ carnis, quippe cōsuetæ corporis pinguedine remanente eucharistia pastos habuisse secessum. O hæretica malitia! hocne experimēto ausi es probare? Hoc te probasse ausa es dicere? Hoc manifestè ausa es propalare? Quam immanissima audacia nec præsentis Dei tremendam maiestatem in experiēdo pertimuisisti, nec Christiani populi pro tanto scelere dignè sententiam indignationem in referendo formidasti? Hic ego tamen quæro, quādo, vel à quo illud probatum est? Si enim antiquis temporibus id probatum esse dicat, cū nullus hoc authorum probabilium referat, nullo modo credendum est. At si propinquis temporibus probatum est, quis probauit? Catholicæ partis equidem nullus. Quis enim hunc sacratum panem Christi corpus verè esse crederet, & de experiēdo tam nefandissimo scelere cogitaret? Quòd si ipse, vel suæ partis quispiam panes multos, aut pergrande vnum tale quid probaturus sacrauit: nos de missa infidelium, & maxime tantum nefas probare volentium quicquid eis contigerit, non magnoperè iam curamus. Non enim nisi apud eos, qui verba

Christi per diuinam virtutem tantæ rei operatoriam esse credunt panem & vinum in carnem & sanguinem domini transire necessario credimus. Apud eos autem, qui fidem huius rei tenent: hanc mutationem per verba Christi necessario fieri & credimus, & cōfirmamus. At si fortè aliquando quemlibet simplicem presbyterum catholicum ignoratē ad quid hoc fieret vt plures sibi panes aut vnum maximum sacraret ob id ipsum experimentum deceptus: aut suæ partis quispiam fortè cum catholicis missam celebrans itidem fecit: Corpus quidem Christi, quod sacratum est, credimus: sed aut nunquam in secessum, aut eodem corpore domini in inuisibiliter assumpto, dignum fallendis refellendisq; hæreticis, quæ secessum faceret panem ab angelis, siue à malis lignis spiritibus repositum respondemus. Nā in vitis patrum, quas Berégarius recipere nō vult, ad instructionem tamen aliorū hoc proferam. Legitur quòd aspiciente quodam sanctissimo patre, cuius ad id cernendum Deus oculos aperuerat, quibusdam indignis cōmunicataris corpus domini inuisibiliter angelus subtrahens, carbonem porrigebat: contra hæc de secessu quæstionem posteros fortasse præmuniens, non quòd id semper indignis faciat. Et subdit exemplū Augustinus de ciuitate Dei de Iphigenia. Et tandem quocirca? quoniam vel in missa non credentium virtute verbi dominici corpus domini nō sit: vel certè corpore domini diuina virtute, vel angelico ministro inuisibiliter ablato, potest hæreticis secessui congruus panis, aut ab angelis, aut à demonibus subijci. Iam de tali experimento Berégarius, & sequaces eius contra ecclesiam Dei desinant oblatrare, cum salua vsquequa; in sacrosanctis mysterijs dominici corporis veritate magis ipsi altius in sua stultitia curiositate conuincantur errare. Hæc ille. AVTHOR. Ideo totum dictum Guimūdi resumpsit: quia omne verbum eius penè vnam eorum difficultatem absoluit. Maxime quia in his vltimis, istam expositionem Guimūdi per celebrem non sustinet Witcleff: sed sicut Assur si, ne causa calumniatus est eum, & inde sine causa, quia sine sensu, & nulla subnixâ ratiōis vel authoritatis ingenio tractatu de simonia. cap. 14. alloquens orthodoxos. Vel dicat (inquit) vt videtur Guimundus dicere, quòd non est fractio, vel pudenda motio Eucharistia, sed sensus illusio per spiritum in medio. Et quādo videtur sacramentum comburi, vel digeri, insensibili celeritate defertur in cælum per angelos & aliud corpus vt hostia non consecrata per

Lignum pa radii.

Augustin.

Guimūdos.

Miraculum in vitis patrum.

Augusti.

Witcleff.

P angelos

angelos bonos vel malos insensibiliter ministratur. Nec potius possunt fundare suam sententiam, vel reprobare iam fictam, quam infinitas alias simulatas. Hæc Wicleff. A V T H. Ecce dixi vobis: iste omnino contendit sanctum sacramentum dominici corporis obnoxium esse combustioni fortuitæ, & digestioni humanæ: & idcirco totum, quod contra magistrum eius Berengarium Guimundus protulit, ipse non tolerat. Sed adhuc homo miser attende Guimundum dicere illusiones tales fieri per angelos bonos siue malos non semper, sed quando vos turpes & fœdi hæretici tentatis Deum in sumptione vestra sacrilega, vt probetis more pecudum panem Ægyptiũ per digestionem humanã. Væ mihi, quia hæc dicens de corpore domini mei vir pollutus labiis factus sum. Sed quia in medio populilabia polluta habentis ego habito, si ipsi licenter dicerent, nos autem suffusi verecundia tacerem, verborũ iniuria cõcresceret saluatori. Infelix iste, & turpis hæreticus dicit Guimundum istam sententiam de subtractione dominici corporis sacramenti à tentamentis hæreticis nõ posse fundare. Quid dicit catholicus, nisi quod planè verum est: mentiris hæretice. Nam ibi planè fundatur, vbi Christus dominus ipsum idem, & non aliud, & secundũ substantiam, & naturam vnitæ carnis idem corpus suum subtraxit inuisibiliter homicidis Iudæis, ante tempus suum lapidare eum volentibus, quando item abscondit se, & exiuit de templo. & vbi eorum culpa permittit eis patrem hæreticorum diabolum pro pane filiorum lapidem, pro pisce Ionæ serpentem, & pro ouo gallinæ congregantis pullos porrigere scorpionem. Ipse autem integer permanens & inuiolatus: quid (inquit) me tentatis hypocritæ? Sed vel quandoque permittitur filiis iræ, vt de Dei accidētibus corticei sacramenti nutritionem assumant vsque ad ebrietatem, sicut de Corinthiis Paulus scripsit: quod species illæ sine substantia satis possunt: sicut quotidiè inebriatos cernimus ab odore ceruicis, atque vini, & à longinquo respectu cibi alicuius fastidium ingerentis tam repletos, vt nec reliqua parte dici quasi libet escas gustet: & in his accidens supplet vicè substantiæ.

Quod Wicleff detestada plura concedit de sacramento Eucharistiæ, quæ item ipse dolosè, & mendosè imponit catholicis.

C A P. L X I I I.

S V M M A.

- 1 Wicleff quantas abominaciones, quàmque horridas expuat ad desolandum sanctissimum sacramentum corporis Christi, ostenditur. Et quid item falsò imputet Christi fidelibus.
- 2 Chrysostomus quid de mysterijs ecclesiæ, & altaris dicat.
- 3 Corpus Christi, quod uenenum ullum non contineat, quannus omni hæretico sit uenenum ex indispotione suppositi. Et quid de hoc dicat Augustinus.
- 4 Eucharistia Christi fidelium, quod sacramento Wicleff sit omnimodè melior, ostenditur.
- 5 Hieronymus quid de hæreticis Wicleff similibus dicat. Et quomodo testimonia veritatis transferant in mendacium. &c.
- 6 Miraculum factum in eo, qui iussus facere reuerentiam hostiæ, dicebat araneam esse digniorem ut reuereretur, narratur.
- 7 Accidens non omne deterius omni substantia.



Ideles Christi seruos se possunt probare catholici, si quæ bene credunt, constanter affirmant. Tunc maximè, quando surgent pseudochristi, & pseudoprophetæ, tractantes

abominationem desolationis, & signa dâtes, vt in errorè ducantur, si fieri possit, etiã electi. Quantas f abominaciones quàmque horridas expuit Wicleff ad desolandum sanctissimum sacramentum corporis, & ad contemptum eius inducendos si posset electos. Ecce inter centum blasphemias eius. cap. 7. quarti trialogi. Fideles (inquit) coguntur concedere, quod quælibet talis hostia, quam nos credimus esse panem & corpus Christi, sit peius simpliciter, quàm panis equinus, vel corpus aliquod quatumlibet venenosum, cū certum sit, quod omne tale accidens corporeum, siue quãtitas, vel qualitas, vel aggregatũ ex multis accidētibus, sit infinitè imperfectius, quàm corpus aliquod assignadũ. Hæc Wicleff. A V T H. Hæc ad inuidiam

Wicleff.

uidiã corporis sancti dicit: sic vbi libet sanctũ Christi corpus blasphematur. Sic cum donatistis sacramenta christiana exufflat. Sed parcat mihi Christus, p cuius fide decerto: inter oēs mēdaces hereticos nõdum legi tã immaniter mētientē. Imputat Chri fidelibus, quod ipsi adorēt p eximio sacramento signa panis foris patētia sensui: eo quod ipse panem suum cõficit sacramentum: sic nescit à lutofo pane secedere. Nõ nescit tamen se falsum asserere: omni enim luce certius agnouit, quod solũ præuenerandum Christi corpus adoramus ibidem, præuenerabile sacramentum: ipsum inquam de spiritu sancto conceptum, & natum de virgine. Ipsum item (quod in odiũ Wicleuistarũ dico) idẽ & nõf quam aliud: idem essentialiter in essentia carnis, non aliena, sed propria: ipsum substantia-liter idem, nõ substantia, vel corporalitate panis, vt fatuissimè Wicleff sophisticat: sed substantia proprii corporis sacrosancti, velati tamen qualitatibus panis pristini: quas impropere nobis hic Wicleff esse sacramentũ nostrũ infinitũ peius pane equino, vel corpore venenoso, aliàs turpiter dicit vel ratonis stercore. Quid mirum? cum Seneca dicat in nullo differre, vel laudari à turpibus, vel laudari ob turpia. Et igitur de turpi peccatore eius ab altis contumeliam altæ laudes vix differunt. Sed vir turpis cum nefandis hospitibus volens angeli testamēti naturam scedare pulcherrimam, acrisia sua percussus, irrui in figuram. Ibi igitur circumpalpet, ibi blasphemet, sollicitè frēdeat contra signa, & accidētia sine subiecto. Probet ea pessima, & demũ improbet, dũ nos cum sponso Christo intus in cubili intimi sacramenti intra velũ templi, imò lõgè intra sanctum sanctorum ad ipsum altare propitiatorij adorantes intremus, ibi scabellum pedum domini, humanitatē, scilicet, saluatoris in sua natura, & pura substantia videamus, colamus, & oremus: & ore corporis corporaliter comedamus. Vnde animanostra infatigabiliter ferueat ignibus charitatis, prout hortatur, & instruit in expositione sua super Ioannẽ morali. 46. Chrysostomus, dicens. Horribilia f verè mysteria ecclesiæ, horribile verè altare. Ascendebat de paradiso fons flumina emittēs spiritualia. Secus hunc fontem plantatæ non salices infructuose, sed arbores ad ipsum cælum ascendentes, fructum habentes maturum, & immarcescibilem. Si quis æstum patitur, ad hunc veniat fontē, & refrigeret estum: etenim ariditates soluit, & incendia oia mitigat: nõ quæ ex sole inferũtur solũ, sed quæ à telis ignitis diaboli. Etenim principium desuper habet, & ra-

dicem illinc, vnde & irrigantur multa huius incilia fontis, quæ emittit paracletus, & mediator sit, non sarculum habens, & viam faciens: sed dispositionem, quæ in nobis est, aperiens. Sequitur. Quemadmodum enim auro liquefacto si manum quis immiserit, siue linguam, auream eam confestim faciet: ita vtiq; & hic animam operantur ea mysteria, quæ ante nos iacent. Nam feruet quidem igne vehementius hoc flumen, sed non ardet, sed infundit solũ quodcunque susceperit. Hic sanguis desuper præfigurabatur semper in altaribus in iustorum occisionibus. Hic honor orbis terrarum, hoc comparauit ecclesiã Christus, hoc ornauit eam vniuersam. Hęc ille. A V T H O R. Hoc sacramentum nostrum est fideles in Christo fratres charissimi, in hoc gaudeamus: hæc altaria tua domine virtutum, rex meus, & Deus meus. In hoc sacramento altaris Christi fons viuus emanat, ortum habens, & radicem in cælis, emittēs riuulos placido murmure omnium gratiarum, & donorum spiritus sancti vbertate humanarum mentium perfundentes irrigua, totum diuinum faciens, quicquid in eo lauerit homo, sicut aurum liquidum efficit aureum. Audiat Wicleff cum luteo pane suo & vino tropicato, & accidentia nostra deludat sine subiecto, adoret figuras, venerabilibus tropis genua flectat: nec ea rectificet, donec tot, & tanta sibi conferant insignia gratiarum. Nõ enim has vires habent ænigmata cum substantia corporis Christi communes. Et idcirco dominus ab hoc sacramento omnes tales figuras exclusit, cum diceret, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. sicut ex circumstantiis literæ probat vbi iam supra in sequenti homilia idem Chrysostomus, dicens. Idem. Continuo cõuertit se ad eum sermonem, qui est de mysterijs, scilicet, corporis & sanguinis Christi sacramentis, ostendens rei necessitatē, & quoniam omnino fieri oportet. Quid autè est hoc, verus est cibus, & verus est potus? Hoc vult dicere: quoniã verus est cibus is, qui animam saluat: aut facere eos credere de eis, quæ dicta sunt, vt non æstiment ænigma esse, & parabolam, quod dictum est: sed sciant quoniam omnino oportet manducare corpus domini. Demum ait, Qui manducat meam carnem, in me manet. Hęc ille. A V T H O R. Ecce vt faceret fideles credere non esse ænigma corporis sui vel sanguinis quod dixit, idcirco Christus dixit carnem suam verum cibum, & sanguinẽ verum potum. Et ne existimarent eum parabolicè loqui de manducatione corporis sui, ideo illa dixit, & adiunxit: Qui māducat meã

carnem, innuens omnino, id est, corporaliter oportere eos comedere carnem suam. Hoc sacramentum carnis probet Witleff si possit esse peius veneno: hoc nos dicimus melius summo caelo. Nam quod dicit de sermone domini in monte. cap. 42. Illud sacramentum cum fit corpus Christi in forma panis, est melius, quam aliqua substantia sublunaris. Et sic sectae intoxicantes principes terrae per hostiam venena tam facerent ipsam melius, quam prius fuerat consecrata. Hæc Witleff. A V T H O R. Primum contra seipsum insurgit, quoniam ibi fingat sibi verba fidelium: quia si corpus Christi figurale, ut ipse tenet, in forma panis est melius omni substantia sublunari, multo magis corpus Christi naturale sub forma panis, quod fideles dicunt, est melius omni substantia sublunari, quia melius simpliciter est quodlibet in sua natura, quam in nuda sui figura: & sic infinite simpliciter melius est corpus Christi, quod vinum esse fideles credunt, quam corpus figurale, & æquiuocum, quod Witleff sibi fingunt. Quod secundo dicit, conuicium eius est, & à fidelibus omnino negatum. Nec enim porrigunt hostiam venenatam unquam: quia nec potest unquam esse de se venenum, sicut potest esse panis Witleff, vel musca mystica Lollardorum. Non enim propinant catholici hostiam consecratam nisi corpus Christi in natura, quod si venenum vllum non continet, quoniam omni hæretico sit venenum ex indispotione suppositi: sicut loquitur libro suo de poenitentia Augustinus, dicens. Buccella dominica fuit Iudæ venenum: quam cum accepit, inimicus in eum intrauit: non quia malum, sed quia male bonum malus accepit. Hæc ille. A V T H O R. Hoc autem conuicio toxicum tur hæretici ad infamiam fidei, sicut in quærela Augustini supponitur lib. 2. ad inquisitiones Ianuarij, vbi dicit Augustinus. Quia ex his rebus ad mysteria verbi Dei similitudinum signa sumuntur, dicant, si placet, vel auspicia nos captare, vel venena conficere, vel theatricas affectare luxurias. Sequitur. Sed ad rem sacræ significandam similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut de cætera creatura, de ventis, de mari, de terra. &c. Ad celebrationem verò sacramentorum iam christiana libertate paucissimè: sicut de aqua, de frumento, de vino, de oleo. Hæc ille. A V T H O R. Et ipse Petilianus infamare Augustinum sacratissimum præfulem ausus fuit de panibus venenatis foeminae cuidam porrectis maleficiatis, ut dixit amatorio carmine. prout lib. 3. contra Petilianum idem recitans Augustinus.

Witleff.

Augustin.

Idem.

Idem.

Titulos (inquit) epistolarum mearum à se, vel à suis, sicut eis placuit, in scripto legat, & tanquam me in eis comprehensisse se gestiat contentem: eulogias panis simpliciter & hilariter datas ridiculoso nomine venenosa turpitudine, ac furoris infamet: & de nostro corde tam male sentiat, ut amatoriam maleficia data mulieri, marito non solum conscio. Hæc ibi. A V T H O R. Si in historiis ergo inuenerit toxicum sub hoc commento doliporrectum principibus, quid hoc ad hostiam consecratam? quæ nulla est ibi panis putribilis, cum omnem talem hostiam aboleuit Christus per mortem suam sacris altaribus, ut probat Apostolus planè ad Hebræos. 10. Sed corpus tantum aptasti mihi (inquit) corpus mundum, & impollutum, nullius inquinamenti, vel toxici susceptiuum. Imò si velit nolit, fatebitur Eucharistiam Christianidelium suo sacramento omnimodè meliorem hac ratione: quia Eucharistia nostra, quam Christus constituit, est corpus Christi naturaliter, & panis, & vinum figuratè. Sacramentum, quod Witleff instituit, est panis coctus naturaliter, & corpus habitualiter. sed utrobique corpus Christi secundum naturam est melius pane naturali: & species panis & vini qualitas & accidens absolutum est simpliciter nuda habitudine melius: ergo sacramentum ab eo factum est sacramentum à Christo factum deterius infinite. Postquam ergo sic imputata falsa resoluimus, quod credis astutia, & falsæ machinationis in sensu comprehendimus hæretico, si detestabiles obsecrationes probemus eum concedere, qualia mendosè de nobis ipse cofinxit? Parca argumentis, & flexuris dialecticis, textu verbi eius utar. Ipse planè dicit libello suo de apostasia. cap. 18. Sicut conceditur catholicè, quod corpus Christi, & sic Deus sit materialis essentia: & sic materia prima, quæ est substantia abiectissima in natura, cum iuxta Apostolum ad Philip. 2. Christus seipsum exinanivit, formam serui accipiens: sic concedendum est, quod corpus Christi sit panis secundum sacramentalem habitudinem: & sic corpus Christi est imperfectius, quam testudo. Hæc Witleff. A V T H O R. Videte quid dicit, quod corpus Christi est abiectissima substantia, imò & Deus, quia materia prima: & corpus Christi est peius testudine: & quis cogit eum ista fateri, nisi detestabilis hæresis propria? Et nunquid digni sunt Lollardi tali sacramento, quod sit peius testudine? Nunquid dignè tradidit eos Deus in reprobam sensum, ut faciant ea, quæ non conueniant, & appetur eis illud Osee. Si Galaad idolum: ergo frustra erant in Galaad bobus immolantes, vbi lib. 3. in

Witleff.

Nota miraculum.

5 in commentario Hieronymus. Quia si verò (inquit) Hieronymus. Galaad interpretatur translatio testimonii, & Galgal volutabrum: hoc dicere possumus, quod principes hæreticorum testimonia veritatis transferant in mendacium: & quicquid colunt, idolum sit: & sacrificia eorum habeant similitudinem vel aceruorum de lapidibus congregatorum, vel testudinum. Quomodo enim & acerui hinc atque illinc de lapidibus & sabulo congregantur, ita & hæretici de sapientia seculari & argutiis hominum, de fraude, atque mendacio simulacra componunt. Et cum hoc fecerint tardis gressibus, in vno mouentur loco, & totum orbem occupare non possunt. Testudo tardo gressu, & onerata, imò oppressa potèdere suo non tam ambulat, quam mouetur, hæreticorum grauissima peccata significans: qui suis in cæno & volutabris luti erroribus immolant, adorantes opera manuum suarum: & instar bouum cuncta pro terrenis frugibus laborantes. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod produxit istum Witleff sacramentum suum peius testudine, hic testudinem suam repperit. Subeat ergo reliqua quæ sequuntur, & sciat se secundum hanc sententiam testimonium veritatis in mendacium transulisse, quando dicit scripturam quintuplicis euangelij pro sacramento suo tropico laborasse. Sciat pro Witleff dictum. Quicquid colunt, idolum est: quia figura corporis Christi, & non ipsum corpus tropicum peius testudine: & sanguis tropicus veneno deterius. Istæ sunt comparationes horridæ Lollardorum, quas contumeliosè obiecit fidelibus: & in rei veritate ipsi concedunt. Historiam præfero, quam ego præfens vidi oculis carnis meæ in cathedrali ecclesia sancti Pauli Londoniæ, vbi venerandus Cantuariensis antistes felices recordationis, Thomas Arundell, filius, & frater Comitum, pro loco iudicii assistentibus sibi Noruicensis ecclesie tunc præfule Alexandro, & aliis episcopali sede verba quædam, & interrogationes proponebat de fide Eucharistiæ ad quendam factorem de partibus Wigornia deprehensum in hæresi: cum flecti ad fidem omnino non posset, nec aliud, quam benedictum panem sacratissimam hostiam volebat appellare, vel credere: tandem iussus facere reuerentiam hostiæ, respondit blasphemus. Verè (inquit) dignior est aranea reuereri. At statim de alto culmine testis descendens ingens & horrida visu aranea, ad os blasphemi directo filo peruenit. Et dum loqueretur, ut intraret per polluta labia solite procurauit, & multorum manibus vix potuit prohiberi. Assitit illustris princeps Tho-

mas Exoniensis dux tunc Cancellarius regni, & vidit prodigium. At prædictus archiepiscopus statim surgens cum aliis exponit omni populo ibi collecto, quid vtrix manus domini fecerat in blasphemum. Nec mora, qui pretiosissima carni agni prælegit araneam, peccatricem carnem suam flammis deuorandam amiserat, ut esset fauilla peior aranea. Ecce doctrinam foedam & amaram errantium, qui sacramentum optimum sic in figuram attenuant, & idolum faciunt peius testudine, & araneæ posthabendum. Attendamus item in prædictis verbis Hieronymi, quomodo Witleff hæretici de sapientia seculari, & argutiis hominum, de fraude, atque mendacio simulacra componunt. Nam quo ad argutias quantum hætenus legi de catholicis scriptoribus nullum repperi pro se terminum illum in vsu suum sumpsisse. Sed Witleff omni frequentia in sermone illo festiuè velut in scypho Pharaonis augurari solet. Et e contrario doctores sancti in termino illo obtrebant hæreticos, ut aliàs dixi de Origene in canticis, & hic similiter. Et item infra super hoc textu. Veruntamen diues factus sum, Hieronymus. Opprimitur (inquit) Hieronymus. pauper ecclesiasticus verbositate, & argutiis hæreticorum: qui postquam alios deceperint, solent dicere, diuites facti sumus. Hæc ille. A V T H O R. Ita plerunque doctores argutias hæreticorum exponunt, catholicorum nusquam. Quantum item ad hoc, quod dicit supra Hieronymus, quod hæretici de fraude, & mendacio simulacra componunt: item de se Witleff hoc dictum intelligat: quia quod ipse non potest effugere, & idcirco sponte concedit, hoc omni fraude & mendacio tanquam inconueniens obiecit orthodoxis. Arguit ipsi forsitan aliquis: ex positione sua consequens esse, si corpus Christi est panis putribilis, cum ille sit imperfectior omni viuo, ergo corpus est peius testudine. Annuit conclusioni tanquam inuitabiliter consequenti. Et ne videatur solus execrandam asserere dictionem hanc, tam conuiciosè, quam mendosè improperat orthodoxis. Sic item arguit aliàs contra fideles eosdem sacramentum suum dicere aliàs acidum, aliàsapidum, iam candidum, iam fuscum, iam humidum, iam aridum: ita ut Deus noster sit semper Deus recens. Quo ad species sacramentales forsitan tales esse concedimus: sed venerabile sacramentum corporis Christi tale esse, quis credidit hætenus Christianus? Ipse autem hanc conclusionem non potest effugere, ideo concedit præfate cap. 18. Corpus (inquit) Christi imperfectius, quam testudo, & ita secundum

disparem prædicationem recipit denominationes contrarias, sicut persona verbi secundum disparem eius naturas. Corpus enim Christi est singulum multorum: ut in vna essentia est tanta & talis hostia, & in alia est hostia alia variata. Hæc Witcleff. AVTHOR. O ergo quanta astutia hæretica & dolus malus! Si hoc sit turpe dictum, horridum & inconueniens: cur tu sponte concedis hoc ipsum? Cur nobis improperas? cur conuiciaris sacramentum nostrum peius stercore & veneno, quod horremus? Et tu te studine, vel aranea prædicas esse peius. Alius hæreticus Petilianus formam tibi præstitit huius fraudulentæ calumniæ, qui pariformi arte callida sic circumuenire disposuit Augustinum lib. 3. contra Petilianum. cap. 40. vbi dicit Augustinus. Petilianus his tam vehementibus coarctat⁹ angustiis, tacuit superiora, ex quibus ista pendebant, & hæc absurda, quæ illius consequuntur errorem, ita commemorauit in responsione sua, quasi hoc ego ex mea sententia dixerim. Quæ ideo dicta sunt, ut attederet, quantum mali sequeretur eius sententiam, & eam mutare cogere. Hanc ergo fraudem audientibus vel legentibus faciens, & omnino desperas legi posse quæ scripsimus, coepit in me grauius & petulenter inuehi, tãquã ego sensissem optandum esse omnibus, qui baptizantur, ut baptizatores perfidos habeant, ut ignoret eos. Et infra. Quod cum mihi Petilianus tribuens, tanquam hoc ego senserim, satis in me grauius, ac vehementer inuehitur: ipse utique demonstrat ea ipsa grauisima inuectione sua, quantum nefas sit ista sentire: ac per hoc quicquid propter hanc sententiam in me dixisse videri voluit, in seipsum dixisse inuenitur: quia talia sentire conuincitur. Ibi enim quantum in excidium veritatis superatus sit, vbi alium exitum non inuenit, nisi ut me sensisse fingeret, quod ipse sentit? Quemadmodum si illi, quos Apostolus arguit, quia dicebant non esse resurrectionem mortuorum, eundem Apostolum accusare vellent quoniam dixit, neque Christus resurrexit. Hæc ille. AVTHOR. Miranda machina falsitatis: & tamen quæ premit authorem: quod, sicut dicit Augustinus, ipse demonstrat grauisima inuectione sua quantum nefas sit ista sentire, quæ tamen ipse sentit: & in hoc fatetur, & aliis imputat, quod singuli dissentent, nec vnquam suffecit probare quod sequitur: imò quod magis est, ipse per se soluet substantiam proprii argumenti. Omne (inquit) accidens corporeum est imperfectius, quàm aliquod corpus assignandum. Cur non item omne accidens est dete-

rius omni substantia? Secunda parte sermonum sermone. 2. ipse dicit gratiam esse formaliter bonam qualitatem animæ secundum quam anima redditur grata Deo. Et nunquid ergo qualitas est melior multis substantiis? Et quid dicis de gaudio subiectiuo in beatis? maxime cum secundum te tale accidens includit subiectum, quod est tale per accidens. Et nunquid anima grata Deo, aut beatitudo subiectiuo Christi, cum sit Christus, est melior infinite lucifero? Ipse enim hoc arguit à proposito: quæ scilicet, multa accidentia sunt multis substantiis meliora. 12. capit. de apostasia in decimo loco, ad concludendum accidens non posse esse sine subiecto. Item (inquit) qualitates, ut virtutes, & gratiæ sunt multis substantiis meliores, quod non posset esse, nisi includant formaliter virtuosam substantiam, & dicant eius modum. ergo. Assumptum videtur, eo quod illæ qualitates sunt eligibiliores datis substantiis, ut patet de diuitiis: imò videtur, quod nemo excideret à charitate pro toto mundo saluando: quod de natura eligibilitatis virtus illa sit homini optatior, & sic melior toto mundo. Hæc Witcleff. AVTHOR. Nunquid iam sequitur penes eum: ergo vnus hominis charitas, quæ est bona qualitas animæ, est melior toto mundo? Et sic melior innumeris animabus, & bonis spiritibus, ex quibus integraliter sistit mundus. Parcat ergo per hæc accidentibus sacramentalibus, quæ ob reuerentiam corporis gloriosi, quod in natura sua ibi velant, & continent, nos honoratiora esse credimus multis Lollardicis muscis, vermibus, & venenis.

De conuersione panis secundum suam substantiam, & quibusnam opinio impanantium foret grata.

C A P. LXIII.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui negat, & dissimulat fidem conuersionis simplicis panis in corpus Christi per transubstantiationem altissimi. &c. confutatur.
- 2 Doctor subtilis ab authore defenditur.
- 3 Impanantium uia. Et quomodo uia nostra moderna est facilius, & scripturis sanctis uicinior, & doctor

Accidens nõ omne deteriorius omni substantia.

doctorum antiquorum scriptis congruentior, ostenditur.

- 4 Ecclesiæ quod non sit in potestate facere istud esse uerum, uel non uerum.
- 5 Verum, & unum conuerti.
- 6 Augustini norma de tractatibus scripturarum tenendis, & cauendis.



Witcleff.

Idem huius conuersionis simplicis panis in corpus Christi per transubstantiationem altissimi Witcleff negat & dissimulat, rem tollens, & terminum fallaciter ab ecclesiæ sensu peruertens, consequens Berengarianam perfidiam tripertitam. Nam primi conuersionem istam per uiam identificationis suppositorum efficiunt. Secundi per uiam impanationis. Tertii per uiam appellationis figuralis, & tropicæ, cum quibus currit Witcleff. Primitamen, & secundi maiorem fauorem in quorundam mentibus obtinent: quia ponunt Christi corpus præsens secundum suam essentiam. Et quia ponunt panem adesse propter sustentationem accidentium, multis grati sunt uolentibus, & quasi suspirantibus, quod sic ecclesiæ decreuisset, quia fuisset, ut supputabant, uia leuis. Et quidam imputant doctori subtili uerbum istud, sicut utique Witcleff notat cap. 2. de Apostasia. Tertio concludit (inquit) fideles debere credere Christum fecisse eque bene, uel melius, tam in natura, quàm moribus ad profectum ecclesiæ, seruando naturalem substantiam sacramenti, nisi ecclesiæ in ipso determinasset oppositum: sed procul à fidelibus hæc uenena. Hæc Witcleff. AVTHOR. Imò procul uenena substantiæ panis tui hæretici: pro qua tam procul abiectioni præuenerandam substantiam corporis Dei uis. Sed quantum ad doctorem subtilem, illi, qui hæc illi imputant, atroci peccant iniuria. Sunt enim uerba opponentis, & non doctoris ea, quæ sic recitant. Nam doctor ille super quartum distinctio. 11. quæst. 3. planè dicit ecclesiæ decreuisse intellectum, quem iam habemus de sacramento in Lateranensi concilio sub Innocentio tertio. & quicquid ibi dicitur esse credendum, esse de substantia fidei. Et tandem subdit doctor subtilis. Et si quæras quare uoluit eligere intellectum illum difficilem huius articuli, cum uerba scripturæ possent saluari secundum intellectum facilem? De hoc dicendum, quod eo spiritu exposita sunt scripturæ, quo condita: & ita supponendum est, quod ecclesiæ catholica eo modo exponit, sicut tradidit nobis fides, spiritu, scilicet, ueritatis edo-

cta: & ideo hunc intellectum elegit, quia uerus est. Non enim in potestate ecclesiæ fuit facere istud uerum, uel non uerum, sed Dei instituentis. Sed intellectum à Deo traditum ecclesiæ explicauit, directa in hoc, ut creditur, spiritu ueritatis. Hæc ille. AVTHOR. Mendaciter ergo peccant, qui hoc imponunt doctori, quod ista uia foret sanctior, & certior, si illam elegisset ecclesiæ. Et credi potest similiter deliquisse Ioannem Parys in uerbo, quoniam scripsit in tractatu suo determinato hæc uiam impanationis ad tantum placuisse doctori Guidoni nostri ordinis fratrum Carmelitarum, tunc quidem lectori sacri palatii: ut si foret papa, ipsam decerneret eligendam. Veruntamen quia hæc iam uia mouet quosdam nostri temporis homines, ita ut quasi optent corde licitam eis fore tenendam, & decretum ecclesiæ pro parte illa fore desiderant: idcirco conabor ostendere, quàm frustra nituntur contra ictum fulminis. Tum quia, cunctis inspectis, uia nostra moderna est facilius, & scripturis sanctis uicinior, & doctorum antiquorum scriptis congruentior. Et quia est ueritatis, & sola ueritas, est ad tollendum impossibilis, & ad remanendum necessaria absolute. Pro cuius intellectu supponendum est illud Petri in secunda canonica. Hoc primum intelligentes (inquit) quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt Dei homines. 2. Petri. 2. Non ergo ad expositionem humanam trahenda est fides scripturæ: sed ad ueritatem fidei & scripturæ omnis humani ingenii captiuandus est sensus. Vbi & in expositione super hanc Canonicam habet Beda. Hoc primum intelligere debent, quia nulli prophetarum sanctorum propria sua interpretatione populis dogmata uitæ prædicant, sed quæ à domino didicerant, hæc suis auditoribus agenda commendabant. Quæque in secreto cælestia arcana perceperant, hæc simpliciter, uel loquendo, uel scribendo Dei plebi tradebant. Et non sicut gentium diuini quicquid ipsi de corde suo finxerant, hæc turbis deceptorum quasi diuini oraculi consulta proferebant. Sicut ergo prophetæ non sua propria, sed Dei uerba scribebant, ita lector eorum non sua propria interpretatione potest uti, ne à sensu ueritatis exorbitet: sed hoc omnimodis debet attendere, quomodo sua uerba uoluerit intelligi ipse, qui scripsit. Hæc ille. AVTHOR. Eant iam, qui tantoperè curant ecclesiæ hoc modo, uel illo decernere: eant, & noscât ex sancto Petro, quia non uoluntate ecclesiæ patrū

Guido carmelita.

Contra impanantes.

Beda.

allata est scriptura, vel fides in mūdum: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt Dei homines, & ad eius sensum, qui sic scripsit, cogenda est ecclesia, dū exponit. Ideo ꝑ bene dicit doctor subtilis, q̄ non est in potestate ecclesiæ facere istud esse verum, vel non verum: quia veritas verbi est eius, cuius est verbum, scilicet, dñi. Et sic dicit hic Beda, q̄ sicut propheta nō sua propria, sed Dei verba scribebant, ita doctor eorum non sua interpretatione uti potest: sed omnimodē debet attēdere, quomodo sua verba volebat intelligi ipse, qui scripsit. Pueriliter verō sentiunt, qui credunt ex humana tantū imperiosa voluntate pendere sententiam decretalem: quasi sic, vel sic possent, si vellent, fidei rudimenta construere: & quasi patres ecclesiæ in conciliis suis agentes de fide dicerēt prophetias domini ad fauorem petentium: sicut Sedecias filius Chanaana cum suis complicibus. 3. Regū. 22. ita, vt cum audiant à nūtio regis quod dixit Michææ. Ecce sermones prophetarum ore vno bona regi prædicunt. Sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona: nec possit, aut debeat ecclesia respondere cum Michæa propheta domini. Viuit dominus, quia quodcūq; dixerit mihi dominus, hoc loquar. sed cum assentatoribus Sedeciæ focis sola proferre, quæ interroganti complacent. Nempe ego existimo matrem ecclesiā, siue Romani cleri, vel concilii generalis multo constantiorem diuino Balac, meliori, certioriq; sensu dicere semp posse. Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri, nō potero immutare verbum dñi Dei mei, vt plus, vel minus loquar. Nu. 21. Id est, quid si dixerint philosophi? Ista via est vicinior sensui pro accidentibus sustinendis, aut ista est leuior nostris conceptibus: cōstitue nobis illā. Frustra sibi petunt quod optant, sensibus, scilicet, suis fidem arctare, & ad libitum peruerte re veritatē. Quid ad hæc Ecclesia sancta respondet? Non potero immutare verbum dñi Dei mei, vt plus, vel minus loquar: quanuis dederis mihi domum auro plenam. Ecce facilius esset nostris conceptibus dicere Christum purū hominem & non Deū cum Ario, q̄ supra omnem sensum Dei filiū æternaliter sine mutatione, vel ordine tēporis propagatū à patre in identitate numerali essentia. Et tamen viam primam abiicit sacrum Nicenum concilium, & elegit secundā. Leuius esset dicere cum Manichæo Christū nō fuisse verū hominē, ne immortalis Deus mori credatur in cruce. Et tamen reiecta est, damnata est, & via difficilior præelecta. Quare autem ista electa est, illa deie-

cta, sola ratio est: quia hæc est sententia veritatis, illa non sic. Iam ergo sequebatur magnū concilium, & in sequebatur illam. Sed quomodo ista videbatur tunc veritas, & illa nō? Quia hoc semper in consuetudine docere solebat animata fides ecclesiæ à tempore apostolorū per successionem pontificum, & plebium, vsque ad tempora illa, quanuis non esset expressa definita pro fide: qualiter Augustinus docet in rebus dubiis fidem esse scrutandam libro de vtilitate credendi. ita quod in magnis conciliis cum dubium fidei ventilaretur, pendebant patres, quid sentiretur de hac re ante eos per communem fidem versum vsque ad Apostolos: & hoc statim decreuerunt esse tenendum. Vnde libro quarto de vnico baptismo contra Donatistas, capite decimo, Augustinus. Sed illa consuetudo, quam etiam tunc homines sursum versus respicientes non videbant à posterioribus institutam, recte ab apostolis tradita creditur. Sequitur. Nec quisquam dicat, quod accepimus de apostolis, hoc sequimur, quanto robustius nunc dicimus, quod ecclesiæ consuetudo semper tenuit: quod hæc disputatio dissuadere non potuit, & quod plenarium concilium confirmauit, hoc sequimur? Huc accedit, quia bene perspectis ex vtroque latere disputationis rationibus, & scripturarum testimoniis, potest etiam dici, quod veritas declarauit, hoc sequimur. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo facile existimem magistrum illum Ioannem Parys bene sibi prouisum esse quid diceret, quando credebatur se posse reperire alium modum impanationis impune contra modum conuersionis substantialis, quam definiuit ecclesia. Quia (inquit) qui sic adhæret vni modo defendendi veritatem, vt omnem alium modum abiciat, veritati facit præiudicium. Nam homines diuersimodē dispositi, non assentirent veritati per vnum modum. At ego dico, sed quisquis alio modo quam veritatis in veritatem querit assurgere, ille facit præiudicium veritati. Qui enim vult assentire Deum patrem filium generare perennem per modum generationis nostræ & decisionis ex carne, articulo diuinæ genituræ præiudicat, & non proficit sibi quod credit. Ita qui credit carnē Christi substantialiter existere sacramēto, veritatem credit: sed qui crediderit illam impanatam, & per impanationis modum ibi existere: quia falso modo verum credit, nihil credit, & sanctæ communionis articulo efficit detrimentū. Idcirco ꝑ enim non solum verū credendum, sed verē credendū est verum: quod quia

quia cum vno conuertitur, solūm est vnum. Et si modus tuus falsus est, quid vis pro illo contendere? Ecce, tantum vnum vni opponitur. Si ergo iste modus, & hæc via, quam ecclesia tenet, est vera, sola est vera, & omnis alia falsa. Et idcirco Psalmista in persona viri fidelis solam vnam viam plurimum iustificationū expostulat sibi legem. Legem, inquit, pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Et in expositione octonarij super eodem versu, Hilarius. Hanc, inquit, iustificationum viam legem Propheta desiderat. Lex enim iustificationū, quibus religiosi cordis disciplinis continetur, & infra nos, fines constitutionis suæ, quibus se vteremur, arctauit, ne excedētes eos, ad opiniones hæreticæ intelligentiæ euagaremur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce lex domini iustificationum viam vnam ponit infra fines suos; nos arctans, ne excedentes eos, ad opiniones hæreticæ intelligentiæ euagetur. Hanc vnam viam tibi proponit ecclesia, quando definit, hanc autoritate sua firmat esse tenendam tāquam antiquam fidem, sicut iam supra docuit Augustinus. Quæ quanuis hæc iam primò sit declarata pro fide, semper tamen antea fuit fides patrum. Et ideo iam illam ecclesia præelegit ex multis: quia illam ecclesia semper ex consuetudine tenuit: & quia frequens disputatio illam dissuadere non potuit, & quod plenarium concilium confirmauit. Et tandem ex his audacter concludimus, quia bene perspectis ex vtroque latere disputationis rationibus, & scripturis, quod veritas declarauit, hoc elegimus. Et quid fatagit formare sibi pedem liberè diuaricantem à vero: quia Augustinus dicit primo super Genesim in fine, quod de verbis sacra scripturæ, cum diuersæ proferuntur sententiæ, non est aliquid vnum temerè affirmandum cum præiudicio alterius expositionis, fortassis melioris: vbi pro modulo suo eligit quisq; quod capere possit: Sancta est hæc Augustini sententia. Sed noli abuti libertate concessa, ne videaris autoritatem accommodare Nestorio, qui eodem modo tecum dicere potuit, Quid ego pro modulo meo non eligam, quod capere possim, carnem scilicet filij hominis esse alicuius sancti viri citra Christū in sacramento altaris? Cur etiam Berengario, & sequacibus eius non conceditur distalibertas, vt modulo suo, quem capere ipse possit, concedat tropicum tantum corpus, & figurā vinbratilem in sacramento altaris? Sed idcirco quod Augustinus ibi consequenter adiungit pro expositionibus consequendis notandū. 6 Cum ꝑ diuinos, inquit, libros legimus, in tanta

multitudine verorū intellectuum, quæ de paucis verbis eruuntur, & sanitate catholicæ fidei muniuntur, id potissimum deligamus, quod certum apparuit eum sensisse, quem legimus. Si autem hoc latet, id certē, quod circumstantia scripturæ non impedit, & cum sana fide concordat. Si autem scripturæ circumstantia pertractari, ac discuti nō potest, saltem id solum, quod fides sana præscribit. Aliud est enim, quod potissimum scriptor senserit nō dignoscere, aliud à regula pietatis errare. Si vtrunq; vitetur, perfectē sic habet fructus legentis. Si verò vtrunq; vitari non potest, etiam si voluntas scriptoris incerta sit, sanæ fidei congruam non inutile est tenuisse sententiam. Hæc ille. AVTHOR. Hæc est plena norma doctoris de tractatibus scripturarum tenendis & cauēdis. Placet enim ecclesiæ Dei, q̄ in verbis diuinæ scripturæ diuersæ sententiæ proferantur, sed inter omnes præeligatur illa, quam certū est eum sensisse, quem legimus, aut quam circumstantia scripturæ non impedit, aut quæ à sana fide non discordat. Et quomodo certius hoc notum esse possit, quam decreto cōcordi totius ecclesiæ? Idcirco etiam sanctus Augustinus, quē tu pro libertate mala producis, etiā libertatem illam dimittit philosophis, & hæreticis. 18. de ciuitate Dei. cap. 40. vbi dicit, Videns autem djabolus templa dæmonum deserri, & in nomen liberantis mediatoris concurrere genus humanū, hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resistēt Christianæ, quasi possent indifferēter sine vlla correptione haberi in ciuitate Dei, sicut ciuitas eius indifferēter habuit philosophos inter se diuersa & aduersa sentientes. Qui ergo in ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumque sapiunt, si correpti, vt sanū, certumq; sapiant, resistunt cōtumaciter, suaq; pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, hæretici sunt, & foras exeuntes habentur in exercitiis etiam inimicis. Hæc ille. AVTHOR. Ecce diuersa, & aduersa inter se sentientes in puncto quasi centrali fidei Christianæ tollendi sunt, nec tolerandi. Quia ergo ponens impanationem insolitam tulisti conuersionem sacram panis simpliciter in corpus proprium Saluatoris, quā certum est Christum sensisse, qui tradidit tam ex scripturæ circumstantia, quam ex sana sanctorum patrū fide cōcordi, merito repudianda est via, quæ à veritate exorbitat, atque vitata.

¶ Contra impanantes corpus Christi, fiunt rationes.

C A P. L X V.

S V M M A.

- 1 Impanationis duplex opinio recensetur.
- 2 Panis quantum aduersentur ecclesie, ostenditur.
- 3 Panitarum obiectio, et ad eam responsio.
- 4 Panitarum positio, quod sit difficilis.
- 5 Rationes contra impanantes corpus Christi.



Geminata est hæc impanationis dictio. Primò enim post Berengarium puto inter scriptores eam placuisse Valeriano Medburgenfi Episcopo: quem tam festiuè Witcleff inuocat in authorè, vocans eum quandoq; Ambrosium, quandoq; Isidorum: aut certè, vt dicit, magni Ambrosij discipulū, authorè de diuinis officijs: què, vt sæpe dixi, venerabilis Anselmus increpat hominè sui tēporis, & in alijs peritum scriptorem, & vtilem. Hic, inquam, in hunc errorè incidit post Berengarianas reliquias: dicēs in cap. de materia sacrificij altaris. & recitat eū Witcleff, lib. de Apostasia. cap. 7.

Valerianus.

Materia vel substantia sacrificij, quod erat tunc & nunc est in manibus Pontificis nostri, non simpla est, sicut nec Pōtifex solius diuinæ vel humanæ solius substantiæ est. Est enim tā in Pōtifice, quā in sacrificio diuina substantia: est & terrena. Terrena in vtroq; est illud, quod corporaliter, vel localiter videri potest: diuina in vtroq;, verbū inuisibile, quod in principio erat Deus apud Deū. Nam cum diceret idem magnus Pōtifex, panē & vinū tenens, hoc est, corpus meū, hic est sanguis, vox erat verbi incarnati, vox æterni principij, verbū antiqui cō filij, verbum, quod humanā acceperat naturā. Idem in carne manēs, panis & vini accipiebat substantiā: vita media panē cum sua carne, vinum cū suo iungebat sanguine. Hæc ille. AVTHOR. Alius post istum, Parisiensis surrexit, ponēs etiam impanationē corporis Christi, vt sibi videtur, modo distincto, per assumptionē panis à verbo, mediāte corpore parte, sicut albedo ab Æthiope mediāte dente, & separat se ab opinione Valeriani vijs pluribus. Primò, inquit, quia opinio eius similis est opinioni hæretici, quæ ponit in Christo plura supposita, &

Parisienfis.

hominem assumi. Ista autē similis est opinioni catholica, quæ ponit vnū suppositū in pluribus naturis, & nō hominē, sed humanitatē assumi. Et prima, inquit, scilicet Valeriani ponit corpus Christi impanatū, id est, pane cooperatum, siue indutū, quasi denominatiuè quadā extrinseca habitudine. Ista verò poneret corpus Christi impanatū, id est, panē factū. Et prima ponit panē non vnitatū post consecrationē sicut antè: sed ista poneret aliū panem, licet eandē paneitatē. Itē prima positio ponit duo corpora in altari distincta, scilicet corpus Christi, & corpus panis, quod ipsi vocabāt corpus sacrificij, vt patet in epistola Anselmi, Fratri charissimo illuminatos oculos &c. Sed ista licet ponat duas corporeitates, tñ vnicum corpus habens duas corporeitates. Hæc trāsumpsi à libro eius, in quo dicit se ex toto aduersarium Valeriani. Sed quātum isti inter se rixentur, modica cura nobis. Suscepimus autē ostendere quātum vterq; panita aduersatur ecclesie, & quantā difficultatem ingerūt studentibus nostris saluare scripturas, ductū orationis, & dicta antiquorum patrum in comparatione doctrinæ modernæ catholicæ. Primò figitur opponamus vtrij; verbū illud æterni principij, verbum verbi incarnati, cum panē in manus acciperet, Hoc est, inquit, corpus meū. De ducamus argumentū per medium, quod iste impanator assumpsit. Apocalypsis, inquit, vltimo in fine scripturæ. Quicumq; apposuerit ad hæc, apponet Deus super illū plagas, quæ sunt scriptæ in libro hoc. & Deuteronomij. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, neq; auferetis ex eo. Et in gestis Nicænæ Synodi, & Ephesinæ primæ, & Toletanæ sub anathemate prohibetur, ne aliquis aliam fidem componat, addendo, docendo modo quolibet, præter quæ in Nicæna Synodo sunt à patribus ordinata bene. Sed quicumq; impanator addit verbo Christi, non tātum verbū, vel formā claram dicendi, cum dicit hoc esse corpus Christi & panem, sed panis substantiam: cum Christus dixerit tātum hoc esse corpus suum: ergo qui libet impanator propter additionē panis obliquā incurrit maledictionē prædictā trifariam. Istud item assumimus cōtra Witcleff, & oēs cōcedentes corpus Christi esse cibariū panem grossum. Omnes enim addūt ad verba Christi, quod ipse nō dixit. Et quātò leuius foret dicere hoc, scilicet, panē virtute verbi Christi esse fiēdo corpus suū verū. Sic item Apostolus ait, Panis, quē frangimus, nōne participatio corporis dñi est? nō ausus addere, quod sit itē panis. Et calix, quem sumimus, cōmunicatio sanguinis Christi.

nis Christi est, nō addens, & vini. Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Non dicit, quod est calix sanguinis & vini, vel sanguinis inuinati aliculus nouæ vindemiæ. Qui enim adderet ad hominē in natura, cum diceret, Christus est homo, leonē in natura, ipse adderet ad errorem. quauis Christus dixerit se leonem. Qui autē adderet leonem in figura, nō erraret. Cur ergo nō errat, qui addit corpori Christi panem in natura, quod Christus nulli dixit, quāuis sic dixerit semetipsum in figura? Veruntū quia Christus incēpit asserere panē esse corpus suū, omnes panitæ, & Witcleuistæ deuijs verbis arguūt remanere panē. Sed vbi verbum est effectiuū, potius sequeretur oppositum. Aliās diceretur, quia Christus ait, Cæci vident: idcirco cæci remanerēt cæci, cum viderent. Et, claudi ambulāt: ergo claudi ambulāt manentes claudi: & leprosi cum mūdantur sunt leprosi. Ita dico tibi, operatorius est ille sermo Christi secūdum Ambrosium: & ideò qui est purus panis, cum dicitur, Hoc, ille idē est purū corpus, cum dicitur, corpus meū. Nec enim addetur corpus panis in principio, nec panis corpori in termino dictionis. Vnde curre si potes per scripturas, quāuis panem & vinū audieris in principio, solū corpus & sanguinē es auditurus in fine, Hoc est, inquit, corpus. Hic est sanguis. Obserua regulam scripturæ, vt nihil addas, vel auferas, & iam habes in verbis Christi sensum ecclesie: panis est corpus sine pane: vinū est sanguis sine vino. Sed

3 Obiectio.
Responsio.

Jobijcis, At vos additis verbis Christi permanentiam accidentis sine subiecto: & substantiam panis non remanere, & trāsubstantiationis articulum, & huiusmodi plura. Dicitur, quod explicare conditiones & proprietates rei, non est ad rem addere, sed exprimere quæ ad rem ipsam ordinatè sequūtur. Vnde posito homine non addit plus, qui dicit coniunctionē corporis ad spiritū, vel dicens eū bestijs eminere, & angelis proximū in latitudinali situ nature. Sed simul qui dicit hominē, dicit hæc omnia. Ita qui dicit panem esse corpus in forma Christi, simul dicit illum panem non esse panem, sed corpus Christi secundum substantiam suam, & ipsum in corpus Christi sic conuersum, & transubstantiatum, & sensibiles species panis manere sine migratione propter sacramentum, & ideò per se subsistere. Omnia enim ista sequuntur, posito ibi purè corpore Christi secundum substantiam in cōsequentia naturali. Nam patres Nicæni concilij nihil addiderunt ad substantiam fidei de Christo,

condentes nouum symbolum, & exprimentes consubstantialitatis articulum. Nec patres Ephesini concilij addiderunt quicquid fidei sacramenti expressè ponentes ipsam solā viuificatricem carnē verbo vnitam. Ita nec ecclesia Lateranensis concilij sub Innocētio aliquid addidit ad fidem Eucharistiæ ponentem panis transubstantiationē & substantiā accidentis, sed

4

expressit antiquam. Quātum autem prudentes viri perpendunt, non solū contra mentē Christi & scripturæ dictio huius impanationis ædificat: verū difficultates auget, & intricaciones inexplicabiles contra seipsam. Ecce impanator iste dicit posse poni, quod verbum assummat paneitatem, spoliādo panē suppositione propria mediante corpore parte ad vnicū esse suppositi corporis. Hic nō est difficultas illa tāgenda si sic posset dici de modo, quia si verbum posset sic facere, posset sic dici. Et quod verbum possit hoc facere, non dubitamus ad præsens, sed quod possit ita iam dici ex hoc, quod iam fecit Deus, & ostendit nobis per euāgeliū filij sui factum esse, videtur certum, quod non. Primò, quia exorbitat ab omnibus factis Christi, intātum, vt nusquā reperiantur exempla per

5

scripturas. Primò enim discute vbi Deus vnquā spoliavit aliquod suppositum suppositione sua, vt vniat ipsum sibi, vel alteri in ratione suppositi. Humanitas enim propria nō erat suppositata vnquam, nisi suppositione hypostatica verbi. Item verbum nō assumpsit aliās aliquam naturam in suppositum alienum à se. Assumpsit enim corpus & animam, sed in vnitatem suppositi sui, quod tamen est mirabile, soli Christo proprium & vnicum, nulli vnquam communicatum antè, nec communicandum in posterum: ergo multò magis non communicabit assumptionem talem inferiori nature in vnitatem suppositi non diuini. Patet forma argumenti: quia cum potentia creandi per eminentiam potestatis Deo conueniat, altioris esset miraculi in creatura, si, Deo concedente, posset creare. Maioris item stuporis esset lapidem habere fulgorem solis, quā ipsum solem fulgere. Si ergo magni miraculi res est Dei verbum posse assumere naturam disparem in vnitate suppositi increati: maioris esset miraculi, si hoc faceret in natura subiecta, quod assumeret naturam insensitiuam in vnitatem suppositi sensitiui, quorum erit neutrum Deus. Et quod hæc assumptio semel facta in Christo nō erat fienda de cætero, nec ante ipsum facta: in duabus naturis, & vna persona Christi, sic inquit Boëtius, Quid verò noui per aduētum Saluatoris

Boëtius.
uatoris

uatoris effectum est? nam catholicis & fidei veritas, & charitas miraculi constat. Quam enim magnū est, quāmq; nouū, quod semel nec vllō alio seculo possit euenire, vt eius, qui solus est Deus, natura, cum humana, quæ ab eo erat diuersissima, cōueniret: atq; ita ex distātib; naturis vna fieret copulatione persona? Hæc ille. AVTHOR. Quis ergo assumptionē talē de facto concederet, & ad eam iam totā induceret ecclesiā? cum Boëtio videtur non posse euenire præter illud suppositum, cuius est entitas infinita, habens in eminenti perfectione totū perfectionis ambitum rei assumptæ: & igitur terminat respectū omnis depēdentia, tam ratione causæ, quā suppositi secundū rationē omnis potentia obedientialis ad ens simpliciter infinitū. Totū hoc deest in corpore parte, ad cuius vnitate suppositale sua est assumēda paucitas: ergo corpus pars nullo modo potest sic terminare depēdentia naturæ panis ad ipsum in ratione suppositi. Itē corpus pars nō est de se suppositū, sed dependet à suppositione verbi mediante humanitate totali. Quomodo ergo posset terminare depēdentiam naturæ altæ alterius in ratione suppositi? Patet argumentū, quia ideō ponitur verbū assumptibile naturam humanam, quia est de se persona infinita. Itē dependentia naturæ quā tulæcunq; æquē sufficiēter terminatur ad suppositum proprium, sicut natura creaturæ sublimis ad suppositum suum optimū: sicut equē subsistit natura vermis in suo supposito, sicut natura angeli in Michaële. Et inde est, q non solum natura vermis non est in potentia obedientiali suppositari ab angelo, imō ipsi repugnat. Et inde visum est doctoribus, q angeli susceperunt corpora tantum ad officium, nō ad suppositum: ergo à fortiori corpus altera pars non supponat paneitatem. Item quod dicit de communicatione idiomatum, q non vult dicere, sed negare, q Deus, vel homo sit panis, sed quia panitas est assumpta mediante corpore Christi parte, ideō in concreto prædicabitur de corpore Christi parte, & nō de verbo, vel homine. Si autē assumeretur à verbo immediate, vel mediante humanitate totali, tunc diceretur Christus panis. Primò sequitur, qd ille contra Valerianū pro enormitate conclusit, scilicet, q in Christo sunt plura supposita, scilicet cōmune ex Deo & homine, quod est Christus: & suppositū, in cuius vnitate panis assumitur, & patet illa esse duo, quia sufficiunt fundare cōtradictoria: quia primū est Christus: secundum non est Christus: sed trahitur tātum, vt tu dicis, ad esse suppositi corporis partis: si-

cut albedo in dēte Æthiopsis. Si verò dicas, nō trahitur ad esse suppositi corporis partis, sed ad esse suppositi verbi per corpus partē, sicut albedo ad esse Æthiopsis per dentē: hoc nō potest intelligi, quomodo supposita in aliquo, & nō est ipsum per se, nec cum alio, vnde corpus pars trahitur ad suppositionē verbi per humanitatem totalē, & sic anima. Et tñ Christus sicut nō est caro, nec anima, sic nec est humanitas, quæ immediate assumitur, sed est caro & anima, id est, homo. Conformiter ergo Christus & si non sit panis per se, quia tñ panis assumitur in vnitate suppositi sui, erit panis cū alio, scilicet corpore parte & anima, vt sic dicēdo, Christus est corpus panis & anima: & itē, Christus est suppositū ex his cōstitutū. Exēplum suū nō est ipsi bñ aptatū, quia albedo in dente Æthiopsis habet suppositionem proprii gñis, nec trahitur ad esse suppositi Æthiopsis, plus, q capitiū eius. Patet etiā, q supra dicta eius assertio fallit, cum dicit, si panitas assumeretur à verbo immediate, vel mediāte humanitate totali, tñ esset Christus, quia humanitas ipsa assumitur à verbo immediate, & tñ non est Christus. Itē os assumitur à verbo mediāte humanitate totali: sic em̄ Christus p̄baui se hominē, dicēs, Palpate, & videte, quia spiritus carnē, & ossa non habet, sicut me videtis habere. & tñ nec os est Christus, nec humanitas: ergo immediatio illa nō est causa prædicationis talis in recto: nec itē totalitas mediātis. Itē nō potest vitare magna incōueniētia, quæ sequuntur per aliquod simile in scriptura vel natura, scilicet, q corpus Christi sit à pistore, & reuerfatur, quia panis communicat secum ista idiomata per passionē cōsequentes naturā æquē sicut nomē naturæ. Vt quia Christus habuit corpus crucifixū, idcirco dicitur crucifixus. quomodo ergo corpus Christi nō erit pistū si sit panis pistus? Cōfirmatur, quia quis Christus nō sit caput suū, nec crinis, tñ dicitur denominatiuē crinitus à capite crinito: ergo quis nō dicitur panis in prædicatione per se, tñ dicitur impanatus denominatiuē à corpore impanato. Itē ad min⁹ dicitur Christus sub determinatione hodie pistus, reuerfatus, & cōctus in clibano scdm corpus partem sicut Æthiops albus secundū dentē, secundū exemplū tuū vnicum. Itē istā positio auget blasphemias irrisiones gētilium: quia verē dicēt, q cōlimus panē tñq; Deū, & q sorices comedūt corpus Christi nostri, & hmōi: & digeritur in humano corpore, & egerit. Itē cōtra illud Augustino intimatū, Nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tuæ. qd itē Hugo exponit de venerabili

rabili sacramento. Propositio vel supponebat impossibile, q Christus manducatur carnaliter secundum suppositum, vel asseruit falsum, quia manducatum cum sit panis, in te mutatur, sicut cibus carnis tuæ.

¶ Quod via impanatium est pluribus difficultatibus intricata, & via ecclesiæ est magis plana.

C A P. L X V I.

S V M M A.

- 1 Henrici, & Damasceni dictum de conuersione simplicis essentia panis in carnem Saluatoris, & uinum in sanguinem.
- 2 Aues in arboribus natae.
- 3 Lux sine subiecto.
- 4 Metaphyses q non sint assumenda, quas ponit Witcliff. Et plura de hoc ibi.



Ost istas ergo rationes omnino studio videtur ineptum adinuenire hanc angustam, & tot septem difficultatibus viam impanationis corporis partis sine Christo cū expositione præuia corporis panis à supposito proprio: tam angustam, inquit, vt nusquam in scriptura canonica, vel natura possit reperiri res similis: & viam conuersionis, & transubstantiationis naturæ in naturam conari postponere, quæ tot habet in scripturis exempla originis, in scripturis quoq; sanctorum patrū à temporibus Apostolorum vsq; huc assertiones planissimas: & item in natura conformitates valde confines, sicut dicit doctor Henricus. Vt scibus per alterationes varias successiue actu membri mutatur in verā carnem hominis: ita repente operante authore naturæ panis in carnem vertitur Saluatoris, & vinum in sanguinem. Et habuit ex Damasceno. 4. sententiarum cap. 5. vbi dicit, Quemadmodum naturaliter per comestionem panis, & vinum & aqua per potū in corpus & sanguinem comedentis & bibentis transmutatur, & non fit aliud corpus præter prius corpus eius: ita & propositionis panis, & vinum, & aqua per inuolutionem & superaduentū Spiritus sancti supernaturaliter transit in corpus domini & sanguinē, & non duo sunt, sed vnum & idem. Hæc ille. AVTHOR. Quid planius dici posset pro conuersione simplicis essentia panis,

ita vt supernaturaliter trāseat in corpus Christi sine successione propter alterationē præuiā per qualitates, aut subiecto deferente, sicut panis naturaliter transit per mutationē subiecti manētis in fine? Et iā nō duo sunt, inquit, sed vnū, non duo corpora, vel supposita, vt dicit primus, nec duæ naturæ, vt secundus: nec duo entia panis & respectus, vt dicit tertius, sed sunt vnū & idem corpus, scilicet Christi, quod præfuit: sicut panis alimenti fit idem corpus præexistētis suppositi. Vñ Chrysostomus super Ioannē Morali. 46. dicit sic, Qui quidem à cibarijs fit nobis sanguis, nō confestim hoc fit, sed aliud quid. hic autē, scilicet sanguis Christi in sacramēto, non ita, sed confestim animā irrigat, & magnam quidem virtutem inspirat. Hæc ille. AVTHOR. Aliud itē conuersionis huius trāsubstantialis exemplū fundamus in natura mediante miraculosa transubstantiatione aquæ in vinum optimum: quia hoc tātum fecit Christus subito potētia infinita: quod per transmutationes varias, & exhalationes aquæ per radices & brachia vitis fecisset natura, testāte lib. 6. super Gene. ca. 19. Augustino. Quis, inquit, nescit aquam concretam terræ, cum ad radices vitis venerit, duci in saginā ligni illius, atq; in eo fumere qualitatem, quæ in uā procedat paulatim erūpentem, atq; in ea grandescētē, vinum fiat, maturūq; dulcescat, quod adhuc feruescat expressum, & quadā vetustate firmatū, ad vsum bibēdi vtilius, iucūdiūsq; perueniat? Non ideō lignū domin⁹ quæsiuit, aut terrā, aut has tēporū moras, cum aquā miro compendio conuertit in vinum: & tale vinum, quod ebrius etiam cōiua laudaret. Nūquid adiutorio temporis eguit conditor temporis? Hæc ille. AVTHOR. Et super Ioannem Homilia. 8. idem Augustinus. Ipse enim fecit in vno die illo in nuptijs in sex illis hydrijs, quas impleri aqua præcepit, qui omni anno hoc facit in vitibus. Sicut enim quod miserūt ministri in hydrias in vinum cōuersum est in opere domini: sic & quod nubes fundūt, in vinum cōuertitur eiusdē opere domini. Hæc ille. AVTHOR. Ipsi naturales philosophi, & cosmographi periti, non sunt huic increduli disciplinæ. Norūt enim scriptū in quarto Meteor. cap. 19. quod est de generatione lapidum, q panis prope Toracem in lapidem cōuersus est, remansit tamen ei color suus. Cur ergo non diuino opere conuerti posset panis in corpus, ita vt remaneat color panis? In septem intentionibus quoq; Britannia finibus arbores quædam aues pariunt bene grandes: & ad rostra pendent, sicut solent poma perfrondes.

Chrysost. o.

Augusti.

Idem.

Aues in arboribus natae.

Henricus.

Damascen.

des. Non longè ergo abest extra horizontem naturæ gloriosa cōuersio. Sed vade quære mihi, vbi sit talis impanatio. Scio ex scripturis secundum totam substātiā cōuersum in foeminam, sicut panem secundum se totum cōuersum in corpus. Ecce ostationem non inuenio, cōuersionem reperio. Virgam trāsubstātiā in colubrū, foeminam trāsubstātiā in statuatam, aquam trāsubstātiā in vinum. Istas substātiarum cōuersiones scripturæ canonicæ largiuntur ad oculos, nusq̄ virgationem serpentis, foeminationē lapidis, aquationem meri, colligimus. Quomodo ergo posset esse via facilis, quæ nusquā facta videtur, imò nec fieri posse vsquā legitur: & illa difficilis, quæ toties exemplatur? Non dico tamen ego esse viam impossibilem, quia non habet exemplum: quia hoc esset currere cum Witleffo contra Dei potentia, sicut aliās ex Augustino in prima parte deduxi. Sed miror, quod iam proponit illā quasi per ecclesiam statim determinādam pro vero, cuius nunquam præcessit exemplum à seculo, & multi subtiles ponūt impossibile. Vnde & sic arguit Atticus in persona Hieronymi contra Pelagium in Dialogo contra Pelagianos parte. 1. Hierony. Itaq; aut da exēplum, qui absq; peccato fuerint in perpetuum, aut si dare nō potes, cōfiteri imbecillitatē tuā, & noli ponere in cælo os tuū, vt per esse, & esse posse, stultorū illudas auribus. Quis enim tibi concedet posse hominē facere, quod nullus vnq̄ hominū potuerit? Hæc ille. AVTHOR. Hoc igitur inter posse tuum distat, & posse purè logicum, quod posse tuū conaris copulare semper ad actum, quasi nō solum possit sic fieri, & tūc cōcedi, sed quod sine nouo facto statim possit cōcedi pro vero, & huius tūc oportet te sicut arguit Hieronymus exempla proferre. Quantum ad hoc, quod reputat hanc viam vtilē ad excludendū difficultatem accidentis sine subiecto: non bene, vt mihi videtur, excludit illam, cum includat difficultatem logicē maiorem, absolutionem, scilicet naturæ à proprio suo supposito. Declaratur namq; sic, Longè maior, & immediatior est vnio naturæ ad suppositum proprii generis, si saltem dicēda est vnio, & nō vnitas, quæ est intimitas accidentis ad subiectum suū: quia natura, & indiuiduum sunt eiusdē generis per se, & prædicatio est essentialis & vnio uoca naturæ ad suppositū: sola accidentalis & denominatiua accidentis ad subiectum. Maioris ergo potentia est absoluere naturam à supposito suo, quæ accidēs à subiecto, & sic maioris difficultatis. Item declaratur assumptum. accipit indiuiduo accidentis, putā coloris, inti-

mior est natura coloris huic coloris, de quo prædicatur essentialiter, & per se, quæ est parietis, de quo prædicatur contingenter, & satis per accidens. Idcirco enim separationē istam secundā asserunt doctores frequēter actu factam, sicut Basilius, & Damascenus de luce creata primo die, quam ponunt qualitātē sine subiecto: & tunc mansisse spatio tridui vsq; ad diē quartum, & tunc creatum esse eius subiectum, scilicet solem. Primam separationem, scilicet lucis specificæ à suo indiuiduo, nūquam legi vel factam actu, vel possibile fieri. Sed tam intima est natura cōmunis substātiæ suo supposito, quā natura cuiuslibet accidentis suo indiuiduo: ergo difficultas maior est separare naturam substātiæ à supposito proprio, quā accidens à subiecto. Item in Categorijs Aristotelis. Destructis primis, impossibile est aliquid aliorum remanere. Si tamē posset natura per potētiam infinitam absolui à suppositione propria: difficultas est, nunquid posset suspensionem istam continuare per tempus. Probatio est, quod sic, quia potentia infinita, quæ habet actum, habet eius durationem in potētia, quo dato, esset color, & nullus color particularis: ergo à fortiori, nullius subiecti color: quia prius vnaquæq; forma est determinatē in se, quā determinet sibi aliud. Angustam item semitā, & satis arctam patitur ista via inter doctores. Ipse tamen dicit visum esse quibusdam, quod fuerat olim Græcorum opinio, sicut Damasceni, dicentis. 4. lib. sentent. ca. 14. quod quemadmodū in baptisate, quia est consuetudo hominibus aqua lauari, & oleo vngi, cōiugauit aquam, & gratiam spiritus, & fecit lauacrū regenerationis: ita quia consuetudo est hominibus panem comedere, & aquam, & vinum bibere, coniugauit eis suam deitatē: & fecit ea corpus & sanguinem suū. Et paulò antè. Interrogas, inquit, qualiter panis corpus Christi sit, & vinum sanguis. Et respondet: panis & vinum assumitur. Ex quo concludit doctor panificus. Ecce, inquit, dicit fieri per assumptionē. Cancellarius Oxoniensis quærit: nunquid sicut Christus assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem. Reuera præsumit in termino, nec potest per totum illud capitulū assumptio panis inueniri, quā ipse præterdit: maximè cum assumptionem exponit figuratē esse dictam in eodem cap. post, Damascenus. Ipsam oblationem ita vocantes, metalipsis, id est, assumptio dicitur per ipsam enim filij deitatem assumimus. Et infra. Omni igitur virtute custodiamus, ne assumamus metalipsim, id est, assumptionē hereticorū, neq; tradamus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce

Lux sine subiecto.

Est improprium ca. 14 non. 5.

Damascen.

Ecce panis assumptionem concedit hic doctor, extendendo modum loquendi, id est, ad transitionem eius in corpus Christi secundum substantiam, secundum quam possumus nos assumere filij deitatis, quæ procul est ab vnione eius in supposito. Idcirco omnem virtutis inducit custodiā, ne sumamus metalipses, id est, assumptiones hereticas, specificans ibi figuras corporis & sanguinis domini, quas ponit Witleff, supponens exemplariter panem assumi ad dignitatem corporis, sicut Richardus assumptus est in Episcopū. Fugiamus itē alias assumptiones panis ad vnitatem suppositi, quas assumptiones horret semper ecclesia monente eam Ieremia in lib. Threnorū de his prophetis. Viderūt, inquit, tibi assumptiones falsas, & eiectiones. Quod itē doctor iste Græcus posuit assumptionē istam per conuersionem transubstantialem, nō per vnionem, aut figuram, vt litera eius pandit. Damascenus. Quia (inquit) consuetudo est hominibus panem comedere, & aquā & vinum bibere, coniugauit eis suam deitatē, & fecit ea corpus, & sanguinem suum, vt per assuetā, & secundum naturā in ijs, quæ super naturā sunt, fiamus, corpus enim verè est vnitū deitati, quod ex sancta virgine corpus. Non quoniam ipsum corpus, quod assumptum est, ex cælo descendit, sed quoniam ipse panis, & ipsum vinum trāsit in corpus & sanguinem Christi. Si autē modum inquiris, qualiter sit, sufficit tibi audire, quoniam per Spiritum sanctum, quemadmodum ex sancta Dei genitrice per Spiritum sanctum sibi ipsi, & in se ipso dominus carnem substituit, & plus nihil cognoscimus, sed quoniam verbum Dei verū & actiuum est, & omnipotens, modus autem inscrutabilis. Hæc ille. AVTHOR. Hic planè docet doctor assumptionem panis & vini fieri ad corpus Christi, non per descensum corporis Christi de cælo, sicut illud Witleff, sed quia panis & vinum transit in corpus & sanguinem Christi. Nō dicit, vnitur corpori Christi, imò bene dicit ipsum vniri deitati, & specificat. Corp⁹, inquit, quod ex virgine sumpsit. Ita igitur adhuc habent panitæ quærere aliū patronū pro vnione sui panis ad corpus, quia hic non habent vnionē nisi corporis ad deitatem. Habet & Witleff excusare se penes Damascenū pro figuris, quia cum Damascen⁹ inuestigat istū modū, quo Dei verbū panē efficit corpus suū, dicit, Sicut per Spiritum sanctum ex sancta Dei genitrice carnē sibi, & in seipso substituit. Si ergo hoc vno modo hic, & ibi: si carnis tū figurā substituit sibi ex pane, carnis tatum figurā, & nō substātiā substituit sibi ex

virgine, quod est hæresis Manichæa. Si autem per hunc modū substituit sibi verbū ex virgine carnē secundum essentiā: hanc eandē substituet sibi ex pane. Et ratio, quia verbū Dei actiuū est, & omnipotēs. Modo tropici respectus Witleff actionē verbi nō terminat, scdm eū, est ergo essentia corporis in sua natura, quæ terminat actū verbi in conuersione sua. Quod itē eum recitat de carbone, idē est. Vnde ibidē dicit Damascenus. Carbonem vidit Esaias. Carbo autem lignum simplex non est, sed ignitū igni. Ita & panis communionis nō panis simplex est, sed vnitus diuinitati. Corpus autē vnitum diuinitati, non vna, ac eadem illi natura est, sed vna quidem corporis, vnita autē ei diuinitatis altera. Quare amborū simul non vna natura est, sed duæ. Hæc ille. AVTHOR. Frustrā hic lætantur isti tres panitæ, computato Witleff, super vocabulo panis, putantes esse panē cibarium. Sed quomodo ille vnitur deitati? & quomodo tunc non computat Damascenus tres naturas, panis scilicet corporis & diuinitatis, sed tantum duas separatim eas nominans, hinc corpus, hinc deitatem? Vna, inquit, corporis, vnita deitatis altera. Et subdit, Quare vtrorūque non vna natura, sed duæ. Vbi est ergo tertia panis, quam non numerauit ibidem? Sed ideò non simpliciter panis dixit, sed panis cōmunionis, intelligens corpus Christi: id eò statim dicto, quod nō panis simplex est, sine medio volat ad corpus. Corpus, inquit, vnitum deitati, nō vna natura est, &c. Et post vocat eam cōmunionem simpliciter. Quod autem dicit item de mente Dionysij. 3. cap. ecclesiasticæ Hierarchiæ vocantis illud sacramentum assumptionis: respondet breuiter Cæcellarius Ercla. non sic inueniri. Sed si talis litera esset, intelligeretur assumptionis ad deformitatē, quemadmodum Dionysius loqui solet: & iam supra dixit Damascenus. Vn alia litera, quā Lincolniensis exponit, vocat sacramentum ascensionis: quia per illud sacramentum ascendit aliquis dignè ad diuinam similitudinem. Quod autē assumit in partem suam, conuersionem Berægarij dicentis panem & vinum corpus & sanguinem dñi esse, & quod frangitur, & teritur dente sacerdotū, & hoc nō posse fieri sine corpore cōiuncto, arguit Cæcellarius, quærens, si intelligat hoc posito corpus Christi lacerrari in partes, ita quod vna separatur ab alia, sicut & partes per antè fierent, si esset ibi panis. Et tunc incidit in illud, quod vitare proposuit, quod corpus Christi in se teritur. Si autem per fractionem intelligat, quod corpus incipiat esse totū simul in diuersis locis sacramenti, tunc frustra

Atticus.

Idem.

frustrà ponitur ad hoc panis: quia sic posset sine pane per solas species qualitatis, & quantitatis, imò subiectum non frangitur nisi fractio ne quantitatis.

¶ Quòd panis transubstantiatur in corpus Christi secundum suam essentiam utroque, contra tam impanantes, quam tropicantes.

C A P. LXVII.

S V M M A.

- 1 Ambrosius, quid de conuersione panis in corpus Christi dicat, contra Witcleff, adducitur.
- 2 Virga in serpentem essentialis mutatio, & serpētis in uirgam.
- 3 Fluuialis aqua conuersa in sanguinem secundum suam essentiam.
- 4 Aquarum separatio ad Moysis uirga leuationem, atq; mutatio, q. non fuerit tropica.
- 5 Aquae de petra fluxio ad Moysis tactum, quòd non fuerit tropica, uel figuralis. Et multa alia ibi adducuntur, contra tropos Witcleff, & figuris.
- 6 Lanfrancus Ambrosium defendit contra Berengarium, & Witcleff.
- 7 Witcleff aduersus Isidorum obiectio diluitur.
- 8 Isidori dictum de conuersione substantiae panis in substantiam corporis Christi.



Quòd autem allegat Ambrosium, tenuiter hoc facit meticulous assertor, sciens forsàn quomodo in communicatoria sua sententia Augustinus & Ambrosius decreuerunt dicere, quòd non sit panis, qui in vētrem vadit. Insuper ne plurimum autoritatum mole prematur: ad dictum Ambrosij sibi oppositum, & Eusebij Emiseni. Ista, inquit, auctoritates non sunt contra nos, quia licet ponatur sic esse, nō tamen dicunt, quin aliter posset esse, & à Deo fieri. Vñ alium modū nō dicūt impossibilem. Reuera nec orthodoxi contra modum alium se opponunt, nec ecclesia alium modū contra Dei potentiam determinauit impossibilem. Quò fugis bone homo? Quis te tā procul iussit abire? Non bene moliris contra cōuersionem simplicem panis, quam solam ueram esse decernit ecclesia, quia possibilis est

alia. Aut quare non instas pro inlapidatione corporis Christi, aut inasinatione eius, sicut pro impanatione, nisi intelligas impanationē ueram de inesse? Certè inlapidationem eius concedimus ita ueram de possibili modo diuino. Sed quod subiungit, audiamus. Ex abūdanti autem dici potest, quòd dicta sanctorū nō tenent, nisi quatenus se fundent in scriptura canonica. Iam audimus quid dicat. Hæc est utiq; responsio Witcleff consimiliter. Si autē staret iste modus dicendi, inutilis esset probatio, quam Augustinus contra aberrantes assumpsit, uocans in testes contra Iulianum, cōtra Donatistas, concors testimonium patrum à temporibus Apostolorum per successiones episcoporum usq; ad dies suos. Et hoc dixit esse fidem catholicam, & si non ipsum expresse canonica contineret. Aliter quis conuincere poterat Arium de fide consubstantialitatis: quod uerbum ipse negauit, quia in scripturis nō fuit? Ipsi patres dixerunt rem eius scripturis inesse, ipse negauit. Sed concordi fide præsentium & præteritorum patrum conuictus fuit, quam usquequaq; vitare non potuit. Vnde de lib. 2. super Prouerbia. textu, Vade contra uirum stultum & nescit. Beda. Ideò derisor, sapientiam, quam quærit, non inuenit: quia & si apertè contra illius stultitiam disputādo incedas, nescit intelligere quæ dicis: ut Ari⁹, qui uerbum consubstantialitatis in patre & filio, nusquam scripturarum inueniri posse contēdebat, cum ei manifestè scriptum obiceretur, Ego & pater unum sumus: & Deus erat uerbum, & cætera talia. Hæc ille. A V T H O R. Hæc reputo fidem animatam, hic per fideles in uia, & per sanctos in patria, multoq; ueriores scripturam canonicam, quam contentam in scheda. Attamen uideamus sanctos patres qualiter se fundent in scriptura, & producamus eos contra Witcleff, & omnes panificos uero passu. Producamus, inquam, eos, si forte ponant, quod iam tenet ecclesia, conuersionem, scilicet, naturæ panis, & transubstantiationem eius in corpus Christi purè, non tropicè. Quo contra Witcleff dicit in de Apostasia. cap. 14. quòd Deus, & sacerdos suus efficiunt hoc sacramentum, & faciūt ipsum esse corpus Christi, non identicè, sed tropicè: sed non faciunt ipsum corpus. Et sic factio terminatur ad hoc esse corpus Christi, quod est respectuum, & ualde salubre fidelibus. Hæc ille. A V T H O R. Sic non malè dixi totiens arguendo, q. totum opus operatum in consecratione Dei nostri, est solus respectus tropicus iuxta Witcleff. & hanc consecrationem in tropum uocat ipse transub

V Witcleff.

Beda

V Witcleff.

transubstantiationem modo suo. sicut declarat se in tractatu de confessione ca. 1. uocans hanc transubstantiationem imperceptibilem, & inutilem. Et concludit tādē, quòd omnis conuersio sua dicit aliquam factionem: sic q. natura conuersi sit accidentaliter de nouo, quod, uel cuiusmodi prius non fuerat. Hæc Witcleff. A V T H O R. Videtis quā inuoluntarius sit fateri conuersionem simplicem essentiae uel naturæ cum ecclesia & fide. Audiamus sanctum patrem Ambrosium: quem Witcleff cap. 39. de sermone domini in monte, sicut & ceteri panitæ uocant in testem. Vi deamusq; quid ipse sentiat de cōuersione huiusmodi, si sit essentialis, an accidentalis, & tropica, ut isti confingunt. Is sanctus pater libro suo de mysterijs. Quantis (inquit) utimur exemplis, ut probemus hoc non esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremq; vim esse benedictionis, quā natura, quia benedictione etiam ipsa natura mutatur. A V T H O R. Primò omnium notetur, quid in tot exemplis sanctus iste pater ad probandum assumit: nec putet quisquam iā loqui sanctum Ambrosium, sed totam præscā illam ecclesiam una uoce fidem suam exprimere per instrumentum Ambrosij. Hoc enim loquitur, quod tempore suo generaliter credebatur. Assumit, dicit probandum hoc nō esse sacramentum corporis & sanguinis, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit. In hoc uero uerbo saucium uuln⁹ Witcleff accepit: & omnes panitæ cum eo, qui dicunt sacramentum naturaliter esse panem. Et hunc ergo natura formauit, quem non in panem naturæ benedictio consecrauit. Et qualiter probat? quia maior est uirtus benedictionis, quā naturæ. Dicit quidem Ethnicus ille 7. Physico. uirtutem esse actum perfecti in dispositione ad maximum, & idcirco non alteratiū dici: ergo uirtus ipsa benedictionis si sit maior uel naturæ: sed natura formatrix formauit corporis essentiam: ergo uis benedictionis formabit ibi essentiam corporis: non alterabit panem tantum ut accidentaliter fiat corpus. Procedat Ambrosius in exemplis. Virgā tenebat Moyses, proiecit eam, facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in uirgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam serpentis & uirgæ? A V T H O R. Hæc mutatio non fuit accidentaliter uirgam fieri serpentem secundum quandam tropum, nec econtrariò serpens refectus est tropica uirga, sed essentialis uirga secundum naturam, essentialis

Ambrosius

Idem.

quoq; secundum naturam suam uiuam, & reptilem. Ergo si reducemus exempla ad propositum, nec panis fiet tropicè, sed naturaliter secundum essentiam corpus uiuum: & id ipsum corpus, quod spiritus sanctus repente formauit in utero uirginis: quā perfectè formasset ipsum natura propagatione consueta cum ordine temporis. Sicut item per manum Moysi perfectum edidit foetum serpentis. Vnde. 7. su per Genesim ad literā, cap. 16. Augustinus. Nō ne (inquit) certis dierum numeris suo cuiq; generi accommodatis omnis natura serpentium coalescit, formatur, nascitur, roboratur? Nunquid expectati sunt hi dies, ut in draconē uirga conuerteretur de manu Moysi & Aaron? Nec ista cū fiunt, contra naturam fiūt: nisi uobis, quibus aliter naturæ cursus innotuit: non autem Dei, cui hoc est natura, quod fecerit. Hæc ille. A V T H O R. Ergo ille perfectus draco fact⁹ est subito per prophetica gratiam, quæ formaretur aliter per naturam, si cursum propagandi serpentes expectaret ordine temporis, & dierum. Ergo bene comparauit Ambrosius conuersionem panis in corpus Christi, ut sit non quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit. Quod natura formauit in uirga, fuit uirga tantum: quod benedictio consecrauit, fuit serpens tantum, non uirga, quæ olim. Ergo quod natura formauit in pane, fuit panis: sed panis tantum: & quod benedictio consecrauit, erat corpus uiuum, & nō panis grossus secundum essentiam. Item Ambrosius. Currebant in Aegypti flumina puro aquarum meatu: subito de fontium uenis sanguis cœpit erūpere: non erat potus in fluuijs. Rursus ad prophetæ preces cruor cessauit, flumini aquarum natura remeauit. A V T H O R. Hic autem conuersio rei secundum suam essentiam ducitur in exemplum. Fluuialis enim aqua conuertebatur in sanguinem, non accidentaliter, ut tu dicis in tropum, sed in substantiam sanguinis. Sic item uinum secundum substantiam conuertitur in Christi sanguinem secundum suam substantiam: nec ibi simul aqua & sanguis: nec hic in sacramento simul uinum & sanguis uel naturalis uel tropicus. Bene prouisa sibi exempla per ordinem conuersionis, scilicet uirgæ in serpētē, pro conuersione panis in carnem in cruce exaltatam. Et exemplū sequitur conuersionis aquæ in sanguinē, pro conuersione uini quondā aquæ traductæ per uenas uitis in sanguinem saluatoris. Deinceps sequuntur exempla mutationis naturalium proprietatum, Ambrosius. Circumclusus fuit vndiq; populus Hebræorum, hinc Aegyptijs valla

Augusti.

Ambrosius

Ambrosius

vallatus, inde mari clausus: virgā leuauit Moy ses, separauit se aqua, & in murorū speciē con gelauit, atque inter vndas via pedestris appa ruit. Iordanis retrorsum cōuersus cōtra natu rā in sui fontis reuertit exordiū. Nonne claret naturā, vel maritimorū fluctuum, vel fluuialis cursus esse mutatum? A V T H O R. Attende quid concludit, nō mutationem aliquam tro picam, vel accidentis per accidens, sed aquæ secundum suam naturam labilis in essentiam firmitatis: & aquæ secundum naturam procli ues iam esse cōtra retrogradā. Istæ sunt vtriusq; aquæ proprietates perseicæ. Ita paries acciden tium in venerabili sacramento efficitur per se constās, qui subiecto solebat semper illabi: & impetus declinationis eius suspenditur, donec sacra Christi caro sine madidatione accidētis circumflui ab ore Christiani transfuehatur ad litora paradisi. Nec est stupor maior accidens per se subsistere, quā aquā à sua labilitate su spēdere. Proprietates vtriusq; est labilitas aquæ, inhæsiō accidentis. Sequitur *Ambrosius*. Sitie bat ꝑ populꝑ: petrā tetigit Moyses, & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter naturā ope rata est gratia: vt aquam vomeret petra, quam non habebat ex natura? Mara fluuius ama rissimus erat: vt sitiens populus bibere nō pos set. Misit Moyses lignum in aquā: & amaritu dinem suam aquarū natura deposuit, quā infu sa subitō gratiā tēperauit. A V T H O R. Nat ure ecce petra per gratiam conuersa est: vt ait Psal mista, in fontes aquarum: nō in respectus tropicos, vel fontes figurales. Sed nec petratio nem fontium vel assumptionem rupis in vni tatem suppositi aquæ hic obtinet impana tor. Amaritudo quoq; in dulcedinem est con uersa: qualitas in qualitātē, natura in naturam: & huic pereunti de subiecto, illa succedit. *Ambrosius*. Sub Eliseo propheta vni ex filiis pro phetarū excussum est ferrum de securi, & sta timmersum est. Rogauit Eliseum, qui amife rat ferrū. Misit etiam Eliseus lignū in aquam, & ferrū natauit. Vtiq; & hoc præter naturam factū cognoscimus. Grauior enim est ferri spe cies, quā aquarū liquor. Aduertimꝑ ergo ma iorem esse gratiā, quā naturam, & adhuc ta men prophetiæ benedictionis numeramꝑ gra tiā. A V T H O R. Et hic itē absolutas qualitates, grauitatē. s. leuitate cōpensat. nec est enim hæc figuralis conuersio, nec assumptio, sed natura rum cōmutatio, gratia triumphante. Aduerti mus ergo (inquit) maiorē esse gratiā, quā natu ram. Et tandē inducens conuersionem sacra mentalem, gratia cuius omnes prædictas cōpa ratiōes assumpfit, inquit. Quod si tātū valuit hu

mana benedictio, vt naturā cōuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi ver ba ipsa dñi saluatoris operatur? Nā sacramen tum istud quod accipis, Christi sermone con ficitur. Hæc *Ambrosius*. A V T H O R. Hic iam videat *Witcleff* si benelibravit sermones *Ambrosij*: volens ex eius autoritate probare pa nē sic esse corpus Christi, vt tamen non cōuer tat in illū secundū essentiā, sed secundū tropū, & finaliter remanere panē. Ecce ad istas cōuer siones *Ambrosij* nos misit: quarū nulla est cō uersio, nulla assumptio in vnitātē figuræ vel tropū, sed plena cōuersio secundū essentiam, priore essentia nō manēte. Vnde dicit, qd si tan tū valuit humana benedictio, vt naturā cōuer teret. Et supra dixit: qd benedictione etiā natu ra ipsa mutatur: nō per accidens, sed in aliā na turā per substantiā, sicut exēpla concludūt. Ec semp annectit, qd potior est gratia, quā natu ra. Ad quid? vt si naturalis serpens sit melior quā respectus, melior sanguis naturalis, me lior firmitas secundū essentiā, melior aqua, melior leuitas, melior dulcedo, quālibet res melior secundū essentiā, quā secundū figurā: sic etiā corpus Chri melius in natura, quā in figura præcisa. Sed potior est gratia diuinæ cō uersionis, quā virtꝑ naturæ operātis: ergo di uina cōsecratio cōuertit istas essentias in præ cisas essentias corporis & sanguinis, non in re spectus: sicut nec priores naturas conuertit, vt peiores essent per operationē diuinā, quā fuerāt per naturā. Magister vester *Berengariꝑ* dirē, sed dignē increpatus erat propter hanc ipsam conuersionem *Ambrosij* per *Lanfran cum*. lib. de corpore & sanguine domini. *Berengarius* enim ait. Per consecrationem alta ris fiunt panis & vinum sacramentum religio nis, non vt definant esse quæ erant: sed vt sint, quæ erant, & in aliud commutentur: quod di cit beatus *Ambrosius* in libro de sacramentis. Hæc *Berengarius*. A V T H O R. Videte quā sibi conueniūt *Witcleff*, & iste magister eius: quāquā cupiat videri diuersus ab eo. cap. 5. de Eucharistia dicēs, qd ponat *Berengarius* corpus Chri tantū præsens in signo. Ipse dicit realiter ibi præsens: sed realitatem ipsam nunquā sciet exprimere quid sit vltra signum vel virtutem accidentalem. Et qd dicit corpus Christi reali ter esse præsens: quia per signum: adhuc nihil addidit in re vltra signum. Et reuera magister eius hoc item addidit, & dicit panem & vinum post consecrationem solummodo corpus & sanguinem domini esse, sed sophisticē semper vt in signo. Vnde conuersionem essentialē vterque negat, & ad partem suam vterque tra

xii

Lanfran.

6 xit *Ambrosium*. Sed ꝑ respondet vtrique *Lan francus*. O mentem amentem! ô hominem im prudenter mentientem! ô puniendam teme ritate! *Ambrosium* testem accire præsumis, quod panis & vinum altaris per consecratio nem non desinunt esse quod erant, sed cōmu tantur in aliud quod non erant? Et quidem si de sacramentis, seu de cæteris, de quibus *Ambrosius* scripsit, omnes reuoluas libros, quos ecclesia in vsu nunc habet, tale aliquid ab *Ambrosio* dictum, taliterque expositum nus quam reperire valebis. Quod si dixisset, præ clarissimæ famæ suæ plurimum detraxisset, si sibi ipsi contrarius extitisset, rem incredibilem credendam esse constituisset. Quis enim compos sui credat rem aliquam cōuertī in aliam, nec tamen in ea parte desinere esse quod erat? Sed veritas ipsa, quæ Deus est, procul semper auertat, vt testis veritatis contra veritatem testis existat. Accipe potius quid in libro de mysteriis dicat. Volens enim discrepantiam ostendere inter manna Iudæorum, & sacri ficium Christianorum per hoc videlicet, quod illud vmbra & figura erat: hoc vero lux & veritas: illud è cælo: hoc corpus domini cælo ram: ne tantam elementorum in tantarum re rum conuersionem mens credere humana re fugeret, subiunxit, dicens. Quantis igitur vti mur exēplis, vt probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio cōsecre uit: maioremq; vim esse benedictionis, quā naturæ, quia benedictione etiā natura ipsa mu tatur. Panē vinumq; à natura formari, nullus est qui ambigat, nullus qui nesciat: de quorū vera in verū corpus domini conuersione non oportere dubitari, manifestis ostendit exem plis, congruis per similia asserit argumentis: narrans in primis Moyfi virgā in serpentē ver sam: deinde serpentē in virgā: post hæc aquas in sanguinem mutatas: dehinc sanguinem re measse in aquas: pluraq; in hunc modum. Ad vltimum præmissō illo magno ac singulari miraculo de partu virginis, inquit, Et hoc, qd conficimus, corpus ex virgine est. Et ne natu ram potentia diuinæ præponeres, quasi non possit Deus cuiuslibet rei mutare naturam, oc currit, dicens. Quid hic quæris naturæ ordi nem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus Iesus partus ex virgine? Hæc ille. A V T H O R. Erubescat *Witcleff*, nec attollat vultum in conspectu magni *Lanfran ci*, qui eius vsque ad perenne silentium euicit magistrum. Quid iam dicit cum respectibus suis, & tropis in Christi corpore: nec tantum putat operari dominum, quantum concedit

7 elinguem operari naturam: sed natura faciet vinum secundum substantiam, Christus san guinem respectuum: Sed dicit: sanguis tamen Christi secundum figuram excedit vini natu ram. Quid mihi de magnificatione tropi tui? sed si creasset Deus serpentem solum tropi cum ex virga proiecta, nonne multo imper fectiorem fecisset illum, quā natura formans verum serpentem in substantia? Ergo si per Dei potentiam caro solum tropica in sacra mento conficitur: substantiali carne agni ab oue producti longè erit inferior. Et *Ambrosius* semper dicit, qd potior est gratia, quā na tura. Potentia cognoscitur per actum, & actus per effectum: melior ergo necesse erit effectus operantis gratia, quā natura. Obicit ꝑ ta men *Witcleff*, quia *Isidorus*. in sermone ponit *Isidorus*. exemplū de conuersione infidelis in fidelem, quæ videtur esse cōuersio per accidēs, non per totam essentiam. & incipit sermo, Magnitudo cælestium. vbi, Te ipsum (inquit) iam regeneratus interroga: dudum alienus à vita, peregrinus à misericordia, à salutis via intrinsecus mortuus exulabas: subitō initiatus Christi legibus, & salutaribus mysteriis innouatus, in corpus ecclesiæ, non viuendo, sed credendo: & de filio perditionis adoptiuus Dei fieri oc cident. *Isidorus*. Sicut ergo si ne corporali sensu præterita vilitate depolita subitō nouam indutus es dignitatem: & sicut hoc, quod in te Deus læsa curauit, infecta diluit, maculata deterfit, non oculis, sed sensibus tuis sunt credita: ita & cum reuerendum alta re salutari cibo potuque reficiendus ascendis, sacrum Dei corpus & sanguinem fide respi ce, honore mirare. Hæc ille. A V T H O R. Malè sibi conscius arripit istud telum docto ris vesanus *Witcleff*: quod si bene torqueatur, vulnerat iacentem. quāquā non per omnia exempla rebus cōueniant. Sic enim pro bat sanctus pater *Dionysius*, sacer verè philo sophus, quod figura dissimilis euentius ve ritatem demonstrat, quātō per similitudinem & non veritatē esse se probat. tertio cap. ange licæ hierarchiæ. Super quo *Hugo*. Illa enim si gna euidētiorē demōstrationē habent, quæ & per similitudinem, qua appropinquant ve ritati, ipsam veritatem manifestant: & per dis similitudinem, qua elongant à veritate, se non esse veritatem, sed signa tantum, & imaginem veritatis demonstrant. Hæc ille. A V T H O R. Veruntamen ad tantum proficit exemplum, vt fidē conuersionis roboret, quā iste infirma re conatur. Nā formam vnā abiiciendā specifi cat, & aliā assumendam: formā abiiciendā vo cat, & aliā assumendam: formā abiiciendā vo

Q 2 cat

Ambrosius

Ambrosius

Ambrosius

eat pristinam vilitatē, lesionem, & maculam: formam assumendam, dignitatem nouam appellat: & translationem ab vna in aliam dicit filiationem Dei, & incorporationem ecclesie à filio perditionis. Compara iam translationem panis in corpus Christi, & cogere per exemplum dicere, quòd sicut in conuersione de filio perditionis in filium adoptiuū, de præterita vilitate in nouam dignitatem, de læsione ad curationē, de infectione ad abluionē, de macula ad deterfionem: prius aufertur filiatio perditionis, pristina vilitas, læsio, infectio, atque macula: ne maneant simul cum filiatione Dei, noua dignitate, curatione, abluione, & deterfione: ita in reuerendo altari, panis ita conuertitur in substantiam corporis Christi, vt nihil eius remaneat: sicut nec quicquam de filiatione perditionis remanet cum filiatione Dei. Vnde in fine sermonis reuersus ad comparationem eiusdem exempli *Isidorus*. Sicut ¶ (inquit) quicumque ad finem veniens ante verba baptismi adhuc in vinculo veteris est debiti, his verò commemoratis, mox exiit omni fæce peccati: ita quando benedicendæ verbis cælestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequam inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis & vini: post verba autem Christi, corpus est & sanguis Christi. Quid autem mirū est, si ea, quæ verbo potuit creare, verbo possit creata conuertere? Hæc ille. A V T H O R. Per hoc, quæ recitat vinculum veteris debiti exuendum per sacra verba, & substantiam panis & vini item per sacra verba, sic corpus Christi futuram: patet eum velle conuersionem substantiæ panis cum omni exuitione sui in substantiam corporis Christi, sicut fit exuio plenaria à vinculo veteris debiti. Ita etiā libro quarto de sacramentis *Ambrosius*. Tu ipse (inquit) eras, sed eras vetus creatura: postquam consecratus es, noua creatura esse cœpisti. Vis scire quoniam noua creatura? Omnis (inquit *Apostolus*) est Christo noua creatura. Hæc ille. A V T H O R. Sicut ergo vetus creatura post consecrationem non remanet, sed noua tantum: ita nec panis vetus, sed tantum nouus manet in hostia. Noli arguere mihi de conuersione accidentali in vna consecratione sicut in alia. Nec concludas mihi remanentiam prioris essentia in vna, vt in alia. Non enim exempla doctorum sunt paria vtrouique. Sed plane comparant hanc conuersionem accidentalem ad conuersionem illam secundum substantiā: sicut hic *Isidorus*. Ante inuocationem summi nominis (inquit) substantia illic est pa-

nis & vini: post verba autem Christi, corpus est & sanguis Christi. Quid autem substantiam panis diceret, nisi vellet illā secundum seipsam substantiā in corpus Christi trāsferri? Et item quæ verba illa consecrationis sunt effectiua, sicut fuit verbum, quo creata sunt omnia? Ad hoc item de conuersione substantiali currit, quod in eodem sermone frequenter assumit idem *Isidorus*. Quanta itaq; & quā celebranda beneficia vis diuinæ benedictionis operetur, attende. Et vt tibi nouum & impossibile non debeat videri, quod in Christi substantiam terrena & mortalia commutantur, te ipsum in terroga. Hæc ille. A V T H O R. Vide, quod mortalia ista. i. corruptibilia panis & vinum commutantur in substantiam Christi, non in dignitatem aliquā figuralem. Et iam supra, quod substantia panis & vini erit corpus Christi. Ergo conuersio ista erit mutua secundum substantias vtriusq; extremi, non accidentia respectiua. Vnde pro desitione panis secundum substantiam propriam, subiūgit idem. Si forte panis esum esurientibus apponeremus, non ex toto perueniret ad singulos: quia particulatim, & minutatim portionem suam vnusquisq; præsumeret: de hoc verò pane cum assumitur, nihil minus habent singuli, quā vnuerfi. Totum vnus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt: quia benedictio huius sacramenti scit distribui, nescit distributione consumi. Hæc *Isidorus* secundum ipsum. A V T H O R. Mihi tamen videtur plus sequenda decretorum autoritas: quæ in de consecratione dicit eum *Eusebiū Emisenum*. Et ita *Paschasius* in libro de corpore domini. Hic ergo esum cōsumptibilis panis remouet à sacramento: & solum panem à Deo multiplicatum sic ad centum, vt ad vnum ibi concedit, qui nescit distributione consumi.

Quòd in conuersione ista per celebri non est adnihilatio, vel destructio materiæ præiacentis.

C A P. LXVIII

S V M M A.

1 *Materiæ præiacentis quòd non fiat adnihilatio, uel destructio in conuersione per celebri panis in corpus*

- in corpus Christi uerum, sanctorum & doctorum autoritatibus contra *Witcleff* ostenditur.
- 2 *Dei filius, quæ una proprietate à creaturis omnibus separetur, ex Augustino.*
- 3 *Mutationes quatuor describuntur à Guimundo. Et plura de hoc ibi.*
- 4 *Animum in corpus conuerti posse.*
- 5 *Sacramentum Eucharistiæ, quòd sit uerum corpus Christi secundum essentiam, secundum exteriorem uerò figuram accidens sensibile, quod apparet.*



Onuersio ista solennis sicut peccata diiudicat, quæ nihil faciunt homines: ita fugit procul adnihilationes, & destructio nes hæreticas: quas *Witcleff* mendaci lingua nescio quotiens imputat orthodoxis. Primo de sermone domini in monte capit. 40. vbi latius arguens. Iuxta (inquit) istam hæresim panis & vinum adnihilarentur: quod foret seuerissimum miraculum sacerdotibus regulariter ascribendum. Quæ ergo foret causa, quare Christus destrueret istas substantias vsque ad nihilum virtute suæ benedictionis? nulla videtur ratio, nisi vt blasphemè dicatur ipsum esse Deum malum Manichæorum. Nec possunt illi hæretici istam adnihilationem subterfugere: quia vt habent seminare sua mendacia, consequenter Deus potest adnihilare vtranque istam materialem substantiam, seruando accidens, pascens sensum illum irrationabilem sicut prius. Hæc *Witcleff*. A V T H O R. Totus iste processus proteruiam exprimit malignantis, non sententiam arguentis. Nam aliàs in tractatu suo de vniuersalibus. capit. 13. confitetur planè contrarium, quòd orthodoxi negant panem & vinum adnihilari in consecratione corporis domini. Sed tamen malignatur in causa, eo (inquit) quòd conuertuntur in accidentia. Adhuc rectifices quòd distortū est, & dicas, quia conuertuntur in substantias meliores, scilicet in corpus & sanguinem saluatoris: & nūquid tunc fiunt nihil? Aut si penes te tantillum valent, imò nihil valent corpus & sanguis Christi, vt cum ipsa fiant panis & vinum, penitus nihil fiant? Sed hoc à te petit ecclesia: qua ratione adnihilationem intrudis huic conuersioni celeberrimæ? Fortè quia dicis ibi. Quia cum nulla pars alterius istarum substantiarum seruetur in corpore vel in sanguine do-

mini: relinquitur quòd sit vtriusque istius substantiæ adnihilatio. A V T H O R. Falle- ris, si vtraque substantia sit aliquid in corpore domini: & aliquid non dico æquè bonum, sed multò melius, quā fuit in se. Aut nunquid forma substantialis corporis viui & sensibilis vxor is Loth fuit adnihilata, quando in formam statuæ vertebatur? aut forma serpentis, quando vertebatur in formam virgæ? Et tamen vtraque forma relicta, est forma conuersa deterior. Vbi ergo conuersio est in excellentius aliquid, vt si homo conuerteretur in angelum, quis sanus capite dicere posset istum adnihilari, nō potius creari, vel perfici? Hac enim de causa lib. 4. de sacramentis dixit *Ambrosius*. Si ¶ tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Hæc ille. A V T H O R. Propter hoc dicit, ne conuersio ista putetur esse de nihilo, vel in nihilum: sed ab aliquo in aliquid, scilicet à pane præexistente in corpus item quod præfuit. Nec panis in de fit nihil: sicut nec corpus Christi ex ista conuersione fit aliquid: sed panis ipse fit aliquid, quod antè non erat, sine omni detrimento sui esse simpliciter, & melioratione inastimanda omnis suæ totalis & partialis essentia. Sic enim tutum fecit *Ambrosium* à maxillis *Berengarij* libro. 3. de corpore & sanguine domini *Guimundus*. Hoc (inquiens) diligenter nota: quia non dixit, vt sint quod erant: sed ea quæ erant (inquit) sint: sed aliud sint quā erant. Quod videtur sentire cū subiungit. Et in aliud commutentur. tanquam suam cōparationem explicaret sic. Si sermo domini Iesu operatus est, vt inciperent esse quæ non erant. i. ex nihilo: quanto magis operatorius est vt sint quæ erant. i. vt sint ista. i. corpus & sanguis, ex eis quæ erant, nō ex nihilo? Aliter enim comparatio ista retè intelligi non potest. Quæ igitur erant. i. panis & vinum, sunt: sed non sunt quod erant, sed in aliud commutata. Et hoc est, quod ait, Vt sint quæ erant. & ita sint, vt non in se sint, sed in aliud commutentur. Hæc ille. A V T H O R. Et ratificat eādem comparationem in sermone sæpe dicto, qui incipit, Magnitudo celestium, *Anselmus*, dicens. Benedicendæ verbis cælestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur. antequam inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis & vini: post verba autem Christi, corpus est & sanguis Christi. Quid autem mirum est, si ea, quæ verbo potuit creare, verbo possit creata conuertere? Imò iam minoris videtur esse miraculi, si id, quod

Isidorus.

Ambrosius.

Ambrosius.

Guimundus.

Anselmus aut, Eusebius.

id, quod ex nihilo agnoscitur condidisse, iam conditum, in melius valeat commutare. Hæc ille. AVTHOR. Vtrobique doctor iste declarat Ambrosiū. Quia quod Ambrosius dixit, vt sint quæ erant, iste dicit, iam creata cōuer-ti. Et quod Ambrosius arguit à potiori posse dominū cōuertere aliquid in aliquid: quia po-tuit ex nihilo condere aliquid: iste confirmat dicens secundū minoris esse miraculi: addens item minus esse, q̄ iam conditū, in melius va-leat immutare. Quia si hoc cōcluderet pro cō-uerfione alicuius modi accidentis, sine causa fumpfit initiū arguēdi conuerfionē à substan-tia panis. Antequam consecrentur (inquiens) substantia illic est panis & vini: post verba, cor-pus Christi est. Quasi dicat, non amplius sub-stantia panis: sed multo melius corpus Chri-sti. Etiam si multo melius, ergo magis bonum: & per consequens magis ens, & magis aliquid. qualiter ergo nihil? Et quantum ad robur ar-gumenti sui cum dicit: quia cum nulla pars al-terius illarum substantiarum feruatur in cor-pore vel in sanguine domini, relinquitur q̄ sit vtriusq; substantiæ adnihilatio. Sicut norunt logici si ratio ista cōcludat, dato opposito con-sequentis, dabitur antecedentis propositionis oppositum, q̄ scilicet nullatenus erit adnihila-tio: si altera illarum partium feruaretur in cor-pore. Quod patet: quoniam non sequitur, po-sito casu gratia argumenti, q̄ Deus illum pan-em & vinū vere adnihilat, & post horam re-creet, & tandē conseruet ea, qualitercunq; ad-uerfario nro videri posset esse possibile in cor-pore & sanguine saluatoris: ecce iā vtraq; pars substantialis vtriusq; substantiæ feruatur in cor-pore & sanguine domini: & tamen vtraq; se-cundum vtranq; partē fuit adnihilata simpli-citer. Idcirco circūspectius addidisset, q̄ pru-dentes addunt scholastici: rē adnihilatam esse dicētes, si sic penitus intereat, vt merē nihil exi-stat, nihilq; relinquat suæ propriæ essentia in vltimo adnihilatiōis articulo: sicut natura spe-cifica hominis sufficienter adnihilatur per ad-nihilationem suæ differentia vltimæ: si tamen non transferatur in alienam substantiam: sed sic fiat nihil, vt fuit nihil priusquam condeba-tur in specie. Qualiter videtur velle beatus Au-gustinus. libro contra Felicianum in prima par-te. vbi dicit. Dixit f̄ inquam de filio, cum à creaturæ definitione discernere, quoniam is non ex eo, quod nō est, in id, quod est. Quod tale est, ac si dicerem: nō ex nihilo factum est: & propterea nunquā in id, quod nō est, ex eo quod est. i. nunquā in nihilū, ex ipso quod est, naturæ suæ proprietate soluendus est. Creatu-

ra verò ex eo, quod non est, in id, qd̄ est. Quo ostenditur: quia ex nihilo prolata est. Et pro-pterea quantum ad se attinet ex eo, quod est, in eo, q̄ quod non est. i. in nihilū, nisi perpetua gr̄a fecerit, naturæ suæ qualitate vertēda est. Ergo nusquā non erit filius, qui substācialiter doce-tur esse perpetu⁹, & hoc vt pote propriē à cō-ditione omnium creaturarū, quæ per ipsum fa-ctæ sunt, nō iniuria noscitur separandus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Dei filius hac vna pro-prietate à creaturis omnib⁹ separatur: quia cæ-teræ creaturæ sicut processerunt ex nihilo, ita in omnino nihil, nisi gratia tenerentur, excide-rent. Quā itē dictionē Augustini sumit præ ma-nibus. libr. 1. de corpore & sanguine dñi Guimūdo. dicens. Quatuor f̄ nouimus rerū muta-tiones substātiuas, siue efficiētias, quas nobis scriptura diuina cōmendat. Vnā, qua de omni-no nihilo in id, quod sunt, facta sunt omnia. Al-teram huic contrariam, quam tamen si experi-mento non ita scimus, ratione tamen colligi-mus, qua videlicet de eo quod sunt, quantum in ipsis est, redire ad nihilum possunt. Sequitur. Ita deniq; beatus Augustinus contra Felicia-num. Creatura (inquit) ex nihilo creata est: & propterea quantum ad se pertinet, ex eo quod est, in id, quod non est. i. in nihilum, nisi perpe-tua gratia fecerit, naturæ suæ qualitate verten-da est: quauis de accidentibus singulis, quæ superuenientibus aliis cedunt, non appareat verē posse aliud dici, quam quod omnino ni-hil sunt. Nam si aliquid essent, in subiecto es-sent. Et de reliquis infra. Tertiam autem mu-tationē solēniter cernimus, qua videlicet sub-stantiæ in eas, quæ nō erant substātiæ, vel na-turali vsu, vel per miracula transeunt, sicut nu-cleus in arborē, semen in herbā, esca & potus in carnem & sanguinem, vel sicut virga in ser-pentem, serpens in virgam, & cetera huiusmo-di. Quarta verò mutatio est, qua id, quod est, transit in id, quod nihilomin⁹ est, sicut panem & vinum virtute diuina in corpus Christi pro-priū singulari quadā potentia credimus com-mutari. Hæc ille. AVTHOR. Ita ergo iux-ta istum scriptorem catholicum sententia Au-gustini hoc docet fideles credere: quod omnis creatura sit in omnino nihil vertibilis: quia in suum exordium sunt omnia prona reuerti. Et quid si Witcleuista proteruiat non ex hoc se qui, q̄ Deus posset huiusmodi creaturam ad nihilum vertere, quando omnes illius sectæ credunt, quod Deus de omnipotētia sua non potuit impedire pulicem, quæ paulo ante me pupugit? Carnaliter sapiētes sunt isti tam gros-si & animales philosophi. Guimūdo videtur, quod

Guimūdo Mutatiōes quatuor.

quod Deus nō solūm hoc potest: sed itē, q̄ in accidētibus multis hoc efficit. Et philosophia recta hoc ex p̄missis cōcludet: eo q̄ motiū, & mobile relatiuē dicuntur. 3. physicorū. Qua-ritercunq; ergo creatura est secundum essen-tiā mobilis: taliter primus motor sufficit eam mouere. ergo si sit de se adnihilabilis, & ten-dens ad non esse, virtus primi motoris potest supplere tendentiam. Item si rectē confidere-tur ordo entium, totum prædicamentū passio-nis præsupponit genus actionis. Aliās esset signare passiuum, quod à nullo agente posset sic pati. Vnde & 9. metaphysicæ. Potētia pas-siua est principium transmūtandi ab alio vt aliud est. ergo cuiuscunq; potētiæ passiuæ qua-ritercunq; est passibilis correspondet actiuum determinatum. Confirmatio huius, ex hoc, q̄ ideo in regno animæ comperto, quod esset in tellectus ibi passibilis, quod esset omnia fieri, deuenerunt omnes philosophi in intellectum agētem, quod est omnia facere supple actu in tellecta. Ex quibus omnibus liquet, si dāda sit talis potētia aptitudinalis, quæ sit de suę qua-litate naturæ in purē nihil vertibilis, Deus po-est eam in id, quo declinat, aptitudo illa diuer-tere. Vnde aut assit ei aptitudo illa, qua de se creatura vergit in nihilum supra docuit Au-gustinus, quod eam traxit à conditione suæ originis: quia, scilicet, ex nihilo cōdita est: ideo quantum de se est, finaliter tendit in nihilum. secundum illud Ecclesiastes. Oritur sol, & oc-cidit, & ad locum suū reuertitur, & ad locū, vn-de exeunt flumina, reuertitur. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Nec est ista no-uelle assumptio, quam Augustinus adduxit. Quicquid ex nihilo est, in nihil mutari potest: imò quasi esset naturalis animi cōceptio, cun-ctis penē nouellis & fenib⁹ in professione hu-ius veritatis, hoc primò venit in mentem. Vn-de finali cap. sui apologetici vet⁹ pater Tertul-lianus. Considera te ipsum homo, & fidem rei inuenies: recogita quid fueris antequam esses, vtique nihil. Meminisses enim si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idē ni-hil factus cum esse desieris, cur non possis rur-sus esse de nihilo eiusdem ipsius authoris vo-luntate, qui te voluit esse de nihilo? Quid non tibi eueniet? Qui non eras, factus es: & cum ite-rum non eris, fies. Redde, si potes, rationē, qua factus es: & tunc require, qua fies. Et tamen vtique facilius fies, quam fuisti aliquādo: quia æquē non difficile factus es, quod nunquam fuisti aliquando. Sequitur. Vbicunque resolu-tus fueris, quæcunque te materia destruxerit, hauserit, aboleuerit, in nihilū prodegerit, red-

Tertullia.

det te. Eius est nihilum ipsum, cuius & totum. Hæc ille. AVTHOR. Non ista detego in robur adnihilationis possibilibus, ideo vt adnihilationem aliquam in præclarissima illa cor-poris Christi consecratione concedam: imò nego illam ibi de facto cū omni fide ecclesiæ: sed vt conatum superbi Witcleff in tanto-rum patrum autoritate cōfringam, qui tam procaciter negat eam possibilem creatori: si cut in primo libro, suo loco deduxi. Et idcir-cò subsannat fideles, & cachinnando deri-det eos, quia colunt Deum adnihilationis. Ec-ce sanctus Augustinus coluit Deum adnihila-re potentem. Et antiquus pater Tertullianus in hac illi fide consentiens, dixit eius esse ni-hilum ipsum, cuius & totum. ergo Deus est ni-hili, qui colitur Deus totius, hoc sensu: quia cuius erat potētiæ de nihilo totum facere, eius-dem est in nihil totum redigere. Verūtamen quis eum non deridet scripturarum peritus, cum sic arguit contra conuerfionem transub-stantiationis egregiæ eo loco, quo iam supra? Non est (inquiens) fundabile in grammatica, vel scriptura, quod ista substantiæ conuertun-tur in corpus & sanguinem domini nostri Ie-su Christi: nisi eius partes aliqua remaneret, vt patet de vxore conuersa in statuum, & de hominibus conuersis in viros iustos: quod in ista materia multum appretiat Isidorus. Se-quitur. Quia Deus non est author adnihilatio-nis, sed constructionis. Hæc Witcleff. AV-THOR. Multa dixit hic, propter quæ di-gnus esset verbere ferulæ. Primò, quod remit-tat conuerfionem istam transcendētem homi-nes nisi fide purgatos fundandam in grāmati-ca. Secundò, quod tam ceruicose præsumit in diuina secreta, vt indubitāter affirmet partem materialem remansisse, non versam in conuer-sione vxoris. Qualiter hoc ei innotuit? Ex quo authore hoc sentit? An non satis faciliē fuit auctori Deo, si voluit, totam foeminā in totam statuum commutare? maxime secun-dum materialem partem: quæ si sine conuer-sione, vel additione remaneret in statua: quo-modo materia decuplo minor, quia rarior in carne foeminæ posset tanta moles fieri, & tam densa in statua, si fuerit quantitatis æqualis? Si ad ampliandum addita est materia alia, vn-de hoc? Aut quæ res est corrupta, vt sub no-uelle forma statua eius materia locaretur? Et tunc non sola vxor conuersa est in statuum, sed æquē res illa, quæ secundum suam mate-riam est iam in statuum resoluta. Si autem nō mouearis de statua, mouearis saltem de ossē conuerso in foeminam. Et dic qualiter iuxta

Augusti.

philosophia tuae principia gracile os hominis possit seruata primordiali sua materia & nulla addita, tot ossa, similis forsan densitatis, molis, & substantia, & totam compagem carnis, & membrorum, quantuncumque, rarefactum efficere. Nam si rarefactiones tuas adduxeris, nihil proficis, cum tot ossa mulieris secundum suas densitates non possent ex vno tantillo offese prodire. Tertio item culpandus est Wicleff: quia tam inculte terminos conuersionis assignat: dicens de hominibus conuersis in viros iustos secundum Isidorum, de iniustis dixisset, si philosophus fuisset, aut de seruis, aut filiis irae conuersis in iustos liberos, aut haeredes gratia: sicut plane deduxi iam supra sanctum habere doctorem. Credendo (inquit) transisti: & de filio perditionis, ad optiuus Dei fieri occulta puritate meruisti. Nunquid aliqua pars filiationis perditionis remanet iam in filio adoptiuo, eo quod forma eius est terminus conuersionis illius? Certum est quod non. Nec tunc esset vera conuersio secundum fidem, si aliquid remaneret facis antiquae. Idcirco dicit consequenter idem Isidorus, vel magis Eusebius. Cum ipse atque idem esses, multo alter fidei processibus extitisti: in exteriori nihil additum est: & totum in interiore mutatum est. Haec ille. A V T H O R. Ecce totum in interiore mutatum est, quia totum conuersum est: & secundum hoc alter iam est, non secundum hoc, quod idem ipse est: ergo ex ea parte, qua conuertitur, alterum est: nec esset totum mutatum in terminis, nisi esset totum conuersum, & nihil remaneret antiquum. Cur ergo si panis totus fit corpus Christi, remanet ei aliquid non conuersum? Hanc sententiam plulchre confirmat sequens passum praedictum Eusebij venerabilis pater Fulbertus, ad Adeodatum, dicens. Dubitari etenim nefas est, ad cuius nutum cuncta repente ex nihilo substiterunt, si pari potentia in spiritualibus sacramentis terrena materia naturae & generis sui meritum transcendens in Christi substantiam commutetur, cum ipse dicat, Hoc est corpus meum. & paulo post, Hic est sanguis meus. Sed hanc Dei possibilitatem existimatio humana non capit, nisi te ipsum, quicumque es, discutias: qualiter de massa perditionis factus es in populum acquisitionis, & de vasis irae prodisti vas misericordiae: ut qui paulo ante fueras alienus a vita, peregrinus a venia, subito initiatus Christi legibus, & salutaribus mysteriis innouatus, in corpus ecclesiae non naturae privilegio, sed fidei pretio transiisti. Nullo molis corporeae additamento, te ipso maior factus es, sed inuisibilis

quantitatis augmento. In exterioribus idem ipse: in interioribus longe alter es. Sicque de seruo filius effectus, praeterita vilitate deposita, nouam subito induisti dignitatem. Haec ille. A V T H O R. Hic doctor quasi compilator effectus prioris Eusebij, vel Isidorifecundum te, satis ostendit, quid intelligit pater noster: & de seruo, dicit filium effectum, & de massa perditionis, populum acquisitionis: & de vase irae, vas misericordiae. Et hoc totum dicit in interioribus factum esse, vbi totum mutatum est: nihil autem in exterioribus, vbi idem ipse est. Ergo vides quauis similitudo non sit par omnino, tamen conuersio penes id fumitur, quod omnino non remanet. Et sic videtur sibi probasse assumptum: quod terrena materia transcendens naturae & generis sui meritum in Christi substantiam commutatur: cum dicat, Hoc est corpus meum. Non destruitur ergo, non ad nihilatur, si transcendat totam naturam suam & genus. Nec tamen manet secundum suam substantiam, nec vertitur in figuram, sed in Christi (inquit) substantiam commutatur. Et sic probant esse verba Christi dicentia, Hoc est corpus meum. Nusquam enim in destructione rei vere dicitur, quod hoc est, nec tamen remanet hoc in se vel aliquo sui, si sit merè corpus meum. Et liquere potest hoc idem, supposito casu Augustini, quod anima conuertatur in corpus, libro de immortalitate animae versus finem. vbi Augustinus. Videri (inquit) cuiuspiam potest, neque in iuria, id effectum esse ratiocinatione hac, ut animus ad nihilum peruenire non possit, conuerti autem in corpus forsitan possit. Si enim quod erat ante animus, corpus fuerit effectum, non utique omnino non erit. Haec ille. A V T H O R. Quod Augustinus videtur extenuando Dei potentiam in hoc libro negare ad nihilationem esse possibilem: ut animam per diuinam potentiam transubstantiandam in corpus, non est summopere attendendum: quoniam hunc librum fecit nodum Christianus, necdum sacris literis eruditus: ideo multa in eo contra fidem scripturae decernit, nesciens Angelos animis potiores, aut alia quaeque, ut ipse de se dicit in libro retractationum. Summus autem casus eius tanquam possibilem, quod, scilicet, animus conuertatur in corpus, qui tamen non potest in nihil conuerti: ista necessarium est conuersio secundum essentiam, & non tropum. Iam quaeritur, si aliquid eius remaneat non conuersum? Si sic, ergo est diuisibile in partes: si non, quare non destruitur, & ad nihilatur, Wicleff edicat. Augustinus vero hoc

hoc res illa ratione remouet. Si enim quod erat ante animus, corpus fuerit effectum, non utique omnino non erit, inquit. Et cur hoc? Quia & si deterius aliquid erit, non tamen omnino non erit: sed aliquid valde bonum, quia corpus erit. multo magis si corpus ex toto sui fieret animus, iam non destruitur, eo quod nihil sui, quod fuit, permanet, quia multo melius aliquid fiet. Cur ergo destruitur panis, vel materialis eius essentia, quando vel corpus suum ipsum efficit, vel eius materia gloriosam? Aut nunquid Deus hoc efficiendo ipsum perficit, non destruit? Sed ideo psalmista ad Deum de Wicleffis conqueritur. Quae perfecisti (inquit) destruxerunt. i. destructa dixerunt. Reuera autem ipsi Christi corpus & sanguinem destruxerunt, Apostolo contra monente, Non li (inquit) propter escam destruere corpore Dei. Roman. 14. Propter escam enim panis vilis cibarij destruit Wicleff opus ingentis miraculi, expellens, & semouens corpus Christi. Nunc eat Wicleff toruo ore, & labijs arcuatis, clamans voce horrida in cunctis penè angulis opusculorum suorum, quod benedictiones nostrae sint horridae, & maledictiones acceptanda: quia benedictiones nostrae, ut dicit nos concedere, vergunt usque ad communem consumptionem panis & vini, quae taliter benedicimus. & inde verificatum de nobis illud Malachie, Maledicam benedictionibus vestris. & illud, Maledicet illi, & tu benedices. dicat nos destruere substantias, dicat ad nihilare, dicat sacramentum nostrum accidens peius stercore ratoris, dicat peius veneno. Blasphemet ecclesiam fingere & multiplicare sibi miracula transubstantiationis, multiplicationis, conseruationis accidentium, & huiusmodi, vltra quam Christus potuit: nolo ipsi claudere os flammum. Qui in sordibus est, sordescat adhuc, donec veniat sponsum cum ventilabro in manu sua. Tunc enim conscientiarum inspector fidelium plane notum faciet, quomodo calumniose haec omnia fingit sibi haeticus: & quia catholicus nullum horum dicit, quauis asserat panem & vinum virtute verborum caelestium in corpus & sanguinem Christi essentia transmutata conuerti, nunquid hoc est ea omnia destrui, vel consumi? Dicimus quod sacramentum esse verum corpus Christi secundum substantiam: secundum exteriorem vero figuram accidens sensibile, quod apparet. Dicimus venerabile sacramentum nostrum omni corpore melius: quia corpus Christi: & inde melius pane eius: & item corpore eius tropice respectiuo. Quid dico? sustineamus in

hoc res illa ratione remouet. Si enim quod erat ante animus, corpus fuerit effectum, non utique omnino non erit, inquit. Et cur hoc? Quia & si deterius aliquid erit, non tamen omnino non erit: sed aliquid valde bonum, quia corpus erit. multo magis si corpus ex toto sui fieret animus, iam non destruitur, eo quod nihil sui, quod fuit, permanet, quia multo melius aliquid fiet. Cur ergo destruitur panis, vel materialis eius essentia, quando vel corpus suum ipsum efficit, vel eius materia gloriosam? Aut nunquid Deus hoc efficiendo ipsum perficit, non destruit? Sed ideo psalmista ad Deum de Wicleffis conqueritur. Quae perfecisti (inquit) destruxerunt. i. destructa dixerunt. Reuera autem ipsi Christi corpus & sanguinem destruxerunt, Apostolo contra monente, Non li (inquit) propter escam destruere corpore Dei. Roman. 14. Propter escam enim panis vilis cibarij destruit Wicleff opus ingentis miraculi, expellens, & semouens corpus Christi. Nunc eat Wicleff toruo ore, & labijs arcuatis, clamans voce horrida in cunctis penè angulis opusculorum suorum, quod benedictiones nostrae sint horridae, & maledictiones acceptanda: quia benedictiones nostrae, ut dicit nos concedere, vergunt usque ad communem consumptionem panis & vini, quae taliter benedicimus. & inde verificatum de nobis illud Malachie, Maledicam benedictionibus vestris. & illud, Maledicet illi, & tu benedices. dicat nos destruere substantias, dicat ad nihilare, dicat sacramentum nostrum accidens peius stercore ratoris, dicat peius veneno. Blasphemet ecclesiam fingere & multiplicare sibi miracula transubstantiationis, multiplicationis, conseruationis accidentium, & huiusmodi, vltra quam Christus potuit: nolo ipsi claudere os flammum. Qui in sordibus est, sordescat adhuc, donec veniat sponsum cum ventilabro in manu sua. Tunc enim conscientiarum inspector fidelium plane notum faciet, quomodo calumniose haec omnia fingit sibi haeticus: & quia catholicus nullum horum dicit, quauis asserat panem & vinum virtute verborum caelestium in corpus & sanguinem Christi essentia transmutata conuerti, nunquid hoc est ea omnia destrui, vel consumi? Dicimus quod sacramentum esse verum corpus Christi secundum substantiam: secundum exteriorem vero figuram accidens sensibile, quod apparet. Dicimus venerabile sacramentum nostrum omni corpore melius: quia corpus Christi: & inde melius pane eius: & item corpore eius tropice respectiuo. Quid dico? sustineamus in

Quod materia prima panis non destruitur, sed per transubstantiationem Christi perficitur, & transit in melius.

C A P. LXIX.

S V M M A.

- 1 Materia prima panis quod non destruitur, sed per transubstantiationem Christi perficitur, & transit in melius.
- 2 Christi sermo quomodo sit potens uniuersa conuertere ostenditur ex Ambrosio.
- 3 Mundus iste unde plus dependeat subiectiue, iuxta Augustinum.
- 4 Responso ad argumentum Wicleff, probantis materiam non posse conuerti. etc. Et quid de hoc dicant Ambrosius, Augustinus, & Bernardus.



Olet autē anxie noster Witcleff contra conuerſionē prædictā catholicæ cōmunionis pro destructione materiæ primæ, quæ prius subfuit formæ panis. in tractatu de cōfessionē

Witcleff.

ne. cap. primo. Inutile est quia per effectiōnē suam, vt falsē inquit, panis destruitur: imō materia prima, quæ est fundamentum naturæ, secundū se totam definit esse: ac si Deus in mundi principio materiam crearet superfluum: vel aliter pro sacerdotibus Antichristi discipulis materiam primam creauit in mundi principio, vt ex ea blasphemē, & irrationaliter consecrent corpus Christi, & postmodum sine causa miraculosē ipsam adnihilent.

Idem. Hæc Witcleff. Item de apostasia capit. 9. Vt fingitur quādocunq; Magog celebrat, tollit, destruit, & corrumpit partem essentialē primæ materiæ, quam Deus creauerat. Hæc Witcleff. A V T H O R. Quod iste imponit ecclesiæ, falsum est. Quod autem deducit, est possibile. Nam pro primo statim adest libro de moribus Manichæorum citò post principium

Augustin.

Augustinus. Mutantur quædam in meliora: & propterea tendunt ad esse. Nec dicantur ita mutatione peruerti, sed reuerti, atq; conuerſi. Hæc ille. A V T H O R. Nescis ꝑ ergo fidelem logicam ecclesiæ, aut filij eius Augustini, quando dicis panem, aut eius materialem essentialē destrui: quia conuertitur, aut reuertitur in meliorem essentialē corporis Christi, aut eius materiæ glorioſæ. Quantum autem ad id, quod deducis, est Deo satis possibile. Sed ne contendamus pro termino, notādum primò, qd non ita vitur Witcleff termino materialis essentialē, sicut Augustinus, & orthodoxi: ipse enim intelligit materiam illam simpliciter primā: vel aliquā citrà, secundū qd componit cum substantiali forma. Augustinus autem dicit materialem essentialē, substantiam habentem materiam componentem se: sicut corpus Christi vocat materialem essentialē eandem secundū essentialē in sacramento, quæ in cælo, secundū recitatum Paschalij & Anselmij in corpore & sanguine domini: & Yvonis in epistola ad Haymericum Aquitanensem. Vbi dicit *Augustinus*. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis: neq; bibaturi illum sanguinem, quē effusuri sunt, qui me crucifigent. Et post pauca. Ipsum quidem, & non ipsum. Ipsum quidem, materiali essentialē: non ipsum, visibili forma. Hæc ille. A V T H O R. Vbi corpus Christi materialem essentialē omnino identicē vocat: verūtamē illam

Augusti.

primā materiā cum primaria etiam forma cōponente substantiam panis, dicit, & tenet ecclesia catholica conuerſi in substantiam corporis Christi translatione totius in totum sine sui destructione quacunq; , quod iste calumniosē proclamat, & cum melioratione essentialē. Hanc antiquā fidem sanctorū patrū, & diu ante Innocentium tertium, quem Witcleff infestat pro viribus, doctam, & Apostolis creditā nullus, qui ipsorū libros attētē legit, ignorat. Ecce in sermone sepe dicto Emiseni Eusebij, qui incipit, Magnitudo caelestium. in fine, dicit *Eusebius*. Nec dubitet quisquā primarias creaturas nutu potentia, presentia maiestatis in dominici corporis transire posse naturam: cum ipsum hominem videat artificio caelestis misericordie Christi corpus effectum. Hæc ille. A V T H O R. Jam suprà ipsas visibiles creaturas panis & vini secundū se totas docuit conuerſas esse in substantiam corporis & sanguinis Christi Iesu. At ne dubitatio remaneret de partib; , qualiter possent esse vertibiles, sine quarum conuerſione nec conuerteretur totum, iam hoc soluit in fine, quod etiam ipse primariæ creaturæ nutu potentia verbi non dubium (inquit) in dominici corporis possent transire naturam. Non dicit in figuram. Et totum dixit conuerſi in substantiam. Natura autem ex. 5. metaphysicæ potest dici de materia, & forma, & composito ex his. At si ponas offendiculum in exemplo doctoris de homine facti corpus Christi, iam illud exposuimus suprà. Et iterum audi Ambrosium hoc ipsum testantē: & non prætereat te eius exemplum libro. 4. de sacramento. vbi. Accipe ꝑ (inquit) quemadmodum sermo Christi creaturam omnem mutare consueuerat: & mutat

Eusebius.

2

quando vult instituta naturæ. Quomodo requies, accipe. Et primò omnium de generatione eius sumamus exemplum. Consuetudo est, vt non generetur homo, nisi ex viro, & muliere, & consuetudine coniugali: sed quia voluit dominus, qui hoc elegit sacramentum, de spiritu sancto, & de virgine natus est Chrs: hoc est mediator Dei & hominū homo Chrs Iesus. Vides ergo quia contra instituta naturæ, & ordinē, homo est natus ex virgine. Hæc ille. A V T H O R. Hic habes primò sub termino generali, quia sermo Christi creaturam omnē mutare consueuerat. & bene post *Ambrosius*. Audi dicentem: accipite, & edite ex eo omnes: hoc est enim corpus meum. Et ante verba Chri, calix est vini & aque plenus: vbi verba Chri operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus

Ambrosius.

Idem.

neribus potēs est sermo Christi vniuersa conuertere. Hæc ille. A V T H O R. Ecce Christi sermo potens est vniuersa conuertere: ergo tam materiam, quàm formā, & cōpositum. Si enim quando vult, mutat instituta naturæ, cur non fundamentum naturæ? Et hic habes, qd sermo Christi est efficaciter cōuersiuus in ore presbyteri. Vbi (inquit) Christi verba operata fuerint, ibi sanguis efficitur: non figuratur, nec tropicus sanguis, sed qui plebem redemit. Et quid? certē calix vini plenus, qui fuit ante verba Chri. Ergo calix vini puri per verba Christi efficitur Christi sanguis purus, non typicus. Quomodo hoc contra ius naturæ? sicut Christus homo verus non typicus natus ex virgine. Videtis quàm feliciter, quàmq; faciliter cuncta fidem sequatur ecclesiæ. Non oportet hic geminare aduerbia, non extendere tropos, non sepelire conceptus. Verū non faciliter transeundū est verbū illud Ambrosij, qd in hac consecratione potens est sermo Chri vniuersa cōuertere: sicut & creaturam omnē mutare consueuerat, & mutat, quando vult, instituta naturæ. hoc enim Ambrosij respōdet plenissimē ad argumentū fortissimū Witcleff cōtra conuerſionis possibilitatem huius suæ materialis essentialē. cap. 9. de apostasia. Magnificatur (inquit) Chro potestas Gog & Magog, qd impossibile est suum presbyterū celebrare, nisi corrupendo mundū antiquum, quē Deus creauit: nec mirū, quia immutat leges naturæ in sui contrarium. Nā iste mundus secundū si deles philosophos depēdet, vt à partib; essentialibus à tota essentialē suæ materiæ & toto genere spirituum perpetuorum: sed vt fingitur, quādocunq; Magog celebrat, tollit, destruit, & corrumpit partem essentialē primæ materiæ, quam Deus creauerat. ergo cōclusio. Hæc Witcleff. A V T H O R. Hæc est schola Witcleuistica somniata inter atomos Leucippi, & aggregationes chimerinas Anaxagoræ. 3 Nos ꝑ autem dicimus mundum istum plus depēdere subiectiuē ex pulchra dispositione vniuersi per species perpetuas, à primo supposito im mortali & incorruptibili, vsque ad infimum suppositum, vel formam substantialem quantuncunq; statim corruptibilem, cū connexionibus, & legibus, quas eis voluntas conditoris instituit, quàm à tota illa informi materia, quam tu tanta laude coronas materialis essentialē. Quia plus habet vnumquodq; tale entitatis & bonitatis, secundū qd plus approximat diuinę creatrici essentialē. secundū illud 12. confessionum *Augustini*. Verum est enim domine, seculle te cælum & terram, & verū est

Augustin.

esse principium sapientiam tuam, in qua fecisti omnia: verum est, qd mundus iste visibilis habet magnas partes suas, cælum, & terram breui cōplexione factarū omniū cōditarūq; naturarum. Hæc ille. A V T H O R. Tu dicis fideles philosophos, sed non exprimis. Nos audiamus vnum, de quo non dubitemus esse fidelem philosophū *Augustinum*. 12. cōfessionum cap. 8. vbi dicit. Tu enim domine fecisti mundum de materia informi, quàm fecisti de nulla re penē nullam rem, vnde faceres magnam quē miramur filij hominum? Sequitur. Terra, inquam, ipsa, quam feceras, informis materies erat, quia inuisibilis erat, & in composita, & tenebræ super abyssum. De qua terra inuisibili & in composita, de qua informitate, de quo penē nihilo faceres hæc omnia, quibus iste mirabilis mundus cōstat, & non cōstat, in quo ipsa mutabilitas apparet, quia rerū mutationibus fiunt tempora, dum variatur, & vertuntur specie, quarum materies prædicta est terra inuisibilis. Hæc ille. A V T H O R. Ecce iuxta philosophum Augustinum totus iste mundus mutabilis depēdet ab his omnibus, quibus cōstat, & non cōstat, quæ sunt per conditionem futura: quia omnia Deus fecit ex illo penē nihilo primordiali. f. materia, quam *Augustinus*. semper vocat penē nihil. vt infrā. cap. 15. Hoc penē nihil, in quantum nō omnino nihil erat, ab illo vtiq; erat, à quo est quicquid est. Hæc ille. A V T H O R. Hanc ergo materialem essentialē postponit Augustin⁹ omni formæ, & rei formatæ, quāuis corruptibili. vnde infrā. cap. 22. Informem quidem istam materiam nō negamus ab eo factam Deo, à quo sunt omnia bona valde. Quia sicut dicimus amplius bonum esse, quod creatum, atque formatum est: ita fatemur minus bonum esse, quod factū est creabile, atq; formabile, sed tamen bonum. Et in de vera religiōe cap. 36. Illud, quod in comparatione perfectorum informe dicitur, si habet aliquid formæ, quāuis exiguum, quāuis inchoatum, nondum est nihil. Nam & quod nondum formatū est, tamen aliquo modo vt formari possit, inchoatum est, Dei formabile est beneficio. Bonum est enim esse formatum: nonnullum ergo bonum est & capacitas formæ. Hæc ille. A V T H O R. Non enim vacat ad omne verbum eius impingere. Sed hæc dico, tum propter sequentia, tum ad elidendum indispositionē mūdi, quam iste perse inuenit, vt eam rem, quæ penē nihil est, præponat eis rebus, & formis, quæ per hoc amplioris boni sunt, quia formatæ sunt: & eas formas quia corruptibiles sunt, vocat essentialē mundi acci-

Augusti.

Augustin.

Idem.

di accidentales: vt cum nolit esse in hac parte theologus cum Augustino & ecclesia, saltem cum Aristotele sit philosophus: qui. 5. metaphisicæ dicit materiam non esse naturam, nisi quia recipit naturam, quæ est forma, quæ est substantialis natura, & finis in toto generationis processu. Sed vocet, si vult, indifferenter naturam, materiam illam primordiale, sic & formam, sic & ex his compositum: sic item quod ab his pullulat, vel emanat, sicut ramus ab arbore, aut fructus à fronde. Quolibet istorum modorum si vult exponat *Ambrosium* dicentem vt supra in principio omnium exemplorum. Quantis igitur vtimur exemplis, vt probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit: **AUTHOR.** Negatio quæ præcedit nomen naturæ, si vim faciat, tollit naturam. Naturam materiam, formam natura formauit. Non ergo est in sacramento natura primordialis materiam: naturamque formam similiter: natura quoque suppositi panis, aut aliter pullulantis substantiam, quæ libet talis dicitur: hoc est quod natura formauit in pane. Iam tamen verò ad substantiam argumenti eius probantis materiam non posse conuerti, quia non potest corrumpi: & quod non potest corrumpi, quia hoc esset immutare leges naturæ in sui contrarium, & iuxta philosophum primò de cælo, mundus ponitur constare ex omni materia sua possibili. Planum est quomodo nugæ istæ delentur vno illo verbo *Ambrosij*, quod Deus quando vult, & vt vult, mutat instituta naturæ: nec debent tales contra Deum præscribere, quod non possit contrà facere, quia sic fecit: nisi sint de secta *Witcleff*, qui aniose sustinet hunc errorem, quod Deus, nec aliud, nec aliter potest facere, quam vt fecit. Quos redarguit Augustinus æquaminiter. 21. de ciuitate Dei cap. 10. dicentes non posse naturam humanam ardere perpetuo: quia aliter est natura corporum instituta. Contra quos subdit infra idem *Augusti*. Non (inquiens) de notitia naturarum caliginem sibi faciant infideles: quasi non possit in aliqua re diuinitus fieri aliud, quam in eius natura per humanam suam experientiam cognouerunt, quauis & ipsa, quæ in rerum natura omnibus nota sunt, non minus mira sint, essentque stupenda considerantibus cunctis, si solerent homines mirari mira nisi rara. Sequitur post. Habent etiã aliud: quod nunc possit ostendi eis, quæ puto debere sufficere: quomodo moneantur, cum aliquid aduertirint in aliqua institutione naturæ, eamque sibi notissimam fecerint: non se in Deo debere præscribere, quasi etiam non possit in longe aliud,

quam eis cognita est, vertere, atque mutare. Terra Sodomorum non fuit ita vt nunc est, sed iacebat simili ceteris facie: eademque vel etiã vberiori fecunditate pollebat. Nam Dei paradiso in diuinis eloquiis comparata est. Hæc postea quam de cælo tacta est, sicut illorum quoque restatur historia, & nunc ab eis, qui veniunt ad loca illa, conspicitur, prodigiosa fuligine horrore esse: & poma eius interiori fauillam mendacis superficie maturitatis includunt. Ecce non erat talis, & talis est. Ecce à conditore naturarum, natura eius in hanc fecidissimam diuersitatem mirabili mutatione conuersa est: & quod post tam longum accidit tempus, tam longo tempore perseuerat. Sicut ergo non fuit impossibile Deo, quas voluit instituere, sic ei non est impossibile in quod voluerit, quas instituit, mutare naturas. Hæc ille. **AUTHOR.** Ergo si non est impossibile Deo mutare materiam in asinum, sicut has potuit creare naturas, multo magis non erit ipsi difficile materiam in coæuam sibi materiam transmutare. viciniore enim sunt & naturæ consymbolæ. Item si difficultas erit conuertere naturas propter suas essentias: ergo vbi est essentia intensiue maior, minus cito conuertitur. Iam vt dicit Augustinus, in tota latitudine materialis essentiam, nulla est minor primaria materia illa, quæ est penè nihil: ergo illa citissime conuertetur in aliam substantiam. Prima aqua conuersa est in vinum: & virga in serpentem transubstantialiter, eadem tamen essentia permanente pura materiali substantia remota: sed formis perfectioribus cum suis suppositis destructis, vt dicit cap. 14. de apostasia. sed forma est actus & perfectio totius materiam: ergo à potiori tota illa materialis essentia relicta, potest sic transubstantiari. Fiat ergo continua talis transubstantiatio vsque ad nudam materiam primam: & cum omnes materiam priores fuerunt essentialiores ipsa, & plus habentes de esse, & remotiores à nihilo secundum Augustinum hic supra: ergo ipsa potest sic transubstantiari transubstantiatione prædicta virgæ, & vini. Quid ergo remanebit ipsi tunc essentiam, hoc quæro? Aqua enim transubstantiata in vinum, perdidit esse formale, & suppositale aquæ: sed, vt tu dicitis, remanet ipsi essentia indestructa, puta materia. Transubstantiata autem primordiali essentia materiam primam, quid remanebit tunc? Nec potest ipsam priuilegiare plus ceteris. dicente hic supra generaliter Augustino: quod sicut non fuit impossibile Deo quas voluit instituere, sic ei non est impossibile in quod voluerit, quas voluerit,

Sodomorum terra.

luerit, mutare naturas. Itæ quod dicit ibidem: quod essentia originalis aquæ transubstantiata in vinum, mansit, aduersatur Hymno per celebri, vbi canitur, Vinumque iussa fundere, mutauit vnda originem. Non ergo sola vltima forma, quam tu dicitis accidentalem naturam, in illa conuersione mutatur, sed tota essentia eius ab origine. O quam repugnantem sententiam *Witcleff* contexit. 14. de apostasia, quod conuersio dicit rei remanentiam: & alibi idem de mutatione, cum ratio non percipit, quod res, quæ conuertitur, secundum hoc maneat non mutata. Vnde Aristoteles ideo. 5. metaphisicæ dicit materiam intransmutabilem, & immutatam, quia manet. cap. de natura. Ecce philosophum, quem nec fides retinet, nec natura. Istæ rationes, & plures eius modi cogunt fateri fidelem, materiam primam posse conuerti secundum omnem suam essentiam, & in sacramento altaris nec sine substantiali conuersione manere. Vnde & libro tertio super cantica capit. 7. tractans hunc textum, iste formosus in stola sua, *Bernardus*. Ne memineris (inquit) priorum: noua ego facio. Quid magis nouum, quam quod in mysterio dominici corporis mutatur materiam, & species seruat? Pristina manet forma: sed noua gratia, quia noua substantia: noua quidem, non in se, sed in huiusmodi specie. Nouum planè, quod carnis dominicæ substantia in aliena specie sumpta, sanctificationem virtutis animæ confert, & spiritualem mundat substantiam in mysterio altaris immaculata caro. Nouum quidem, & supra reliquorum vsum sacramentorum, quod non modo sanctificationis noua gratia datur, sed substantia naturalis mutatur. Nam per sacramenti benedictionem accipit oblatus panis hanc ineffabilem mutationem: & ex mystica consecratione, & verbi viuentis copulatione, hæc viuifica gratia in carnem Christi redundat. Caro enim non prodest quicquam: sed spiritus, qui viuificat, sacrosanctæ carni conferens in solenni sacramento spiritualem efficaciam ad viuificandos tanti participes mysterij. Formosus ergo in stola, hoc est in carne sua, sed multo formosior in assumpto spiritu, qui vtique carne præstantior, quia verbo viciniore. Hæc ille. **AUTHOR.** Attende mi *Witcleff* quid singulatim ait *Bernardus*: qui quauis de nouo millenario fuerit post Christum, crede tamen, quod de fide scripturæ, & antiquorum patrum fuit plus te certus, & non plus te inuidus. Quibus suppositis, verum est quod dixit, quod in sacramento dominici cor-

poris mutatur materiam, non remanet, sed species seruat exterior. Vis scire quid intendit signare ibi? accidens sine subiecto. Quia pristina manet forma, scilicet accidentalis: sed noua fit substantia corporis Christi. Si dicas per glossam tuam ordinariam, illa substantia manet principaliter, non sic alia: nec pristina forma panis hac lege manet principaliter. Quomodo ergo pristina panis forma manet, & panis non manet, cum ex his principalior extat panis? Sed ideo subsequitur *Bernardus*, dicens, quod substantia naturalis mutatur, quam vtique exprimens nominatim, per sacramenti benedictionem (inquit) accipit oblatus panis hanc ineffabilem mutationem. Miror ergo, quo dolore insensatus *Witcleff* exuritur decisionem causans materiam, quæ minimum quid habet bonitatis, aut entitatis in substantiis: & formas nobiles substantiales, quæ longè in perfectione excedunt, puta, sensitiuam serpentis, vegetatiuam, & sensitiuam vxoris formam: itaque elementarem aquæ, destructas fatetur, & tacet, hominemque secundum totam penè speciem, quæ paulominus distat ab Angelis in perfectione specifica, quam copiose destructam cernit in diluuiio: & inde non luget, si exilem eius materiam viderit conseruari. O quam diues foret iste collector rerum, si in litore maris rubri datum esset cum Aegyptiis propinquorum suorum inuenire cadauera, non nudas materias sine sensu.

*

¶ Qualiter *Witcleff* sophisticat de conuersione, & transubstantiatione. Sed quæ est transubstantialis conuersione secundum fidem ecclesiæ.

C A P. L X X.

S V M M A.

- 1 Transubstantiationis et conuersionis nomina quomodo peruertat *Witcleff* in suum sensum hereticum.
- 2 *Witcleff* quomodo mætiatur in *Ambrosium*, quod nolit per conuersionem panis in corpus Christi, mutari panis naturam.

Witcleff

Ambrosius

4

Augusti

- 3 Witcleff conuersio recensetur. Et eiusdem consuetudo, ex Augustino, Chrysostomo, Casiodoro, Hilario, Lanfranco. &c.
 4 Eucharistiae transubstantiatio quae secundum fidem ecclesiae. Et de multiplici rerum conuersione iuxta sanctorum patrum sanctiones.



Ransubstantiationis & conuersionis nomina puerit Witcleff in sensum suum hereticum, contra suam institutionem primaeuam à patribus.

Et modo Arianorum, qui (vt scribit Casiodorus in historia tripartita) confundentes uocabula Dei filij, vni geniti, primo geniti, & similia, semper haeresim suam texerunt in termino statuto per fideles: in nulloque potuerunt ab orthodoxis discerni, quouique ventum esset ad consubstantialitatis uocabulum. Quod cum tollere cunctis uiribus niterentur, sed incassum se cernerent laborare, quia plus semper inualuit apud sanctos patres, & fidelissimos christianos uirtus fidei, quam cernebant in termino: tandem & ipsi acquieuerunt haeretici, ponentes, & scribentes uocabulum consubstantialitatis, exponentes ipsum ad conformitatem similitudinis cuiusquam, non ad identitatem substantiae, sicut intellexit ecclesia. libro. 7. historiae tripartitae cap. 9.

Casiodo.

fic dicens. Profitemur sequentes magnum orthodoxumque concilium, consubstantialem esse patri filium. Et sic non intelligimus consubstantialem sicuti dudum quidam exposuerunt non uere scribentes: & alij illos uocantes patres, uirtutem sermonis respuunt: & sequuntur eos, qui per consubstantialitatem similitudinem significatam esse scripserunt: eo quod nulli reliquarum creaturarum per eum factarum similis sit filius, sed tantummodo patri. Sed qui haec exponunt, creaturarum praecipuam Dei filium impiè dogmatizant. Nos itaque sapimus sicut etiam concilia nuper Romae, & in Gallis celebrata unam esse eandemque substantiam patris, & filij, & spiritus sancti in tribus personis, quod in tribus perfectis subsistentiis. Hec ille. A V T H O R. Ita fmodò Witcleff terminum, transubstantiationis, conatur reuertere, sicut illi terminum consubstantialitatis. Dicitque esse conuersionem substantiae in similitudinem uel conformitatem, aut appellationem substantiae, sicut Ariani dicebant consubstantialitatem similitudinis paritatem. Et sic omnes dictiones patrum, quas ad exprimendum fidem eucharistiae ecclesia Christi inuenit accommodas, ipse sibi assumit: sed confundit assumptas

conceptu suo æquiouoco, concedens corpus Christi conuersionem panis, imò & accidens sine subiecto, & ablationem panis modo suo, & omnia penè nobiscum concedens, & quasi transfigurans se in filium lucis secundum terminos: sed remanet tamen acer hereticus secundum substantiam intellectus. Proiicit enim coloquintidas amaras in ollam pulmenti catholici, quae tunc latere non possunt, cum docti ecclesiae filij prophetarum gustantes decoctionem infectam, Mors in olla proclament.

Witcleff.

Libro de eucharistia capit. 4. Sanctus (inquit) Ambrosius non intendit dicere, quod panis iste fiat identice corpus Christi, sed quod fiat eius figura efficax modo praedicto. Et sic conuersione illa non destruit naturam panis, nec mutat naturam corporis inducendo in materiam aliam quidditatem: sed facit praesentiam Christi corporis, & tollit principalitatem panis. Sequitur. Et de ista mirabili, & miraculosa conuersione debet presbyter contentari. Hec Witcleff. A V T H O R. Iam supra producebatur Ambrosius cum suis exemplis, dicens semper, quod benedictione etiam ipsa natura mutatur: natura serpentis in uirgam, aquae in sanguinem. & concludit idè de pane in corpus, dicens, Quod si tantum ualuit humana benedictio, ut naturam couerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina, ubi

2 uerba ipsa domini saluatoris operantur? Et ad huc non pudet haeticum plane mentiri in Ambrosium, quod nolit per conuersionem illam mutari naturam, inducendo in materiam aliam quidditatem. Si natura serpentis mutabatur in uirgam, & aquae in sanguinem, & (ut tu dicis) seruata materia, nunquid alia quidditas est inducta in materiam sic mutatam? Quam frontosus est iste mendax in sanctum! Sed de istis satis plane supra processimus. Sed quod panis fiat figura muta corporis Christi, haec est magna conuersio sua, haec transubstantiatio alti miraculi. Sed nescit tamen probare istam conuersionem esse tantam opere domini, sicut fuit serpentis in uirgam opere Moyfi: quia secunda est realis in realem substantiam secundum essentiam. Prima est tantum tropica figuraliter figuralis secundum respectum. Conuersio etiam hominis peccatoris terminatur ad iustitiam positiuam, & gratiam Dei gratificantem, quae multo melior est in natura, & uerioris efficaciae ad salutem, quam tropus, aut respectus figuralis: qui nec sufficit gratificare quicumque: quia caro illa respectiua non prodest quicquam secundum Witcleff. Quomodo ergo saluabit Ambrosium, uolentem semper, quod benedictio eucharistiae per uerba saluatoris

Witcleff.

3

uatoris multo efficacius conuertit naturam, quam benedictio hominis? Veniamus ad conuersionem eius. Nam eodem lib. cap. 2. uocat transubstantiationem conuersionem unius substantiae in aliam. Sicut f (inquit) semen transubstantiatur in corpus uiuum, & homo in terram: & si iungamus alia dicta, quacunque conuersione substantia conuertatur in substantiam, dicetur secundum eum transubstantiatio satis plena: siue per accidens conuertatur, ut homo frigidus in calidum: siue respectiue, ut nudus in uestitus: siue figuraliter, ut aes in statuam Herculis. Sic proponit deformare speciem uerborum ecclesiae: cum in rei ueritate multae praecedentium satis æquiouocè, & stultè uocatur transubstantiationes: sapienter uero generationes uocabantur, & alterationes à philosophis. Ab ipso aut dicerentur transubstantiationes, & transfigurationes, non transubstantiationes aliqua ratione. Item hoc modo abutendo uocabulo Deus fuit uere conuersus conuersione reali, imò transubstantiatus in creatorem, quando incepit creare ex tempore. uel si obstes pro alietate substantiae, Deus fuit transubstantiatus in rubum: Deus filius in uirum apud Abraham: Deus spiritus sanctus in columbam. Item refellenda est haec abusio terminorum: quia sic posset sustineri haeresis Apollinaristarum, dicentium Deum uerbum conuerti in carnem, quando caro factum est. Vnde libro de haeresibus Augustinus. De ipsa (inquit) carne sic à recta fide dissenfisse perhibentur, ut dicerent carnem illam, & uerbum unius eiusdemque substantiae: contentiosissime asseuerantes uerbum carnem factum, hoc est, uerbi aliquid in carnem fuisse conuersum, atque mutatum. Hec ille. & est haeresis. 55. A V T H O R. Et inde cauens hanc haeresim, exponendo hunc textum Ioannis. 1. Verbum caro factum est. Chrysostomus. Factum est (inquit.) Non enim uersionem dixit illius inuertibilis naturae, sed habitationem. Hec ille. A V T H O R. Et inde definitionem fidei esse apud synodum Smyrnesem definitione. 10. ut recitat in historia tripartita libro. 5. Casiodorus. Si quis (inquit) audiens uerbum caro factum est, uerbum in carnem mutatum putauerit, aut conuersione facta carnem suscepisse, anathema sit. Hec ibi. A V T H O R. Hoc tamen concederet Witcleff: quia si uerbum caro factum est, uerbi substantia facta est alicuius modi, ut non erat substantia carnis saltem secundum unione respectum: & sic est conuersum. Dicis tamen, quod haeticus intellexit uerbi conuersionem secundum suam substan-

Augusti.

Chryso.

Casiodo.

tiam, & cum destructione suae substantiae: quod est omnino haeticum. Tanto magis contra te: quod nec fidelis quisquam, nec haeticus sciuit intelligere conuersionem fieri nisi cum desitione termini à quo intrinsecè sic conuersi. Et ad huc intellectum exponit illam haeresim libro suo de synodis magnus Hilarius. Confer-

Hilarius.

uatur (inquiens) dignitas diuinitatis, ut in eo, quod uerbum caro factum est, dum uerbum caro fit, non amiserit per carnem, quod erat uerbum, neque translatum in carnem sic, ut uerbum esse desineret, sed uerbum caro factum est, ut caro potius hoc inciperet esse, quod uerbum. Hec ille. A V T H O R. Sic patet ueritas dicti superioris. Lanfrancus. Quis compos sui credat rem aliquam conuerti in aliam, nec tamen in ea parte desinere esse quod erat? Quia nullus sapiens intelligit conuersionem aliqualem, nisi cum amissione, uel desitione rei prauique. Vnde conuersiones, quas iste dicit tropicas, nulla scriptura canonica, nulla doctorum peritia ante Witcleff ualatenus conuersiones appellat. Item si panis uere conuertitur in corpus Christi, quia iam est signum corporis Christi de nouo: ergo & corpus Christi est conuersum in panem, quia de nouo significatur in pane illo. Patet consequentia: quia nec homo potest conuertere se ad Deum per iustitiam, nisi Deus prius conuertatur ad eum per gratiam. Ieremias. 12. Cum euellero eos, conuertat, & miserere eorum. Et ibi. Deus tu conuersus uiuificabis nos. Multo magis panis non potest sic figuraliter conuerti in corpus, nisi corpus conuertatur in panem. Sed ommissis his transubstantiationibus & conuersionibus respectiuis & nugacibus: attendamus f transubstantiationem Eucharistiae esse conuersionem totalem panis in totam substantiam corporis Christi pure & praecise. Quae ideo conuersio exigit panem amittere essentiam propriam secundum quilibet sui, ut influat alienam. Ad cuius intellectum notandum est, quid de rerum conuersione multiplici sancti patres sanxerunt. Recitantur enim quidam curiosè insistentes circa permanentias aliquales in rebus, quas conuersas esse negare non poterant: sicut lib. 3. super Genesim ad litteram ca. 5. scribit Augustinus. De conuersione (in-

Augusti.

4 quiens) elementorum etiam inter ipsos, qui haec otiosa cura subtilissimè perscrutantur, non parua quaestio est. Alij enim dicunt omnia in omnia posse mutari, atque conuerti. Alij uero esse aliquid omnino proprium singulis perhibent elementis, quod in alterius elementi qualitate nullo modo uertatur. Hec ille. A V T H O R. Hec est

est prima distinctio: cuius secundam partem rapuit Witleff, dicens hoc de materiali essentia, quod sit inuertibilis in quodcumque. in de sermone domini in monte. cap. 43. Prædicatione (inquit) materialis intelligitur, quando idem suppositum asseritur de eodem supposito, licet formæ pro tempore dispari varientur. Et isto modo videtur euangelium loqui Ioannis secundo. Postquam gustauit architriclinus aquam factum vinum. Nam recte philosophi veteres asseruerunt materiam esse totam essentiam materialis suppositi. Hæc Witleff. A V T H O R. Nō recte, sed curuē asserunt illi philosophi. Nam Aristoteles in .7. metaphysicæ & .2. de anima, sumit essentiam & quod quid est à forma essentiali: & hanc dicit endeclhiā & perfectionem totius. Et fidelis philosophus Augustinus vocat materiam illud pene non ens, vt supra de lib. 12. confessionum adduxi. Et ideo ipsi placet, sicut & toti plebi patrum ecclesiæ, prima pars distinctionis. Vnde de vera innocentia propositione. 228. Augustinus. Omne (inquit) corpus in omne corpus mutari posse credibile est. Quodlibet autem corpus in animam rationalem posse conuerti, credere, absurdum est. Quoniam sic est Deus omnipotens, vt nunquam suæ rationis instituta conuallat. Hæc ille. A V T H O R. Si corpus dicatur omne materiale, tribus dimensionibus mensuratum, sicut videtur Witleff velle: iam materialis eius essentia vt dimensionata dimensionibus interminatis secundum commentatorem de præscriptis corporibus, erit vnum. At tamen quia moles corporeæ in diuisibiles spiritus nulla sunt potestate vertibiles, secundum hoc datum, forsitan materia, in qua corpora cuncta communicant, non sic cum spiritibus est in causa. Et hoc sequitur Boëtius probans contra Eutychen deitatem non esse conuertibilem in humanam naturam: de duabus naturis & vna persona Christi dicens. Omne corpus, quod in generatione, & corruptione subsistit, communem videtur habere materiā & non omnem ab omni vel in omne: vel face aliquod potest: vel pati. Corpora verò incorporea nulla ratione poterunt permutari, quoniam nulla cōmuni materia subiecta participant, quæ susceptis qualitatibus in alterutram permutetur. Omnis enim natura incorporeæ substantiæ nullo materiæ nititur fundamento: nullum verò est corpus, cui nō sit materia subiecta. Hæc ille. A V T H O R. Ex his ergo habetur, quod & qua ratione panis secundum totam suam substantiam est vertibilis in Christi carnem: habent enim cōmunem materiam,

in qua communicare valebunt. At tamen duo possent ob stare: quod certa successione graduum, & non repente transubstantiatio talis fiat: & spiritualis natura corporis Christi iam cælestis effecti, quæ conuersiones huiusmodi nō admittat. Sed his videtur satisfacere in tractatu de symbolo, qui incipit. Quoniam scriptum est, Augustinus. dicens. In qualem naturā quisquis hanc carnem conuerti posse non credit, gradibus ducendus est ad fidem. Si enim quæras vtrum terra in aquam possit conuerti: propter vicinitatem non ei videtur incredibile. Rursus si quæras vtrum aqua possit in aërem: neque hoc esse absurdū respōdet. Vicina enim sunt sibi. Et de aëre si quærat vtrum in æthereum corpus, id est, in cæleste possit mutari iam ipsa vicinitas persuadet. Quod ergo per hos gradus fieri posse concedit, vt terra in corpus æthereum conuertatur, cur non accedente Dei voluntate, qua & corpus humanum super aquas potuit ambulare celerimè, id fieri posse quemadmodum dictum est in ictu oculi, sine vllis talibus gradibus credit: sicut plerūque fumus in flammam mira celeritate conuertitur: Caro enim nostra vtiq; ex terra est. Philosophi autem, quorum argumentis sepius resurrectioni carnis resistitur, quibus asserunt nullū esse posse terrenum corpus in cælo: omne corpus in omne corpus conuerti & mutari posse concedunt. Sequitur. Hæc est fides, quæ paucis verbis tenenda in symbolo nouellis Christianis datur, quæ pauca verba fidelibus nota sunt, vt credendo subiungitur Deo, subiugati recte viuant. Hæc ille. A V T H O R. In primo passu huius speciosi processus primam difficultatem tuam Augusti. absoluit: quod scilicet corpus procul remotum à cælesti corpore, potest per Dei voluntatem sine gradibus, medijs in cæleste corpus cum omni celeritate conuerti. In secundo item passu secundam difficultatem absomit, volens corpus terrenum & luteum, in corpus spirituale, & cæleste omni sole fulgidius posse item conuerti: dicit quod etiā philosophos concedere omne corpus mutari posse, & conuerti. Non excipitur hic corpus solis, vel astris: non corpus quantumcumque gloriosum, quantumlibet eminens in spiritus beatitudine & vicinitate supercælestis principij. Sed latenter exceptit Augusti. in subsidiū fidei confessionem illam à philosophis non extortam, sed sua sponte concessam, quod omne corpus in omne corpus mutari potest, atque conuerti. Non conuersionem tuam inuenstypicam, & tropicam secundum accidens aliquod, aut macilentum respectum, quia

Witleff.

Augustin.

Boëtius.

Augustin.


quia sic modicum iuisset fidem resurrectionis, qua conatur astruere cinerem repente iusu Dei in perfectum hominem posse conuerti. Liqueat igitur etiam toruum hæreticum nō posse diffugere, quin conuersionē istā astruat secundum substantiam fieri in diuersam substantiam. Et hanc conuersionem dicit Augustinus esse de fide symboli, cōfundens in hoc verbo imperitiam Witleff dicentis, quod in nullo articulo triplicis fidei est iste conuersionis articulus declaratus. de Eucharistia ca. 5. Ipsum met voco in testem, quod cinis conuersus in carnem gloriosam in cælo, non remanebit cinis præexistens simul & caro. Hac ergo conuersione symbolica panis terrestris transubstantiatur in carnem propriam Saluatoris, ita vt non remaneat vltra panis, sed caro præcisa. Hoc tamen refert, quia cinis transubstantiatur in carnem non existentem nisi per conuersionem huiusmodi. Sicut etiam virga in serpentem, & aqua in sanguinem, & costa in statuam. Panis autem altaris conuertitur secundum essentiam in carnem, quæ præfuit, & per illam conuersionem nulla ratione mutata.

Quod videtur aliquatūm propinquum transubstantiationis exemplum à cibo, quæ post resurrectionē Christus accepit.

C A P. L X X I.

S V M M A.

- 1 Cibus, quem post resurrectionem Christus sumpsit, quod sit translatus, vel absorptus, dubitatur. Et quid de hoc dicat Beda, & Augustinus.
- 2 Transubstantiationis exemplum, quomodo uideatur aliquantūm propinquum à cibo, quem post resurrectionem Christus accepit. Et in quo iste due transubstantiationes differant, ostenditur.
- 3 Witleff de transubstantiatione obiectio, & ad eandem responsio.
- 4 Platonis, & Ciceronis error circa materiam (dicentes, quod Deus eam non fecerit, sed præsto habuerit eam, ut utatur) recensetur. Et quid de hoc dicat Lactantius.



De circo congruentius à cibo per Saluatorem absumpto, post resurrectionem sumere tur exemplum. de quo Luce ultimo. Obtulerunt ei partē piscis assi, & fauum mellis. Et

cum manducasset coram eis, sumēs reliquias, dedit eis. & Petrus ait, Nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis. De hoc cibo, quod sit translatus, vel qualiter sit absorptus, dubium est quibusdā: cum in carnem Christi per viam nutritionis, quæ generationis, & corruptionis mutationes præexigit, quæ corpori Christi, & glorioso repugnant, nō cesserit. Nec est ad nihilatus, cum tunc Christus nō verè comedisset, & sic nō verè probasset illo modo resurrectionis articulum. Cum tamen dicat Gregorius in Homilia ascensionis. Vt videlicet per effectum comestionis veritas patefceret carnis. Vnde ideò in Homilia se. 3. Paschæ Beda. Simpliciter, inquit, & pietentidū est resuscitatū à morte, & immortale iam factum corpus dominicū, nullam quidē necessitatem, & tamē facultatē habuisse vescedi. Ideo quod vbi opportunità probādā substantiæ naturalis exigebat, cibus esse refectum, qui nimirū cibi nullum faginæ adiumentum, vt mortalium corporibus solent, illi præbuerint: sed quomodo in igne missa aqua, mox comesti, speciali eius sunt virtute absumpti. Hæc ille. A V T H O R. Hoc vltimū pōderem, quomodo in igne missa aqua &c. Certum est autē, quod ignis in aquam missus, quātūcumque citò absumitur, aqua nō redigit ignem in nihil, nec in aliam substantiā conuertitur, quæ propriam: ergo cibos, quos post resurrectionem suam in corpus suum Christus traiecit, nō in nihil, nec in aliam aliquā substantiam commutauit, quæ propriam. Et sic arguitur de illo dicto: aliter bibit aquam terra sitiens, aliter radius solis calens. Non enim radius calens trāsfert aquā bibitā in nihil, nec in aliam rem conuertit, quæ in naturam sui subiecti. Idcirco lib. 3. de mirabilibus sacræ scripturæ ca. 16. Augustinus de cibo dñi post resurrectionē. Hunc aut carnalem cibum qualiter post resurrectionem dñs suscepit, docti requirunt, dum resurrectione corpora spiritualia esse cuncti fideles sciunt, vt referget corpus spirituale. Quapropter resurrectione corpora & si nō indigēt, vt verè sano sensu creditur, possibilitatem tamē edēdi cibos, & si necesse foret habere, hoc domini exemplo minime denegatur, vt angeli iuxta illicem Mambre. Sed hi, nō vt ruminatos cibos stomacho, & intestinis conferunt: sed statim vt velut videntur degustare, in spiritualement naturam, nō ex parte, sed ex toto transformātur. Hæc ille. A V T H O R. In hoc ergo conueniunt Augustinus, & Beda, quod Christus in corpore glorioso, & angeli, in assumptis corporibus quātūcumque edant æquiuocē, tamē quod videtur

Cibus, quæ post resurrectionem Christus sumpsit.

Beda

Augustin.

R come

comedere, transformant in naturam suam spiritualem. Et Augustinus notanter adiecit non ex parte, sed ex toto. Quia si aliqua pars maneret non conuersa in carnem assumptam, illa faceret maius: & sic augetur, nisi assumere-tur in locum carnis deperditæ: quorum neutrum potest contingere corpori glorioso. Et hoc est verum tam de parte essentiali, ut est materia prima, quam de parte qualibet integrali. Hoc ergo cogit Augustinum hic ponere transformationem totius cibi in carnem assumptam, nulla scilicet parte remanente cibi, quæ præfuit. Et hæc dicitur transubstantiatio, translatio scilicet totius substantiæ in substantiam existentem. Et bene sunt istæ duæ transubstantiationes sibi conformes, quia cibus ille carnalis post resurrectionem à Christo comestus, transfertur in carnem Christi spiritualementiam affectam dotibus gloriæ, sine omni mutatione eius: sic item panis & vinum in altari. Et quia caro illa præexistit vtrinque, idcirco transubstantiatio cibi & panis mutationem nullam causat in carne. Secus autem erat in conuersione aquæ in vinum, & vxoris Loth in statuam, & aquæ in sanguinem: quia termini ad quos successerunt esse per conuersiones easdem. Item sibi conueniunt secundum Augustinum: quia nulla pars rei transubstantiatur remanet in conuersa: quia non ex parte, inquit, sed ex toto transformantur. In hoc autem differunt, quia cibi assumpti transubstantiantur per oris intus susceptionem: ideo nihil sensibile relinquitur apud sensum: panis autem & vinum in altari transubstantiantur per oris pronuntiationem: ideo necesse erat relinquere ibi accidentia congrua sumptioni futuræ. Vnde in proœmiali epistola de corpore & sanguine domini, Anselmus. Cum, inquit ad benedictiones mysticas, operante inuisibiliter verbo Dei, corpus in corpus, substantia mutata sit in substantiam, sicut in mensa nuptiali aqua in vinum mutata, solum affuit vinum, in quod aqua mutata erat: sic in mensa altaris solum adest corpus domini, in quod verè mutata est vera panis substantia: nisi quod de aqua nihil remansit in mutatione illa: de pane verò mutato ad peragendum sacri instituta mysterij, sola remanet species visibilis. Vnde beatus Ambrosius. Ne (inquit) horror cruoris fieret, ideo in similitudine accipimus sacramentum. Hæc ille. AVTHOR. Ad argumentum autem, quo arguit, nullam dabilem esse transubstantiationem huiusmodi generalem: quia cum transubstantiatio huiusmodi sit accidens, oportet habere subiectum, quod subijcitur transubstan-

tiationi passiuæ. Illud non est accidens, quia manet non transubstantiatum: nec est panis, vel vinum, quia cum illa transubstantiatio est subita, patet, quod pro instanti transubstantiationis panis vel vinum non est pro aliqua sui parte. Et illud deductum est mouisse Philosophos ad ponendum materiam primam generationi subiectam. Hæc Witleff. cap. 2. de Eucharistia. AVTHOR. Ad hanc instantiam respondeat, quod Aristoteles arguit. Quod generatur non est. Quod mouetur est. ergo quod generatur, non mouetur. Respondeat item fides dicens, quod Deus in creando non habet materiam necessariam. Et quod creatur, creatur item in instanti. Ergo in illo instanti quod creatur, producit omnino de nihilo: ergo in instanti creationis nihil omnino subiectat mutationem creationis. Et quanuis in generatione naturali necessarium est subijci materiam, non sic tamen in opere quocumque diuino. Sed error erat Platonis, & postea Ciceronis, quod materiam Deus non fecerit: sed præsto habuerit eam ut utatur. sicut recitat in libro secundo diuinarum Institutionum cap. 9. Lactantius dicens, Ut faber, inquit, cum quid ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed utitur ea, quæ sit parata, fictorque item cæra. Sequitur. Imò verò non oportuit. Erit enim Deus minoris potestatis, si ex parato faciat, quod est hominis. Faber sine materia nihil ædificabit: quia lignum primum facere non potest. Non posse autem, imbecillitatis humanæ est. Deus enim facit ipsam materiam, quia potest: posse enim Dei est. Nam si non potest, Deus non est. Homo facit ex eo, quod est, quia per mortalitatem imbecillus est: per imbecillitatem, definita, & modicæ potestatis. Deus autem facit ex eo, quod non est, quia per æternitatem fortis est: per fortitudinem, potestatis immensæ, quæ sine, ac modo careat sicut vita factoris. Quid ergo mirum, si facturus mundum Deus, prius materiã, de qua faceret, præparauit ex eo, quod non erat? quia nefas est, Deum aliunde aliquid mutuari: quia ex ipso, & in ipso sunt omnia. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo Deus nihil mutuatur à nobis, quia & Psalmista dixit, Dixi domino Deus meus es tu, quia bonorum meorum non eges. patet, quod sicut in creando non requirit Deus materiam vnde creet, & tamen aliquid passiuè creatur, & subiectat creationis respectum: sic nec in transubstantiando requirit Deus materiam vnde transubstantiet, sed quam transubstantiet: & illa est panis ac vini substantia. Sicut iterum in creationis exordio nihil subie-

Responso,

Augusti.

Lactantius

V Witleff.

Ambrosius

erat creationis actiuæ respectum: quia ex nihilo Deus creat, consummato tamen officio, quod creatur, creationi subijcitur: ita quod transubstantiatur, tanquam terminus à quo subiecitur transubstantiationis actum: in termino verò ad quem nihil illi subijcitur. Sic veritate posita suppositi à quibusdam, quod Deus conuertat totum hominem in spiritum, quæreretur illius transubstantiationis respectiuæ subiectum. Quod dictum recitat in epistola ad Consentium de corpore domini Augustinus, dicens, Nonnulli arbitrantur tunc fieri corpus spirituale, cum iam & ipsum corpus mutatur in spiritum, & quod homo erat ex corpore & spiritu, vtrinque, ac totum spiritus erit. quasi dixerit Apostolus: seminatur corpus, surgit spiritus. Hæc ille. AVTHOR. Hanc assertionem quauis Augustinus ibi probet esse falsam, non tamen impossibilem, & tunc de subiecto illius mutationis esset quæstio. responderet autem sustinens, quod actio diuina immutando subiectum non exigit deferens, sed illa actione mutatum. Arguit item inueniens, quod materia in transubstantiatione adderetur materiæ: & faceret maius, aut densius, vel penitus adnihilaret, in tractatu de confessione cap. 1. Non, inquam, vident causam, quare Deus hoc fundamentum naturæ destrueret, sicut nec vident, quod corpus Christi in materia sua est materialius, aut densius, aut maius, quam prius fuerit: nec vident in quid ista materia conuertatur: nisi secundum phantasiam suam erroneam in nihilum conuertatur. Hæc Witleff. AVTHOR. Nos certa fide videmus, quod non conuertatur naturæ fundamentum in nihilum, sed in materiam carnis Christi eandem præcisè, quæ & Christi. Inde est, quod caro Christi non est densior, neque maior: quia materia panis non additur, nec remanet vsquequaque, nec destruitur, sed substantialiter conuertitur. Nam si adderetur materia materiæ, iam aut faceret totum maius, aut densius, nec tantum: sed cum hæc materia addita sit corruptionis, & naturalis transmutationis subiectum, nusquam depuratum per gloriam, totam massam corporis Christi corruptibilem redderet, ut in principio sui hexaëmeron probat Ambrosius. Quomodo, inquit, corpus materiale mundi inuisibili illi atque inaccessibili naturæ diuinæ coniungendum putant, cum præsertim secundum suam sententiam non possint negare, quin cuius partes corruptioni & mutabilitati subiacent, huic ius necesse est vniuersitatem huiusmodi passionibus, quibus propria portiones sunt obnoxia, subiacere. Hæc ille. AVTHOR. Cui igitur in

dominico corpore portio illa, quæ hanc materiam continet, de natura illius materiæ sit obnoxia corruptelæ, patet per accessum eius totum corpus corruptibile esse factum. Ideo in epistola ad Consentium dixit Augustinus. Sed quodlibet quisque addat, corruptionem addere caueat, ne suæ fidei sanitatem, castitatemque corrumpat. Hæc ille. AVTHOR. Idcirco secundum Lactantium prædicto capite. 9. dicit Hermes. Mortale immortali, temporale perpetuo, corruptibile incorruptibili propinquare non potest, id est, propius accedere. Hæc ille. AVTHOR. Ideo item Aristoteles cum commentatore suo. 11. Metaphysicæ commento decimo. dicunt materiam istam rerum inferiorum subiectam transmutationibus generationis & corruptionis non esse in corporibus cælicis: quia est in potentia ad simpliciter aliud. Materia verò corporum perpetuorum est tantum in potentia ad vbi. Sic igitur materia corporis Christi est cum forma sua coniuncta perpetuo, est tamen in potentia ad aliud vbi per realem, & essentialem suam præsentiam. Omnes igitur sequelas prædictas oportet ipsum de necessitate concedere, de cibis, quos Christus in corpus suum gloriosum perfecta resurrectione traiecit. Quia aut adnihilabantur vsque ad materialem essentiam inclusiue, aut si corruptis substantialibus formis coniunxit materiam peregrinam suæ materiæ, ut faceret corpus suum maius, aut densius, & nihilominus corruptibile: aut tertio concederet transubstantiationem ecclesiæ. Aut necesse est ut dicat non verè comedisse Christum, sed fictè: contra fidem directè. Vnde in libro. 13. cap. 24. de ciuitate Dei Augustinus. Si forte, inquit, de angelis aliud credibilius disputari potest, certè fides Christiana de ipso Salvatore non dubitat, quod etiam post resurrectionem iam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum, ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibus auferetur. Hæc ille. AVTHOR. Quia item ipse Witleff dicit, ut supra habetur, quod in conuersione virgæ in serpentem, vxoris in statuam, aquæ in vinum, seruabantur materiales essentiæ eadem numero: quomodo rarum corpus carneum & concuum seruauit eandem præcisè materiam suam in solida statua, quæ propter densitatem suam, & terrestreitatem continet species tantum de materia eadem quantitate supposita statua, quæ fuerat foemina? Quomodo item vinum, quod est liquor rarior aqua, & penè æreus, non impleset iam multo plures hy-

Augustin.

Augusti.

V Witleff.

Anselmus.

Argument. V Witleff.


drias, quàm sex, imò ferè quadraginta, si verum sit, quod signat Philosophus ex pugillo aquæ fieri decem aëris. ergo materia aquæ in sex hydrijs iam remanens sub forma vini foret in decuplo rarior, quàm sub aquæ forma præfuerat, vel saltem in aliquanta proportionē notabili. Item cur non diceretur illa cōuersio generatio, cum sit inductio nouæ formæ in eandem materiam, maximè quia motus specificatur à termino: nec dependet essentialiter ab alterationibus medijs, nisi per accidens præfente efficiente non in potentia diminuto. Post hæc autem omnia si conuersiones illæ omnes fuerunt substantiales per transitum rei in rem substantialiter: tantum dignitatis concede conuersioni celeberrimi sacramenti, nec sit figuralis vel tropica, sed substantialis & in essentia,

Quomodo corpus Christi secundum suam essentiam multiplicatur ad loca distincta, nō continua.

C A P. LXXII.

S V M M A.

- 1 Multiplicari proprie quid dicatur secundum Dionysium.
- 2 Multiplicatio corporis Christi secundum suam essentiam ad loca distincta, non continua, & c. probatur.
- 3 Christi duplicis aduentus comparatio ex Augustino, recensetur.
- 4 Wicleff de multiplicatione corporis Christi obiectio, & ad eandem responsio.
- 5 Hugonis dictum de corpore Christi quomodo potest eodem tempore in diuersis locis esse, & hic, & ibi, & totum utrobique, & in multis locis similiter.
- 6 Wicleff replica ex Augustini uerbis prauè ab eo intellectis desumptis, diluitur.



Ost tot magna miracula se inuicem vicissim exigentia, scilicet conuersionis transubstantiationis per essentiam, permanentionis accidentium, cibationis ad duplam substantiam, necessario multiplicationis miraculum comitatur. Quam item Wicleff, sicut prædictas ita istam sophisticat, ut saltem cum numero grege doctorū ecclesiæ conuenire videatur in termino, ca. 8. Eucharistiæ, in principio.

Oportet, inquit, fidelem cōcedere, quod tam anima Christi, quàm totum corpus eius sit simul tempore per diuersa loca in multis ecclesijs, atque altaribus, & illud vocam⁹ multiplicationē corporis: sicut dicitur totū corpus esse ad omne punctum hostiæ consecratæ. Hæc Wicleff. AVTHOR. Sicut tropicè corpus, & nō proprie, ita nec proprie, sed tropicè est ad omne punctum hostiæ iuxta eum. Quò contra ecclesiam ponit secundum substantiam. Vnde in fine eiusdem capituli. Corpus Christi est in sacramento panis, aut virtus, & non corpus Christi, quod in cælo extenditur: sic quod corpus Christi non est non corpus, sed est nō corpus Christi ibi, & est illud ibi, quod extenditur, sed non ibi extenditur. Et de Apostasia ca. 15. Sicut dixi superius, corp⁹ Christi multiplicatur per situm hostiæ, non substantialiter, sed sacramentaliter. Et cap. 46. de sermone domini in monte: sicut idem corpus Christi in numero est quælibet plena hostia in qualibet ecclesia, sic est quælibet particula illius hostiæ, in qua panitas conseruatur: nec ex hoc sequitur multiplicatio corporis Christi: quia non est conueniens, sed consonum, quod multa corpora, & singulum eorum sit figurally & sacramentaliter idem corpus, cum figuræ possunt multiplicari, licet figuratum nō multiplicaretur in natura sua. Hæc Wicleff. AVTHOR. Finaliter ergo necessitatur negare, quod concedit ecclesia: multiplicationē, scilicet corporis Christi ad diuersa loca: quā tamen in primo recitato alicui simplici concedere videretur. Hanc tamē peruicaciam eius causat audacia extendendi figuram, aut nudū tropum ad verbum essentiæ. Et sub hoc fūco ponit respectum figurallē in quolibet parte panis, quia quælibet mica eius figurat corpus Christi, nō quidem substantialiter, aut essentialiter, sed sacramentaliter, quod est figuratum. Ecclesia, quæ intelligit ibi sacramentum proprie nullū aliud nisi corpus Christi secundum substantiam & essentiam, quā habet in cælo, ut est sub specie panis, vocat multiplicationē istam sacramentalem substantialē, & essentialē corporis, scilicet Christi & sanguinis eius directè: animæ verò, & quantitatis, & omnis qualitatis eius intrinsicè per modum concomitantia, ita ut sit totum secundum essentiam vbicunq; sunt, nec minoratur multiplicatione, nec augetur. Et colligitur ab illo, quod 3. cap. de diuinis nominibus habet Dionysius. Multiplicari dicitur illud, quod vnum est de eius traductione multis existentibus, manente nihilominus illo & vno multiplicatione. Sequitur. Sed & vnum est, & omni parti, & toti,

V Wicleff.

V Wicleff.

Dionysius.

toti, & vni, & multitudini vno dans: vnum est itidem substantialiter, neque pars est multitudinis, neque partium totum: & sic neque vnum est, neque vnum habet. Hæc ille. AVTHOR. Vult ergo Dionysius dicere illud proprie multiplicari, quod est vnum traductum in multis, ipso semper in omnibus manente & eodem, & vno. Et in parte, & in toto, & in vno, & multitudine vnum dat, & vnum est substantialiter. Sicut anima in pluribus partibus corporis neque pars erit multitudinis, neque erit totum ex multis, neque vnum ex pluribus. Si ergo corpus Christi in mille altaribus est vnum secundum essentiam, non vnum totum ex mille, tanquam ex partibus, sed vnum substantialiter in tot hostijs: vnum simpliciter sine plurificatione, & idcirco vnum multiplicatione. Quòd si scripturam exposcas, ipsum Dei verbum accipe sedentem præfente in corpore, & se tradentem manducandum in corpore. Hoc est, inquiens, corpus meum. Corpus ergo loquitur, & idem traditur comedendum: si idem hic, idem ibi: non tropicè respectiue, sed substantiale corpus Christi propriumque corpus meum, ergo in diuersis sitibus corpus vnum. sicut libro de corpore & sanguine domini cap. 11. Anselmus. Semel, inquit, oblatus est Christus: hoc autem sacrificium exemplū illius est, id ipsum semper id ipsum. Proinde hoc est sacrificium: alioquin quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam, sed vnus vbique Christus, & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut enim quod vbique offertur, vnum corpus est, & nō multa corpora, ita & vnū sacrificium. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd corpus Christi multiplicatur, quia quod vbique offertur, vnum corpus est, & non multa corpora. Si figurale corpus esset, quod offertur, iam multa essent corpora: quia multæ figuræ, & non vnum tantum iuxta te. Si autem vnum corpus est, quod offertur, & non multa, necessario illud est corpus Christi figuratum, & non respectus figuratus: quia figure multiplicantur figuratis nō multiplicatis per te iam supra. Hoc non habebat Anselmus à se, sed à sancto Ambrosio. Et beatus Augustinus in sermone de verbis domini. Per partes, inquit, manducatur, & manet integer totus in cælo: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in corde tuo: totus enim erat apud patrem, quando venit in virginem: & impleuit illam, nec recessit ab illo: veniebat in carne, ut homines eum manducarent: & manebat integer apud patrem, ut angelos pasceret. Hæc ille. AVTHOR. Comparat duos

Anselmus.

Augustin.

3

aduentus Christi. A patre in vterum, ut susciperet hominem. A patre in hostiam secundum carnem, ut pasceret hominem. Et sicut non reliquit patrem per primum aduentum verbi, quo minus esset totus apud patrem, & tamen totus secundum eandem substantiam in vtero: ita ergo non reliquit patris dexteram per secundum aduentum, quo minus esset ipsi totus præfens secundum essentiam carnis: & totus secundum eandem præfens in hostia benedicta. Sed recalcitraciones Wicleff videam⁹, quas sine probationibus euomit, cap. 10. de Apostasia. Patet, inquit, quantum difficultatur ecclesia secundum scholam diaboli de multiplicatione corporis Christi: cum fundamentum illius scholæ sit fictum mendacium ab vtilibus occupationibus retractiuum. Nec valēt euidentiæ, quibus arguitur subiacere potestati diuinæ. sicut enim Deus non potest facere eandem rem in numero esse simul per diuersa instantia, sic nec potest facere eandem essentiam materiale esse simul per diuersa loca. Hæc Wicleff. AVTHOR. Iam audistis planè quid sentit: prius tamen repellamus exemplum tanquam inutile ad concludendum assumptum. Nam diuersa loca sunt simul in natura, sicut & diuersa corpora: diuersa autem instantia esse simul repugnat legibus successiuorum, etiam contradictoriè, nisi forsitan ponatur Deum facere duos mundos sibi coexistere. ergo vna impossibilitas est in exemplo, qualis nec vlla est in conclusione similitudinis. Ratio enim quare vna res non possit esse in diuersis instantibus simul, sufficienter datur, quia duo instantia non possunt esse simul: quod non inuenitur in rebus dictis, sed nec in locis. Aut da mihi simul duo instantia in natura, sicut dabimus duo loca, & dabimus tibi idem corpus simul cum duobus instantibus sicut in duobus locis: imò (quod amplius est) omne corpus sub cælo sine miraculo ex parte sui erit simul in duobus instantibus. Ad huc ergo petitur principium quomodo probat primum, secundum verò satis probat fides patrum ecclesiæ, à quibus habebat Hugo, quod scripsit secunda parte de sacramentis. libro. 8. cap. 11. dicens, Quomodo, inquis, corpus vnum eodem tempore in diuersis locis esse potest? hic est, ibi est, & totum utrobique est, & in multis locis similiter. Noli mirari: qui locū fecit, corpus fecit, & locum in corpore, & corpus in loco: & qui fecit ut corpus vnum in loco vno esset, fecit sicut voluit, & si voluisset, aliter facere potuisset. Nam & quando vult, aliter facit, & est sicut vult semper. Quia autem

V Wicleff.

Responsio.

Hugo.

R 3 sic

sic ipse fecit, vt corpus vnū in loco vno esset, tu quid factum est vidisti, & nescis aliud, nisi quod factum est, & quod vidisti. Idcirco miraris, quando aliud vides, vel audis, quam videre, & audire consueuisti: ipse autem non miratur, quando aliud facit, quam quod facere consuevit: quia quando illud fecit, sciuit tunc & quod aliter facere potuisset si voluisset. Idcirco cum quid mirari coeperis, & dixerit forte tibi cogitatio tua, quomodo hoc esse possit, cogita facientem, & desinet esse mirabile quicquid illud fuerit. Hæc ille. AVTHOR. Vtinam ita cogitasset Witcleff omnipotentem Deum: & tunc rudis cogitatio eius immerita consuetudini rerum carnalium non distasset, quod multiplicatio corporis Christi substantialiter facta, ad omne punctum hostiæ, sicut catholica credit ecclesia, haberet pro fundamento fictum mendacium. Mirabilis Deus, quod vnus miser audet dicere mentitam esse totam ecclesiam! Quid stupent homines, quod ipse idem mendaces efficit omnes fratres? Omni mendacio maius est istud, quod per totum orbem, & à Christo, & Apostolis eius hætenus vniuersa mentitur ecclesia. Sed ergo o omnium mendacium mendax maxime, cogita facientem, sicut consulit Hugo, & desines velle mentiri. Supra omnem naturam est architectus iste, qui fabricam suam ita multiplicat. Eius ergo potentia complacens est multiplicationis placitæ fundamentum: sicut concorditer Hugoni in Homilia paschali dicens Gregorius. Calix, inquit, quem sacerdos catholicus sacrificat, non est alius, nisi ipse, quem dominus Apostolis tradidit. Quia sicut diuinitas verbi Dei vita est, quæ totum implet mundum: ita licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud corpus præconsecratur, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed vnum corpus Christi, & vnus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim verbi replet illud, quod vbiq; est: & coniungitur, ac facit, vt sicut ipsa vna est, ita & corpori Christi & vnum eius corpus sit in veritate. Vnde animaduertendum, quod siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrimè sumunt, & generaliter omnes, & specialiter vnusquisque. Hæc ille. AVTHOR. Ecce deitas replens mundum vnita corpori, facit illud vbiq; sumitur vnū & idem corpus suū, quod sumpsit ex virgine, sicut ipsa est vna. Iam ipsa est per essentiam vna, & per substantiam vnita corpori, non per figuram, & tropicè, ergo & corpus eius sit essentialiter & propriè sine tropo idem in su-

6 mentibus vbiq; . Replicat item Witcleff, quia Augustinus dicit in epistola ad Volusianum. Corpora sunt, quorum nullum potest esse vbiq; totum, quoniam vt per innumerabiles partes aliam alibi habeat necesse est: & quātūcūq; sit corpus, seu, quātūcūq; corpusculum loci occupet spatium, eundemq; locum sic impleat, vt in nulla eius parte sit totum. Et sequitur infra. Illud ergo, quod iste sanctus dixit non posse esse, fingimus esse in hostia veritatis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Si totus Christus vbiq; præsens est secundum substantiam in hostia veritatis, sicut prius sancti iam dixerat: non ita fingimus, sed probamus. Ad illud Augustini, quod affert, secundum regulam corporis mole magni & quantitatis terminis alligati hoc dicit: non autem secundum essentiam corporis de natura substantiæ: cum dicat epistola ad Dardanū ipse idem Augustinus. Cum ergo sit corporis aliqua substantia, quantitas eius est in magnitudine molis eius. Sanitas verò eius, non quantitas, sed qualitas eius est. Non ergo potuit obtinere quantitas corporis, quod potuit qualitas. Nam ita distatibus partibus, quæ simul esse non possunt quin sua quæque spatia locorum tenent maiores maiora, & minores minora, non potuit esse in singulis quibusque partibus tota, vel tanta, sed amplior est quantitas in amplioribus partibus, breuior in breuioribus: & in nulla parte tanta, quanta per totum. Qualitas verò corporis, quæ sanitas dicitur, cum sanū corpus sit totum, tanta est in maioribus, quanta in minoribus partibus. Non enim quæ minus magne sunt, ideo minus sanæ sunt: aut, quæ ampliores, ideo saniores. Absit ergo, vt quod potest in corpore qualitas creati corporis, non possit in seipsa substantia creatoris. Hæc ille. AVTHOR. Iam planum est, quod Augustinus loquitur de corpore secundum conditionem quantitatis molis, quæ facit, vt corpus non sit in disparibus locis totum, sed maius in maiori loco, cui coextenditur, in minori minus. Sed quid? si considerasset substantiam corporis secundum se, non autem in magnitudine molis, sed essentia, sicut sanitatem considerauit corporis quati, sed sine commensuratione quantitatis eiusdem: ideo posuit eam multiplicari per corpus quodammodo, quia tantam esse in parte, quanta foret in toto, non tamen totam in parte: nunquid ipsa substantia sic abstracta etiam tanta foret in parte, quæ est vna conditio multiplicationis intentæ, imò & tota in parte, quæ est altera conditio? Quia non est de mente Augustini, quin aliud sit substantia corporea, aliud magnitudo molis eius. Vnde incoepit iam dicere. Cum sit corporis aliqua substan-

Replica, Vitcleff.

Responsio.

Augusti.

Gregorius.

substantia, quantitas eius est in magnitudine molis eius. Non dicit sicut Witcleff, quod quantitas eius est ipsum esse quantum, sicut omne accidens. Item tantum, aut plus distat essentialiter substantia corporea secundum genus suum à genere quantitatis, quantum aliqua qualitas. Si ergo qualitas, vt huiusmodi, etiam quæ non potest inesse corpori sine quantitate, potest tota & tanta multiplicari per partes, ab æquo potest corpus hoc fieri secundum suam essentiam, & esse tota in partibus, & tanta sine diminutione essentia in singulis.

¶ Quod corpus Christi coexistenter potest adesse alteri corpori in eodem situ totum, & hoc contra viam penetrationis Witcleff, & atomos.

CAP. LXXIII.

SVMMA.

- 1 Witcleff, vitans fidem fateri catholicam, quomodo incidat errorem reprobatorum gentilium Democriti, & Leucippi, ostenditur.
- 2 Democritus, & Epicurus, in questionibus naturalibus, in quo inter se distent, ex Augustino.
- 3 Corpus Christi, quod possint coexistenter adesse alteri corpori in eodem situ totum, seclusa via penetrationis Witcleff, & atomos, demonstratur. Et plura de hoc ibi.
- 4 Virginitas Mariæ. Et quid de hoc dicant Hieronymus, & Anselmus.



Argumētum ad hoc est, quod natura corporis Christi secundum se totam compatiebatur secum corpus substantia aliena, & coexistit ei secundum omnem mensuram intrinsecam vtriusque. Quia Christus non amisit staturam suam, aut connaturalem distantiam partium in ordine ad totum, quando exiuit sepulchrū per medium lapidis mole magni, aut ianua: ergo à fortiori potuit coexistere totus secundum corpus cuiuslibet parti corporis proprii. Et tunc ita sicut totus in illis, ita totus in locis disparibus. Quia prima repugnantia non est ab extrinseco. Quapropter si non repugnat corpori secundum se posita potentia infinita, non repugnabit ipsi propter aliud, quod contradictione non includit. Hic instat Witcleff prædicto ca. 10.

Vitcleff.

de Apostasias. Non enim, inquit, potest Deus facere diuersas substantias materiales simul tempore per eundem locum adæquatum, cum corpora secundum dotem subtilitatis seipsa penetrant, & non sunt propriè coextensa. Hæc ille. AVTHOR. Nec dico coextendi, sed coexistere: nec hic disputare proponimus de multiplicatione corporum dimensionum. Sed si vitans fidem fateri catholicam, incidit errorem gentilium reprobatorum, Democriti, scilicet, & Leucippi, cum foraminibus vacui in quolibet corpore solido vel poroso: vnde defenset penetrationem, quam Philosophi omnes famosi scitentem probant erroribus. Adeamus Augustinum omnium scriptorum ecclesiasticorum riuale quadam subtilitate complutum, visuri quid illi penetrationes istæ Democritinæ complacant pyramidalium atomorum in epistola sua ad Dioscorum, quæ incipit, Tu me innumerabilem. vbi spatiosè rem istam profequitur, dicens, Democritus hoc distare in naturalibus questionibus ab Epicuro dicitur, quod iste sentit inesse concursioni atomorum vim quandam animalem spirabilem, & spiritalem, qua vi eum crede & imagines ipsas diuinitate præditas dicere, non omnes omnium rerum, sed deorum: & principia mentis esse in vniuersis, quibus diuinitatem tribuit, & animas imagines, quæ vel nobis prodesse soleant, vel nocere. Epicurus verò neque aliquid in principijs rerum ponit præter atomos, id est, corpuscula quedam tam minuta, vt iam diuidi nequeant, neque sentiri, aut visu, aut tactu possint. Quorum corpusculorum concursu fortuito, & multos innumerabiles, & animantia, & ipsas animas fieri dicit, & deos, quos humana forma non in aliquo mundo, sed extra mundos, atque inter mundos constituit. Et non vult omnino aliquid præter corpora cogitare. Quæ tamē vt cogitent, imagines, vt dicit, ab ipsis rebus, quas atomis formari putat, defluere, atque in animum introire subtiliores, quæ sunt illæ imagines, quæ ad oculos veniunt. Nam & vidēdi hanc causam esse dicit, ingētes quasdam imagines, ita vt vniuersum mundum complectantur extrinsecus. Hæc ille. AVTHOR. Bene intelligibilem facit hic Augustinus mentem Democriti de atomis, quod scilicet vi sua spirabili animet imagines defluxas à rebus, quæ vtiq; corporeæ sunt, & penetrare potētes etiā animum hominis, vt illum moueant per contactū. Consequenter subiecit Augustinus rationes, quibus pateat falsitas sic ponentis, dicens, Intelligis iam, vt arbitror, quas isti opinentur imagines. Sed miror non admonuisse Democritum vel hoc ipso falsa esse, quæ dicit: quia ven-

Augustin.

Augusti.

nientes tam magnæ imagines in tam breuem animum nostrum, si corporeus (vt ipsi volūt) tam paruo corpore includitur, totæ illum tan gere non possunt. A magno em corpore cum paruum corpus attingitur, à toto simul attingi nullo modo potest. Et post arguēs hoc idē de visu. Tam, inquit, breues oculos tam grandia imaginū tota corpora attingere nullo modo possunt. Hæc August. A V T H O R. Si cum quibusdam sequacibus tui Democriti penetrationem passiuā intelligas, tunc ex istis imaginibus defluxis per introsusceptionē Augustini tibi concludit. Si verò penetrationem acti uā ipsorum corporū per seipsa cum alijs item discipulis magistrū tuū exponas, restat, vt vacuitates imbibitas corporibus penetratis admittas, vt ipse Aristoteles, & cōmentator eius eum exposuit: & per hoc nulla corpora esse continua propter foramina illa vacui alternata cum atomis. Vñ & subdit ibi August. dicēs, Certē em ipsi dicunt omnia, quæ sunt nature, nihil aliud esse, quàm corpora, & inane, queq; his accidāt: quod credo motū, & pulsū dicere, & consequentes formas. Hæc ille. A V T H. Ecce omnes naturæ sunt corpora, scilicet corpuscula illa atomorum, & inane, id est, vacuitas intersepta, per cuius partes ingredi possūt atomalia corpora corporis penetratis per pulsū & motū: & hoc ponebant siue de animo, siue de Deo: qui utiq; corpora erant secundū prædictos. Vnde ibidem paulò suprā Augustinus. Quomodo, inquit, nõ vereatur iste Deus, ne intereat, cum sine vlla intermissione pulse tur, agiturq; atomorū incurfione sempiterna? Pulsari em dicit illud corpus, quod irruentibus atomis feriatur: & agitari, quod penetretur. Hæc ille. A V T H O R. Dic mihi, quo isto rum modorū introduxit Christus corpus suū per clausas ianuas: aut eduxit per sepulchri tetum marmoreū? Nunquid solam suæ carnis imaginē penetrare fecit res solidas ad cauandum in humanis visibus illius intuitū rei nõ præsentis in sua substantia: ita vt nõ errarent discipuli in iudicio, putantes se spiritum videre? Aut atomi carnis Christi sine intermissione pulsantes, & agitantes lapidē tumuli, patescerent foramina vacuitatis imbibitæ, per quæ paruum iter esset atomis carnis Christi? Miror q̄ istis deliramētis, & philosophorum nugis potiùs elegit consentire noster philosophus super corporum penetratione longinqua, quàm coexistentiam corporum ponere cū tota prisca ecclesia, & moderna. Maius verò mirum, q̄ contra omnē cœtum Theologorum fidelium ponit corpora gloriosa in cælo,

imò corpus Christi secundum se penetrantia, & cum voluerint penetrata, sed sine laceratione inquit. 4. Trialogi cap. 41. Corpora, inquit, sic subtiliata possunt se ex ordinatione domini penetrare: & cum penetratio, & laceratio sint distincta, patet ex hinc nõ sequi, q̄ corpora beata se lacerabunt ad inuicem, vel corrumpent. Et cum nõ sint dimensiones immobiles, sed proprietates innatæ illis corporibus: patet non sequi, q̄ dimensiones penetrabunt, vel q̄ erunt corpora coextensa. Corpora enim glorificata cum secundū indiuisibilia penetrabūt sese, penetrantia habent suas dimensiones, & loca propria, sed cōmixta. Hæc Witleff. A V T H O R. Nihil isti penetrationi cum dote subtilitatis, quæ non naturaliter, sed solo supercælesti perficitur deitatis illapsu. Penetrationem autem istā siue falsē, siue fictē naturalem remponit, & authoribus naturalium derelinquit, dicens ibi, Sed diffusum tractatum istius relinquo philosophis. Et dicat Witleff cum suo Democrito, qualiter penetrationem suam sine laceratione defendit, quando omnem dimensionem extensiuam corpori tollit, ita vt corpus penetrans, aliam dimensionem, aut staturam distinctam non habet à statura corporis penetrati. Dicat item, quomodo totā compaginem corporis gloriosi non lacerat, aut dissoluit, quando totam eius cōtinuitatem sic reddit auulsam, vt minima pars, id est, atomus separetur ab atomo per ingressum atomi penetrantis. Quia necessariò quælibet pars ingrediens tangit aliquam partem corporis, in quod ingreditur, dicente Auicenna. 2. naturalium, quod intellectus ingressionis hic est, q̄ cum quamlibet vnam duarum rerum in se intrantium assumpseris, aliquid de altera habebit esse cum alia in situ: quia non separatur vna illarum in situ ab alia. Et hac ratione Democritus superatus dixit nullum corpus vere continuum. vt patet in quarto Physicorū. Vsq̄quo ergo falso improperebit Witleff contra catholicos sacerdotes, quod frangant collum Christi, & membra eius in sacramento, quod horrebant Iudæi ipsi facere pendent in patibulo? quando ipse nõ solum partes integrales, sed vsq; ad partes indiuisibiles Christum dilacerat in suo corpore glorioso, in virginis vtero, in tumulo, in ostio, imò in cælo, dum ascenderet, & adhuc dum in cælo sedeat ad dexteram Dei patris. Minimū sanctus in cælo potest corpus suum per eum trajicere, si velit. Et facta penetratione duorum, potest ad huc tertium penetrare corpus illud cōfufum, & sic oia corpora beatorū in cælo possunt ad vnam

V Witleff.

Augustin.

Al. rimas.

Augustin.

Guimūdus.

vnam massam redigi corporis inuoluti. Et cur non ita poterit eiusdem corporis digitus oculum eius penetrare si velit, & omne mēbrum corporis in vnum redigi membrum propter dotem subtilitatis, quod erit in quolibet? Nec erit tunc in corpore glorificato pacata illa cōpago membrorum, quam in. 22. de ciuitate cap. 20. sic prædicat Augustinus. Tam nollet esse vnusquisque quod non accepit quauis sit pacatissimo concordie vinculo ei, qui accepit, obstrictus, quàm nec in corpore vultus esse qui est digitus, cum membrum vtrūq; contineat totius carnis pacata compago. Hæc ille. A V T H O R. Præter hæc dicat Witleff, quomodo potest corpus diuinum, aut aliud quodcunque beatum esse immortale, si sic recipiat intra se ingredientes atomos corporis penetrantis subintrantes vacuitates in corpore penetrato, aut perpetuas ruinas ibi suppletas per auulsionem atomorum: vt atomi intrent. quia duæ tales atomi non possunt esse simul. Si rideat hoc motiuum: saltem Augustinum derideat, & Tullium, qui magni ponderis ipsum æstimabant contra Democritū magistrum suum. Prædicta epistola ad Dioscorū corpuscula de diuino corpore vt alia succedant, & dissolui illam naturam eadem successione non sinant: omnia ergo (inquit) æterna essent, quia nulli deesset ista innumerabilitas atomorū, quæ perpetuas ruinas subinde suppleat. Deinde quomodo non vereatur iste Deus ne intereat, cum sine vlla intermissione pulsetur, agiturq; atomorū incurfione sempiterna? Sequitur. Demum cum ex ipso imagines satis semper effluent, quomodo potest de immortalitate confidere? Hæc ille. A V T H O R. Potest esse, non nego, quod noster Witleff non plenè cum Democrito delirauit in atomis, & ideo argumēta de directo nõ eum perfodiunt: sed si bene ducantur fræno rationis acutæ, videat qualiter eum penetrent ex transverso. Et hoc item satis est, & plus q̄ satis, quod nolit secundum fidem concedere, q̄ Christus intrauit ianuis omnino clausis: sed p̄ subtiles poros apertos penetrasse, aut vacuitates imbibitas. Ita magister eius Berengarius in hac fide desipuit, dicens Christum ianuis omnino clausis non intrasse. Lib. 3. de corpore & sanguine domini, Guimūdus. Quid mirum si patrum hystorias Berengarius & sui despiciunt, qui euangelio etiam contradicunt, dicētes nullatenus debere credi, quod ibi legitur: intrasse ad discipulos dominum Iesum ianuis clausis: Hæc ille. A V T H O R. Modum istū di-

cendi vult Witleff hac via probare penetrationis occultæ. Quia ex qua parte per priuata foramina corpus ianua penetrat: ex ea parte eam non clausam inuenit, sed apertam. Sicut subtilis vêtus, qui per rimam ingreditur. Sed ergo solidæ partes ianux corpori præbebant obstaculū, cui solæ porose dabant ingressum. Nec foret verum, quod vniuersa fides ecclesie in Augustino recenset super Ioannem Homil. 120. dicēte. Moli corporis, vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuolata permanfit. Hæc ille. A V T H O R. Et de porta ista beatę virginis in secunda parte contra Pelagianos in dialogo, Hieronymus. Omnes (inquit) hæretici errauerunt, non intelligentes mysterium natiuitatis eius: magisq; ad specialem natiuitatem saluatoris, quàm ad omnium hominum referri potest, hoc, quod dicitur. Qui aperuit vuluā sanctus vocabitur domino. Solus enim Christus clausas portas vuluæ virginalis aperuit: quæ tamen clausæ iugiter permanferunt. Hæc est porta orientalis clausa, per quam pontifex solus ingreditur, & egreditur: & nihilominus semper clausa est. Hæc ille. A V T H O R. Digna ergo sententia percussus est, qui dixit, itē per quandam minimam aperturam prodidisse Christum ex vtero virginis. de quo refert frater Petrus de aureolis. Multò magis plagis multis vapulabit Witleff, ponens per totā minima perforasse Christum vterum suę matris, cum dicat Hieronymo teste fides, quod solus Christus clausas portas vuluæ virginalis aperuit: quæ tamen clausæ iugiter permanferunt. Si ostia clausa non obstiterūt ex ea parte, qua clausa erant, & solida, non foraminibus vacui peruia dat intelligi. Aliàs quid hoc debuit annotare, q̄ ex ea parte, qua fuerūt aperta, clausa ostia dederunt introitum? Non fuisset hoc magnū glorificato corpori Christi, sicut nec vento, vel culici. Sed omnibus istis proteruiis philosophorū errantiū prædicat, & objicit sancta fides prædictū miraculū, & testatur super penetrationem impossibilem illarum duarū substantiarū materialium corporis & ianux, coexistentiā secundū eundē sitū & tēpus. Libro enim de corpore & sanguine domini, Anselmus. Quod (inquit) de humanitate eius per resurrectionem glorificata secularis philosophiæ ratiocinationibus videtur insusceptibile, vt clausis ianuis ad discipulos intraret, & mortalis exercuit, dum de thalamo vteri virginalis ad currendam viam dispensationis humanæ clausis ianuis naturæ processit. Quod

Augustin.

Hieronymus

Virginitas Mariae.

Anselmus.

si corpus illud intrare, & exire per clausa potuisse virtus authoris, & pietas fidei fecit esse credibile: alia etiam, quæ præter naturam corporum sunt, posse corpus illud, vel potuisse, non video quid facere possit incredibile. Sequitur cap. 4. Nam spiritus noster, in quo ad imaginem Dei conditi sumus: cum secundum imaginem eius, qui creauit, in regno machine cui præest, sic quodammodo se habeat quomodo creator in regno creaturæ suæ: ut sicut ille ubique locorum est, & totus est, sic iste in toto corpore suo sit, & ubiq; totus sit, licet ratio humana non comprehendat modum, quod id fiat: cur tam difficile videtur naturam carnis illi summæ naturæ sic vnitam, ut eius facta sint omnia, quæ illius sunt: maximè post resurrectionis glorificationem ex diuina potentia posse, ut in diuersis locis sit non diuerso tempore: Licet enim dignioris & subtilioris naturæ spiritum rationalem constet esse, quodlibet corpus illud tamen corpus, quod super omnes celos in eo, qui super omnia est, meruit exaltari, dignius, & ad omnia quæ voluerit subtilius, & efficacius puto esse, quam sint aliqua, non solum inferiores spiritus, sed & omnes illi, qui celorum nomine meruerunt appellari. Hæc ille. A V T H O R. His respondeat rudis Witcleff, qui tantum eleuat materialem suam substantiam, ut dominum maiestatis approbet impotentem. Lutum illud, cui Deus dedit omnia, quæ in celo & in terra, nonne cum spiritu incorporato poterit iussu maiestatis totum & simul eodemq; momento locis interesse distinctis? Sed sic (inquis) poterit ubiq; simul esse: quod diuinæ infinitati est proprium. Respondet tibi Anselmus. Nec tamè naturam corporis domini ubique esse dico, quia nec opus est nisi vbi vult, & vbi fidei certo sacramentum hoc operatur, ad quod assumpta est, & glorificata, mysterium, scilicet, saluatoris humanæ. Sequitur. Sic ergo constat in diuersis locis vno horæ momento esse posse corpus Christi: sed lege creatricis naturæ, non creatæ. Cum autem naturæ creatæ natura sit creatricis naturæ legibus in omnibus obedire: si aliquando pacta sua resolunda illi permittit, qui ea instituit, & ordinat: non videri debet errare, vel deuiare ab ordine suo, maximè in illa natura, quæ in vnitatem personæ cõiuncta est illi verbo, per quod facta est omnis natura. Hæc ille. A V T H O R. Hæc omnia sequuntur fidem transubstantiationis panis in carnem Christi, secundum essentiam. Hac fide dixit Ambrosius totum Christum in celo, totum in altari. Hac fide Gregorius supra dixit, omnes generaliter idem cor-

pus, & quemlibet specialiter hoc idem comedere. Si ad figuram traxeris, ipse dixit in veritate, ergo propriè. Maximè cum figuram respectiuas manducare non possimus. Certè subiectiuas figuras ad modum Gregorii identificare non possumus. Hac item fide in sermone dominicæ quintæ post epiphaniam: & ponitur de consecratione distinctione. 2. Singuli dicit Hieronymus. Singuli accipiunt Christum dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Hæc ille.

Qualiter Witcleff improperat ecclesiæ pro vocabulis transubstantiationis & accidentis sine subiecto, dicēs, quod olim non erat de fide.

C A P. LXXIII.

S V M M A.

- 1 Witcleff calumnia, de terminis, quos ad expositionem fidei sacramenti ecclesiæ adinuenit, quia non sint in usu scripturæ Canonice. &c. diluitur.
- 2 Hæreticorum prima fuga, cum sunt capiendi, quæ sit. Et de cõparatione uerborum Witcleff cum Arianis eloquijs, si sibi conueniant.
- 3 Ecclesiasticæ disciplinæ mos (si quando hæreticorum noua doctrina exurgat) quis, secundum Athanasium.
- 4 Certandum quod non sit multum pro nomine, cum de re constet, ex Augustino ostenditur. Et multa ibi contra Witcleff, qui uocabulo, argutias, & huiusmodi uitur.
- 5 Nomen ad quid repertum, ex Augustino, Et unde sic appellatum.
- 6 Montes an transfulerint Apostoli.



Alumniatur item terminos, quos ad expositionem fidei sacramenti ecclesiæ adinuenit, quia non sint in usu scripturæ canonice, volens per uerborum caristiã suppressere ueritatem

Anselmus.

Hieronym.

ritatè. Vnde sermone. 50. 2. partis. Nō (inquit) videtur esse episcopus magna prudētia catholicare ifagogas Porphyrii, p̄dicamenta Aristotelis, & quintum Metaphysicæ quo ad multa dicta de subiecto & accidente, & damnare scripturam sacrā. Specialiter cum nec iste terminus, accidens, quantum recolo: nec iste terminus subiectum ad sensum eorum est terminus legis Dei, in qua est omnis ueritas, ut saepe asserit Augustinus. Hæc Witcleff. A V T H O R. Primò catholicandas subridet ifagogas Porphyrii, & libros Aristotelis per episcopos: quia iuxta rectam philosophiam ipsorum & omnium accidens dicit essentiam præter subiectum suum, maximè absolutum. Quo posito, nescit ipse euadere, quin Deus posset ipsum facere per se subsistere. Secundo nescit uocabula accidentis, vel subiecti in sanctis reperire scripturis. Ideo ut philosophus deuius, & ignarus theologus de accidente & suo subiecto secundum utrunque remanet infundatus. Sic item caufatur terminum transubstantiationis terminum magistralem, & abiicit terminum panis materialis, ea de causa: nomina etiã papæ & cardinalium: quia non reperiuntur in scriptura sacra. Hæc est prima fuga hæreticorum, quando sunt capiendi, ut falsarii ueritatis currunt ad pugnas uerborum. Comparemus, si libeat, uerba Witcleff cum Arianis eloquijs, si sibi conueniant. Witcleff dicit de sermone domini in monte cap. 42. loquens de accidente sine subiecto. Apostolus si sciisset istam fuisse hæresim, ipsam Græcis fidelibus non tacuisset. & infra. Quomodo ergo posset catholicus excusare spiritum sanctum, & alios euangelistas ex tacentia huiusmodi ueritatis? Hæc Witcleff. A V T H O R. Sic dixit Arius de termino homouision, id est, consubstantialitatis: quando coram iudice Probo, contra Athanasium pro perfidia disceptaret: ut planè legitur in libro primo eiusdem Athanasii altercationum in actis. Arius. Vnum de duobus in hac causa sequi necesse est. Si uera est homouision assertio, falsa est apostolorum prædicatio: quæ sine hoc nomine longo tempore floruit. Sive rō apostolica fides huius nominis experts, uera est sicuti est: hæc sine dubio falsa erit, quæ antiquæ fidei nominis nouitatem adiecit. Reuolue cuncta noui & ueteris testamenti uolumina, utrum homouision alicubi sacris inditum paginis poteris inuenire. Hæc ille. Sequitur. Probus. Et quæ ratio causæ flagitabat, ut res antiqua nouum acciperet nomen? Nunquid enim priusquam huius nominis uocabulum fortiretur, sine nominis proprietate manebat? hoc

Arius.

Probus.

nullam mihi rationis consequentiam habere videtur. Athanasius. Ecclesiasticæ semper moris est disciplinæ: si quando hæreticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes quaestionum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus, nominum uocabulum immutare, & significantium rerum naturas exprimere: quæ tamen existentium uirtutibus causarum congruant: & quæ magis eadem antiquitus demonstrant fuisse, non ortus insinuent nouitatem. Et ut quid dico, planius fiat, utor exemplo. In ipso christianæ religionis initio omnes, qui credebant domino Iesu Christo, non christiani, sed discipuli tantummodo uocabantur. Et quia multi dogmatum nouorum authores extiterant, doctrinæ obuiantes Apostolicæ, omnes sectatores suos discipulos nominabant. Nec erat ulla rationis discretio inter ueros falsosq; discipulos: siue qui Christi, siue qui Dosit. siue Theodoti, siue Iudæ cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores: qui se Christo credere fatebantur, uoluerunt ut uo discipulorum nomine censerentur. Tunc Apostoli conuenerunt Antiochiam, omnesq; discipulos nouo nomine, id est, Christianos appellabant. Sequitur. Hanc ergo ab Apostolis traditam nouis utendo nominibus formam ecclesiæ retinens contra hæreticos diuersos, prout sanæ fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominum nouitates. Denique patri nouum innascibilitatis nomen ecclesiæ posuit. Cum enim Sabelliana hæresis genitum ex uirgine patrem uoluisset asserere: ingenitum contra hanc, confitendo ecclesiæ tradidit patrem. Et utique in scripturis diuinis ingenitum nunquam legimus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumniæ uertere quaestionem: & simili, ut tu proponis, genere utique dicere, Cur diuinis scripturis sine uolo prospectu pudoris uolentiam facitis, profitendo innascibilem patrem, quod scriptum ostendere non ualetis? A V T H O R. Sic profert ibi contra eundem Sabellium in Smyrneni synodo statuisse ecclesiæ, ut Deus pater impassibilis diceretur, quod tamen in scripturis non legitur. Et in eadem contra Photinum, Deum filium dicendum esse, Deum de Deo, lumen de lumine: quod (inquit) in apostolorum symbolo, & æquè in scripturis non legitur. Item contra Eunomium, similem patri filium. Quid igitur ex his concluditur? nisi si sensus uocabuli in scripturis sanctis habet originem, audacter utere termino. Nec erit inepta uox, aut calumnianda nouitas, si res concepta per terminum, antiquitate præua-

Athanasius

Probus. praualeat. Quod tandem iudex ibi concludit, loquens ad Arium, *Probus.* Hoc contentiois vitio deputabitur, vt documentum nudi sermonis exigas, cuius fidei sensum in scripturis copiosius noueris redundare. Sensum igitur quare vnde vocabuli huius natura trahit originem: & cum sensum inueneris, nomen te pariter inuenisse non dubites. Hæc ille. **AUTHOR.** Ad hoc ergo verum peruenit paganus iudex, in decisione fidei: vt non sit insistendum pro termino, si tandem sensus verbi in scripturis poterit reperiri. Hoc sanū est, hoc iustū. Vñ & Augustinus cū eū increpasset Cresconius de mala deriuatiōe vocabuli Donatistæ: ipse tandem libro. 2. cōtra eum. cap. 2. respondit, dicēs. **Augustin.** Si enim Demosthenes clarissimus oratorū, cui verborum tanta fuit cura, quanta rerū authoribus nostris, tamen cū ei nonnullam loquutionis insolentiam obiecisset Æschines, negauit ille in eo positas esse fortunas Græci: illo ne, an illo verbo vsus fuerit, & huc an illuc manum porrexerit: quantò minus nos laborare debemus de regulis deriuandorum nominum, quando siue illud siue illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate quod dicim⁹? quorum non in expositione sermonis, sed in demonstratione veritatis maior est intentio. & infra. Quòd si disciplina disputandi, siue illam dialecticam velis appellare, siue quid aliud, factis tamen sobriè docet, cum de re constat non esse de nomine laborandum: sicut non curoutrum ipsa dialectica vocetur, curou tamē quāritatem valeo nosse, ac posse disputare: hoc est veritatem à falsitate in loquendo discernere, qahoc, nisi curauero, perniciosè errabo. **AUTHOR.** Ita est cū de re constat, nō multum certandum esse pro nomine. Aliās referat ipse, vbi per scripturas sanctas vocabula sua reperiet. Vtar enim contra eum proprio syllogismo, quemadmodum in superioribus contra Arium quæstionem suam *Athanasius* sanctus inuexit, dicens. Exigit (inquit) à me, vt vnam patris & filii substantiam, id est, *homoussion* ostendam. tu autem ô Ari, tres *oussias*, id est, tres substantias confiteris. Ostende ergo mihi, vbi legisti tres *oussias*. Si enim ego vnam, hoc est, *homoussion*, ideo negare debeo, quia hoc vnde scriptum sit non inuenio, tu quemadmodum tres *oussias* audes profiteri, cū hoc scriptum nusquam poteris demonstrare: Hæc ille. **AUTHOR.** Ita dic Witleff. quia panem materialem non accipis in materia sacramenti, eo q̄ in scripturis sanctis non cernitur: dic vbi reperies in scripturis panis naturalis vocabulum, quod tantum habes in vsu? Et si calumniaris ecclesiam

pro termino accidentis sine subiecto, quia ad illum sensum in scripturis non tangitur: cur tu tanto vsu frequentas vocabulum accidentis in subiecto? Cur item nomina blaterata, & blateratio, & botas in secunda parte sermonum, quæ tamen nullo loco scripturæ reperies, vel apud scriptorem quenquam catholicum? Quod tamen compulit Augustinum retractare verbum *omen*, libro suo contra Academicos: vt patet. 1. retractationum, capite secundo, vbi inquit. *Omen* quippe me legisse nō recolo: siue in sacris literis nostris, siue in sermone cuiusquam ecclesiastici disputatoris; quanuis abominatio inde sit dicta, quæ in diuinis literis assidue reperitur. Hæc ille. **AUTHOR.** Sic item vocabulum, argutias, cur assumis, quod in libris ecclesiasticorum disputatorum non inuenis, nisi quia hæretici argutias suas habent, catholici secundum celestem sapientiam argumēta producunt? Libro tertio super cantica. textu, Capite nobis vulpes. *Origenes.* Hi qui terrenis, & carnalibus sensibus scripturas intelligunt, & alios ista docendo decipiunt, pro eo ipso, quòd argutias quasdam, & argumenta carnalis sapientiæ & terrenæ concinnant, in inferiora terræ dicunt ingredi. Hæc ille. **AUTHOR.** Exponat igitur Witleff ecclesiæ, vbi prædicta vocabula signatè, panis naturalis inueniat, aut accidentis in subiecto ad sensum suum: & parati docēbimus, vbi vocabula panis, materialis & accidentis sine subiecto poterit inuenire. Ad minus in libris ecclesiasticis disputatoris, *Lincolniensis* supple, super ecclesiastica Hierarchia capite tertio, parte. 14. vbi. Fortè (inquit) dicuntur ea multa, quæ sensibilibus diuersis distribuuntur fieri seu esse in his, quia illæ sensibiles formæ non habent alias substantias ipsas inesse tunc supportantes. Non est enim tunc sub forma panis, aut sub forma vini materialis, substantia panis, aut vini. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce materialis substantia panis, aut vini: & quantum, rogo, distat panis materialis, & substantia materialis panis? quantum item substantia materialis, & essentia materialis panis, quam luges per nos esse destructam? Mirum etiam, quòd sequaces Witleff verfatam eius in hac parte stultitiam non declinant: fugientes profersionem fidei ecclesiæ coram præsulibus, quia vocabula nostra scripturæ non habent: videntes quòd magister illorum coactus mole authoritatis, & rationis, sponte pœnituit sic dixisse. 4. dialogi capite trigesimo sexto. Quauis (inquit) pepigi extra scholam me non vsurum istis terminis substantia panis, materialis, aut

Augustin.

Origenes.

Lincolniensis

Witleff.

aut vini: tamen fides necessitat concedere cōuertibile propositioni terminorum istorum, vt dicit beatus Hieronymus. Panis quem cepit Christus in manibus. Hæc Witleff. **AUTHOR.** Et sermone sexto sermonum epistola. appellat aquam materialem, quæ fluxit de latere Christi, & vbi sic dictam in scriptura reperiet? Qua ergo licentia dicturus est aquam materialem, quam in scriptura non reperiet: & catholicos panem materialem dicere non licebit? Si ad differentiam illius aque, qua dicitur: Aqua sapientiæ salutaris potabit illum: aquam materialem enuntiat: & item orthodoxi ad differentiam panis, qui de celo descendit, materialem panem pronuntiare non desinent, quid ergo refert, si res habeatur, sicut Athanasius, & Augustinus supra dixerunt, molestari pro nomine? Nomen enim tantum ad distinctè conferendum de re aliqua repertum est. De quæstionibus Dulcitii, quæstione decimanona. *Augustinus.* Omne quippe vocabulum ad distinctionem valet. Vnde etiam nomen, quòd rem notet, appellatum est, quasi notamen. Notet autem, hoc est, distinguat, & doceat, tandem ad discernendum adiuuet. Fortasse ergo ipsum diuisisse inter lucem & tenebras: hoc est vocasse lucem diem & tenebras noctem. Hæc ille. **AUTHOR.** Non fugio tamen respondere veris interrogacionibus Lollariorum: quo authoritatis exemplo superinducunt ecclesiastici viri noua vocabula in materiam fidei? Certè exemplo Apostoli, & sanctorum patrum, ad distinguendum res. Qualiter enim fidem panis remanentis possumus proferre distinctè à pane, quia non remanet nisi per additionem apti vocabuli? Ecce panis quem ego dabo caro mea est. Iste panis remanet. Et ecce: accipiens Iesus panem, benedixit. ille panis non remanet, sed transit in corpus. Panis ergo spiritualis, qui & caro Christi, is remanet. Panis materialis, panis cibarius, transit in alium. Priusquam ergo hæresis ista de expectatione panis huius esset in orbe, panem materialem non curauimus appellare distinctè. Oportuit autem ecclesiæ patres nouis casibus noua remedia procurare. Sic Apostolus Paulus de nouo finxit rectores tenebrarum harum, quādo cum Ephesios disputaret. In commentario epistolæ Pauli ad Ephesios libro tertio textu, Non est nobis colluctatio. &c. *Hieronymus.* Sciamus autem, quòd excepto præsentiloco, nec in veteri, nec in nouo testamento, mundi rectores, nunquam legerimus: quod nomen idcirco Paulus Apostolus finxit: quia ne-

Nomen.

Augustin.

Ap. p. fite.

Hieronym.

cessè habebat ad Ephesios disputans, rebus nouis, & inuisibilibus noua nomina coaptare. Hæc ille. **AUTHOR.** Et non tantum apostolis hoc licebat: sed item licuit patribus ecclesiæ, viris peritis, in promotionem veritatis quandoque item extranea proferre vocabula. Criminabatur quispiam sanctum Hieronymum pro termino reuelationis, pro quo in Hebræo habetur Apocalypson: quod propriè scripturarum est, & à nullo sapientium seculi apud Græcos vsurpatum. Sed septuaginta ita trāstulisse nouis rebus noua fingentes dicit Hieronymus. Et in commentario super epistolam Pauli ad Galatas, libro primo, textu, Notum vobis facio fratres euangelium. &c. *idem* inquit *Hieronymus.* Si itaque ii, qui disertos seculi libros legere consueuerunt, cœperint nobis de nouitate, & vilitate sermonis illudere, mittamus eos ad Cicerōis libros, qui de quæstionibus philosophiæ prænotantur, & videant quanta ibi necessitate compulsi sit, tanta verborum portēta proferre, quæ nunquam latini hominis auris audiuit. Et hæc cū de Græca, quæ lingua vicina est, transferret in nostram: quid patiuntur illi, qui de Hebræis difficultatibus proprietates exprime re conantur? & tamen multo pauciora sunt in tantis voluminibus scripturarum, quæ nouitate sonent, quàm etiam ille in paruo opere congesit. Hæc ille. **AUTHOR.** Verum si quis item libros legerit nostri Witleff, plura ibi extranea vocabula ab vsu scripturæ vel ecclesiæ in breui quaternulo, quàm in multis voluminibus patrum, & scriptorum orthodoxorum inueniet: stylum habet grossum, & vagum: grammaticæ plus, quàm oratoriæ arti conformem, totum seculariter inflatum, & nulli scriptori ecclesiastico similem: squalentem vituperiis, & vltra humanam æstimationem horridum maledictis. Quid igitur certat contra patres ecclesiæ, quòd in negotiis fidei pro tot sibi succedentibus curriculis temporum sibi præparant non ignota, sed ad rem apta vocabula: sicut ad Pascentium Arianum p*homoussion* in epistola scribit *Augustinus.* Vides (inquit) posse fieri, vt etiam de verbo, quod in scriptura Dei non est, reddatur tamen ratio vnde rectè dici ostendatur. Sic ergo & *homoussion*, quod in authoritate diuinorū librorū cogebamur ostēdere, etiam si nō ibi ipsum vocabulum inueniamus, fieri posse, vt illū inueniamus, cui rectè hoc vocabulū adhibitū iudicet. Hæc ille. **AUTHOR.** Nec tantū de terminis, sed forsan de rebus argumentū militat *Augustini*: vt multaveraciter facta credam⁹, quæ scriptura

Idem.

Augustin.

ptura expresse non recolat. Sicut item in commentario super Matth. 21. quod discipuli transferunt montes, quanuis scriptura non recolat, Hieronymus. Latrant contra nos gentiliu canes in suis voluminibus, quibus impietatis propriae memoriae reliquerunt: asserentes apostolos non habuisse fidem, quia montes transferre non potuerunt. Quibus nos respondebimus: multa facta esse signa a domino iuxta Ioannis euangelistae testimonium, quae si scripta essent, mundus capere non posset. Sequitur. Igitur & haec credimus fecisse apostolos: sed ideo scripta non esse, ne infidelibus contradicendi maior daretur occasio. Alioquin interrogemus eos, vtrum credant his signis, quae scripta narrantur, an non? & cum incredulos viderimus, consequenter probabimus nec maioribus eos credituros fuisse, qui minoribus non crediderunt. Haec ille. AVTHOR. Non facta minora factis minoribus contra Witcleff, sed factis magnis verba comparantes exigua consonanter Hieronymo dicimus, si tantum strepitum faciat, vt admittat terminos, quos scriptura non obtinet, nunquid contempturnus est facta miranda Christi & discipulorum, quae scriptura subticuit?

Hieronym.
Montes an
transferunt
apostoli.

De vocabulis ab ecclesia visitatis, quae scripturae sanctae non continent.

C A P. L X X V.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui vetustate patrum haeresim suam corroboret, & fidem elidit ecclesiae, more quorundam Gallorum in partibus Massilie ciuitatis contra Augustinum, ut refert Prosper. &c. confutatur.
- 2 Articulus fidei omnem lucidiorem factum post refutationem haereticam, & contradictiones catholicas, ostenditur.
- 3 Decreti Concilij de fide accidentis sine subiecto ratio.



Dhuc scuto fidei fidem oportet protegere: calumniante Witcleff fideles, quia transubstantiationem multiplicationem, & accidens sine subiecto ponunt esse de fide, cum tamen antiquos omnes res istae lateant cap. 12.

de apostasia argumē. 13. Nedom philosophi, sed omnes sancti de millenario Christi tacuerunt accidens esse sine subiecto, vel sacramentum esse accidens. Vnde ergo orietur tam scandalosum mendacium? Et confirmatio istius est, quod loquentes nostri sine ratione vel auctoritate sunt contrarii sibiipsis, quia subtiliores, & quo ad illuminationem fidei clariores citius nouissent istum articulum, quae posteriores illasibiles in poenam peccati. Et de Eucharistia. cap. 8. Miratur mundus, quomodo post dotationem ecclesiae vel variaretur sacramentum, vel innotesceret nostris plus a Christo extraneis, vel ratio, vel reuelatio fieret plus, quam Paulo, & sanctis prioribus. Haec Witcleff. AVTHOR. In primo passu per totum Christi millenarium dicit praedicta non fuisse de fide. In secundo abscondit sexcentos annos de tempore, & a tempore dotationis cursum incipit: memor forsan grandaeui patris Basilii, & Damasceni, ponentium lucem creatam primo die, accidens fuisse sine subiecto. Sed quia vetustate patrum haeresim suam corroborat, & fidem elidit ecclesiae, refert nostra, puidere simplicibus, qui forsan hac verfusia turbarentur. Primò, inquam, sciendum hoc genere malignandi vsos esse contra Augustinum scribentem de fide praedestinationis quosdam Gallos in partibus Massilie ciuitatis: vt refert Prosper in epistola ad Augustinum, quae proponitur libro de praedestinatione sanctorum, vbi. Multi (inquit) seruorum Christi, qui in Massiliensi vrbe consistunt, in sanctitatis tuae scriptis, quae aduersus Pelagianos haereticos condidisti, contrarium putant patrum opinioni, & ecclesiae sensui, quicquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti. & bene infra. Vtque breuius, ac plenius quam opinantur, exponam, quicquid in libro hoc ex contradicentium sensu sanctitas tua sibi opposuit, quicquid etiam in libris contra Iulianum, ab ipso sub hac quaestione obiectum, potētissimè debellasti, hoc totum ab istis sanctis contentiosissimè conclamatur. Et cum contra eos scripta beatitudinis tuae validissimis, & innumeris testimoniis diuinarum scripturarum instructa proferimus: ac secundum formam disputationum tuarum, aliquid etiam quo concludantur astruimus, obstinationem suam vetustate defendunt, & ea, quae de epistola Pauli apostoli Romanis scribentis, ad manifestationem diuinæ gratiae praueientis electorum merita proferuntur, a nullo vnquam ecclesiasticorum ita esse intellecta, vt nunc sentiantur, affirmant. Cumque vt ipsi ea exponant

Witcleff.

Prosper.

secundum quorum velint sensa deposcimus, nihil se proficetur inuenisse quod placeat. Et de his taceri exigunt, quorum altitudinem nullus attigerit. Eò postremo peruicacia tota descendit, vt fidem nostram edificationi audientium contrariam esse definiant: ac sic etiam si vera sit, non promendam: quia & perniciosa non recipienda tradantur, & nullo periculo quae intelligi nequeant, conticeant. Haec ille. AVTHOR. Ecce isti defendebant suam perfidiam contra Augustinum vetustate scriptorum: & nullum sic intelligere apostolum dixerant ante eum, imò eum contrarium reputabant sensui patrum & ecclesiae, nisi quatenus adducere posset aliquem de veteribus, haec plane proferre quae ipse dixit. At contra dum hoc ab Augustino exigent, ipse in libro, quem hac occasione ad eos scripsit de praedestinatione sanctorum post medium. Si (inquit) huius sententiae defensionem ex diuinorum eloquiorum nos praecedentibus catholicis tractatoribus promerem, profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent, hoc enim significastis literis vestris. Quid igitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista haeresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad soluendum quaestione versari? Quae proculdubio facerent, si respondere talibus cogerentur. Vnde factum est, vt de gratia Dei quid sentirent, breuiter quibusdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent: immoraretur verò in eis, quae aduersus inimicos ecclesiae disputabant: & in exhortationibus ad quascumque virtutes, quibus Deo viuo & vero, pro adipiscenda vita aeterna, & vera felicitate seruitur. Haec ille. AVTHOR. Ex hoc passu respondorio Augustini sciat Witcleff sibi inter Augustini aemulos satisfactum. Desinat admirari mundus immundi Witcleff innotescere nobis mysteria fidei sacramenti per rationem vel reuelationem: plus Paulo & ceteris sanctis prioribus, dicente ipso Paulo. Et si quid aliter sapitis, Deus vobis reuelabit. Sancti priores in iis rebus moram traxerunt, & scripserunt, in quibus cum aduersariis fidei tunc temporis disputatio versabatur. Si tunc fuissent Witcleui istae, tunc scripsissent fidem ecclesiae, quam ceteriores patres ab illis edocti, & eorum spiritu animati scripserunt. Nec ipsi poterant omnia scribere, nec tot scribere, quot docere. Deus ipse non per se omnia, sed per conditas creaturas multa dispensat, ne superuacue crederentur institui. Et Christus multa discipulis instituta commisit. Et apostoli item suis successoribus. Nec ipsi patres primitiui fuerunt, aut

Augustin.

peritiores Christo, aut solertiores apostolis. Cur igitur tacitas quaestiones dierum suorum religiosi viri sequentium temporum non darent in fide prima Christi & ecclesiae resoluendas? Plane verum est omnem articulum fidei lucidiorem factum post refutationem haereticam, & contradictiones catholicas. sicut in expositione psalterii, tractans hunc versum, Et dederunt in escam meam fel. *Lincolmensis.* Fel (inquit) secundum Augustinum hi sunt contradicentes euangelii, qui amaritudine suae contradictionis fidelium, & probatorum visum clarificant interiorem: dum enim sua contradictione amaricant, alios excitant ad persecutandum fortius, & subtilius, & intelligendum limpidius euangelii veritatem. Vnde in psalmo. Congregatio taurorum in vaccis populorum, id est, haereticorum inter laicos seductibiles: vt excludantur ij, qui probati sunt arguto, id est, emineant, & appareant, qui probati sunt diuino eloquio. Et, vt dicit Augustinus, multi, qui optime poterant scripturas dignoscere, & penetrare, latebant in populo Dei, nec afferebant solutionem quaestionum difficillimarum, cum calumniator nullus instaret. Nunquam enim perfecte de trinitate tractatum est antequam obtrectarent Ariani. Nunquam de poenitentia perfecte tractatum est antequam existerent Nouatiani. Nihil de ipsa unitate Christi enucleate erant quae dicta sunt, nisi postquam separatio illa vrgere coepit fratres infirmos: vt iam illi, qui nouerant obtrectare, atque dissoluere, ne perirent infirmi sollicitati quaestionibus impiorum, quaestionibus, sermonibus, & disputationibus suis obscura legis in publicum deducerent. Ergo illi diuisi sunt praeter iram vultus eius, & nobis ad intelligendum appropinquauit cor illius. Ecce qualiter fel, & amaritudo contradictionis haereticorum, clarificat visum intelligentiae probatorum. Oportet enim haereses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Haec ille. AVTHOR. His verbis patere potest, quam malam causam excipiendi habeant contra fidem moderatae ecclesiae, qui dicunt ipsam non fuisse talem, aut declaratam pro tali publice scripto in diebus vetustis. Quare non sciunt, quod verax ratio dat intellectum? Quare utique nesciunt, quod dispensatores nouos, & nouos, Deus semper per temporum incrementa producit? At quid si iterato diceretur istis nouellis haereticis: quod nedum philosophi, sed omnes sancti de millenario Christi tacuerunt, tropum sine supposito praesente per essentiam esse corpus Iesu Christi in sacramento? Et quod dominus Christus nos

Lincolmensis, seu Lincolniensis.

sicut

ficut feruiles Iudeos adhuc pasceret cum figuris: & quod nullatenus sub poena perfidiaē considerare debemus substantiam sacramenti, quā credere teneremur? Quis vnquam sanctorum ita dixit? Quis figurale corpus Christi solum inter apostolos siue Paulus vel alius posuit? Mirabilis Deus: exponat ipse fidem suam in ipsa planitie scripturarū fidelium, quam à nobis exposcit. Sicut Augustinus (dixit Lincolmensis) scribit, q̄ multi tunc latebant in populo Dei, qui istam fidem sciebant, nec tamē sic scribebant, cum calumniator nullus instabat tunc: sed nec vsque tempus Nestorii negantis esse carnem Christi propriam secundum Anselmum cap. 72. de corpore saluatoris. Sic nec calumniator aliquis dixit corpus Christi solū in figura vsq; ad Berēgariū: ideo cauebatur tunc primò per ecclesiam, vt diceretur corpus Christi proprium per naturam. Nullus panē assumptum dixit publicè ante Valerannū aut thorem de officiis, aut Heribaldum. Sed ecclesia contra hoc malum tunc transubstantiationem edocuit. Nec alius vnquā ante Witleff (quantum noui) propter grossa accidentia esse substantiam, panis naturam, cum alta ueneratione suscepit, & Christi carnē eiecit ab hospicio sacramenti. Et tamen diu ante eum ecclesia docta spiritu saluatoris, & praeuidēs hāc calliditatem haereticam, docuit accidentia ibi sine subiecto existere, quia iam in naturā corporis Christi subiectum illud incessit: & Deus sensus humanos non solet vnquam illudere. Hac ergo forma, non nouella fides, sed eiusdē fidei noua declaratio auctoritate maiorū conciliorum post multas euēlutiones veritatis, succedit ecclesiae: quia omnes circumstantiae veritatis non poterant simul vna hora proferri. Nec multum tecum facit, quod istam veritatem antiqui patres tacuerunt. Sed robora partem tuam veraciter si potes: & dic, q̄ vnus, vel duo patres tuam dixissent sententiā, sicut Donatistae pro parte sua ceperant Cyprianum. Nunquid ideo vniuersalis ecclesiae redarguetur instantia? In lib. 2. contra Donatistas cap. 5. dicit Augustinus. Multa iam diximus, nec nos ipsi tale aliquid aueremus asserere, nisi vniuersae ecclesiae concordissima auctoritate firmati, cui & ipse Cyprianus sine dubio crederet, si iam illo tempore quaestionis huius veritas eliquata, & declarata per plenarium concilium solidaretur. Si enim Petrum laudat & praedicat ab vno posteriore collega patienter concorditerq; correctum, quanto ipse citius cum concilio prouinciae suae vniuersi orbis auctoritati patefacta veritate cessasset: quia pro-

Augustin.

fecto & vni verum dicenti, & demonstranti, posset facillimè consentire tam sancta anima, tam pacata. Et forsitan factum est, sed nescimus. Neq; enim omnia quae illo tempore inter episcopos gesta sunt, memoriae literisque mandari potuerunt: aut omnia, quae mandata sunt, nouimus. Quomodo enim potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarii concilii luculentam illustrationem confirmationēq; perducī, nisi primò diutius per orbis terrarum regiones multis hinc atq; hinc disputationibus, & collationibus episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis, vt cum diutius aliqua obscuriora quaeruntur: & propter inueniēdi difficultatem diuersas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perueniatur, vinculum permaneat vnitatis, ne in parte praecisa, remaneat insanabile vuln⁹ erroris. Et ideo doctoribus minus aliqui plerūq; reuelatur, vt eorum patiens & humilis charitas, in qua fructus maior est, cōprobetur, vel quomodo teneat vnitatem, cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt: vel quomodo accipiant veritatem, cum contra id, quod sentiebant, declarata esse cognoscunt. Hae ille. AVTHOR. Videri ergo potest id, quod diu mansit intactum, tandem si contingat illud inter conflictus disputantium agitari, & demum in plenario concilio ecclesiae ad vnum punctum redigi veritatis, non restat post hoc calumniandi occasio, quia sancti patres prauij hanc fidem nesciuerunt, aut arguebant. Quia si sancti fuerunt, & astitissent praesentes huic decreto concilii, non dubium concessissent: sicut Cyprianus, quanuis rebaptizandum censuit, sine dubio crederet, si suo tempore quaestionis veritas esset per concilium solidata. Ita de articulis transubstantiationis, & accidentis sine subiecto dicendum est. Si priorum patrum tempore fuisset mota disputatio, & post disputationem sententia finalis decreta concilio, quae modo processit, nec tacuissent Paulus, Origenes, Hilarius, aut alii veteres, nec negassent. Imò supplices mentes in eius auctoritate sine quaestione curuassent. Nā Paulus ad conciliū accessit pro quaestione circuncisionis mota Antiochia. Et si petatur ratio decreti concilii de de accidentis sine subiecto, dicendum, quia fides principalis articuli hoc cōcludit. Quia data carne Christi propria & praecisa in sacramento secundum essentiam ad formam verborum Christi, Hoc est corpus meum, nec hoc, scilicet, panis annihilatur, vel corrūpitur, quia sit corpus: nec in seipso manet, factus iam verè, id est,

id est, proprie Christi corpus. Maxime quia nihil plus est, quam corpus: quia non plus dicit Christus, quam corpus meum, transubstantiatur ergo in corpus, ne maneat ultra panis, sed corpus tantum secundum substantiam, sicut olim erat panis secundum substantiam. Cū igitur accidentia ad sensum spectent, seipsis subsistere necesse est. Corpus enim Christi cū sit corpus gloriae, nouas accidentium corruptibilia impressiones non recipit, & accidentia migrare de subiecto in subiectum non minus impossibile est apud naturam, quam habere subsistentiam propriam. Liqueat igitur, quomodo ex prima fide euangelica, Hoc est corpus meum, purè sine vitio & proprie intellecta, infugibiliter sequuntur transubstantiatio, & accidentis positio absoluta. Et sic potius quam fides fidei negat sequela, intantum, vt quicunq; ipsas negauerit, fidem euangelii necessariò denegabit: qualiter patet facere Witleuistas, Berengarianos, & alios deuiantes.

¶ Quod determinatio Innocentij, & ecclesiae, de accidente sine subiecto suo, non est contra omnes philosophos.

C A P. L X X V I.

S V M M A.

- 1 Accidens posse esse sine subiecto, quod non sit contra omnes philosophos, ostenditur.
- 2 Paulus, quos ethnicos citauerit.
- 3 Hieronymi responsio magno cuidam urbis Romae Senatori, quaerenti, cur in suis opusculis interdum secularium literarum exempla poneret, & candorem ecclesiae ethnicorum sordibus pollueret.
- 4 Witleff prima ratio, impugnans accidens sine subiecto, & eiusdem ex philosophorum dictis solutio. Et plura de hoc ibi.



¶ Nondum pauare possunt catholici, pulsante eos Witleff assertionem multiplici: q̄ quia ponunt accidens sine subiecto, imperiti sunt, & mendacia publica seminant, scilicet, contra rationem noua loquentes, & scri-

pturam. Vnde secunda parte sermonum, sermone. 58. A tempore (inquit Witleff) Innocentii tertii nescitur vtrum catholice an hereticè sentiebatur: ad vnam tamen coguntur obedientiam illius ecclesiae tanquam fidem, quod credatur accidens esse sine subiecto in hoc sacramento: sed nec afferunt rationem, nec scripturam, vnde debeat ita credi: ideo fideles in domino istud renuunt. Et infra. Similiter q̄ accidens sit sine subiecto, tā philosophi, q̄ theologo renuerunt: propter hoc, q̄ non potest sic esse de Dei potentia absoluta. Et de apostasia. cap. 12. Argumentum est: quia nedum philosophi, sed omnes sancti de millenario Christi tacuerunt accidens esse sine subiecto. vnde er go oriretur tam scandalosum mendaciū? Hae Witleff. AVTHOR. Quod criminatur ecclesiam non afferre rationem, hoc existimo eum referre philosophis. Quod aut scripturam, sanctis de millenario Christi. Alias quaererem ego, quid ipse pro se assert, quando sic assumit. Nedum philosophi, sed oēs sancti de millenario Christi tacuerunt accidens esse sine subiecto. Qualiter hoc probat ratione? qualiter ex scriptura? qualiter ex philosophis? qualiter itē de fidei patribus orthodoxis? Ideo dixit ipse: fideles in dño istud renuunt. Potest fieri vt taliter nuncupati. Sed & cur non certi fideles ipsum renuunt tam procaciter euacuante principium Christianae credentiae, qui nec rationē secum attulit, nec scripturam, nec testes philosophos, nec sanctos veteres, aut nouellos? Ego quod dicis negare proposui: cur tu non disposuisti reuincere denegantem? An tibi soli debetur haec auctoritas, quia quod dixisti probasti? Et vnde aliter ortum habet tam scandalosum tuum mendacium: nisi quia planè mentiris in philosophos, & in oēs sanctos mentiris? Quanquā mihi materiā ridendi dedisti, q̄ in re tā alti mysterii, ignaros allegasti philosophos, quos si pro parte ecclesiae contra te producerem, credo te risum continere vix posse. Nec mirū, quia in rebus arduis est auctoritas inuestiganda de solidis petris, nō fluctuagis, & semperitis paganis. Vnde Augustinus dicit de catholicis quasi appropriate: q̄ de medio petrarū dabunt voces. super eodem loco psalmi. 103. Modò (inquit) si dicam vobis: credite: hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc dixit Pythagoras: quis vestrum non irridebit me? Ero enim auis, quae non de petra emitto vocem meam. Quid mihi vnusquisque vestrum debet dicere? quid debet dicere ille, qui sic instructus est? Si quis vobis euāgelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema

Augustin.

fit. Quid mihi dicis de Platone, & de Cicerōe, & de Virgilio? Habes ante te petras montiū: de medio petrarum da mihi vocem tuam. Audiantur qui à petra audiunt. Petra enim erat Christus. Sequitur. Si nos interroget Iudaus, quare ita facis: sonam⁹ de petra. Dicimus, hoc fecit Paulus, hoc fecit Petrus. De medio petrarum damus vocem nostram. Hæc ille. AVTHOR. Nihil ergo accrescit de reuerentia & robore fidei, quanquam philosophorū festuca contestentur accidens sine subiecto: si verò negauerint, nihil tollunt. In rei veritate philosophi, quos allegasti, sonant cōtra te in materia accidentis, & nihilominus sancti Christi. Vide si non probemus quod dicimus. Primò, quia præponis philosophos: exordiamur ab eis. Fauet illud apostoli Pauli. Primò ꝑ quod animale est, deinde quod spirituale. Anaxagoras tuus ponens accidens à subiecto separari posse, ab Aristotele censetur. 1. Physicorum. An non legisti eum dicere, colores, & alia corpora esse cōmixta, & commixta posse segregari? Vbi Aristot. argumentum sumens contra eum. Ergo (inquit) colores commixti, & alia accidentia poterunt segregari: & non erit aliquod subiectum, de quo dicantur, secundū expositorem Thomam, & alios. Ecce qualiter Aristoteles intellexit Anaxagoram concessurum, quòd accidentia possent ab omni corpore realiter segregari: nec esset aliquod subiectum, quod denominarent per consequens. Vnde & commentator concludit de eo in fine commenti. Distinguere enim qualitates à corporibus, sicut dixit, est impossibile: quia passiones sunt inseparabiles. ergo possibilis separatio passionū à subiecto fuit iuxta istos de mente Anaxagoræ. Transi hinc ad Platonem; an non posuit ipse formas naturales abstractas à materia secundum esse non secundum intentionem tantum? nec solas formas substantiales, sed & accidentales? sicut recitat eum Aristoteles textu commenti. 19. in secundo Physicorum. Contigit (inquit) istis separare formas naturales ratione: quia sunt separate inesse apud eos: & manifestum est, quod quicquid separatur ab esse, separatur ratione, & non e contra, vt existimant. Hæc commentator. Ergo fuit necessariò de intentione Platonis, separare prædictas formas à subiecto re & intentione. Et ideo re, quia vidit eas intentione separari. Item Plato posuit species separatas, & genera ab omni corruptibili singulari: ppter duo, scilicet, propter scientiā habendam de rebus, quæ est tantū de perpetuis, & propter generationem & corruptionē in rebus, quæ à specie-

bus perpetuis sunt remotæ. Et cū sint accidentiū species, sicut & substantiarū: ergo oportebat omnium accidentiū species & genera à subiectis ponere absoluta. Quia si à ppris singularibus sequestrantur, multò magis à suis subiectis extranei generis, sicut deducit cōmentator. 2. Metaphy. quia mixtio substantiæ vniuersalis cū substantiis particularibus est fortior, vt dicit, mixtione accidentiū cū suis substantiis. Si ergo substantiæ vniuersales sint realiter separate à suis singularibus, secundū Platonicos: multo magis accidentia erūt à subiectis separata. Itē fortior est cōnexio accidentis vniuersalis cū suo singulari, quā cū suo subiecto genere generalissimo ab eo distincto. Si ergo accidens vniuersale separatur à proprio singulari, ergo à fortiori à subiecto. Sed & hoc à sancto Thoma discere potuisti. 4. lib. cōtra gentiles: quod Platonici posuerūt quantitates dimensionales per se subsistere, propter hoc, quod secundū intellectū separantur, & item super. 4. quod hoc dixerūt de Mathematicis vniuersis. Transi item de Platone ad Pythagorā, & sequaces eius. Et nūquid reperis in 4. Physico ponentes vacuū, dicētes illud dimensionem ab omni naturali corpore separatam, receptiuā item coloris & soni? Vnde & commentator arguit cōtra eos cōmēto. 60. quod sic prædicamentum quātitatis esset separatum: & sic item quantitas esset substantia, quia vt exponit eos cōmēto. 5. 1. non est differentia inter vacuū & corpus mathematicū, cū vtrūque sit tres dimensiones abstractæ à materia. Et ita Pythagoras posuit tonos à materia separatos secundum esse. Ecce quot philosophi, quos aberrantes, celibriter in tonabāt suis temporibus accidentia separata à subiectis. Anicebron item lib. fontis vite tractatu. 2. Forma (inquit) accidentalis potest separari à materia, quæ sustinet eam in actu: & formæ substantiales non possunt separari in actu à materia, quæ sustinet eas, nisi intellectu resoluēdo, & componēdo. Sed formæ corporales possunt per corruptionem tolli, & aliæ superduci subtractæ materia: sicut ipse in eo libro declarat interrogante discipulo. Formæ ergo (accidentales intelligit) possunt separari à materia, quæ eas sustinet, & manere. Veniamus ad Aristotelem, & commentatorem eius, & Porphyrium, modo præclaros toto orbe philosophos. Ipse Witcliff, ipse qui dixit, quod philosophi non consentiunt accidens posse sine subiecto consistere: ipse planè supponit istos philosophos veraciter ac pertinenter laborare nobiscum. libro de apostasia. capite quinto. Possit (inquit) Papa præsumere, canonizare isagogas Por-

Anicebron

Witcliff.

Porphyrii, & prædicamenta Aristotelis, damnando euangelium tanquam hæreticū, quod quidam putant contigisse de facto. Sequitur. Si ergo oportet fidelem credere, vt fidem catholicam, quod sacramentum altaris fit accidens sine subiecto, & Porphyrius ac Aristoteles in isto verisimè, ac pertinentissimè laborarunt, oportet in isto canonizare suas sententias. Et infra. Quauis autem Aristoteles & Porphyrius dicant multas necessarias veritates, nunquam tamen credidi expectasse diem, in quo ille articulus fidei ab Aristotele & Porphyrio indigeat declarari. Hæc Witcliff. AVTHOR. Crede mihi de se non indiget, sed pro te: tu aduocasti philosophos, dicens, quod tam philosophi, quàm theologi hoc ipsum ponere renuerunt. Quid restat, nisi vt philosophos hoc in multis posuisse probemus? Quantum verò ad Aristotelem & Porphyrium nondum audiui quenquā nisi te dicere, quod aliquatenus laborasset ponere accidens sine subiecto. Fideles scio periti potius fatebūtur oppositum: nec loca, vbi ista dicerent, inuenirent. Tu primus hoc dixisti, & vbi ad hoc laborauerunt, loca signasti. De Porphyrio: quia accidens describit adesse & abesse præter subiecti corruptionem. Quo ad Aristotelem: quia describit subiectū quid sit in libro prædicamentorum. ibi. Eorū quæ dicuntur. Planè quid hæc ad accidens sine subiecto pertinerent, non video: sed tantū, quia accidens aliud sit in essentia à subiecto. Et hoc dato, fundamētum illud resoluatur, quod te cogit propter contradictionis metam fidem accidentis abijcere, quod per te non est aliud à subiecto, sed idem in essentia. Et ideo non potest adesse & abesse præter corruptionem subiecti: sicut nec præter corruptionem sui. Si ergo Aristoteles, & Porphyrius laborāt pro esse accidentis sine subiecto, quia ponunt ea distincta in essentia: hac via pergunt oēs peripatetici & Aristotelis sectatores moderni, & non erit magnum inuenire philosophos, qui ponant huius positionis separabilitatē: quia penè omnes asserunt accidens à suo subiecto habere distinctam essentiam. Nec valet insensata derisio, qua dicis, Papam præsumere canonizare isagogas Porphyrii, vel categorias Aristotelis. Non enim canonizaret Aristotelem, aut vesanum Porphyrium, sed nec te, si sic nobiscum diceres: sed veritatem inspiratam de reposito creatoris. Deridet sic Apostolum Paulum, quod voluit canonizare Epimenidem, cuius dictum sibi sumit ad Titum: aut hemistichium Callimachi, aut senarium Menandri: aut apud Athenienses Aratum. Hieronymus

Paul. quos ethnicos citauit.

3 sic respondet magno senatori vrbis Romæ sic. Hieronym. quærētī in epistola. Quòd ꝑ quæris in sine epistolæ, cur in opusculis nostris secularium literarum interdum ponamus exempla, & cando rem ecclesiæ Ethnicorū fordibus polluamus: Breuiter responsum habeto: Nunquam hoc quæreres, nisi te totum Tullius possideret: si scripturas sanctas legeres, si interpretes earū, omisso Vulcatio euolueres. Quis em̄ nesciat & in Moyse, ac prophetarum voluminibus quædam assumpta de gentiliū libris? & Salomonē philosophis Tyri & proposuisse nonnulla, & aliqua respondisse? Vnde in exordio prouerbiorum cōmonet, vt intelligamus sermones prudentiæ, versutas verborum parabolas, dicta sapientum, & ænigmata, quæ ppr̄ie dialecticorum, & philosophorum sunt. Hæc Hieronymus. AVTHOR. Non hunc morem præterit scriptura, sed nec scripture sancte sequaces, quin ad ædificium diuinæ sapientiæ literas conferant seculariter sapientum. Non quod eis indigeant, sed vt tuas, tuorumque; calumnias sic deuident. Quis sancto Dauid oblati bonis plus Deo complacuit, qui ei cecinit, Bonorum meorum non eges? Tu verò omni quaque; infestaris fideles. Si assumpserint philosophos sibi in testes, statim calumniaris indigentiam, & canonizationem eorum expaues. Si eos omitant, positionem dicis esse mendacem, quia nulli vnquam philosopho placebat. Cū tamen in substantia fidei philosophorum dicta plus deficiat, quàm efficiant. Potius enim diceret medicus impossibile esse simpliciter cæcum natum videre, quàm Deum posse hoc facere. Potiusque; naturalis diceret falsum esse vnum numero simplex trinum in personis, quod verum. Quid refert, si noctua fulgorem solis dixerit esse falsum? Hucusque; ad cognoscendum verum humana sapientia non ascendit, disputante Laſtancio diuinarum institutionum lib. Laſtantius 2. cap. 3. Falsum intelligere est quidem sapientia, sed humanæ. Ultra hunc gradum procedi ab homine non potest. Verum autem scire, diuinæ sapientiæ est. Homo autem per seipsum peruenire ad hanc sapientiam non potest, nisi doceatur à Deo. Itaque; philosophi, quod summum fuit humanæ sapientiæ, assequuti sunt: vt intelligerent quid non sit. Illud assequi nequiuert, vt dicerent quid sit. Nota Ciceronis vox. Vtinam tam facile vera inuenire possem, quàm falsa conuincere. Hæc ille. AVTHOR. Noli ergo lugere mi Witcliff quasi expectaueris videre diem, quo articulus fidei indigeat declaratione Aristotelis, vt sit verus: sed quo processus tuus contra fidei articulum

4 appareat planè falsus. Prima ratio Witleff impugnās accidēs sine subiecto est, quia forma substantialis corporea non potest per se subsistere: quia sic materia daretur informis: ipsi tamen subsistendi proprietates plus conuenit: ergo multò magis nullum accidens per se subsistit. Pro solutione istius philosophos tuos interroga. Primò qualiter forma substantialis corporea non per se subsistit: accidentalis forma potest. Nam Anicebron, vbi eum suprā recolui, ita dicit. tractatu secundo libro fontis vitæ. Non est (inquit) possibile, vt sit forma in actu sine materia, quæ sustinet eam. Forma dico substantialis, non accidentalis: quia forma accidentalis potest separari à materia, quæ sustinet eam in actu, & formæ substantiales non possunt separari à materia, quæ sustinet eas, nisi intellectu componendo, & re soluendo. Hęc ille. AVTHOR. Quasi diceret: formæ accidentales possunt separari aliter, quæ per intellectum, scilicet, secundum actum, sicut suprā sensit Plato. Formæ autem substantiales nisi secundum intellectum, aut quia materia non potest secundum eum esse sine forma: sicut radius solis non potest esse sine splendore, quia splendor non potest esse sine radio. Aut quia forma talis non est ens per se in genere: ideo necessariò inest materiæ, vt per analogiam ad totum possit esse in prædicamēto totius, vel sicut cōmune, aut sicut indiuiduū. Si verò neutrum esset, nihil esset. Accidentia verò multa etiam separata habent rationem sui generis in nullo minus. Sed hoc non obstāte si diceret iste Anicebron formam accidentalem ex natura propria sic possibilem separari, suo periculo sic diceret: nisi de potentia sua obediētia fortè, qua cuncta obediunt creatori: & in se nihil habet repugnans, quale sibi restat priuilegium in materia venerabilis sacramenti. Et quilibet. 7. panum potuit esse plures. Secundò item interroga tuos philosophos, si quod conclusisti pro incōuenienti, sit inconueniens apud eos, scilicet, quòd daretur materia informis. Consulo interroges antiquos philosophos & poetas quid tradiderūt Ouidio suo de Chao, cum diceret,

Quem dixere chaos rudis indigestaq; moles.

Nec quicquam nisi pondus iners.

Et inde item Lucanus in primo.

Antiquum repetens iterum chaos omnia mixtis
Sidera sideribus concurrerent ignea pōrum.

Augustin.

Augustinus autem mentes eorum exponēs, cōtra epistolam fundamenti. cap. 28. sic ait. Non inuenitur vnde cuiq; naturæ, nisi ab omni bonorum auctore Deo tribuantur. Non sicut

chaos describere, vel quomodo insinuare etiā poētæ solent informem quandam materiam sine specie, sine qualitate, sine mēsuris, sine numero & pondere, sine ordine ac distinctione: confusum nescio quid, atque omnino expertum omni qualitate. Vnde illud, quod quidam doctores *outon* Græcè vocant: terram tenebrarū insinuare conantur. Hęc Augustinus. AVTHOR. Vult dicere de mente esse istorum prædictum chaos materiam omnino informem sine forma quantumcunque cōfusa substantia vel qualitate absoluta vel respectiua, alio qui si conciperet ibi formam quantumcūque confusam, non diceret, nescio quid. Cum ipse sic materiam concedit informem contra Manichæos in Genesim, in principio per processum. Tertiò item si non philosophos, saltē Theologos orthodoxos interroga, qua ratione concedant, quòd forma substantialis corporea potest sine contradictione seipsa subsistere sine subiecta materia. Alia ratio ei, quæ ante eum centies vidit scriptam, sicut & præcedentem, est hæc. Quia propria ratio substantiæ est per se existere: Accidens autem existit in alio: Si ergo accidens per se existeret, accidens esset substantia. Satisfacit huic sanctus Thomas super quartum ex Auicenna in Metaphysica sua, probāte, quòd hæc non sit substantiæ ratio: sed hæc, scilicet, est res habens quidditatem, cui debetur esse non in alio. Accidentis item definitio nō est esse in subiecto: sed cui debetur esse in subiecto.

¶ Quòd determinatio accidētis sine subiecto, est consona sanctis de millenario Christi.

C A P. L X X V I I.

S V M M A.

- 1 Accidentis sine subiecto determinatio, quòd sit sanctis de millenario Christi consona, ostenditur. Et quid primò dicat de hoc Basilius.
- 2 Damascenus quomodo Basilij sententiam affirmet de accidente sine subiecto.
- 3 Lincolniensis quid de esse accidentis & subiecti recitet, & de possibilitate separationis eorum.
- 4 Augustinus quid de primæua luce sentiat, & an velit idem cum Basilio, fuisse, scilicet, accidens sine

sine subiecto. Et plura de hoc ibi ex Gilberto, Dionysio, Vercellensi, &c.

- 5 Sapientia, bona mentis qualitas, & primum donū, secundum quam mens contēplatur æterna, quòd quibusdā uideatur quandoque esse accidens sine subiecto. Et quid de hoc dicat Augustinus.



fficcit nobis in vna summa, quod tot serenis philosophis non displicuit, imò placuit, philosophia accidentis sine subiecto suo. Et Aristoteles, & Porphyrius ad hoc pertinentius laborarunt: ita vt canonizationē eorum non insipienter metuas imminere. Iā de cætero Theologos adæmus, philosophorum scrutatione completa. Sanctus enim & antiquus pater Basilius, doctor Græcus, in suo Hexæmeron. homilia. 6. dicit lucē primo die creatam, fuisse accidens sine subiecto, & sine sibi subiecta substantia qualitatem: disputans de luminaribus. 4. die creatis. Quomodo (inquit) si lux antecesserat, quomodo nūc sol ad illuminationem dicitur cōstitutus? Sequitur. Quia tunc luminis natura est producta: nunc autem solanum corpus est effectum: quo supfertur illud primogenitum lumen. Et infra. Nulli videat incredibile quod diximus, aliud esse luminis splendorem, aliud subiectum luminis corpus. Primò, quia quæ cōposita sunt, in duas partes diuiduntur, scilicet, in materiā receptive, & in eam, quæ sibi euenit qualitatem. Sicut igitur aliud est naturalis cādor, aliud quod candescit: sic illa, quæ dicta sunt, distare à se quidem natura videntur: sed creatoris virtute coniuncta sunt. Et non mihi dicas, impossibile est hæc ab alterutris separari. Neque enim ego separationem luminis à solano corpore comprehensibilem mihi tibiq; cōfirmo. Sed quia nobis opinione sola diuisibilis existimatur, planè nutu conditoris possunt hæc à natura sua seiungi. Denique nobis impossibile penitus est ardorem solis à splendore discernere: sed Deus volens famulum suum miracula visione conuertere, sic apposuit rubo flammam, vt solam vim claritudinis, eius deposito ardore monstraret: sicut & psalmista testatur, dicens, Vox domini intercidentis flammam ignis. Hęc Basilius. AVTHOR. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio: o lux de lucē creatrix efficacis huius subsistentis per se lucis primæuæ sensibilis, & finite: quia sic splendoris tui radios incidentes, huic sancto viro, & antiquo Basilio protexisti, vt in hoc tuo lumine, lumen videat homines iam mortales plus

mille annis ab eo remoti: & vt in ea luce per fidem ambulent veri filii Israël, & Iudæi nō carne circuncisi, sed corde: dum perfidi Witleff stæ æmuli Pharaonis suas tenebras circumpalpent: & filiis tuis hoc tñ inuideant, quod soli lucē habitent eis inaccessibilem: quia sunt increduli, & corde duri ad fatendum huiusmodi tua virtute sine subiecto suo accidēs posse fieri & manere. Eoq; magis in sancto tuo videtur prouidentia tua cunctis esse mirabilis, quia dum diebus suis adhuc in sacramēto altaris de accidēte sine subiecto nulla inter catholicos questio verfaretur: tamen vt maiori autoritatis mole longè post exurgentes statim prolata, ipso flatu mortificaret hæreticos: sic eius precordiis bene munita, & fortem spiralli dictare sententiam, vt de essentia accidentis, de modo subiecti, de intellectu, de separatione eorū in actu, omnis questio solueret: & omnis aduerfarij potestatis forberetur obiectio. Supponat nunc Witleff quotiens velit accidens esse non aliud, sed ipsum subiectum suum sic se habens. Fidelis logicus, & diuinus Basilius dicit planè aliud esse splendorem, aliud subiectum luminis corpus. Et post. Distant quidem natura, sed sunt Dei virtute coniuncta. Dicit Witleff eandem entitatem & præcisè eandem substantiā & accidēs suū. Magnus Basilius dicit eum falsè docere: quia tale cōpositū per accidēs diuiditur in duas partes reales, scilicet, receptive materiā, & qualitatem receptā. Et vt probat doctor solēnis, impossibile esset dare cōpositū per accidēs, nisi accidēs diceret essentiam, & existētiam simpliciter distinctas à substantia. Doceat Witleff, tradat discipulis suis hæreticis contradictionem manifestā, hæc ab alterutris separari, nec Deū posse hoc facere, nec hoc hominē intelligere. Sed secretior Deo Basilius, & melior sine cōparatione theologus, probat hoc Deo esse possibile pulcherrima ratione: quia necesse est vt concedamus, plus posse Deum facere, quā nos intelligere: sed nos opinione, & operatione mētis possumus abstrahere accidens à subiecto: ergo & Deus à fortiori hoc potest facere. Confirmat argumentum, quia nos nescimus intelligere quomodo re ipsa ardor solis vel ignis à splendore discernitur: & tamē hoc fecit Deus in rubo. Quanquam Basilius considerationē illam abstractiuā ex parte nostri nō tacuit: sed supraddeere volebat, quod plus erat, quod ita posset esse re abstractū sicut apud nos in mente. Quia nobis opinione sola (inquit) diuisibilis existimatur: planè nutu conditoris possunt hæc natura seiungi. Patet igitur ex his, quod lux illa pri-

mæua potuit à Deo sine subiecto esse creata. Iam veniat glossa istius de suspensione considerationis subiecti, & audeat dicere, q̄ Basili⁹ voluit non lucē actu esse suspēsam à subiecto, sed per considerationem eius tantum. Et dicat cuius intellectus consideratio debuit sic suspēdi: nunquid hominis, vel alicuius bestia: quādo iam nec homo creabatur, nec bestia? Aut consideratio angeli, siue Dei, & iam eis necefse fuit vti consideratione illa mathematica p̄ hac terna die tantū: & post hoc in quarta die, quando viderēt lucis formam in materia, tūc considerare possent illam physicē sine culpa? Glossa ergo eius consideratoria solū fuit pro uisa sacramēto altaris, nō accidentibus impro uis. Sed vt sciant fideles non soli Basilio pla-
 2 **Damaſcen.** cuiſſe prædictā ſententiā, *Damaſcenus* item do-
 ctor Græcus in .2. ſententiarum lib. ipſam affirmat. cap. 7. dicens. In principio quidem fecit Deus lumen: prima, ſcilicet, die pulchritudinē & ornamentū omnis viſibilis creaturæ. Aufer enim lumen, & omnia in tenebris ignota manebunt: cū proprium non poſſunt demōſtrare decorē. Sequitur. Igitur in tribus quidē diebus reſuſo & contracto lumine: diuino præcepto & dies & nox fiebat. Quarta verò die fecit Deus luminare magnū. i. ſolem in principio & poteſtatē diei. Et infra. Luminaribus igitur his præuiū creatum lumen cōditor impoſuit: non vt deſiciens alio lumine, ſed vt nō vacuū illud maneret lumen. Luminare enim eſt, non ipſum lumen, ſed luminis receptaculum. Hęc ille. **AUTHOR.** Ne autem circa expoſitionem iſtorum dentur erroneæ gloſſæ: certē doctores magni ceteriores eos conuenire dicunt in accidente ſine ſubiecto. Vnde & in libro quodā de ſtudio magni *Lincolniēſis*, quem vidi inter *Minores Oxoniārū*, habebat notatum in margine de manu magni *Lincolniēſis*. Nota ꝑ̄ diuidi poſſunt accidentia à ſubiecto, & lux à calore cū longo tractu: & in fine eius ſtellam ſignatā. Vnde & idem *Lincolniēſis* in ſua expoſitione ſuper *Genefim*, textu, Fiant luminaria, cunctā eorū mentē expo-
 3 **Lincolniē.** nens, & recitans de eſſe accidentis & ſubiecti, & de poſſibilitate ſeparationis cum aliis, dicit ſic. Credunt *Auguſtinus* & *Hieronymus*, q̄ lucēs ſtellarū, & ipſa corpora lucida vnius creationis ſunt. *Basilius* autē, & *Ioannes Damaſcenus*, q̄ diuerſarum ſunt creationū: quia lucēs ſunt primæ diei creatione ſecundū ipſos, & luminaria quartæ diei. Et dicunt, q̄ corpora talia non ſunt niſi vehicula primæ lucis creatæ eis poſt modum impreſſæ. Et dicit *Ioānes Damaſcenus*, q̄ lux, & ſol ſic differunt vt ignis &

lucerna. Hoc autē ideo factū eſt, ne primū lumē vacans remaneret: & ad offendenđū hoc non eſſe impoſſibile, nititur *Basilius*. Videmus eū quædā corpora nunc lucentia, nunc autē luce priuata. Igitur aliud lux, & aliud ſubiectū: & hoc ſiue accidēs, ſiue non. Et dicit, q̄ quæcūq; eſt mente diuidere, multo fortius poteſt Deus actu diuidere. Item q̄ lux & calor aliquando actu diuidūtur, ſicut in rubo: igitur multo fortius lux & lucis ſubiectū. *Psal.* Vox domini in tercentis flammā ignis. Itē fiet hæc eadē lucis & caloris diuiſio in fine mundi: quia calor erit apud inferos ſine luce. In ſuperiorib⁹ autē lux ſine corrūpente calore. Hęc *Groſſet Lincolniēſis*. **AUTHOR.** Iam audisti *Lincolniēſem* exponētē mētes prædictorū doctōrū de accidente lucis poſſibilis ſine ſubiecto. Et ꝑ̄ hoc (inquit) ſiue accidēs, ſiue non. Nec cōcipiat aliquis fidelis *Lincolniēſem* dicere *Auguſtinum* & *Hieronymum* aduerſari *Basilio* & *Damaſceno* in hoc, quoniā prima lux fuit per ſe ſubſiſtens: ſed in hoc, q̄ hæc ipſa primæua lux foret impreſſa luminarib⁹ die quarta. Nam ſtudioſis lectōribus videtur *Auguſtinū* ſentire hoc idem cū eis de ſubſtātia primæ lucis. Vnde .2.2. lib. cōtra *Fauſtum* in principio multum ſolicitē inquirens diſcutit *Auguſtinus*.
 4 **Auguſtin.** Quarto (inquit) die fecit Deus iſta cōſpicua celi luminaria: quæ ruruſ vtum cū ſua luce ſimul facta ſint, an ex illa, quæ iam facta erat, quodāmodo accenſa ſint, ſimiliter quæritur. Quæ licet ſanē lux facta ſit, quando cū eſſent tenebræ ſuper abyſſum, dixit Deus, Fiat lux: creatam tamen lucē à creatrice luce factā eſſe nō dubitat, quiſquis ſanctas literas piē legendo, ſit dignus, qui intelligat. Hęc ille. **AUTHOR.** Hanc autē inquisitionē de primæua luce, quam ibi ſtatim nō terminat, in lib. eodem bene interiecto ſermone concludit. Ecce (inquiens) ostendi quantum potui, nos nō colere diuerſatum in æternitate in tenebris Deum, ſed eū, qui lux eſt, & tenebræ in eo nō ſunt vllæ, atq; in ſeipſo habitat lucē inaccessibilē, cuius lucis æternæ candor eſt, cōæterna ſapientia: nec lucis inopinatæ admiratōrē; ſed lucis factæ creatorē vt ſubſiſteret, approbatorē vt maneret. Hęc ille. **AUTHOR.** Ex hoc verbo *Auguſtini*, lucis factæ creatorē vt ſubſiſteret, videtur eum velle cum *Basilio*, lucem illam, ſcilicet, primā qualitatem, accepſiſſe à Deo proprietatem per ſe ſubſiſtendi: quā dicit propriā eſſe ſubſtantiæ: ſi non excedat per miraculum. 7. de trinitate. cap. 8. vbi dicit. Omnis res ad ſeipſam ſubſiſtit, quantō magis Deus? ſi tamē dignum eſt, vt Deus dicatur ſubſiſtere. De his enim

enim rebus rectē intelligitur, in quibus ſubiectis ſunt ea, quæ in aliquo ſubiecto eſſe dicuntur: ſicut color, aut forma in corpore. Corpus enim ſubſiſtit, & ideo ſubſtantiā eſt. Illa verò, quæ in ſubſiſtente, atq; in ſubiecto corpore, non ſubſtantiæ ſunt, ſed in ſubſtantiā. Et ideo ſi eſſe deſinat vel ille color, vel illa forma, non adimit corpori corpus eſſe, quia non hoc eſt ei eſſe, quod illam, vel illam formā colorē mē retinere. Hęc ille. **AUTHOR.** Hanc ergo logicam de ſubſiſtentiā cum *Auguſtinus* haberet ſemper ad manus, non eſt veriſimile, q̄ totiens æquiocaret de luce, vt ſens abſtracto p̄ concreto, id eſt, luce, pro lucido, niſi aliquādo detegeret ſemetipſum. Vnde & doctōr *Gilbertus* in libro altercationum *Chriſtiani* cum gentili, diu diſputans metro elegiaco, hexametro & pentametro quid fuit lux primo die creata, & vtum ſubiectabatur in aliquo corpore, & demum parui pendēs illam poſitionem, eo q̄ ſcriptura non memorat præter ſolam lucē corpus tale productum, demū concludit conſonanter *Basilio* in terminis *Auguſtini*.

Gilbertus. Illam dicemus per ſe ſubſiſtere lucem, Donec ducatur certior inde locus.

Hęc ille. **AUTHOR.** Et cū ſuprà dixit *Auguſtin.* Deū ap̄ pbatorē illius lucis vt maneret, patet eū intēdere eā fuiſſe impreſſam corpori ſolari ſecundum ſe, non in nubecula, vt quidam ſomniant ſine fundo: ſed ſecundum ſe: ne iam ſecundum eius ſubiectum fieret otioſum, cū factis ſubiectatur in vno: maximē cum eius vicibus alternatis, fiat dies cauſaliter iā ſicut olim ante ſolem. Vnde ſuper *psal.* 16. verſus finem *Auguſtin.* Vide opera Dei: fecit Deus lucē, & diuiſit Deus inter lucem & tenebras: lucem vocauit diē, & tenebras vocauit noctem. Non diēum eſt: benedixit lucem. Etenim eadem lux redit, & alternat diebus ac noctibus. Hęc ille. **AUTHOR.** Ecce eadem lux redit, quæ primò diuiſit inter lucem & tenebras: non ergo vſquequaq; euanuit. Sed iam vehente ſole eadē redit, & alternat diebus ac noctibus. Et ſic videtur tenere ſecundam partem diuiſionis prædictæ, q̄ luminaria celi ex prima luce ſint accenſa: quæ primò fuit per ſe ſubſiſtens forma. Sufficere ergo debet viro fideli tā antiqua traditione ſanctorum Græcorum, quos nō fruſtra ſequitur *Auguſtinus*: quia vidit, q̄ à primordiis fidei penē peruenit ad eos determinatione prædicta de luce. Vnde ſanctus doctōr *Dionyſius* videbatur hoc eis de luce ſolis tradidiſſe libro de diuinis nominibus, cap. 4. dicēs. Ad generationē ſenſibiliū corporum cōmittitur, & ad vitam eam mouet, & nutrit, & crefcere fa-

Auguſtin.

Idem.

Idem.

Dionyſius.

cit, & perficit, & purgat, & renouat, & menſura eſt, & numerus horarum, dierum, & omnis erga noſ temporis lux. Ipſa enim eſt lux ſi & tunc infigurata erat, quando diuinus dixit *Moyſes*: & illam ipſam ſtatuit nobis diē trinitatem. Hęc ille. **AUTHOR.** Vult *Dionyſius*, q̄ lux ſolis eſt hic cauſa generationis rerum ſenſibiliū, & vitæ, & motus, & nutritio nis & augmentationis: & menſurat nobis, & numerat dies, & horas, & cæteras differentias temporum. Et hæc ipſa eſt, inquit, illa prima lux, quæ cauſauit primum triduum: quauis tunc fuit informis. Vnde & *Vercelleſis* ibidē. **Vercelleſis.** Ipſe ſol formatus eſt quarta die de illa luce ad huc non perfecta, quæ ſecundū *Moyſen* diſtinxit primum triduum in initio mundi. Hęc ille. **AUTHOR.** Ecce ſol formatus eſt qualitatiue de illa luce primæua adhuc non perfecta, ſed informi, quia indeterminata, & confuſa. Quæ ſi infuerat alicui ſubiecto pro illo triduo, ergo in quarto die cū informaret ſolem, miſeretur de ſubiecto in ſubiectum, quod nō eſt minus inconueniens apud philoſophos, q̄ accidens abſolutum per ſe ſubſiſtere. Si verò tota lux illa cū denominato ſubiecto foret impreſſa ſoli iam factō, ſuperflueret corpus ſolis, quia primum ſubiectū ſufficit cū luce ſua ad influentiam vniuerſi, & ad integritatem regiē celi ſeptemplexis. Nec poteſt gloſſa illa *Trutennica* iuuare, q̄ accipitur ibi abſtractū pro concreto, lux pro lucido: ſicut ſolet *Ariſtote.* exemplificari quādoq;: & hoc propter expoſitionem doctōrum ſequētium *Basili*, *Damaſceni*, & aliorum: qui planē dicunt ibi qualitatem fuiſſe lucem illam ſine ſubiecto. Ipſa enim eorum aſſertio ſufficienter declarat, quid *Dionyſius* intēdebat. Item tunc propoſitio *Dionyſii* foret, q̄ ſol factus eſt de primo lucido, & ſic de materia præiacente: quod eſt contra naturam corporis ſimplicis ſupracæleſtis. Ita videtur, quod omnes iſti doctōres in hoc conueniunt, q̄ lux illa olim accidens fuerit carens ſuo ſubiecto. Præter iſta quibuſdā viris conſpicui intellectus videtur ſapientiam, quæ eſt bona qualitas mentis, & primū donum, ſecundum quā mens contemplatur æterna, quādoque eſſe ſine ſubiecto, ſecundum ſententiam *Auguſtin.* 7. de trinitate cap. 3. vbi. Quoniā (inquit) quæcūq; anima participatione ſapientia fit ſapiens, ſi ruruſ deſipiat, manet tamē in ſe ſapientia: nec cū fuerit anima in ſtultitiā cōmutata: illa mutatur. Non ita eſt in eo, qui ex ea fit ſapiens, quemadmodum candor in corpore, quod ex illo candidum eſt. Cū enim corpus in alium colorem fuerit commutatu,

non manebit candor ille, atq; omnino esse de-
finet. Hæc Augustinus. A V T H O R. Ecce si a-
nima prius sapiens rursus desipiat, sapientia
manet in se, nec mutatur anima pmutata, non
quidem tunc manet in anima, cū ly, se, sit pro-
nomen reciprocum, & det intelligere ipsam
sapientiam in se manentē ne mutetur ad mu-
tationem subiecti, secundum illud, Motis no-
bis, mouentur omnia, quæ in nobis sunt. Ergo
re ipsa à subiecto mētis absoluitur vt in se ma-
neat, nec mutetur. Posset autem aliquis cape-
re fugam ad sapientiam creatricem, cuius par-
ticipatione anima fit sapiens: q; illa in se ma-
net, quauis mens desipiat. Sed obuiat differē-
tia, quam assignat inter illam sapientiam, & cā-
dorem: quia nisi turpiter æquiuocetur, alius
item diceret candorē increatum ita manere,
sicut & sapientiam increatam. De quo sapiēs.
Candore est lucis æternæ, & speculum sine ma-
cula. Non ergo bene diuideret Augustinus di-
cens sapientiam in se manere mutato subiecto.
Candorem aut omnino desinere esse, subiecto
in alium colorē mutato: quia sic manet in se
candor creator, sicut & creatrix sapientia. Itē
posset dici sapientiam manere in habitu, quis
superueniret cōtingenter actus oppositus, q; a
habituata iustitia, nō statim corrūpitur in ad-
uentu contrariæ dispositionis: nisi quia Augu-
stini sententia vniuersaliter enuntiatur, Quæ-
cunq; anima participatione sapientia fit sa-
piens, si rursus desipiat, manet tamē in se sapi-
entia: ergo si desipientia ipsa tantū sit affectata,
vt fiat habitus, adhuc manebit in se sapientia:
quod esset impossibile in eodem simplici &
impertito subiecto, propter denominationes
contrarias: quia inter eadem mēs indiuisa sim-
pliciter secundum se totam esset sapiens & de-
sapiens: secundum idē continens, & lasciua. Si
verò dicitur, q; sapientia manet in genere suo,
vel essentia & principiis quidditatiuis, quāuis
nō existenter: sicut & rosa nulla existente ro-
sa manet tñ semper: insistet orthodoxus phi-
losophus, quærens quomodo manet immuta-
ta, si substantia vel accidēs, si creata vel increa-
ta, dum totā sufficientiam eius ad ista duo re-
duxerit Augustinus in eodē lib. cap. 5. Cur (in-
quiens) in scripturis nusquā ferē de sapientia
quicquā dicitur, nisi vt ostendatur à Deo geni-
ta, vel creata. Genita, scilicet, per quā facta sunt
omnia. Creata verò, vel facta, sicut in homini-
bus, cū ad eam, quæ non creata & facta, sed ge-
nita est, conuertuntur, & illustrantur. In ipsis
enim fit aliquid, quod vocetur ipforū sapien-
tia. Hæc ille. A V T H O R. Omnis ergo sapien-
tia hominum in hominibus est: sapientia crea-


Augustin.

ta per participationem à sapientia genita in-
creata. Et valet argumentum, ergo non est sa-
pientia ipsa per essentiam: quia aliud est sapi-
entem esse per essentiam, aliud per participatio-
nem. Mihi tamen videtur modus loquēdi Au-
gustini, q; sapientia manet alicubi, vel in gene-
re, vel transcendenter in suo analogo, quauis
anima aliqua sapientiam ipsam amisit: sicut et-
iam loquitur in homilia. 39. super Ioannē di-
cens. Pius plus est, an ipsa pietas? plus est pie-
tas, q; pius. Pius em̄ à pietate, non pietas à pio. Idem.
Sed si ille, qui pius erat, factus est impius, ipse
perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. Sequi-
tur in fine. Hac data similitudine, fratres intel-
ligite, q; si pia est anima, est pietas apud Deū,
cuius sit particeps anima. Si est casta anima,
est castitas apud Deū, cuius est particeps aia.

De quidditate, & essentia acci-
dentis, & quomodo Witleff
renouat in hoc errorem
Parmenidis, & A-
naxagoræ.
CAP. LXXVIII.

S V M M A.

1. *Questiones de Eucharistia omnes difficiles q; in tres resoluantur. Et quæ sint.*
2. *Witleff quomodo in materia de accidente, Parmenidis, & Anaxagoræ errores sequatur.*
3. *Substantiam dicere esse accidens, quam sit absona positio, ostenditur.*
4. *Accidens, quod debeat intelligi res, aut entis alia à substantia, quasi esset substantia indumentum, probatur contra Witleff.*
5. *Philosophis orthodoxis quod Witleff positio de accidente non placuerit, demonstratur.*



Vne planā fidē docuimus de
hoc sensibili sacramēto, quo-
modo nō sit illa hostia conse-
crata, quā in natura sua præ-
sentē sacramēto visibili adora-
mus, veneramus, & colimus,
quā post consecrationē quintuplici benedi-
ctione signamus, hostiā sanctā, hostiā puram,
hostiā immaculatā, panē sanctū vitæ æternæ,
& calicem salutis perpetuæ. Quæ duo vltima
conuincunt hereticos, nullum fursurem pa-
nē ibi dici hostiam sic signatam: sed est bene
visibilis quædam forma continens in se sub-
stantiam carnis Christi verē hostiā consecra-
tā. Witleff instat scire, qd est illa visibilis for-
ma: V Witleff.

ma: nunquid accidens sine subiecto? Et ego
ex parte ecclesiæ instatē interrogo, quid est
corpus Christi in se, vt est in sacramento: nun-
quid tenuis habitudo? Ipse impropere catho-
licis panē ibi fieri visibilis accidēs, aut nihil,
& adhuc nos nescire in quo genere acciden-
tis. Sed mentitur vbilibet. Ego filius ecclesiæ
impono ipsi quod dicit: quia facit ibi corpus
Christi pulchram & cælestem substantiam, ef-
se tantum vnum respectum: & nescit determi-
natē cuius generis respectuorum, nisi quod
quodam loco secreto posuit illum de vltimo
genere, appellās illam figuram Christi corpo-
ris tegumentum. Magnam item putant nos ir-
rogare iniuriam sacramento visibilis panis, di-
cens, q; conuertimus tam notandam substan-
tiam in aliquid peius veneno, quia in accidēs
sine subiecto. Ego verò flens dico, inimicum
istum crucis Christi, & (quod plus est) corpo-
ris Christi intolerabiliter maius Christo pro-
uidisse tormētum, quia purissimā eius carnē
de virgine sumptam, quam angeli delectātur
inspicere, vltra accidēs pessimum absolutū re-
digit in infinitum respectum, cū tamē pri-
ma relatio, secundum philosophos, sit minimæ
entitatis. Hæc autem habitio figuralis sexto
gradu generali sibi supposita deterior est ea
sexies in infinitū. Hoc autē si sit in genere ha-
bitus (vt ipse ibi innuit) saltem omnino cū
non sit de quarta specie qualitatis, quia nō est
accidens absolutum, nihil erit, nisi quidam re-
spectus conformitatis, vel habitus ad signatū,
inuisibilis, insensibilis, & respectus rationis,
qui de ratione suæ speciei non exigit alterum
extremum in natura, sicut nec idolum Belis,
vel Adonidis: & inter alios respectus figura-
les similior idolo: sicut & ipse sæpe comparat
figuram illam imagini crucifixi. Heu sic mu-
tatam gloriam carnis Christi in tantillum re-
spectum idoli: Hoc est, quod lamentans Iere-
mias dicit in persona Christi, Populus meus
mutauit gloriam suam in idolum. Planē mu-
tatio peior, quàm illorum, qui mutauerūt glo-
riam suam in similitudinem vituli comedētis
foenum: quātō respectus vltimæ rationis est vi-
tulo, vel foeno, imo colore foeni deterior. Si sal-
tem ipse bene comparauit accidēs absolutum
hostiæ ad venerū. Sed in hoc negotio sacra-
menti penē cunctæ quæstiones difficiles resol-
uuntur in tres: de pane sensibili, de corpore
Christi, de essentia accidentis. Et inquirentib;
de alterutris, istæ perplexæ se ingerunt, quia
ponēs ibi panem verum, excludit carnis natu-
ram, vt Berengarius & Witleff panitans. Nō
hic cōmemoro quorū doctrina modō parēt

Questiones
de Eucharis-
tia.

fideles ecōtrariō cognoscētes gratuitum Chri-
sti donum eligūt potius naturā hinc panis ab-
sentare, quàm corporis. Quo retento, superest
quærere de forma illa, quæ apparet: nō em̄ fal-
lit Christus quenq; in fidei sacramētis, nec illu-
dit sensus humanos. Si sunt in subiecto, & cū
nō in pane, in quo? Si extra subiectū, quomo-
do cōtra naturam suspendūtur ne insint? Et si
hoc contra naturam quātum, vel quia in hærē-
tia accidētis est de per se ratione eius secūdo,
vel primo. Et hīc ingerit sese Witleff, dicens, V Witleff.
accidens nō tātum inesse, sed esse subiectum.
Et per hoc, quàm impossibile est idē esse simul
& nō esse: tam est impossibile accidēs perma-
nere sublato subiecto, vt tractatu suo de incar-
natione verbi. cap. 4. Albedo, inquit, cū sit sub-
stantiam esse albam, nō potest esse sine subie-
cto. Et de sermone dñi in monte. ca. 41. Non
est accidēs nisi modus accidentalis substantiæ.
Et de Eucharistia. cap. 7. Nulla qualitas est, nisi
substantiam esse qualem, nec aliqua forma
est, nisi illa, quæ est substantiam esse formatā,
vel formosam. Ideo idem est ponere, q; quali-
tas sit per se sine substantia: & ponere, q; sit ita
q; substantia sit qualis, sine hoc, quod sit sub-
stantia: & sic includit formalem cōtradictio-
nem, q; sit accidēs sine substantia subiecta. Hæc
Witleff. A V T H O R. Ecce iam habetis origi-
nem proteritiæ eius in materia sacre Euchi-
ristiæ. Ex quo enim inuenit sibi errorem istum
in philosophia de esse accidētis: & in tractatu
de fide noluit obedire: quo contra signanter
Apostolus intulit, Destruenda est omnis alti-
tudo extollens se aduersus scientiam Dei; & in
captiuitatem redigēdus omnis intellectus in
obsequium Christi: non quidem eum statim
damno, quia humanum colligit errorem, sed
quia altitudinem suam extulit cōtra Dei sci-
entiam, nec eius obsequium redigere voluit in-
tellectum. Vnde & libro. 2. de baptismo. ca. 6.
Augustinus. Homines, inquit, sumus. Vnde ali-
quid aliter sapere, quàm res se habet, humana
tentatio est. Nimis autem amādo sententiam
suam, vel inuidendo melioribus vsq; ad præ-
scindendæ communionis, & cōdendi schisma-
tis, vel hærēsis sacrilegium peruenire, diaboli-
ca præsumptio est. In nullo autem aliter sape-
re, quàm res se habet, angelica perfectio est.
Quia itaq; cū homines sumus non habemus
perfectiōnē angeli, nō habemus præsumptio-
nē diaboli. Ideo dicit Apostolus, Tætatio vos
nō apprehendat, nisi humana. Hæc ille. A V-
T H O R. Mirabilē philosophiam istam, & cō-
tra spem multorum modernorum adinuenit
Witleff in materia accidentis. Idcirco loque-
tur S 5 tur



Augusti.

2 tur ipse suam sententiam. Non ꝑ æquiuocando, inquit, de accidente qualiter substantia, & omnis creatura est accidens Deo, sed accipiēdo famosè vt est analogicè distinctum contra substantiam, & sic communis nouem generibus: sic de accidente dicemus. Sic enim ponit substantiam re & essentia esse accidens, & ecōtrariò. Vnde in summa cap. de quidditate esse & essentia in prædicamento substantia. Tota, inquit, entitas accidentis est suum subiectū specialiter, si nullum accidens ponit rem, quæ possit per se existere vltra suum subiectum, sed solum modum subiecti: quod ego credo verum. Ego autem credo, quod quauis nouem sunt genera entium distincta à se inuicē, & à substantia, omnis tamen res est substantia, cum accidentia non sint nisi modi substantiarum, siue sint qualitates, siue quantitates. Hæc Witcleff. A V T H O R. Ecce accidens re, & essentia est substantia sua se subiectans, & ab illa sola modalitate distinctum. Qualiter secundum multos par & impar reperiuntur in numeris, & gradus intensi & remissi sunt modi tautummodò qualitatum. Vnde omnis res, inquit, est substantia. Iam detexit in hoc verbo suum authorem. Parmenides enim hæc positionem inuenit, quem Aristoteles reprobabat primo Physicorum: quia posuit omnia esse vnum. Et cum quæreretur ab eo: quod vnum? substantia, an accidens? Dixit quod vna substantia, intendens secundum expositores substantiam generalem. Et ibi tantum vitabat multitudinem, quod Lycophon sequax eius vitauit dicere hominem esse album, eo quod hoc verbum, est, intelligitur copulare inter duo. ideo nō concessit, homo est albus, sed alatur. nec homo est currens, sed hominem currentem. Et Witcleff concedit cursum hominis esse hominem currentem: nec aliquam rem, vel entitatem plus homine. Et isti Philosophi facti sunt tam grossi, vt adhuc illorum tempore non fuerit inuentum, quod subiecto eadem possint esse quidditate diuersa. Sed quia viderunt substantiam hominis, & scientiam eius non separata in re & subiecto, ideo putabant ea indistincta quidditatiua ratione, & essentia. Et eidem errori in substantia (quauis in modo ponendi & loquendi discrepat) conuenit author iste. Non enim aliquod ens est iuxta eum nisi substantia. Vnde in summa cap. 2. de numero prædicamentorum in fine. Notandum, inquit, quod omne prædicamentum dicit substantiam: & vt credo, non est aliqua res nisi substantia, sed alia entia sunt habitudines, respectus, dispositio-

nes, vel modi accidentales, inexistentes substantijs. Hæc Witcleff. A V T H O R. Alius author vetus istius erroris erat Anaxagoras, quem Aristoteles, & commentator eius commentò. 39. primi Physicorum dixerunt insensatum: quia non distinxit accidentia à substantijs & corporibus, sed cum aliquid sit album, dixit hoc fieri per abstractionem albedinis prius commixta. Et hos recitat Auicenna. 3. Metaphysicæ inter ponētes colorem, & lucem, & ceteras qualitates sensibiles esse substantias commixtas corporis. Ecce hos principes & magistros sequitur Witcleff in materia de quidditate accidentis. Sic eum intelligo, quantum sine maliuolentia (Deus nouit) mihi datur sentire de eo. Si quis aliter sentiat, non mihi displicet, si poterit eum reddere meliorem, dum tamen pios lectores in fauorem tantum non ducat hæretici, vt matrem ecclesiam detestentur. Propter quos restat dicere, quod absona fuit ista positio, quod substantia est accidens, sicut ipse concedit re & essentia, philosophis magnis & præcipuis: & nedū eis, sed omnino magnis theologis transijt in derisum. Nam post Platonem, Aristotelem, & commentatorem eius, qui omnes planè concedunt accidenti maxime absoluto essentiam omnino remotā à quidditate substantia, quāuis indistinctè subiecto: superest Auicenna, qui propter hoc in Metaphysica sua determinat, quod equinitas est tantum equinitas, sic albedo, albedo tantum, non substantia. Item in prædicamentis Simplicius dicit, quod prædicamentorū essentia sunt impermixta. Hoc magis contra istū, qui nō idē omnino ponit, quidditatem rei & eius essentiam: quasi quidditas non foret tota rei essentia. Item Algazel in sua Metaphysica, tractatu primo, cap. 5. Accidens, inquit, absolutè est hoc ipsum respectu nouem prædicamentorum, & conuenit eis: quare vnumquodq; eorum habet in se essentiam suam, qua est quod est. Iste philosophus, sicut & prædicti, idē habet, essentiam accidentis, & quidditatem accidentis completam, qua est quod est: & hanc essentiam habet vnumquodq; eorū in se: ergo substantia, quæ est genus extraneum istis nouem, non ingreditur eorum essentias: sed ista nouem segregatur ab ea sicut distincta essentia: & infra se intrinsecè definita: & hoc tenent moderni subtiles. Et ratio est, quia quæ sunt primò diuersa, non includunt se mutuò. Substantia autem & accidens sunt primò diuersa, & diuidunt ens. Item accidēs purè intellectu præscindit substantiā tanq̄ naturā disparē: ergo nō includit eam in ab-

in abstracto conceptu. Confirmatur per hoc: quod accidens respectuum excludit conceptum accidentis absoluti, & vna species subalterna eiusdem generis aliam: multo magis substantiam, quæ magis distat in analogo. Item commento. 25. primi Physicorum. Album significat albedinem, & recipiens albedinem: & definitio albi est alia à definitione recipientis albedinem: & differt ab ea definitione, nō tamen in esse. Item commento. 28. dicit, quod accidentia inseparabilia includunt subiectum in definitione, non autem separabilia: non ergo omne accidens includit subiectum suum per essentiam & quidditatem. Et quauis includit omnino respectum ad subiectum, non tamen includit illum quidditatiuè: sicut omnis creatura dicit necessarium respectum ad Deū creatam, & conseruantē, non tamē Deus est quidditatiuè essentia creaturæ. Magna item ratio est: quia tunc esset circulatio in causis essentialibus: & idem definiretur per se, quia subiectū sic se habens est albedo definitiue: & albedo causat subiectum sic se habere. Ideo etiam antiquiores philosophi theologizantes descriperunt accidens potissimè absolutum quasi receptum, & subiectum quasi receptaculum: & hæc ipsa distare sicut aliud & aliud in natura. Vnde Candidus Arianus in libro de generatione diuina ad Victorinum Rhetorem, qui incipit, Omnis generatio omni dulciscitenectus. Videamus, inquit, num forte substantia, num substantialitas antequam Deus fuit, fuerit: nū existentia, num essentialitas. Sed enim substantia magis subiectum cum sit, alteri subiectum est ei, quod in ipso est, & vt alterum est ab eo, quod in ipso est. At verò aliud, & aliud non recipitur circa Deum: non enim in alio, vt aliud est, cum est Deus. nō em̄ aliud Deus, aliud Deum esse. simplex enim quiddā Deus. Non ergo præexistente substantia ingenitus est Deus. Magis enim præstat Deus substantiam, quā præextitit substantia ante Deum, quæ est subiectum, & alterius vt aliud, & vt receptaculum effectum, illo scilicet potiore, cuius receptaculum est: & idcirco posterius adnata. Hæc ille. A V T H O R. Iste philosophus, quauis hæreticus, concludit non esse in Deo substantiam generationis diuinæ susceptiuā ante Deum filium, quia tunc esset subiectum alterius vt aliud est: quod non conuenit simplicitati diuinæ: vbi non est aliud & aliud, putā diuersitas essentialium: quod omnino requiritur inter subiectum & accidens, sicut inter receptaculum, & receptum: sed alius, & alius. Vnde Sedulius.

Non quia qui summus pater est, & filius hic est, Sed quia quod summus pater est, & filius hoc est. Iterum autem Victorinus catholicus, & magister sancti Hieronymi (vt ipse scribit) in Rhetorica, qui & Isagogas Porphyrij de Græco transtulit in Latinum, secundum Isidorum cap. de eisdem in Etymologijs: & per hoc conceptui eius censendus esse vicinior, eidem Candido rescribens, & admittens totum, quod dixit de substantia, vt de subiecto accidentis, tantum remouit considerationem à generatione diuina, in libro ad eundem, qui incipit, Magnā tuam intelligentiam o generose Candide. vbi dicit, De generatione igitur manifestum, quia filius Dei est: & quod hominifion substantia eius in maiestate, in propria significatiua intellecta secundum esse existentie substantia. Hæc ille. A V T H O R. Hæc adduco, vt pateat putridū illum errorem Melissi & Parmenidis omnino à senioribus philosophis derelictū, & iam conceptum esse pro vero, quod accidens omnino habeat aliam realitatem ab entitate substantia, ita vt substantia sit receptaculum accidentis. Et quia Witcleff deridendo intulit in Trialogo, quod accidēs nō debet sic intelligi, res, aut entitas alia à substantia, quasi esset substantia in dumentū: probatur itē hoc ex scripturis, Christo dicente Matth. 6. Considerate lilia agri. Sequitur. Nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vnum illorum. Vbi Rabanus. Ipse color, inquit, dicitur operimentum florum, sicut dicimus, operuit eum viror. Hæc ille. A V T H O R. Et post. Si autem scœnum agri sic Deus vestit: color ergo est operimentum substantia lili, & vestis scœni. Vnde Homilia 16. imperfecti Chrysostomus. Considerate lilia agri, quomodo in tempore opportuno crescunt, tempore statuto formantur in frondibus, vestiuntur candore, implentur odoribus. Hæc ille. A V T H O R. Sed istis illi dimissis, ponderandum æstimo, quomodo philosophis orthodoxis positio ista non placuit. Vnde de libro suo de Hebdomadibus arguit contra eam fidelis Boëtius. Ponatur, inquit, vna, eademque substantia bona esse, alba, grauis, rotunda, tunc aliud esset ipsa eius substantia, aliud eius rotunditas, aliud color, aliud bonitas. Nam si hæc singula idem essent, quod ipsa substantia, idem esset grauitas quod color: & color quod bonum: & bonum quod grauitas: quod fieri natura non sinit. Hæc ille. A V T H O R. Iste ecce magnus & fidelis Philosophus nesciuit intelligere substantiam & accidentia habere comunē essentiam, quin vtriusque sequeretur confusio. Item idem Boëtius super prædicamenta

Parmenides.

Witcleff.

* definit.

3

Algazel.

Candidus Arianus.

Sedulius.

Victorinus.

Idem.

V Witcleff.

Rabanus.

Chrysostomus.

Boëtius.

prædicamentibus cap. ad aliquid. Si substantiæ, inquit, sunt relationes: ergo substantiæ numerantur inter accidentia, cuius contrarium est, inquit: quia enim substantia in subiecto non est, accidens autem est in subiecto: idem erit in subiecto, & non in subiecto. Item ibi arguit caput non posse dici essentialiter relatiue, quia tunc substantia esset relatio, & per consequens accidens, quod est impossibile. Itē *Isidorus* lib. 2. ca. de categorijs. Substantia autem dicitur ab eo, quod omnis res ad seipsam subsistit. Corpus enim subsistit, & ideo substantia est. Illa vero accidentia, quæ in subsistēte, atq; in subiecto sunt, substantiæ non sunt: quia non subsistunt, sed mutantur, sicut color, vel forma. Hæc ille. **AUTH.** Cur item non mouet istū, quod *Aristoteles* dicit 7. *Metaphy.* textu cōmenti. 20. quod homo albus est aliud, & quid est hominis albi per essentiā, est aliud: quoniam si fuerint idē, tūc essentia hominis, & hominis albi erūt idē? Nunquid hoc est dicere aliam essentiā hominis, aliam essentiā qualitatis suæ, id est albedinis, ita quod qualitas illa nullo modo est essentia hominis siue corporis? Et hanc metaphysicam susinet *Augustinus*. 7. de trinitate. ca. 8. Candor, inquit, corporis non est essentia: quoniam ipsum corpus essentia est, & illa eius qualitas: unde & ab ea dicitur candidum corpus: cui non hoc est esse, quod candidum esse. aliud enim ibi forma, & aliud color: & utrunq; non in seipso, sed in aliqua mole, quæ moles, nec color est, sed formata, atq; colorata. Hæc *Augustinus*. **AUTH.** Item antiquus pater Græcus *Gregorius Nissenus* lib. de conditione hominis. ca. 24. Multa, inquit, de eodem subiecto cogitationis discretionem perpendimus, quorū singula, quæ simul inspecta sunt, sine permixtione aliqua ratione ordinētur. Alia namq; coloris est ratio, & alia pōderis. Quātītatis alia item, & qualitatis alia: & alia nihilominus tactus. Nam mollities, & bipedale, & reliqua, quæ dicta sunt, neq; sibi in uicem, neq; corpori vlla similitudinis ratione consentiant. Singulis enim propria quædam ratio interpres adiuncta est, nulla earum, quæ in subiecto suo cernuntur, qualitati communis. Sequitur. Sicut enim corpus non est color, aut figura, aut distantia, aut pondus, vel reliqua proprietatum, cuiuscunq; adsunt: & horū singula, sicuti diximus, corpus esse non possunt: sed aliud quid præter corpus iuxta suam proprietatem esse monstrantur: ita e contrario vbiq; memorata concurrunt, substantiam perficiunt corporalem. Hæc *Gregorius*. **AUTHOR.** Subtilis iste *Metaphysicus* concludit necessariō aliam definitionem esse qua

litātis, aliam quantitatis: & per hoc istas essentias non misceri: ergo magis non esse corpus subiectum, quia magis conueniunt accidentia diuerforum generum inter se, quam cum subiecta substantia, quia in analogo accidentis. Ergo si quantitas alia est à qualitate, & ad aliquid tam definitione, quam essentia, singulorum eorum est aliud quid, id est, aliud in natura à subiecto corpore. Sicut, inquit, corpus non est color, aut figura, sic singula corpus esse non possunt. Et hoc idem intendebat *Boetius* supra deducere. Si singula idem essent, quod ipsa substantia, idem esset grauitas quod color: quia citius colligerentur omnia accidentia in vnam essentiam accidentis, quam in vnam essentiam cum substantia. Alias non euadet iste, quin concedat, quod essentia diuina est essentia diabolica multo magis, quam essentia accidentis. Et sic circa conceptus fidei infert hæc positio lata pericula, sicut in *Witleff* totam hæresim Eucharistiæ. Sic itē in diebus *Anselmi* quidam clericus *Gallia* secundum conceptum erroneum vnā cum alijs lapsus est in hæresim circa Incarnationē Christi: qua occasione *Anselmus* librum suum scripsit contra eundem de Incarnatione verbi. vn de in secundo eius cap. ait. Cumque omnes, vt cautissimè ad sacræ paginæ quæstiones accedant, sint commonendi, illi utiq; nunc temporis *Dialectici*, imò *dialecticè hæretici*, qui non nisi flatum oris putant vniuersales esse substantias, & qui colorem non aliud queunt intelligere, quam corpus, nec sapientiam hominis aliud, quam animam, prorsus à spiritualium quæstionum disputatione exufflandi. In eorum quippe animabus ratio, quæ & princeps, & iudex debet esse omnium, quæ sunt in homine, sic est in imaginationibus corporalibus obuoluta, vt ex eis se non possit euoluere, nec ab ipsis, quæ sola, & pura contemplari debent, valeat discernere. Qui enim nondum intelligit, quomodo plures homines in specie sunt vnus homo: qualiter in illa secretissima, & altissima natura comprehendet, quomodo plures personæ, quarum singula æquè perfectus est Deus, sint vnus Deus? & cuius mens obscura est ad dijudicandum inter equum suum, & colorē eius: qualiter discernet inter vnū Deum, & plures relationes eius? Hæc ille. **AUTH.** Nolite ergo laudare *Witleff* in his & talibus de subtili ingenio: quia ruditas rationis phisicis rebus immerse cau-sauit in eo istum conceptum erroneum tanq̄ grossum, secundum *Anselmū*: vel sicut æstima-ri potest, inanis ambitio. Nam quid grossius, quod dicere

dicere colorē equi mei nihil aliud esse, quam equū meum sic se habētem? Sed iam ab origine potest opinio ista, quam *Witleff* suscitauit à mortuis, videri fuisse deserta, & à primariis philosophis reprobata: & vsq; ad tempora nostra à catholicis clericis vilipensa. Eāt igitur *Witleff* cum dogmatistis suis philosophis, quos non tantum non ecclesia, sed nec approbata philosophia collaudat, aut sustinet: nec propter insipiditatem traditionis quæ quam post seipso docere valebant. sicut lib. 3. diuinarum institutionum cap. 39. scribit *Lactantius*. Huc, inquit, nos omnes, quibus est cura sapientiæ, conferamus. An expectabimus donec *Socrates* aliquid sciat? aut *Anaxagoras* in tenebris lumen inueniat? Aut *Democritus* de puteo veritatem extrahat, aut *Empedocles* dilatet animi sui semitas, aut *Arcefilas*, & *Carneades* videāt, sentiant, & percipiant? Vox ecce de cælo veritatem docēs, & nobis sole ipso clarius lumen ostendens. Hæc ille. **AUTH.** Hic piecti sunt *Anaxagoras* & *Democritus* duo magistri *Witleff* in de quidditate accidentis & corporalis constitutionis ex atomis, vel quanti continui ex non quantis. Vox ecce de cælo, vox ipsa doctrinalis ecclesiæ Christi, quæ nos in prædictis melius instruit, quam *Anaxagoras*, vel *Melissus*, quæ nos plusquam *Witleff* illuminat, quod sit accidēs in abstracto.

¶ Ad argumenta *Witleff* contra accidens sine subiecto.

C A P. LXXIX.

S V M M A.

- 1 Responsio ad argumenta *Witleff* contra accidens sine subiecto.
- 2 *Witleff*, qui omnes rerum possibilitates in definitionibus naturarum intēdit ponere, confutatur.



Descendit, his assumptis, concludens necessariō accidens esse in substantia, tanq̄ in subiecto, non æquiuocādo de substantia, sed vtendo vocabulo, sicut sonat apud *Logicos* pro re primi prædicamēti inter decem. Vnde in. 3. ca. de Eucharistia. Ecclesia non est oneranda nouitate tali insolita, nisi fides scripturæ, vel viuax ratio, vel efficax sanctorum testimonium ad hoc cogat, sed quodlibet istorum trium de

ficit. Assumptum, inquit, patet ex multis testimonijs sanctorum, & veritate, ac sufficientia legis Christi. Sic enim coleretur abominatio desolationis: quia accidens minimè entitatis tanquam Deus. Hæc *Witleff*. **AUTHOR.** Quid restat hic nisi negare, quod assumptum patet: & instare, quod probet. Rationem suam exhibet ibi antè. Omne accidens, inquit, formaliter inhærens substantiæ non est nisi veritas: quæ est, substantiam esse accidentāliter alicuius modi, vt hic supponitur. sed nulla talis potest esse sine substantia, sicut nulla creatura potest esse sine Deo: ergo non est cumulus talium accidentium, quæ sit hostia consecrata. Hæc *Witleff*. **AUTHOR.** Sapientes catholici non dubium risum mouēt, quādo argumēta istius foras prodeūt foetida de sepulchro. Sed iuniores offendunt in lapide, quem probi senes difficultate transiliunt. Idcirco satisfaciendū est, ne simplicibus rationes eius insolubiles ab ecclesia putarentur. Hoc enim *Augustinum* rationibus *Cresconij* compulit satisfidare. Vnde in fine secundi libri cōtra *Cresconium* inquit *Augustinus*. Quanquam itaq; ad errorem vestrum conuincendum, & si volueritis, corrigendum, satis, superq; potuerint ista sufficere: tamen ne quisquam arbitretur te aliquid in epistola posuisse, quod refellere non valerem, aut in quo te nostris contra *Petilianum* literis nihil idoneum respondisse demonstrare non possem, sequenti volumine cetera videamus. & liber tertius sic incipit. Si tardorum ingenia mihi curanda non essent, qui intelligere nequeunt me duobus voluminibus superioribus ad totam causam, quæ tua frater *Cresconij* epistola continetur, multis modis ita respondisse, vt & illa, quæ ibi restāt, iam soluta, atq; frustrata sint, iam debuit à me huic operi finis imponi. Sed quia multi sunt, quibus seruire nos cōuenit, qui omnia depulsa esse non putant, nisi locis suis etiam singula pertractarētur, residua sermonis tui etiam ex ordine refellēda putauit. Hæc ille. **AUTHOR.** Stēt ista verba pro nostris, & ad rationes *Witleff* contra accidens sine subiecto pergamus. Omne, inquit, accidēs est substantiam esse accidentāliter alicuius modi, vt hic supponitur. Respondeo quod vt in prædicto cap. patet, tota ecclesia fidelium philosophorū, imò & Paganorum valētium, negat hanc suppositionē. Si ritè faceres, omnibus alijs omisissis, hoc ipsum fundares, quod supponis. Si enim actus primus est actus secundus, quod omnis philosophia negabit: posses apertius quid tale supponere, albedinē esse, ab albefacere distinguitur, sicut lucere ab illu-

Isidorus.

Aristoteles.

Augustinus.

Gregorius Nissenus.

Anselmus.

Idem.

Augustinus.

Witleff.

ab illuminare, & sicut intellectum esse ab intelligere, & calere à calefacere. Ignis enim intrinsecè calet, & si nullum calefaciat. Sic albedo albet intrinsecè, quâuis nullum albefaciat. Si enim subtilitatem istam percepisset Wicleff, nō tam grossum peperisset errorem. Ad minorem insuper, quam assumis, q̄ nulla talis accidentalis forma potest esse sine substantia, sicut nulla creatura potest esse sine Deo. Respondeo, q̄ similitudo ista facit omnino contra te pro parte fidelium. Quia nulla creatura inhæret Deo tanquam subiecto, nec informat Deum: nec aliqua creatura est quidditatiuè Deum esse creatum: ergo si sic accidens respicit suum subiectum, nullum accidens est, quin ad minus potest non inhærere subiecto, & nō informare illud. Et sic tunc albedo non erit quidditatiuè aliud esse album, sed tātum quomodo omnis creatura est creata à Deo, dicens ad eum respectum duplicis dependentiæ tanquam ad creatricē essentiam distantissimè distinctam: sic accidens causatur à subiecto, & dicit ad ipsum necessarium respectum simplicis dependentiæ, & est aliud omnino in essentia. Quod autem ex his concludis (vt tibi videtur) syllogisticè, sed sine modo, & sine figura: q̄ nullus cumulus accidentium erit hostia cōsecrata. Fideles deuota mente concedunt, nec quisquam putribilis panis tuus, sed vera agni caro in sua substantia corporali est orthodoxis fidelibus hostia consecrata. Secundò sic arguis, Omne accidens prædicamentale est vni uocè accidens cum alio: sed accidens respectiuum non potest esse nisi inhæreat: ergo nullum accidens absolutum. Qui diceret accidens analogum nō nisi æquiuocè prædicari de singulis, vt ens transcēdens cum passionibus suis sicut maior pars Philosophorum astruit, vacuum pelleret argumētum. Sed dicitur, quod aptitudinalis inhæsiō inseparabiliter & generaliter competit accidenti, non tamen actualis. Nec item variat quidditatem, cum sit respectus vt passio. Verbi gratia, Ignis habet ardorem, nec tamen in rubo Moyli fuit ignis æquiuocus, quia non ardebat secundum Basilium. Item aqua est intrinsecè labilis, & mobilis ad deorsum: nec ideo aquæ maris rubri, de quibus dicitur, Stetit vnda fluens. fuerunt aquæ æquiuocè. Item ferrum Elisei non fuit æquiuocè ferrum, cum natauit, sed nec sol retro gradus Ezechia perdidit quidditatem. Cur ergo accidens perderet quidditatem suam, quia nō informat per miraculum, quod tamē semper alibi facit regulariter per naturam? Tertio item sic arguit ratione: quia ponendo quanti-

tatem, & qualitatem, adhuc oportet ponere informationem earum, qua immediatè substantia fit quanta, & qualis: & illa non potest per se esse, ne sit processus in infinitum: ergo per idē ne aliquod accidens absolutum. De isto per se accidentis multotiens loquitur, sicut intrā, q̄ vnio, continuatio, & cōtiguatio non poterūt per se esse. Et in Trialogo, q̄ albedo non poterit intelligi alia entitas à substantia, quæ poterit per se esse. Et secūda parte sermonū, sermone. 58. Posito tali accidente per se possibili, ad huc ponere oportet informationem distinctā sine tali absoluto accidente possibili. Hoc cōcludit, quasi possibile per se esse, esset de quidditate accidentis absoluti, quia Deus sic statuit in quibusdam: & sic stabilitas possibilis esset quidditas aquæ, quia sic erant in rubro mari. Grossus flogicus est iste, qui ponere intendit omnes rerum possibilitates in definitionibus naturarum, cum sic habeat definitionem cōpactam ex contrarijs: quia contra naturā potest ex eis Deus facere quod proponit, sicut de clarat Ambrosius de partu virginis, lib. 4. de Sacramentis, dicens, Consuetudo est, vt non generetur homo, nisi ex viro & muliere, & consuetudine cōiugali: sed quia noluit dominus, qui hoc elegit sacramētum, de Spiritu sancto, & de virgine natus est Christus. Vides ergo cōtra instituta & ordinem homo est natus ex virgine. Hæc ille. A V T H O R. Nunquid ergo quia partus istius hominis fuit contra instituta naturæ, semper cum sermo fiat de partu hominis, oportet includere, q̄ posset esse de virgine? Nec quotiens sermo fit de accidente absoluto, annectendum est, q̄ poterit per se esse, ne hoc intelligatur posse fieri potestate naturæ? Vnde in definitione eclipsis lunæ non est ponendū plenilunium, quanuis in Christi passionis sic contigit: nec sal in definitione fœminæ: vel aqua in definitione vini: nec item per se esse in definitione accidentis absoluti. Veruntamen sophista cogeret eum concedere quodlibet accidens esse per se, quia cum sit genus, vel per se in genere est per se primò: & est quid, vel quidditas ex proprio genere, & differentia essentiali resultans. Item quia multa accidentia insunt subiectis per se secūdo, de quibus demonstrari possunt per dici de omni demonstratione potissimum. Itē multa accidentia sunt per se causæ situandi, calefaciendi, & alterandi variè, sicut fragor, & cōcussio nubiū est causa coruscationis. Ecce triplici forma accidens est per se. Cur negat iste pro tātō inconuenienti accidens per se in sacramēto altaris, nō perpendens sophisticè posse sic dici, ea libertate, qua

te, qua ipse sophisticauit cum ecclesia prælatorum, q̄ accidentia panis non sunt in sacramēto sine subiecto: quia non sine corpore Christi, quod multorum accidentium est subiectum? Sed de informatione dicunt subtiles, terminū illum sumi formaliter pro respectu, sub quo forma actu informat subiectū presens, vel pro fundamēto illius respectus aptitudinalis, sub quo forma illa sibi dimissa actu subiectū præsens informare est apta: sicut eadem actuatio formæ distinguitur à Philosopho in principio secundi animæ. Hoc quidem sicut scientia, illud sicut cōsiderare. Et neutro modo est informatio accidentis distinctum ab essentia, quæ est forma: sed sicut gradus intensus, vel remissus in qualitate, vel continuatio in puncto, ita est informatio in forma. Contra dicit: quia informatio accidentium potest suspendi ipsis manentibus: verum est, sed cum informat, seipsa informat. Nō est necesse semper moueri quod mouetur ab alio. 8. Physicorū. sicut forma suspenditur à Deo, & perficitur. Vnde creatio actiua Dei est sola essentia: & tamē Deus fuit nō creās ab æterno, nec ille respectus additus, addit essentiam. Et iterum ratione quadā subsequitur, & nō mediat inter Deum creatorem, & creaturam productam. Et mirum quomodo iste poneret tale vinculum inter subiectū & accidens: quia aliās, vt dicit, quātitas, vel qualitas non pbaretur distincta à substantia: cum subiectum, & accidens non nisi modaliter distinguuntur. Et quod oportet ponere tam forte vinculum ad catenandum sibi seipsum à se ipso re, & essentia indistinctum. Fideles enim ponunt ea essentialiter distingui, & tamen se ipsis, si dimittantur, satis fortiter copulari. Et in eadem accidentali forma sunt tria per ordinem secundum propinquitatem & distantiam saltem naturalis præexigentiam ordine inter subiectum & accidens: & omnes sunt gradus formæ vt informatiua est, quarum informatio actualis est vltima, & subiecto propinquior: quæ prius forma talis præexigitur in esse subiecto, & actu dependere, quàm inhæreat: & demum prius inhærere, quàm informet: & demū actu informare denominatiuè subiectum: qui oēs sunt nisi gradus quidam modales eiusdem formæ: vt contingenter respicit subiectum suum extrinsecè, nō quidditatiuè. Cæteræ rationes, quas mouet, iam in subtilibus doctoribus adinuenit cum solutionibus earundem, sed ipsas tacet. Illuc ergo pergant, qui mouentur per eas: quia iste locus non sufficit singulis recitandis.

¶ Ad authoritates Augustini contra accidens sine subiecto.

C A P. L X X X.

S V M M A.

1 Responso ad ea, quæ Wicleff extorquet ex sanctorum testimonijs contra accidens sine subiecto, & potissimum ex quibusdam Augustini locis.



Ediam post ista extorquet sibi testimonia sanctorum. ca. illo tertio de Eucharistia. Quātum, inquit, ad testimonia sanctorum reduco ex multis triplex testimonium Augustini, de quantitate animæ. cap. 4. vbi dicit, quod corpus nō potest esse sine altitudine. Item. 2. Soliloquiorum cap. 13. Cui, inquit, posse fieri videatur, vt illud, qd̄ est in subiecto, maneat, ipso intereunte subiecto? monstruosum enim, & à veritate alienissimū. Item epistola ad Dardanum. Tolle ipsa corpora qualitibus: qualitates corporū nec erit vbi sint. Dicitur, q̄ quāuis testimoniū Augustini lōgè sit postponendum decreto generalis ecclesiæ, sicut ipse dicit lib. 3. de baptismo contra Donatistas, ca. 8. q̄ pace Cypriani vult sibi & cōcilijs suis in Africa præponere authoritatē vniuersalis ecclesiæ, cuius ipse Cyprianus se mēbrum esse gaudebat. Tamē ipse Augustinus sapientis vsus consilio, quorundā librorum suorū infirmitates exponit, maximè illorū, quos nondū christianus confecit, sed multa in eis protulit secūdum consuetudinem inflatam sibi secularium literarum. Vnde in prologo libri retractationū Augustinus. Nec illa, inquit, sanè prætereo, quæ catechumenus iam licet relicta spe, quæ terrenam gerebam, sed adhuc secularium literarum inflatus consuetudine, scripsi: quæ & ipsa exierunt in notitiam describentium, atq; legentium: & legūtur vtiliter, si nōnullis ignoscatur: si tamē nō inhæreatur erratis. Quapropter quicunq; ista lecturi sunt, non me imitentur errantem, sed in melius proficientē. Hæc ille. A V T H O R. Inter istos libros, est liber ille Soliloquiorū, quē iam clamasti: inter illos etiā liber de immortalitate animæ. In quo idē scribit ad propositū tuū de cera enanescente, & cōsequēte: nec quicq; eorū, quæ in illo subiecto erant, remanere putari. De quibus tñ scriptis suis ibi idē Augusti. increpat rationes tortas, & breues: & vix intellexisse seipsum dicit, & item

Ad minorē

Ambrosius

Augustin.

Ter. Argu.

item aliquid scripsisse se dicit, quod minimè fecisset, si iam literis ecclesiasticis plenè eruditus fuisset. ibidem cap. 3. sequenti. Quid ergo mirum, si de tam obscura fidei quæstione, scilicet accidens sine subiecto, tunc nò susceptis fidei rudimentis foret ignarus, & secundùm naturæ consuetudinem protestaretur non posse esse, quod nec tractatus libri pro tunc fieri potest. Aut quadrat, quod loquatur in vno loco secundùm naturæ consuetudinem, sicut philosophus: in alio econtrà fidem loquatur vt catholicus. Sic magnus Lincolienis dū agebat philosophicè in expositione libri posteriorū dixit: non posse accidens esse sine subiecto, de quo tu gaudes. Vbi verò fidem explanare per tētat, in expositione Dionysij protestatur oppositum, de quo tu doles: & tu dicis ipsum omnino poenituisse ante mortē, quia in eo tibi displicuit. Et Damascenus in Logica sua dicit idem accidens non posse esse sine subiecto. In sententijs tamen dicit lucem creatam primo die accidens sine subiecto fuisse: hic naturaliter loquens vt philosophus, ibi vt fidelis. Sic Augusti. vbi naturali quodam processu Augustinus incelsit, nihil supra naturam de Dei potentia disputauit: sicut in libris Soliloquiorū, & de immortalitate, & item de quātitate animæ: sicut & recoli ipsē differentias huiusmodi de potestate naturali & diuina, lib. 26. contra Faustū. Cæcum, inquit, à natiuitate lumen videre natura non sinit, quod tamen Iesus potenter operari videtur erga huiusmodi cæcos, adeo, vt Iudæi ipsi exclamarent, ab initio seculi nūquam fuisse visum, vt aliquis aperuisset oculos cæci nati. Manum aridam sanasse, vocem, ac verbum priuatis his per naturā redonasse: mortuis, & iam in tabernaculis corporib⁹, compage reddita, vitalem reintegrasse spiritū. Sequitur. Quæ tamen omnia nos communiter facta ab eodem credimus Christiani, non consideratione iam naturæ, sed potestatis tantum, & virtutis Dei. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quā ingentia facta Christi contra cursum naturæ: & plus repugnantia, quā suspendere accidēs à subiecto. Sed bene dicit Augustinus, non hæc consideratione naturæ, sed potestatis diuinæ. quam tamen distinctionem vehementer reprobatur Witcleff in de Apostasia cap. 16. Augustinus hinc eam, & ecclesia aliàs famosè docet. Vñ & Ambrosius vtitur hac ipsa regula contra Nouatianos libro. 2. de poenitentia, dicens, Possum illud dicere ei, qui hoc de poenitentia dictum putat, quia quæ impossibilia sunt homini, possibilia sunt apud Deū. Et potens est Deus, quando vult, nobis dona-

re peccata, etiam quæ putamus non posse cōcedi: & ideo quod vobis impetratu impossibile videtur, Deo donare possibile est. Nam & impossibile videbatur, vt peccatum ablueret aqua: deniq; Naaman Syrus lepram suā mundari per aquam posse non credidit, sed quod impossibile erat, fecit Deus esse possibile, qui tantam nobis donauit gratiam. Similiter impossibile videbatur per poenitentiam peccata dimitti: concessit hoc Christus Apostolis suis: quod ab Apostolis ad sacerdotū officia trāmissum est. Factum est igitur possibile, quod impossibile æstimabatur. Hæc ille. AVTH. Bene igitur, & laudabili more ecclesiæ exponunt moderni fideles Augustinum in supradictis libris de potestate & vñsato cursu naturæ non potuisse fieri accidens sine subiecto: sed Dei potestatem esse possibilem. Nam si hoc Ambrosius sufficiens esse putauit Apostolo Paulo dicenti, Impossibile est hos, qui illuminati sunt &c. rursus renouari in poenitentiam: quod dictum pro parte sua Nouatus assumpsit, & ipse exposuit de impossibilitate apud homines: multò magis potest Augustinus sic exponi in libris, quos scripsit, minùs adhuc eruditus ecclesiasticis rudimentis de impossibilitate accidentis sine subiecto, quod scilicet impossibile est homini hoc facere secundū cursum naturæ, Deo verò fati est possibile: contra quod nunquam Augustinus edocuit. Idcirco aduersarios oportet istam æquiuocationem impossibilitatis euadere, vel non proficiēt ex Augustino. Sed esto, quod quæstionem illam catholicam de accidente sine subiecto in quolibet loco non disseruit: quid hoc? quot difficiles quæstiones in ecclesia emerferunt post illum, quas ipse nō tetigit? Aut post multa contra Pelagianos, quæ diffuse condiderat, nūquid pene effugit manus eius quæstio quædam secreta Pelagij, Si Adæ peccatum nō peccantibus nocuit, ergo Christi iustitia non creditibus profuit, quia vt dicit, sibi in mentem omnino non venit: nec talia dicere, vel cogitare posse quenquam putauit. lib. 3. de baptismo paruulorum in principio dicens, Verum post paucissimos dies legi Pelagij quædā scripta, viri (vt audio) sancti, & non paruo prouectu Christiani, quæ Pauli Apostoli expositio nes breuissimas continerēt. Atq; ibi comperi cum ad illum venisset locum, vbi dicit Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem, atq; ita in omnes homines pertransisse, quādam eorum argumentationem, qui negant paruulos peccatum originale gestare, quam fateor in illis tam lon-

S V M M A.

- 1 Glossa tres Witcleff, quibus corrumpit omnium antiquorum, & ceteriorum patrum sententias orthodoxas. Et prima per aduerbium, principaliter. Et responsio ad eam.
- 2 Glossa secunda Witcleff per duo aduerbia, pure, naturaliter, diluitur.
- 3 Glossa Witcleff tertia, de consideratione mentis, & suspensione cogitationis actualis, rejicitur.



Ræterire item nō possumus generales glossas, quibus Witcleff omnes doctorum veritates euacuare conatur circa substantiam sacramenti: & sunt tres in numero. Prima,

Glossa V Witcleff.

per vnum aduerbium, principaliter. Secunda, per duo aduerbia, pure, naturaliter. Tertia est Hockanica, de consideratione mentis, & suspensione cogitationis actualis. Quantum ad primam, ipsam instituit, ad tollendum omnes doctorum & sanctorum patrum propositiones, dicentes quādo cunq; expresse, & ab intentione tractates nō esse panem materiale in Eucharistiæ sacramento. 4. Trialog. cap. 22. Istum (inquit, modum velle Phariseos nostros attendere, qui negāt infideliter, quod hostia cōsecrata sit panis, quia Ambrosius, & alij doctores vidētur dicere, quod post cōsecrationem nō panis, sed corpus domini est dicendum. Nūquid tales blasphemi volūt negare fidem scripturæ Apostoli, & verbum Christi propter finistrum intellectū verbi doctoris apocriphi? Intelligit enim more Apostoli, quod post cōsecrationem non principaliter erit panis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Stupet mēs mea, vltra quod exprimere valeo, de temeritate huius improbi viri, & maledici, qui vesana toruo spiritu de patre Ambrosio verba pronūtiat: propter finistrum intellectum, inquit, verbi doctoris apocriphi. Cuius doctoris? Ipse prædixit Ambrosium. Heu tam egregium, tam prædicādū antistitem, quem tota Christi ecclesia mirò veneratur affectu, & beatus Augustinus eruditorem in fide, & patrem in sacro fonte haussisse lætatur: improbus, stultus, & acer hæreticus nō veretur apocriphum dicere: cuius nec nomē tacitum est, nec opera vilis fama, nec incerta autoritas. Sed & hoc audax cōuicium à magistro suo cōtraxit. Berengarius nempe sanctos, Hieronymum, & Gregorium pro cæcitate dixit apocriphos. Vnde libro. 3. de corpore, & sanguine domini Guimundus, Quini qua licentia! Quos ecclesia Dei in ædificationem

Prima.

Guimundus.

tam longis voluminibus meis non refellit: quia in mentem mihi omnino non venerat quenquam posse talia cogitare, vel dicere. Hæc ille. AVTHOR. Quid mirum igitur, si veritas accidentis sine subiecto Augustini disputatione euasit, quæ non vsq; multa tempora propter Berengarianas figuras doctorum catholicorū subtili fidelitati comparuit: & ante hoc nulli catholico venit in mentem, quod quisquam hæreticus talia dicere, vel cogitare valeret? Sed dicit aliquis illorum: ergo temeritatem istam retractasset Augustinus, sicut & alia forsā minorā contra fidem: istud autem si retractauerit, exhibite. Dicunt fideles factō retractasse, vbi alibi dicit, accidēs posse esse sine subiecto suo, vt infra dicitur. Nam & idē Augustin⁹ in Logica sua, vbi dicit accidēs in proprio genere nō posse esse nisi in subiecto: ibi item dicit, animal non posse intelligi, nisi de subiecto homine. & nunquid angeli habebant intellectū animalis ante creationē hominis? & tamen sicut nec retractat primū, sic nec inuenitur retractare secundū. Item idē Augustinus lib. 2. ad Simplicianum videtur assumere, quod nullum sit corpus, nisi coloratum. Dicit, inquit, potest corpus, si figuram habeat, colorem nō habeat, videri nō potest: non quia est corpus, cui desit color, sed quia si esset, cerni non posset. Hæc ille. AVTHOR. Sciunt tamen docti naturales corpora cælestia non colorata. Vnde Damascenus. 2. lib. sententiarum. cap. 5. de creatione mundi, dicit aërem incoloratum. & Algazel in sua Physica, tractatu. 3. Ignis est sicut aër, qui non habet lumen in se, neq; colorem, sed est commeabilis, estq; aër ignitus. Non valet igitur argumentum istud ab autoritate negatiuè. Hoc dicit Augustinus, nec inuenitur in libro retractionum hoc retractasse: ergo voluit hoc habere pro definito vero. Alibi enim plerunq; modicat, aut aliter exponit, quod ibi absolute disseruit: & hoc erit factō retractasse. Et item omne illud, quod ecclesiæ posteriori displicuit, cui ipse semper placere, & consentire gaudebat, pro retractato debet haberi in genere.

Idem.

Quod Witcleff per tres glossas generales corrūpit omnium antiquorum, & ceteriorum patrum sententias orthodoxas.

C A P. L X X X I.

T nem

Augusti.

Ambro. vel Augustin.

Augustin.

tam lon

nem sui per totum orbem tātis temporibus, sub tantis doctōribus legit, & legendos tradidit: hos pauculi, minūs docti, & animales, nullo rationis intuitu, nisi tm̄, quia nō placēt eis, apocriphos dicunt. Et qui Paganorum libenter historias amplectuntur, christianas historias, quas totus mundus amplectitur, cassare laborant. Hæc ille. A V T H O R. Attamen hæc vna consolatio est: non nobis molestum esse potest, quos appellet pseudofrater, cæsareos clericos, aut profundos hæreticos: quādo gloriosissimos patres audet fateri apocriphos. Quo ad Ambrosium dico, quod Christus in Euangelio, vbi Tyrum commemorat, & Sidonem, & ciuitates vastas, tamē iustificat eas in comparatione terræ pertinacis, & incredulæ, docens me hoc ipso in comparatione nostri Witcleff iustificare Pelagium, qui cum durus esset hæreticus, tamen extulit incredibili laude Ambrosium sanctum. Vnde. 4. libro cōtra Iulianum. cap. 2. *Augustinus* gloriosissimo martyri Cypriano. Ad istos cumulatius redarguēdos, beatissimum addamus Ambrosium, quoniam & ipsum Pelagius ita laudauit, vt ne ab inimicis quidem in eius libris, quod reprehenderetur, diceret inueniri. Hæc ille. A V T H O R. Et lib. 1. cōtra Iulianū cā. 1. 2. idem *August.* Cōuinceris vndiq; Luce clariora sunt testimonia tāta sanctorum, in quorum cōuētum te introduxerim. Cōspice, hic est Mediolanensis Ambrosius, quem magister tuus Pelagius tanta prædicatione laudauit, vt diceret in libris eius præcipuē lucem elucere Romanā, quia scriptor inter Latinos flos quidam speciosus enituit, ita vt eius fidem, & purissimum in scripturis sensum reprehendere, ne inimicus quidē auderet. Hæc ille. A V T H O R. Vide quod Pelagius nō sperauit Ambrosium in fide scripturæ ab inimico posse reprehendi. Putas ergo ne ab amico eius sic posse fieri? Verè ergo nō est Witcleff amicus Ambrosij, sed nec simplex inimicus, imò multiplex, & validus inimicus, qui non lentè, sed tam turpiter reprehendit. Et ipse quoq; Witcleff olim laudare eum solebat, quia vbi pro parte sua videtur sibi quod faciat, in probationem suæ perditionis adducit: & pro magno etiam titulum falsi nominis Ambrosij, vel eius discipuli authori de diuinis officijs tribuit, quem Cancellarius Oxoniensis Valerannum appellat, reuera cōtemporaneum Anselmo, virum erroribus deprehensum. Quomodo ergo iam mutauit verbum, vocans apocriphum sacrum præfulem, cuius authoritate in libro de natura & gratia: item in commonitorio Fortunati, & cōtra Iu-

August.

Idem.

*fidem.

lianum, & alibi nominatim vtitur *Augustin.*? Imò, quod lōgè amplius est, omnis illa grādis ecclesia Christi Iesu. Hucūq; cum sancto Ambrosio digressi sumus, reuertamur tādē, quod intēdimus. At certè Ambrosius sanctus pater vno felicissimo verbo suo suscitauit choleram Witcleff, cum diceret in libro de Sacramētis de sancta Eucharistia, qd nō sit panis, qui in vētrem vadit. Suprà enim saepe totum dictū protulimus. Ad hanc fidem tollendam, quod nō sit Christi corpus, sed nudus panis, cibis ventris, Witcleff pudore victus negandi Ambrosium, glossam fabrefecit frustratoriam illius p̄fessionis Ambrosij in verbo, principaliter. Imò, inquit, panis est, qui in ventrem vadit, non tamen principaliter, sed principaliter figuratitium corpus Christi. ligās sanctū Ambrosiū cōtra votū dicere plus esse figurā veritate, & vmbra luce, tropicum corpus naturali pane. Inter naturas tamen, & figuras, quæ erit principalior, audiamus nobilem logicum *Augustinum* secūdum regulam scripturæ sacræ principalitatem huiusmodi pōderantem in libro quæstionum super Exodum, quæstio ne. 20. quare dictum est, Virga Aaron deuorauit virgas Magorum, & non draco. vbi dicit, Si dictum esset, & absorbit draco Aaron virgas eorum, intelligeretur verus draco Aaron phantastica illa figmenta non absorbuisset, sed virgas. Hoc em̄ potuit absorbere quod erant, non quod esse videbātur, & non erant. Sed quoniam dixit, Absorbuit virga Aaron virgas illorum, draco vtique potuit virgas absorbere, non virga. Sed eo nomine appellata est res, vnde versa est, non in quod versa est. Quia verò in id etiam reuersa est, ideò hoc vocari debebat, quod principaliter erat. Hæc ille. A V T H O R. Ecce virga Aarō virga naturalis fuit ab exordio, & in naturalem draconem per miraculum iam cōuersa, adhuc principalitatem suam habet in virga, non in dracone, quāuis draco natura excellentior, quia viuua. Nec in figuratione erat ista disparitas, sed in natura prima, & secunda. Vocari, inquit, debebat quod principaliter erat, scilicet virga. Magis autem si fuisset draco duntaxat in figura, adhuc principaliter esset virga, sicut de virgis Magorum æstimat Strabus. Iam conformemus hanc regulam. Si panis superesset consecrationi in natura, fieret autem corpus Christi in figura sola, principaliter panis esset, quia panis ab origine & natura: & corpus solum secūdario in figura. Huic cōformis est locutio scripturæ penè vbiq;. Vide septem spicas in Genesi, dictæ sunt tropicè septem anni, non autem

Augustin.

tem principaliter vsquam, sed principaliter seipsem spicæ secundum substantiam, & septem anni per disparem quandalitatē respectum. Ecce Christus dictus est figuratiter ouis & agnus: nunquid per hoc principaliter erat ouis secundum figuram, & non magis principaliter Christus, quod fuerat per naturam? Petra per figuram, sed principaliter Christus per naturam. Imagines sunt hominum per figuram, sed principaliter argētum & aurum sunt secundum substantiam. Propheta Dauid hūc ordinem obseruante, cum diceret, Simulacra gentium, argētum, & aurum. Tandem quod posterius in eis est, subiecit. Opera, inquit, manuum hominum. Primò, quod sunt secundum naturam, & sic principaliter. Postremò, quod sunt per artificium, vel figuram. Et hoc quam talia signa forent, quorum omnis vsus in significando esset: quales sunt voces, & figuræ scripturæ secundum *Augustinum* capite primo primi de doctrina Christiana, vel ut dicitur, Oratio est vox significatiua ad placitum. Quasi diceret, est vox principaliter per naturam, tamen significat per figuram. Et quod Witcleff ipse crebrò cōmemorat, cum tropicè dicitur, Ioannes est Elias tam spiritu, quā virtute, nunquid ex hoc principaliter est Elias, & non Ioannes? Quid si eo tempore Elias viueret cum Ioanne, comparādo per sonam personæ, & gratiam gratiæ: nunquid Elias Ioanne foret præstantior? Christo dicente, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Et in tertia parte sermonum de natiuitate sancti Ioannis Baptistæ, sermone, Causa hodiernæ. *Augustinus.* Dominus noster Iesus Christus de Ioanne hoc dixit, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Si comparetur hominibus Ioannes, omnes superat ille homo: non eum vincit, nisi Deus homo. Hæc ille. A V T H. Si ergo Ioānes omnes homines superat, & secundum substantiam comparatus non eum vincit homo, nisi Deus homo: non ergo vincit Ioannem Elias homo, sed vincitur à Ioanne. Sed vnumquodq; melius est in sua natura, quā ipsum in sua figura. Non est ergo Elias homo in figura, Ioanne principalior in natura. Alicubi ergo per scripturas fundet glossam istā peremptoriam, aut sacrorum patrum scriptis, cui sic cassa voce conceditur omnes simul fidei Christianæ tollere veritates. Alia est eius glossa in duobus geminatur aduerbijs, pure, naturaliter. cap. 16. de Apostasia. In duobus, inquit, stat nostra variatio in ista materia. Primò in propositione affirmatiua, qua dicitur,

Contra secundā glossam Witcleff.

quod accidens est sine subiecto. Secundò in propositione negatiua: qua dicitur, quod non remanet substantia panis aut vini post consecrationem. Per duo ergo aduerbia tollo coloratius ambo, scilicet per ista duo, pure, naturaliter. Et si mille testimonia sint adducta, quæ soneant, quod accidens sit sine subiecto, hoc potest sane intelligi, quod sit sine subiecto suo pure, naturaliter subiectante, quāuis enim substantia panis sacramentalis subiecat eadem accidentia, quæ prius, hoc tamē sit miraculose. Hæc Witcleff. A V T H O R. O peruersum, & peruertentem hæreticū, quomodo in hoc gladio ancipiti mutulare desiderat quolibet sanctos testes? Iam se credit bene tutum hac infantuli glossa leuissima, & vanissima, qualem nec in alicuius heretici libris poterit quisquam lector diligens inuenire. His glossis ambiguis iam teneri Diaboli se solēt defendere sine testificatione auctoritatis, arti, quod quaecumq; diffundant ingenium. Soliditas fidei, venas intimas scripturarum, & sanctorum interrogat. Nam ista glossa non tantum facit obsequium magistro suo Witcleff, quin & impio Ario, & Pelagio obsecundat. Arius dicit Christum pure creaturam. Obijcit fidelis testimonia scripturæ & sanctorum, dicentium non esse Christum pure creaturam: sed Arius e contrario. At in glossa Witcleff per hæc duo aduerbia, pure, naturaliter, cuncta illa soluetur: quia Christus non est pure, naturaliter creatura, cum fuit miraculose partus ex virgine, aut in principio creaturam ex Deo processit vt fieret creatura, & sic non est pure creatura: est tamen pure creatura in substantia sua, & natura. Pelagius item dicit ex sua natura posse hominem remissionem mereri. Ducantur mille testimonia dicentia, quod non nisi per gratiam: & hæc generali glossa soluet cuncta, cum dixerit, quod nō pure, naturaliter, quia per gratiam consequentem, quæ grāde est miraculum. Et iterum vide stultitiā huius philosophi. An non Ioannes Baptista fuit pure naturaliter homo, & filius Zachariæ, quāuis per miraculum figura fuit Eliæ? & cur ergo non hæc est hostia pure naturaliter panis in substantia, quāuis fuerit corpus in figura? Item passiones tristitiæ, esurie, & sitis, frigoris, crucifixionis, & mortis fuerunt in Christo pure naturaliter secundum naturam humanam: cum tamē erat, absolutus ab istis superiori portione mentis per gratiam. Quid ergo prohibet proprietates accidentium pure naturaliter inesse subiecto suo secundum naturam: quāuis per tuam hæresim esset corpus per miraculum & figuram? Proprietates em̄

semper ei insunt primò, cuius sunt in quocunq; sit, sicut sensibilitas primò inest animali: quæ reperiatur in homine, etiam in Deo homine. Ergo nec accidētia sacramenti destituētur purè naturali insistentia subiecto, quæuis subiectum eorum in dignitatem corporis sit leuatum. Tertia item glossa eius huic vicina, quæ est de sopore considerationis humanæ: ita, vt etiam glossa cum accidentia respexerit, tradat obliuioni Vitcleff. Vt dicit, est accidens esse sine subiecto. Quam ille pedit, quam insipidè, nunquam à Theologo saltem triduo dicendum. Primò, quia sic à fortiori accidentia extrinseca essent tollenda subiectis: quia eis sublatis, nō necesse esset suspendere intellectum à cōsideratione substantiæ, vt sic fides liberè volare posset in corpus. Et sic manēs subiectum nō turbaret intellectum à consideratione corporis. Imò & sic melius poneretur subiectū sine accidētibus per soporē cōsiderationis, quam accidētia sine subiecto. Primò, quia sic posset esse in re: ergo sic debet esse in cōsideratione. secundū illud, Sic se habet res ad cognosci, sicut ad esse. Secundò, quæ minorem causeret difficultatē ad credendum subiectum esse posse sine datis accidentibus, quam hæc ipsa sine subiecto. Item tu frequenter dicis panē secundū suā substantiā esse hoc venerabile sacramētum: ergo panis secundū suam substantiam in sacramēto est venerandus. Quomodo ergo à consideratione tollendus: quādo ex omni animo est taliter venerandus? Vel quis tenetur secundū hanc rationē actualiter venerari rem, quam pro tunc tenetur nō attendere? Item hac ratione nō sola sunt accidentia ponēda sine subiecto pane, sed tam accidentia, quam panis sine corpore. Quia etiā à corpore separanda est attentio, vt feratur in Deum: quod est spiritualiter comedere carnē Christi. Vnde super illum versum. Et adorate scabellum pedū eius. Psal. 98. Augustinus. Cum adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne, & à spiritu non viuificeris. Spiritus est em, qui viuificat. Caro autem nihil prodest. Tunc autem quando hoc dominus commendauit, de carne sua locutus erat, & dixerat, Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se vitam æternam. Hæc ille. AVTHOR. Quæ verba item sumens in cap. 11. de corpore & sanguine domini, Anselmus. Cum, inquit, de altari sumimus carnem Iesu, curemus sollicitè, ne cogitatione remaneamus in carne: & à spiritu non viuificemur. Nisi viuificamur à spiritu, caro nobis non prodest quicquam. Nam si cogitatione remaneamus in carne Saluatoris,

Contra ter
tiam glossā
V Vitcleff.

Augustin.

Anselmus.

non solum non viuificamur à spiritu, sed nec intelligere possumus, quo modo caro Christi hominis ab homine possit manducari, nisi sicut intellexerunt illi duro corde, quibus durus visus est sermo Christi, & abierunt retrò. Acceperunt enim illud stultè, carnaliter illud cogitauerunt, quod præcisurus esset particulas de corpore suo, & daturus illis ad manducandum. Debemus ergo illud corpus domini spiritualiter, & diuino quodam modo cogitare, humiliterq; diiudicare, id est, ab omnibus alijs cibis diuersum iudicare, & spirituale carnem Iesu spiritualiter manducare, id est, sacramento eius carnis, quæ in altari percipitur. Rursumq; credere debemus ipsam carnē crucifixam, & sepultam, sub suo item sacramēto nō occidi à nobis, nō discerpi, nō deuorari more cōmunis carnis, sed sub specie panis incorruptibiliter frangi, immolari, & nunquam cōsumi. Hæc ille. AVTHOR. Ex his liquet, quod corpus nō est ibi principaliter, sed spiritus & gratia sacramenti. pro prima glossa dicente, ideo nō esse ibi panem, quia est principaliter corpus. Iam nec est ibi principaliter corpus, sed Deus. Nec intentio nostra debet vltimatè ferri in corpus: vt sic dicatur accidentia manere sine subiecto, quia subiectū nō attenditur. Nec em in speciebus panis, nec in ipso corpore debemus cogitatione manere, sed vltimè eundū est, vt viuificemur à spiritu. Et sic vndiq; patet, quod cassas glossas edocuit: nec tam cassas, quæ temerarias. Quia per istas iactat se posse trahere ad partē suam hæreticā omnes sanctos, & scriptores catholicos, quantūcunq; dicta eorū sonuerint in partē oppositā. Nec tūm dicit, sed tētat etiam circūducere illos, qui per processus planos, & magnos scripserunt in libris, & viuis vocibus docuerunt solam corporis Christi substantiam, & nō panis esse Eucharistiam: & ex hoc accidētia ibi patētia sine subiecto ibi manere, dicēs illos intelligere panis substantiam ibi manere, sed non principaliter, vel purè naturaliter: & secundū considerationem accidentia ibi non habere subiectum. Sic glossat Augustinum, Gregorium, Hilarium, Eusebium: sic citeriores patres, qui tam clarè contradicūt ipsi, vt nec nos clariùs contra eū loqui valeamus, nec verbis pluribus repugnare, Rabanum putā, Anselmum, Lanfrancum, Gundophilum: imò sanctum Thomam, Scotum, Bonauenturam, & Hockam: omnes cum ista cauda glossæ suæ trifariæ in libris Eucharistiæ, Apostasiæ, Trialogi, & alibi secum trahit: plūs iactans de viribus dracone illo rufo, qui solam tertiam partem stellarum de celo in cau-

in cauda sua traxit ad terras. Iste in trifurcata cauda sua oēs stellas cæli, & fideles scriptores ad terrā suā hæreseos conatur obruere. Vereor enim, ne me scriptorē pauperculū etiam ad partem suam sectator eius quisquam, quauis cunctis viribus renitētem, affigat. Sed ideo in istorum sanctorum patrum cœtum meum Witcleff deduxi, à quorum dictis tenebitur, si teneri valebit. Quibus item nullam potest improperare calumniam, nisi nos vrat: nec eos vlla glossa linere, nisi eodem furo omnes nos vngat. O quid dicturus est eis in posterū, quorum iam est tam interpret æquiuocus, & falsus expositor! Nunquid vt libro. 1. contra Augustin. Iulianū ca. 5. Augustinus? Cū te viderē, inquit, in libris tuis nō antelucano cōuiuio temulentum, sed infano cōuicio turbulētum, introduxi te fedādū, atq; sanādum nō in alicuius philosophi auditorium, sed in sanctorū patrū pacificū, honorādumq; cōuentum. Sit operæ pretium obsecro te aspiciere illos quodammodo aspiciētes te, & māsuetē, ac leniter dicēs tibi: ita ne nos filii Iuliane Manichæi sumus? Rogo quid respondebis: Quibus eos oculis intueberis? Quæ tibi argumenta succurrēt? Quæ tuorum argumētorum, vel acies vitrea, vel plumbei pugiones in illorum cōspectum exeri audebūt? Quæ abs te arma nō fugiēt, nudūq; cōstituēt? An fortè dicturus es neminē illorum te in isto crimine nominasse? Et quid facies, cū tibi dixerint, tolerabilius dēte maledico nomina nostra cōcideres, quam fidē nostrā, cuius meritò in celo nomina ipsa scripta sunt nostra. Hæc ille. AVTHOR. Hæc verba nūquid sancti omnes iaculabuntur in Witcleff, quorū sentētias per glossam suā facit esse Berengarianas de catholicis: & quæ erāt orthodoxæ facit hæreticæ? O, inquit, Witcleff, nūquid nos Berengariani sumus, aut hæretici Witcleuisti? Tolerabilius nomina nostra cōcideres dēte maledico, quam fidem. Propter fidē em, quam semper seruabamus illæsam, nomina nostra in cælis conscripta sunt, nō fides retributa propter nomina. Leuius ergo dixisses nos aut blasphemos, vel hæreticos, quod item orthodoxis filiis nostris falso improperas, quam quæ tibi cōsensimus cōtra fidem. Cor rumpe textus, adde glossas, tādē poenas lue falsarij. Inspector cordiū nouit, quia nec professione conuenimus tibi, nec animo. Has ergo tres glossas reiicimus, quousq; ipsas in auctoritate competente fundaueris. Orthodoxi verò facilius procedentes, & veriùs vnam glossam cōtra omnes panes illius naturales inueniunt: nec tamen motu suo spontaneo, sed

Augusti.

in sanctorum patrum scriptis publicis formam assumunt. Quarto enim sentētiarum suarum, cap. 5. eam in terminis approbat Damascenus. Si quidam antitypam, id est, refiguratiuā corporis & sanguinis domini panem & vinū vocauerunt, vt diuus dicit Basilius, non postquam sanctificata sunt, dixit, sed anteq̄ sanctificata esset, ipsam oblationem ita vocās. Hæc ille. AVTHOR. Ecce regulam Damasceni. Si quis dixerit, vel secundū scripturas, vel doctores, panem, aut vinum esse figuram corporis & sanguinis Christi: hoc intelligit non post cōsecrationem, sed ante: quia corpus Christi si dicatur panis, non ideo quia est panis ita dicitur, sed quia de pane, qui consecrationē præcessit, per conuersionem substantiæ fit corpus Christi. Ipse ergo Witcleff talem quenquam de sanctis patribus adducat dicentem, & docentem glossas suas de duobus aduerbijs, & vno aduerbio: nec putet sibi sufficere, quod sic possit euacuare mille scripturas, & mille sanctos exprimētes fidem corporis Christi in sacramento secundū substantiam: sed planè doceat, quis asserit glossam suam, sicut Damascenus approbat expositionem ecclesiæ.


Damascen.

¶ Contra Glossas Witcleff, quod Anselmus, & Hugo non concesserunt accidens sine subiecto.

C A P. L X X X I I.

S V M M A.

- 1 Species uisibilis panis, quæ sit in sacramento sine substantia sua ex Anselmo.
- 2 Witcleff Glossa dicentis Anselmum non concessisse accidens sine subiecto. Ei ad eam responsio.
- 3 Glossa Witcleff, uolentis Hugonem non concedere accidens sine subiecto, diluitur.



Vtamus ne posse nos proficere contra Witcleff in causa fidei, si duceremus contra eum testes doctores veteres, & nouellos, quæ sit accidēs sine subiecto in sacra Eucharistia? Cū libro de mysterijs Missæ dicit Beda. Ibi forma panis videtur, vbi substantia panis nō est. Nec est ibi, inquit, panis alius, quam panis, qui de celo descendit. Hæc ille. AVTH. Ecce quod ibi est uisibilis forma panis, vbi sub-

Beda

stantia panis non est. Item de corpore & sanguine domini. cap. 1. *Anselmus*. Est igitur in mysterijs vera dominici corporis substantia: sed absq; visibili specie sua: & est vera species visibilis panis, sed absq; substantia sua. Vnde beatus Augustinus. Quod, inquit, vides in altari, panis est & calix, quod nobis renuntiant oculi nostri: quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, & calix sanguis est Christi. Et Ambrosius. Ut sint, & in aliud commutentur. Nihil enim falsum putandum est in sacrificio veritatis: vel sicut fit in magorum præstigijs, vbi delusione quadã falluntur oculi, vt videatur illis esse, quod nõ est omnino. Sed vera species visibilis panis, quæ fuit in pane, ipsa facta præter substantiam suã quodammodo in aliena peregrinatur, continente eam, qui fecit eam, & ad suum transfere[n]te corpus: quæ tamen translata ad corpus domini, nõ eo modo se habet ad illud, quomodo accidens ad substantiam, quia corpus domini in substantia sua nec album efficit albedo illa, nec rotundum rotunditas, sicq; de reliquis. Hæc ille. **AUTHOR.** Videtis esse de intentione Anselmi, speciem visibilis panis esse in sacramento sine substantia sua: & hoc fuisse de intentione Augustini dicentis, Quod vides in altari, quod oculi renuntiant, panis est. Nõ ergo substantia panis, sicut Wicleff hic Augustinũ intelligit. Et itẽ Ambrosij dicentis, vt sint, secundũ exteriorẽ speciem supple, & in aliud commutetur secundũ interiorẽ substantiam. Si ergo Anselmus sit in isto fidelior Wicleff, tam Augustinus, quã Ambrosius egregij doctores primi millenarij posuerũt accidẽs sine subiecto in præcipuo sacramẽto. Sed ne hoc cõtingeret, statim glossat Anselmũ glossa sua cõmuni, dicẽs eum intelligere panẽ non remanere ibi secundũ cõsiderationem, sed secundũ naturam. Vñ de Eucharistia ca. 5. Anselmus, inquit, & alij sancti laborauerũt, nõ ad honorẽ illius signi, sed ad venerationẽ corporis Christi signati, & sic Christi. Sic nitebatur, q; quidditas substantiæ signatis sopiatur quo ad considerationẽ hominis: & tota intẽtio colligatur in Christũ: ad quod per se mouet per se sensibilia, & nõ sic materialis substantia. Et infra. Et sic substantia panis & vini nõ remanet in actu cõsiderationis, sicut philosophi loquũtur, ponẽtes sensibile & tempus poni in actu per sensationem & intellectuẽ. Hæc Wicleff. **AUTHOR.** Sub hac glossa nebulosainuoluit itẽ Lincolniesem, Hugonem, Petrum Lombardum, & plures alios doctores, scribẽtes planissime, & docentes accidens sine subiecto in ho-

stia consecrata. cap. 6. de Apostasia, diligens suam pristinam vanitatem, & quærens mendacium. Nam quidam quærentur à mendacio, sicut innocentes, & incauti, quos quærit hæresis, vt circumueniat. Quidam quærent mendacium, ne à veritate capiantur, sicut omnes indurati hæretici fugientes sententias patrum, & sub glossarum sepibus latitantes, putantes non posse videri ab aliquo, quod ibi fabricat in occulto. Prius igitur videndum est, si hoc senserunt doctores, quod eis imputat, & demum contra glossam in se. Primo, quod non fuerit de intentione Anselmi ponere panem in sacramento vacare tantũ secundũ considerationem, non secundũ substantiam. Vnde in iam dicto loco præmittit *Anselmus*. Similitudo illa panis, quæ in altari carnis se oculis ingerit, per se inspecta, non est corpus domini. Sed cum esset quiddam priori simile, id est pani in hærens, vel accidens, migrante in corpus dominicum substantia, cui in hærebat, remansit ad peragendum sacri institutum mysterij. Quod quidem contra vsum, & rationem est mundanæ sapientiæ, vt sublata substantia, substantiæ accidens subsistat: sed legi naturæ nõ subiacet Deus: imò ipse legis lex est creator suus, potestque accidentia subducto substantiæ fundamento vel continere, vel in aliam transferre substantiam: qui terram, vel secundũ vnum prophetam appendit in nihilo: vel secundũ alium super maria fundauit eã, & super flumina præparauit eam. Hæc Anselmus. **AUTHOR.** Ecce si substantia panis tollatur à consideratione, nunquid accidens per se subsistit in consideratione? Hoc dicit Anselmus non tantũ, quod accidens remanet sublata substantia, sed etiam quod subsistat. Item nunquid panis migrat in dominicum corpus tantũ secundũ considerationem, non secundũ rem, vt accidens remaneat ad peragendum sacri instituta mysterij: & tunc panis non est realiter corpus Christi, sed consideratione tantũ? Item si panis est, & fit sacramentaliter corpus Christi: & non sic illa accidentia, sed tantũ ostendunt per te: ergo multo aptius panis ille ad peragendum sacri instituta mysterij remaneret, & vacarent accidentia, quã econtrario. Item vnum quodq; sicut se habet ad esse, sic ad considerari: sed corpus Christi debet omnino credi ibi esse in sacramento, ergo debet ibi considerari in sacramento. Sed hoc non potest, nisi per substantiam panis secundũ te: ergo requiritur substantia panis considerari ibi esse, vt fit ibi sacramentaliter corpus Christi. Nam altissimũ

tissimum mirum esset, quod cogere[mur] credere panem secundũ substantiam esse ibi corpus Christi: & nullo modo liceret cogitare de pane. Item nõ est contra vsum, & rationem mundanæ sapientiæ sublata substantia in cõsideratione remanere accidens, quod ipsi in hæ sit: sed remanere accidens per se subsistens sine substantia, sicut docet Anselmus, est cõtra vsum & rationem mundanæ sapientiæ: ergo per legẽ oppositorum accidens per se subsistere sublata substantia, vt docet Anselmus, in hostia consecrata, non est tolli substantiam secundũ cõsiderationẽ præter rem, vt glossat Wicleff. Et ad hoc facit, quod ad hoc naturadũ docet Anselmus, quomodo lex naturæ subiacet legi Dei: & quomodo supra legem naturæ Deus appendit terram super nihilum per viam miraculi altioris ostendens possibilitatem rei minoris. Hæc omnia adducere foret superfluum pro consideratione substantiæ sine accidente, vel econtrario, quod sine miraculo insueto cõsuetẽ agunt philosophi, etiam secundũ eum de tempore, & re sensata: vel potius in omni consideratione metaphysica. Intelligit ergo Anselmus præter suspensionem substantiæ panis per considerationem, totalem eius ablationem per substantiam, & remansionem accidentium eius per subsistentiam: quod tantũ intendit ibi esse contra vsum, & contra mundanæ sapientiæ rationem. Conatur autem ad hunc finem fortius arcere Anselmum, quia in vltimo capitulo de veritate dicit discipulus eius, quod pereunte corpore, colorem eius manere impossibile est: ergo de mète Anselmi est, accidens præter subiectum remanere non posse. Respondetur, sed non hoc asseruit ibi magister. Imò, inquit, quando Augustinus, & alij loquuntur quicquam in Dialogis sub nomine discipuli, si prætereant, & non reprobent, hoc approbãt, quod discipulus intulit. Dicitur ergo approbare Anselmus, qd discipulus ibi citò post cõcludit, inquit, Sic video, & non possum non videre, quod ego nõ reputo. Veruntamen sciendum esse de Anselmo arbitror nõ esse dedecus, quod, vt fateatur, personaliter cõtingit Augustino: quod scilicet sæpe vniuersaliter, & sine exceptione scripsit, quia pro tunc exceptio nõ occurrit: sicut in retractatione dicit, quomodo in libro de vera religione dixit, q; Christus nihil egit vi: quia nõ tunc occurrit, inquit, quomodo Christus eiecit vendẽtes de templo. Ita in libro de veritate, quando leuiter diceret, & plus pro exemplo, quã ferio, q; pereunte corpore, colorem eius manere foret impossibile, nõ potuit vigi-

li menti doctoris occurrere priuilegium sacramenti. Sed nec memoriæ Augustini, quando scriberet librũ suũ de quãtitate animæ, priusquam fuit imbutus altis & occultis dubijs fidei orthodoxæ. Iterum glossat Hugonem de sacramentis lib. 2. parte. 8. ca. 9. vbi sic Hugo. Per Hugo. verba, inquit, sanctificationis, vera panis, & vera vini substantia in verum corpus & sanguinem Christi conuertitur, sola specie panis & vini remanente: & substantia in substantiam transeunte. Conuersio autem ipsa non secundũ vnionem, sed secundũ transitionem credenda est: quoniam nequaquam essentia in augmentum essentiæ accedit, vt per id, quod accedit, id, ad quod accedit, maius fiat, sed transitoriẽ, vt id, quod accedit, cum illo, ad quod accedit, vnum fiat. Nec sic in pane corpus Christi consecrari dicimus, vt de pane corpus Christi esse accipiat: nec quasi vnum corpus subito factum demutata essentia, sed in ipsum corpus verum mutatam essentiam. Nec ipsam substantiam panis & vini in nihilum redactã, quia desijt esse quod fuit, sed mutatã potius, quia cõcepit esse aliud esse, quod non fuit: & ipsum, quod cõcepit esse, ex ea esse nõ accepit, quia panis fuit: sed ipsa eius esse accepit, quando desijt esse quod fuit. Hoc expressius distinximus propter eos, qui ex sua ratione fidei præiudicium faciunt: & sensu suo intendẽtes asserere nituntur, vel hoc esse solũ, quod cernitur, vel tale esse, quod creditur. Hoc est, quia sola panis & vini species cernitur, solam ibi esse panis & vini substantiam: vel quia ibi substantia corporis & sanguinis Christi creditur, passibiliter ei inesse speciem & qualitã panis & vini, quæ cernitur: quasi non possit species apparere, cuius non adsit substantia, vel substantia latere, cuius non apparet forma. Hæc ille. **AUTHOR.** Hic subsequitur glossa Wicleff. Ista, inquit, verba doctoris in cufferunt mihi formidinem: nec video, quin doctor in illis intelligit, quod fidelis suscitẽt intellectum ad credendum, quod solum corpus Christi sit post consecrationem ibi principaliter, pane & vino in principalitate illa corpori Christi cedentibus. Accidentia autẽ ibi habent principalem existentiã ad expergefaciendum sensus fidelium sine subiecto suo ibi principaliter existente. Hæc Wicleff de Eucharistia. cap. 3. **AUTHOR.** Videant iam viri sensati, qualiter ista glossa suum textum exponit, quã districte, quã insipide, quã ineptẽ: digna bene suo authore, qui vir indoctus sacre legis, audebat in eodẽ loco sancto Thomæ, & alijs profundis viris imponere de-

fectum intelligentiæ, & nõ concepisse in cortice doctores priores, & ideò glossas eorũ fuisse friuolas, extraneas, & stultitiam implicates. O miser homuncio super omnes te docentes intelligens si formidasti, cum videres Hugonem: cur non formidasti eum glossare per contrarium? Quis te audacem fecit, vt videns tam planum contra te decretum eius, glossam tuã stultam exaltares, & textum solẽnem illi subiijceres? Nam cum pauca ibi consideres, attende hoc vnum, q̃ sola ibi species panis & vini remanet, substantia transeunte in substantiam. si ergo substantia panis remanere negabitur, quia cedit corpori Christi principalitatem, quãuis remaneat secundum rem, multo magis nec remaneat qualitates: quæ infinitè maiorem cedunt principalitatem corpori Christi, quã substantia panis terreni: quæ eidem par est in genere: accidentia autem non sic, imò accidentia dicerentur nunquam remanere præsentia panis: quia panis habet ibi supra ea principalitatem infinitò maiorem, quã habet corpus Christi quomodolibet super panem. Dicit, sed accidentia ibi remanent ad expergefaciendum ibi sensus fidelium. Contrã, multo magis remaneret ibi quidditas panis, quæ est secundum te sacramentum corporis ad expergefaciendum ibi intellectus fidelium ad credentiam sacramenti: & cum accidentia illa ad nihil naturaliter moueant nisi ad magis in notitiam panis per accidens, magis necessaria est virtus motiua panis ad notitiam corporis vt est præfens. Formatur sic ratio: quia signum immediatũ signato, quia aptius dirigit, est ipsi magis necessarium: sed substantia panis sacri est lignum immediatum: & sacramentum corporis Christi per te, non sic accidentia sensata exterius, quæ sit communis hostiæ non consecratæ sicut & consecratæ, aptius ergo remaneret substantia panis sacramentalis, quã remotissimæ qualitates ad dirigendum mētes fidelium in signatum proprium. Attende item, quòd Hugo dixerit panem desinere ibi esse per suam mutationem, & transitionem realem in corpus Christi: hoc non requiritur in datione principalitatis. Alio ergo desinit ibi esse panis, quã principalitatem suam amittens. Nam si (vt dicit ibi) domino suo cedit vir ignobilis principalitatem cum venerit in domum suam: non tamẽ tunc ignobilis ille mutatur in dominum suum, nec conuertitur in ipsum transitiuè, nec accipit esse eius. Formidasses item Hugonem ibi, cum diceret ista tam distinctè dixisse propter eos, qui ex ratione sua fidei præiudiciũ faciunt,

credentes hoc solũ esse, quod cernitur. Sequitur. Hoc est, quia sola panis & vini species cernitur, solam ibi credunt panis & vini esse substantiam. Tu verò ponis ibi solam panis & vini substantiam, & corporis Christi solam figuram, vel realitatem transcendentem: ergo iustè formidasses propter te tam distinctè locutum esse Hugonem contra remanentiam panis: quia ratione tua tali quali, fidei præiudiciũ facis. Formidasses item Hugonem in. 5. cap. supra recitantem, & reprobantem hæresim tuam, de figuratitate corporis Christi in hostia consecrata. Sunt, inquit, qui ex quibusdam scripturarum locis munimentum erroris ducere putauerunt, dicentes in sacramento altaris veritatẽ corporis & sanguinis Christi non esse, sed imaginem illius tantum, & speciem & figuram. Et infra. Hic autem periculosè errauerunt tot manifesti sententijs, & assertionibus non dubijs quædam ambigua præferentes, & in ipsis magis mendacium, quã veritatem eligentes, non quia hoc ibi magis dicebatur, sed quia hoc ab illis magis credebatur. Hæc ille. A V T H O R. Hanc sententiam quare non formidasti? quando tu ex illis es, qui veritatem, scilicet, naturæ & substantiæ corporis Christi in sacramento negas: & solam speciem aut figurã eius assignas, & tot manifestis doctorũ assertionibus de nõ remanentiã panis grossi, & subsistentiã accidentiũ sensibilium glossas tuas præfers ambiguas, & incultas de principalitate corporis figuralis, & cõsideratione mentis, designatis substantiã panis attẽdere, sed benignè salutantis sensibiles qualitates: nõ quia sic à doctoribus dicebatur, sed quia sic à te, & tuis discipulis antea credebatur. In hoc item articulo dicit stare Hugonem secundo libro de sacramentis, parte. 8. cap. 9. contra dicentes in materia de accidentibus illis ad duas oppositas disciplinas. Prima dicit non esse ibi species sine substantia panis & vini: sed ideò nullam aliam ibi esse substantiam. Secunda dicit species illas sine naturalis substantijs suis ibi esse, sed per migrationem nouiter efficere corpus Christi. Hugo. Hugo. Hoc, inquit, expressius distinximus propter eos, qui ex sua ratione fidei præiudiciũ faciunt: & sensu tuo incedentes asserere nituntur vel hoc esse solũ, quod cernitur, vel tale esse, quod creditur. Hoc est, quia sola panis & vini species cernitur, solam ibi esse panis & vini substantiam. Vel quia ibi substantia corporis & sanguinis Christi creditur passibilitè ei inesse speciem, & qualitatem panis & vini, quæ cernitur, quasi non posset species appare-

apparere, cuius non asit substantia: vel substantiam latere, cuius non appareat forma. Hæc ille. A V T H O R. Iste doctor sapienter, & meritò reprobat oberrantes, qui dixerunt, q̃ non posset species apparere, cuius non adest substantia: sed nullus tam indoctus est, cuius errorem doctor iste notasset, qui diceret non posse speciem apparere exterius, cuius substantia non adest in consideratione mentis: ergo notatum fuit istos errasse, quia ponebãt speciem sensibilis qualitatis nullo modo posse apparere exterius, cuius nulla substantia in re ipsa adest ipsam sustentificans. Item ibi Hugo. cap. 7. idem Hugo. Nec per panem & vinũ corpus & sanguinẽ tantum significari credimus: sed sub specie panis & vini verum corpus & verum sanguinem consecrari: & speciem quidem visibilem sacramentum esse veri corporis & veri sanguinis: corpus autem & sanguinem sacramentum esse gratiæ spiritualis. Et quemadmodũ species illic cernitur, cuius res, vel substantia ibi esse non creditur: sic res ibi veraciter & substantialiter præfens creditur, cuius species non cernitur. Videtur enim species panis & vini: & substantia panis & vini non creditur. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi: & tamẽ species nõ cernitur. Hæc ille. A V T H O R. Primò nota, q̃ doctor iste dicit, q̃ per panem & vinum nõ tantum significatur corpus Christi & sanguis, sed sub illorum specie corpus & sanguis veraciter consecrantur. Hoc contra te, qui ponis panem & vinum tantum figuras corporis & sanguinis: & corpus Christi nõ habere ibi carnis substantiam, sed figuram. Secundò dicit speciem illam visibilem panis & vini sacramentum esse veri corporis Christi & sanguinis. Hoc contra te, qui criminaris catholicos, quia ponunt formam extrinsecam panis, quæ est accidens destitutum subiecto, esse sacramentum extrinsecum hostiæ consecratæ. Et item. 3. dicit doctor: illud corpus Christi in sacramento existens esse sacramentum gratiæ spiritualis. Hoc contra te: quia tunc per prædicationem tuam habitudinalẽ illa gratia esset iterum sacramentum: quia per sacramentum signatur, & propter hoc nescis vnquam dicere quid est ibi res, & non sacramentum. Quia sicut petra erat Christus secundum habitudinem, vel figurã, sic item panis est corpus Christi, & ecõtrariò. Cõformi logica corpus Christi sacramentale est gratia spiritualis vnionis, & ecõtrariò. Et tunc sicut corpus Christi est sacramentum panis, quia figuratur per panẽ, ita corpus Christi mysticum est corpus Chri-

sti sacramentum, quia in ipso figuratiter designatur. Et per cõsequens nihil est ibi res sacramenti, & non sacramentum. Quartò item dicit doctor. quemadmodum species illic cernitur, cuius res, vel substantia ibi esse non creditur. Hoc contra te, & glossam tuam, quòd species visibilis formæ integrata ex tot accidentibus, non quidem per aggregationem, vt acerruus granorum, sed per naturalem exigentiã, vt species, & pulchritudo, de qua in psalmo. Specie tua & pulchritudine tua. & in Porphyrio. Species Priami digna est imperio. Illa, in quã, aut huiusmodi species cernitur, cuius res, vel substantia ibi esse non creditur. Ergo contra fidem, & extra fidem est substantia panis ibi, & non tantum extra considerationẽ. Maxime cum tu dicas fidei testimonium quadruplex dicere panẽ materialẽ esse corpus Christi in sacramento, & sic manere in. 4. dialogo. & 39. cap. sermo. domini in mote. Hugo verò dicit, q̃ res illam subiectans speciem vel substantia ibi esse non creditur: ne diceret pro te, non consideratur. Et iterum. videtur ibi species panis & vini: & substantia ibi panis & vini non creditur. Et non tantum hoc: sed ne staret dictum tuum antiquum de essentia materiali, & mixto illo primo, cuius forma componit immediatè cum materia, quam aliquando posuisti subiectum accidentium absente substantia panis specifica: doctor addidit: nec res eius manet, id est, nulla aliquid panis, vel indiuiduum entis extra genus, quod posset ab accidentibus denominari. Quintò dicit doctor, q̃ res ibi veraciter & substantialiter præfens creditur, cuius species nõ cernitur. Et exponit se. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi: & tamen species nõ cernitur. Hoc contra te. quia dicis corpus Christi non esse substantialiter in sacramento, nec secundum substantiam suam, vel naturam, sed tantum per figuram, & tenuem habitudinem. Ecce propter istam quintuplicem veritatem, quæ concutit omnem errorem tuum quintuplici machina: iustè poteris formidare Hugonem sub tam potenti, & fecunda sententia.

¶ Quòd Lincolniensis secundũ glossam Witleff non intellexit accidens sine subiecto.

C A P. LXXIII.

T 5 SVM.

S V M M A.

- 1 *Witcleff, qui secundum glossam suam uult Lincolniensem non intellexisse accidens sine subiecto, consuatur.*
- 2 *Formae sensibiles saporis, & coloris, quod non debeant attendi in sacramento altaris. Et quid de hoc dicat Rabanus.*
- 3 *Fortè, aduerbium sumptum ab ore Lincolniensis ab Witcleff ad roborandum suam prauam sententiam. Et quomodo in hoc sequatur Nouatū eius magistrum, qui ab ore Petri contra sanctam poenitentiam hoc idem aduerbium suscepit. Et plura ibi ex Lanfranco, Augustino, &c.*

Lincolniens



Quantum item ad Lincolniensem, qui ut ipse recitat, super ca. 3. ecclesiasticae hierarchiae. Assumentes (inquit) sensibili ter partita & multa non verè profiterentur communicato res, nisi ipsa multa in aliquo vnirentur. Vniuntur autem ea multa, in quae diuiditur cōsecratus in vnitate veri corporis Christi: & ea multa, in quae diuiditur calix in vnitate sanguinis ipsius. Et fortè dicuntur ea multa, quae sensibili ter multis distribuuntur fieri, seu esse in iis: quia istae sensibiles formae non habent alias subsistentias ipsas in esse tunc supportantes. Non enim est tunc sub forma panis aut vini materialis substantia panis aut vini: nec tamē sunt illae formae sensibiles in corpore & sanguine Christi ut in subiectis ab eis denominatis. Hæc Lincolniensis. A V T H O R. Respondet ad Lincolniensem, sicut ad alios, quia accidentia per se sunt in actu considerationis fidelium: dum panis & vini quidditas quo ad considerationem huiusmodi sit sopita: quia accidentia expergefaciunt animam, vt consideret sacramentum actualiter tanquā signum. Contra istud facit processus doctoris: quia dicit, quod illae sensibiles formae non habent alias subsistentias ipsas in esse tunc supportantes. Pessimus igitur ergo glossator iste, qui arctat sensum doctoris ad subsistentiam formarum accidentalium solum in consideratione, quando expressis verbis dicit eas subsistere in ipso esse. Aut reducatur glossa textui sic. Sensibiles formae in sacramento altaris non habent alias subsistentias supportantes eas in esse: quia habent alias subsistentias supportantes eas in esse: sed non in cōsideratione. Et quae cōgruentia rationum? Intendit ergo formas illas non habere alias subsistentias in esse, ipsas tunc supportantes in esse. Quod etiam probat finis sermōis: quia nec

propter hoc cōcedit, quod sint in corpore & sanguine domini illa accidentia panis & vini tanquam in subiectis ab eis denominatis. Quæ ostendit eum hic loqui de subiecto eorum, si quod habeant, non secundum considerationem, sed realem denominationem. Item quare sopiretur substantia panis materialis in cōsideratione, & non acruus accidentium, cum de præsentia panis ibi est fides, & non sic de accidentibus, vt ipsemet Witcleff scribit? Itē panis naturalis, vt dicit idem Witcleff, est illud venerabile sacramentum. Quomodo autem posset venerari, & credi, & non considerari, non video: nec ipse sciuit etiam quomodo docere. Item quod sensus naturaliter representat, hoc mens attendit: secundum illud: Omnis doctrina, & omnis disciplina ex præexistente fit cognitione sensitua. Si ergo sensibiles formae remanent ad expergefaciendum animam: sed ad nihil aliud inducere possunt, nisi in substantiam panis, quia aliās corpus Christi esset ibi sensibile, quod ipse negat cum omnibus: ergo accidentia remanentia expergefaciunt animam ad considerandū sacramentum actualiter tanquam substantiā naturalem, non tanquam figuram. Quia hoc est supra facultatem sensus: secundum illud Augustini. Quod oculi nobis renuntiant, panis est, & calix. Quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi. Item sensibiles formae necessario faciunt ad considerationem panis: & quantum in eis, turbant mentem à fide corporis: quod non faceret substantia panis sine eis. Magis ergo remouenda essent à cōsideratione hominis illae sensibiles formae, quàm subiectae eis substantiae. Ad praxim autem assumpti facit, quod tu ipse semper clamas pro pane materiali: quia vides ibi eius accidentia consueta. Ad confirmationem autem huius consequentiae naturalis, scribit in libro suo de corpore & sanguine domini capite vigesimo quinto. Rabanus. Idcirco igitur (inquit) in illo saporem panis, aut colorem non attendimus: ita nanque si mutaretur in carnem, nihil amplius caro Christi esset, quàm est: quia totum spirituale est, quod comedimus. Hæc ille. A V T H O R. Ecce sensibiles formae saporis, & coloris non debent attendi, non considerari: & si tota hostia tam secundum substantiam, quàm secundum qualitates verteretur in carnem, non amplius esset caro Christi, quàm iam est. Et ideo in capite octauo præcedente docet, quomodo omnes quinque sensus sunt instruendi per gratiam ad ea tantum percipiēda, quae fide creduntur, tractans hunc textū Leuitici.

Rabanus.

Leuitici. Qui comederit de sanctificatis pignoratiam, addet quintam partem. vbi. Quinta (inquit) pars illius tunc rectè à nobis superadditur, si quinque sensus corporis intus ad intelligibilia spiritualia conuertantur. Quia si rectè sapimus, vel rectè percipimus, diuinus spiritus in nobis est, & per eandem gratiam ampliatur: eisdemque sensus nostros ad ea percipiēda instruit, & componit: ita sanè, vt non solum gustum interius ad mystica perducatur, verum & visum, atque auditum, nec non odoratum, & tactum ita tenus illustrat quodāmodo, vt nihil in eis nisi diuina sentiatur, nihilque nisi caelestia. Hæc ille. A V T H O R. Falsè ergo docet Witcleff accidentia remanere ad expergefaciendum animam, & propter hoc tollendam, vel sopiendam à consideratione tantum esse panis substantiam. Vnde omnes fideles possunt planè videre, quàm extortam glossam fecerit: quàm item extraneam, & omnibus catholicis scriptoribus alienam. Nam prius docere debuit, vbi scriptura sacra hūc modum loquendi habuerit: aut illi doctores, quos sic glossat, hanc formam loquendi tenebant consuetè in aliis: dicere, scilicet, absolute rem non esse: quia non est in consideratione talis, vel talis, & nunquam se exponere, quod sic intelligerēt. Sed certè non potuit hoc facere, ne secundum scripturas cogere dicere Deum non esse: quia dixit insipiens in corde suo: non est Deus. Sed hoc prius probandum esset in scriptoribus sanctis, quàm recurrendum ad philosophos pro consideratione sensibilis vniuersalis, vel temporis. Et tamen quid hoc ad propositum? Nam quauis dicant philosophi tempus esse in actu per considerationem mentis, & numeri numerantis: nūquid ideo dicent philosophi tempus actu non esse, si sopiatur in mente alicuius? Et si natura sensibilis non dicitur actu sensibile, nisi secundum rationem, qua reducitur ad actum sensus: nunquid econtrariò quotiens res non sentitur, dicitur non sensibile? & sic de vniuersali. Quod si non inuenis, nihil proficis glossando doctores negantes substantiam panis, dicendo quia non sunt in consideratione mentis. Quo ad prædicta Lincolniensis iterum laborat: quia doctor, quem exponit, vocat sacramentum panis, & ipse item vocat regulariter panem. O pauper, & penuriose didascalè! nunquid audiuiſti corpus Christi dici panem cali in scripturis? Quod item Dionysius intendit ibi. Et ideo loquens de illo post consecrationem vocat illum diuinissimum panem: & panem indiuisibilem, scilicet, in natura: partitum tamen pluribus secundum signa. Panis verò materialis nec est indiuisibilis, nec diuinissimus. & ideo ibi Lincolniensis. Aduertendum (inquit) quod beatissima eucharistia dicit vnum & eundem panem: & calicem similiter dicit vnum & eundem, propter corporis & sanguinis domini vnitatem, & identitatē. Hæc ille. A V T H O R. Ergo secundum istos eucharistia est identice corpus Christi, & non panis tuus. Et nunquid item audiuiſti res istas sic vocari: quia species rerum tenent, quae sic olim dicebantur? Sed igitur currit item ad aduerbium, fortè. Vnde (inquit) quia hoc casualiter euenit, ideo dicit Lincolniensis: quia fortè illae formae sensibiles. &c. Nec est facile fingere quomodo doctor ad alium sensum infereret hoc aduerbiū, fortè. Hæc Witcleff, scilicet, de apostasia capite sexto. Quasi doctor ibi vacillaret, dubitans de considerationibus mentium: nec crederet simpliciter formas illas per se subsistere, sed casualiter posse sic contingere. Sed sicut iste suscipit ab ore Lincolniensis testimonium cōtra fidē sub aduerbio, fortè: ita magister eius Nouatus ab ore Petri contra sanctam poenitentiam sub eodem aduerbio, fortè: cum diceret Simoni, Poenitentiam age, si fortè remittatur tibi recordatio cordis tui. Sed Ambrosius respondens vtrique libro secundo de poenitentia bene post principium. Hoc (inquit) illis responsum sit. Ego autem nec Petrum dubitasse dico: nec verbi vnius præiudicio tantam causam strangulandam arbitror. Nā si putant dubitasse Petrum, nunquid & Deus dubitauit, qui ait ad Ieremiam? Sta in atrio domus domini, & responsum dabis omni Iude his, qui veniunt adorare in domo domini &c. Noli auferre verbum, forsitan audient, & reuertentur: dicant ergo & Deum ignorasse quid esset futurum. Hæc ille. A V T H O R. Ita dicat Witcleff Deum ignorasse quid esset futurum, & esse ipsi casualem euentum de conuersione istorum, de quibus dicit, forsitan audient: vel dicat potuisse Lincolniensem firmam mentem suam de subsistentia accidentium ibi exprimere sub ipso aduerbio, fortè. Iam ergo quotiens glossam suam intulerit, inspiciat lector prudens verba doctoris: & (non dubium) aliqua semper parte aliquid de mente doctoris inueniet, quod glossam Witcleff falsam esse conuincet. Hoc dico: quia istis modis præscriptis, forma sufficienter perimendi falsam glossam eius ostenditur: & ne sit perpe-

Lincolniens

Vitcleff. Fortè.

A

tua

tua, ut ipse sperat, iustissimè prouidetur. Ipse enim finaliter dixit: Sic possunt glossari doctores quotquot venerint. Et hoc modo multò consonantius sensibus doctorum: contra quorum glossas, possunt glossæ tuæ reponi, quotquot venerint. Non dubium, ipsa veritas doctoralis glossas respuit corruptrices à verbis suis, quantū mare detestatur, & eiicit mortuos suos. Infert post mendaciter Guimundū, quasi neget accidens sine subiecto in sacramento altaris, quod ibi non disputat: quanuis de facto accidentium adnihilationem admittit: quod item Witleff non placet. Lanfrācus autē in opere suo hoc ipsum disputat, & concedit. Credimus (inquiens) terrenas substantias, quæ in mensa dominica per sacerdotale ministeriū diuinitus sanctificātur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter, operante superna potentia conuertuntur in essentiam dominici corporis: reseruat ipsarum rerum speciebus, & qui busdam alijs qualitibus: ne percipientes cruda, & cruenta, horrerent: & ut credentes, fidei præmia ampliora perciperent. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ipsum planissimè docuit Augustin⁹ libro de corpore & sanguine domini. de quo & si Witleff multum vacillet, & anxius trepidet: tamen propter solatium sanctorum fidelium cum ipsum inserere non omittam. Ego enim reperi, & transcripsi de vetustissimo exemplari scripto antiqua valde manu formata. Augustin⁹. Non dubitare debet aliquis, cum panis & vinum consecratur in veram substantiā Christi: ita ut non remaneat substantia panis vel vini: cum multa alia etiam in operibus Dei non minus miranda videmus. Hominem enim substantialiter mutat Deus in lapidem, ut uxorem Loth: & in paruo artificio hominis foenum, & silicem in vitrum. Nec credendum est, quod substantia panis vel vini remaneat: sed panis in corpus Christi: & vinum in sanguinem conuertitur, solummodo qualitibus panis & vini remanētibus. Hæc ille. AVTHOR. His verbis Augustini: quia nihil aliud quam fidem ecclesiæ continent, pij fideles etiā literatissimi viri gaudent indulgent, & cum omni alacritate suscipiunt. Soli Witleuistæ & Berengariani sectatores oblatrant: dicentes alij, quia dictamen eius hæc verba non sapiūt, nescientes tantam esse vbertatem in salua doctoris, ut vix inter centum volumina tres libri eius redoleant viuum stylum. Nec tamen hæc ratio nimis à communi editione ei⁹ in fermone opere retrocedit. Alias Witleff dicit, potest esse de dictis Anselmi. Sed hoc restat ut probet, ne plura opera Augustini in eiusdem

suspicionis metum inducat. Aut tertio (inquit) solæ qualitates in consideratione mētis expectant, ut intelligit Augustinus. Sed fatigatus ex volatu, sic volat, & reuolat: & tamen hinc fessus noster per rationes suppositas abigitur, ne quiescat. Post ista autem restat inferere motiua eius, quæ collegit in defensionem hæreticæ prauitatis, postquam monstrata esset damnatione digna in synodo cleri Oxoniæ. 1. 6. cap. de blasphemia. Ista secta faciendū in Oxoniis memoriam suorum memorabilium congregata fuit latenter cum quatuor fratribus: & tanquam tota vniuersitas penderet in manu eorum: hæretici dicuntur hæreticasse duas sententias de eucharistia. Primam, quod post cōsecrationem in missa remaneat substantia panis materialis in hostia consecrata. Sed inter eos Deus mouit quendam doctorem secularem catholicum, ut non cōsentiat, sed contradicat stultitiæ eorum. Ipse autem dicitur interrogasse eos, si voluerint hereticare sanctorum sententias de vniuersalibus ex parte rei? At illi hoc præ verecundia negauerunt. At ille: ex hoc (inquit) sequitur, quod substantia panis materialis remanet in hostia consecrata. Genus (inquit) substantiæ est, vbi cunq; fuerit aliquod eius indiuiduum: sed in dicto sacramento est indiuiduum generis substantiæ: quia, ut ipsi asserunt, ibi est corporaliter corpus Christi: ergo. Hæc Witleff. AVTHOR. Sed huic doctori fautori Witleff, ne cedat veritas catholica, iterum dicitur, quod destructis primis, impossibile est aliquod aliorum remanere, id est, specierum, vel generum: ergo desinit ibi esse substantia panis primi & singularis, impossibile est aliquam substantiam specificam, vel generalem remanere illius panis materialis, qui præfuit: licet sophisma Witleff contra intentionem philosophi in hoc textu iudicet ibi remanere speciem panis in alio indiuiduo eiusdem generis, scilicet, in corpore Christi. Sed integer textus dicit, impossibile esse remanere aliquod aliorum, scilicet, generis, vel speciei suo primo destructo: ergo destructa substantia prima panis materialis, vel desinente ibidem, impossibile est aliquam speciem vel genus eius inibi remanere, id est, in quantum eius est. Si ergo hoc philosophicè dicitur: audeo dicere etiam scripturam sacram hæc probasse: cū diceret in Exodo ex ore dñi: quod comederent agnum paschalem in vespera paschæ, nec relinquerent ex eo quicquam vscue mane. & nūquid relinquerent ex eo speciem eius, vel genus? Et in quæstionibus Leuitici. 8. Augustinus. Omne quod cōsummabitur, aliqui

Lincolniæ.

Witleff.

aliqui interpretes dixerūt, omne imponetur. vbi volunt intelligi esse holocaustum: quia nihil inde remanet. Hæc ille. AVTHOR. Item psalmista ait. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. & nunquid substantia quilibet generalis & specialis desinit ibi? Et ille nobilis philosophus in commento capitulo tertii ecclesiasticæ Hierarchiæ Lincolniensis. Ille (inquit) sensibiles formæ non habent alias substantias ipsas in esse tunc supportantes. Non enim est tunc sub forma panis, aut sub forma vini, materialis substantia panis aut vini: nec tamen sunt illæ formæ in corpore aut sanguine Christi ut in subiectis ab eis denominatis. Nō enim à sensibili albedine ibi visa denominatur corpus Christi album: aut à rotunditate rotundum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Lincolniensis non formidauit loqui secundū Logicam ecclesiæ pro tempore suo: ipse non repulit terminum panis materialis. Ipse nō curauit tantum pro genere & specie, quin diceret non esse substantiam materialis panis sub illis qualitibus. Ipse audacter dicit illas qualitates sine subiecto: quanuis sciuit corpus domini sub illis iactum. posuit enim in loco spatio pedes suos. Witleff autē cogitur quærere strictos angulos, quos nō quærir veritas: quia non properat quærere veritatem.

Quòd figura non debet cū rei veritate coextendi, & per hoc figuratè solum corpus Christi non est verè, vel realiter corpus Christi.

CAP. LXXXIII.

S V M M A.

- 1 Figura quòd non debeat cum rei veritate coextendi, contra Witleff.
- 2 Witleff error primus, qui contra leges scripturæ sacræ extendit loquutionē figuratam ut propriam, & sine auctoritate figuram transfert in locum proprium.
- 3 Scripturæ loquutio secundum Augustinum, quòd res significans appelletur nomine rei significante. Et multa de hoc copiosissimè tractantur ibi.

4 Witleff error secundus in materia de figuris, recenseretur. Et plura contra eum ibi adducuntur.



Xistimāt quidam pii lectores, cum ad libros Witleff peruenierint, & audiat eum asserere tam constanter venerabile sacramētum esse verè & realiter corpus Christi: quia cum fidelibus de corpore Christi sapiat secundum suam essentiam, & naturam. Quia ꝑ nec optimis philosophis mos est tropos vel figuras ad res extendere, aut eas concedere vere tales: eo quod veritas est adæquatio rei ad intellectum. In figuratiuis autem loquutiōibus aliter dicitur, quam res existit: ita ut res conceptui non æquetur, ut infra dicitur. Reuera ita plures fecerunt. Sed qui libris eius insistent, noscūt, quod verbis tantum, & signis Logicis corpus Christi honorat: cor autem eius semper versatur in signo corporis & figure: nec aliud esse cōcedit corpori Christi ibi, quam esse tropicè figuratum, vel virtuale præter essentiam. 4. trialo. capite. 7. Genesis. 4. 1. fides scripturæ asserit, quod 7. spicæ, & 7. boues crassæ, sunt. 7. anni fertilitatis: & ut Augustinus notat, scriptura nō dicit, quod significat illos septem annos, sed quod sunt ipsi anni, & talem loquutionem spissimam in scriptura poteris reperire. Sequitur post. Sic autem dici potest, quod panis ille sacramentalis est ad illum modū specialiter corpus Christi. Hæc Witleff. AVTHOR. Primus error eius in hac parte est: quod cōtra leges scripturæ sacræ extendit loquutionem figuratam ut propriam: & sine auctoritate figuram transfert in locū proprium. Nec hoc intendebat vnquā Augustinus, nec scriptura. Quod em̄ Augustinus intendit, est exponere textū illum Ioannis. 13. Nunc clarificatus est filius hominis. Super Ioannē homil. 63. Augustinus. Hic autē non est dictum: nūc significata est clarificatio filii hominis: sed dictum est. Nunc clarificatus est filius hominis: quemadmodum non est dictum: petra significabat Christum, sed petra erat Christus. Nec dictum est, bonum semen significabat filios regni: aut zizania significabant filios malignos: sed dictum est, Bonum semen ii sunt filii regni. Zizania vero filii maligni. Sicut ergo solet loqui scriptura res significantes tanquā illas, quæ significantur, appellās: ita loquutus est dominus dicens, Nunc clarificatus est filius hominis. Hæc ille. AVTHOR. Quomodo autem debeat hæc sententia Augustini moderari, ipse nos doceat: alibi

Witleff.

Augustin.

alibi forte possumus nos instrui, qualiter in hoc dicto se cupit intelligi. Tractans nempe textum illū Leuitici: anima omnis carnis sanguis eius est, in libro quæstionum super Leuiticum capite quadragesimo nono. Solet autē Augustin. (inquit) res, quæ significat, eius rei nomine, quam significat, nūcupari: sicut scriptum est. 7. spicæ, septem anni sunt: & multa huiusmodi. Hinc est, quod dictum est, Petra autem erat Christus. non enim dixit significat Christum: sed tanquam hoc esset, quod utiq; per substantiam non erat, sed per significationem. Sic & sanguis quoniam propter vitalem quandam corpulentiam animam significat, anima dictus est. Verū si quispiam putet animam pecoris esse sanguinem, non est in ista quæstione laborandum. Tantum ne anima hominis, quæ carnem humanam viuificat, & est rationalis, sanguis putetur, valde cauendum est: & hic error modis omnibus refutandus. Hæc ille. A V T H O R. Ecce loquutionē scripturæ dicit Augustinus esse, quod res significans, appelletur nomine rei significatæ: & sic sunt septem spicæ septem anni: & sic petra Christus: & tamen cum scriptura secundum hanc figuram dicat, quod anima omnis carnis est sanguis eius, nō vult Augustinus permittere, vt quisquam asserat animam rationalem hominis, quæ carnē viuificat, sanguinem eius esse. Valde (inquit) cauendum est: & hic error modis omnibus refutandus. Quis error? Quod anima hominis sit sanguis. Quæ igitur? nunquid anima pecoris? Nec hoc determinat, sed sugillat. Superius em̄ dicit. Nunquid si animam pecoris sanguinem dicimus: etiam anima hominis sanguis putandus est? absit. Et cum multo aptius sequitur: Anima omnis carnis sanguis eius est: anima rationalis hominis est anima carnis: ergo anima rationalis hominis sanguis eius est: quoniam septem spicæ sunt septem anni: ergo panis vsualis & materialis est realiter corpus Christi. Quia primam concedit scriptura, secundum tropum: secundam nullus concedit fidelis. Sed nec primam, nisi intra limites scripturæ: sed deinceps negat, propter conceptū, quem generat. Attēde iam quomodo liberat negatiuam cum affirmatiua, in libro secundo contra aduersarium legis, & prophetarū, versus finem, dicens. Sic enim dictum est, anima omnis carnis sanguis est: quomodo dictū est: Petra erat Christus. non quia hoc erat: sed quia hoc significabat. Hæc ille. A V T H O R. Ecce petra non erat Christus: sed significabat. Placet tamen, quod secundum scripturam petra erat Christus: placet quod semen bonum sunt

fili regni. Et quare ergo non placet (interrogas) quod panis naturalis est corpus Christi? Et ego rursus interrogo, cur non placet Augustino, quod anima hominis est sanguis eius: cum scriptura eque sic dicat? Quia (inquis) error hominum sic dicit, non consonanter scripturæ. Ita error vester dicit esse corpus Christi longè aliter, quàm petram esse Christum: aut septem annos septem spicas. Valde ergo cauendus est hic error. Quæquam si bene perspexeris, illæ spicæ, de quibus scriptura loquitur, non erant spicæ secundum naturam, sed spicarum imagines: ita quod figura septem spicarum septem annos figurabat. vt dicit secundo libro ad Simplicianum versus finem Augustin. Quisquis videt somnum, non dicit, vidi imaginem Augustini, aut Simpliciani, cum eo tempore, quo tale aliquid vidit, nos ignoramus. Vsq; eadē manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum videri. Et Pharaon spicas se dicit vidisse in somnis, & boues, non spicarum, aut bouum imagines. Si ergo liquidō constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari: non mirum est, quod Samuelem dicit scriptura visum, etiam si forte imago Samuelem non apparuit. Hæc ille: & resumit in De quæstionibus Dulcitii propositione quinta. A V T H O R. Ecce imagines spicarum erant, quæ erant septem anni figuratiter. Sed cūctis liquet, quod non poterant veriùs, aut realiùs, esse septem anni, quos tantummodò figurabant: quàm fuerant septem spicæ, quæ figurarent, sicut nihil potest veriùs significare aliud à se, quàm se. Non ergo poterant illæ quinque spicæ esse verè & realiter septem anni, si nō essent verè & realiter septem spicæ. Et quis sanus capite dicit: spicas somniatas esse veras spicas, & reales spicas? Quis Witcleuista dicit in populo aurum somniatum esse verum aurum, aut verè, & realiter verum aurum? Si ergo spicæ, quas Pharaon somniauit, non fuerunt verè & realiter spicæ reales, quanuis scriptura sic dicat, vidit Pharaon septem spicas: quomodo illæ septem spicæ erunt verè & realiter septem anni: quanuis eadem scriptura sic dicat: quia septem spicæ sunt septem anni? Postremo peterem quo capite, qua item autoritate, transferre audes, vel potestropū septem spicarū ad vnicū corpus Christi? Hanc primò vt producas exigitur. Figurā. 7. spicarū, & petra, & Ioannis agnouit in locis suis, in corpore Christi non noui: aut doce per scripturas, aut patrum orthodoxorum sententias, quod figura septem spicarum ad corpus Christi in

in Eucharistia trahi debuit. Hoc modo culpatur hæretici, qui non tantum dicta figurata, sed etiam facta figurata patrum veteris testamenti in consimile argumentum traxerunt non cultoribus testamenti, dicentes licitum esse homini cum ancilla coniugis suæ concumbere, sicut Abraham cum Agar: quia hoc idem potest adhuc figurare, quod tunc. Libro. 22. contra Faustum Augustin. Nonnulli præter vaniloquia vestra, sua sponte comouentur, vt tam prophetarum in veteri testamento comparantes vitæ apostolorum in nouo testamento: nec valentes discernere consuetudinē temporis illius, quo promissio velabatur, à consuetudine temporis istius, quo promissio reuelatur. Eis magis respondere compellor, qui vel temperantiam suam audent præferre prophetis: vel nequitia suæ quarunt patrocinia de prophetis. Qua in re hoc primum dico: minimum non tantum linguam, verum etiam vitam fuisse prophetiam. Et quibusdam interpretis subdit. Similes sunt, qui in magnis ista reprehendunt, pueris imperitis in schola: qui cū pro magno didicerint nomini numeri singularis verbum numeri singularis esse reddendum, reprehendunt latinę linguæ doctissimū authorem, quia dixit, Pars in frustra secant: debuit, inquit, dicere secat. Et quia norūt religionem dici, culpant eum, quia geminata litera dixit Religione patrum. Vnde non absurdè fortasse dicatur in genere suo quantum distant schemata, & metaplasmi doctorum, à Solocicinis, & Barbaricinis imperitorum: tantum distare figurata facta prophetarum à libi dinosis peccatis iniquorum. Ac per hoc sicut puer in barbarismo reprehensus si de Virgilio metaplasmo se vellet defendere, serulis cæderetur: ita quisquis cum ancilla suæ coniugis voluptatus, Abraham factum, quod de Agar prolem genuerit, in exemplum defensionis assumpserit, vtinam non planè serulis, sed vel fustibus coercitus emēdetur, ne cum cæteris adulteris æterno supplicio puniatur. Hæc ille. A V T H O R. In hoc vitio puerorum est Witcleff: qui sicut volunt suos Barbaricos defendere per schemata Virgilio, & illi sua supra per figuralem Abraham concubitum: ita iste hæresim suam de sublatione corporis Christi per pulcherrimam figuram spiritus sancti in. 7. spicis, & figuram Christi de Elia, aut Apostoli Pauli de petra. Vtinam non planè serulis, sed & multis fustibus, vel farnētis puniatur, pro ipsa temeritate figuræ, cuius est sine omni auctoritate repertor. Et nec ignoranter sic dicēs peccauit: imò sciuit Ioannem baptistam non

ausum esse vti tropo sui magistri. Sic enim dicit libro de eucharistia capite septimo, quod quanuis Christus dicit eum Eliam, vtens tropo: Baptista tamen negauit se Eliam, referuās tropum magistro suo: & tamē hic fuit tropus auctoritate Christi, & scripturæ. Quanta ergo temeritas est Witcleff, qui præter, imò cōtra auctoritatem, & intentionem Christi & scripturæ inducit tropicū sacramentum: nec parit tropo, nec referuat contra magistrum? Secundus error Witcleff in hac re est, quod dimittit proprietatem loquutionis scripturæ cōtra naturam rei, cogens, & violentans eam in tropum. Quod dico de corpore Christi in sacramento: quod omnes patres sancti à tempore apostolorum scripserunt literis, & vocibus tradiderunt pro fide gentium successiuè à temporibus apostolorum, vsq; in præsens corporaliter in natura carnis debere intelligi. Ipse autem post Berengarium suum magistrū abiens, omnino iubet esse figuram, non essentiam. Miror cum saltem eum recitauit, cur nō sagaciùs auscultauit, quid contra hunc modū in libro tertio de doctrina Christiana capite decimosexto docuerit Augustinus. Seruabitur Augustinus. (inquiens) in loquutionibus figuratiuis regula huiusmodi, vt tam diu versetur diligenti cōsideratione quod legitur, donec ad regimen charitatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam propriè sonat: nulla putetur figuratiua loquutio. Hæc ille. & habet Witcleff libro suo de blasphemia capite decimosexto. A V T H O R. Miror igitur, quod ista scripsit, & nec vidit, quod Augustinus ibi dicit. Si quod legitur iam propriè sonat, nulla figuratiua putetur loquutio. Verba Christi dicentis, Hoc est corpus meum, iam propriè sonant. Probat hoc Christus, dicens, Quod pro vobis tradetur. Et iterum. Hoc facite. & ibi. Caro mea verè est cibus. Idcirco ex his dicit Augustinus substantiam carnis Christi esse verè cibū: & Hilarius, quod sit corpus Christi naturaliter: & ita naturaliter in nobis sumptum manet, non per gratiam tantum, & amorem. Sic Chrysostomus, sic Ambrosius, sic Rabanus, sic Fulbertus, vt alibi recitantur, vno ore confirmant. Qui ergo totiens, & à tantis assertam proprietatem corporis redigit in figuram, vehementer à laude boni expositoris exorbitat, & in execrandam foueam erroris illius se deprimit, qui dixit non esse paradysum, nisi tantummodo figuralem. Contra quem insistit sacer Augustinus octauo super Genesim ad literam in principio dicens: sic sequi posse singula Christi facta, & Apostolorum

Al. traduxerunt.

Al. r. Augustinus

stolorum solas dici posse figuras. Nam sicut dicit Witeless propria sua licentia hoc singulariter solum dici, Hoc est corpus meum: nulum secum ducens, nec potens adducere testē catholicum veterem vel nouellum: quis item prohibeat alium dicere ea lege loquendi Gabrielem nuntium de cælis ad virginem tropicum fuisse, non historicum? Verbum caro factum est, figura non natura: Christi prædicationem, cæci illuminationem, Christi passionem, ascensionem: aduentum quoque ad iudicium, omnia figuratè dici, & nihil secundū historiam substācialiter esse verum? Si dicas scripturas res ipsas exprimere, verum dicis: & nullam verius, quàm huius sacramenti propriam veritatem. Cur istam sine illis attenuas in figuram? Si expositores sanctos requiras, omnes in veritatem corporis in natura concordant. Si fidem animatam ecclesiæ, totus mundus à solis ortu vsq; ad occasum quacunq; per orbem laudatur nomen domini, Christi corpus in sacramento secundum naturam suā in proprietate præsens & fatetur, & colit. Quid ergo te cogit dicere esse figuram, quā cuncti fideles dicunt substantiam? An ne valet hæc ratio. 7. spicæ sunt figuratè. 7. anni: & petra figuratè Christus: ergo panis est figuratè Christi corpus? Doce prius convenientiam rerum, & tandem consequentiam. Nam error magnus est lectoris: sicut figuratè dictum pro proprietate: ita propriè dictum accipere figuratè. Libro. 3. de doctrina christiana. capit. 3. *Augustinus*. Huic autem obseruationi, qua cauemus figuratam loquutionem, id est, translata quasi propriam sequi: adiungenda etiam illa est, ne propriam quasi figuratam velimus accipere. Demonstrandus est igitur primus modus inueniendæ loquutionis, propria ne, an figurata sit. Et iste omnino modus est: vt quicquid in sermone diuino neq; ad morum honestatem, neq; ad fidei veritatē propriè referri potest, figuratum esse cognoscas. Hæc ille. *AUTHOR*. Dic ergo, quid morum honestati obuiat, aut fidei veritati, appropriatè concipere dictum Christi, Hoc est corpus meum, magis q̄ factum Christi, quando aquam conuertit in vinum? Sed & si quandoque in scripturis inuenisses panem figuram dici Christi corporis, sicut dicitur māna: vel panis propositionis, nō propter hoc ad hoc tempus, vel causam regulariter posses figuram illius loquutionis extēdere. prout de vocabulo hominis, & filii hominis exemplificat in libro de gratia noui testamenti. cap. 14. *Augustinus*. Non (inquirens) existimes quasi loquutionis regulam, sic perpe-

Augustin.

Augustin.

tua lege seruandam, vt vbicunq; legeris homines, aut filios hominum, secundum hanc distinctionem semper intelligas: sed vt se habuerit circumstantia lectionis. Vnde sensus si patet, hauritur: si latet, eruitur. Et infra. Ego autē sum vermis, hoc est filius hominis: non homo sicut ille homo, qui nō est filius hominis. Hæc ille. *AUTHOR*. Exponit ibi de Christo, q̄ sit filius hominis, & non homo, vt Adam, qui nō erat filius hominis: nec tamen vbicunq; legitur filius hominis, statim intelligendū Christum: aut homo cum legitur, statim significat primum Adam. Et in tertio de doctrina christiana. capi. 4. q̄ panis in bono accipitur, ibi. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. In malo ibi: panes occultos libenter edite. Ergo secundum circumstantiam lectionis pensandus est intellectus vocabuli. Mihi autem videtur, soli scripturæ referuanda hæc prærogatiua loquendi, cui soli inter omnes scripturas captiuandus est omnis sensus legentis. Vnde. 4. super Genesim ad literam, ca. 11. *Augustinus*. His loquutionum modis cum ea, quæ non accidunt Deo, tanquam ea accidant, loquimur, eū facere agnoscimus, vt nobis accidant, ea duntaxat, quæ laudabilia sunt. Et hæc quantum scripturarum vsus admittit. Neque enim nos temerè aliquid tale de Deo dicere debemus, quod in scriptura eius non legimus. Hæc ille. *AUTHOR*. Concedimus ergo loquutiones illas tropicas, quas scriptura concedit, scilicet, de serpente, & de tribus viris Abrahamæ, vt adducit Witeless cap. 10. de apostasia: sed cum sine autoritate scripturæ, & ecclesiæ, eas extēdis, melius eas dimitteres: sicut etiam ipse dicit. cap. 2. de eucharistia. quia in hoc casu baptista referuauit tropum suo magistro, & negauit proprietatem: vt item dicit in dialogo. Maxime cum modi loquendi, à modis essendi sunt remoti.

Augustin.

¶ Quod solum figuratè tale, non est verè & realiter tale.

C A P. L X X V.


S V M M A.

- 1 Error tertius Witeless in materia de figuris, notatur. Et quid contra eum dicat author.
- 2 Christi corpus quantum ubilibet à figurali pane legis veteris secernatur. Et quid de hoc dicat Hieronymus.

ronymus.

3 Modi quatuor loquendi de Deo quasi in unum fasciculum ab Augustino constricti, recensentur.

4 Fictio quando mendacium, & quando non. Et quando itē figura.



1 **T**ertius error Witeless in hac materia de figuris est, quia in forma loquendi indistinctè pronūtiat figurata cum propriis, vt cautius decipiat simplices, fidelem simulans, & cautè tegens hæreticum. Cum fidelibus dicit, hoc venerabile sacramentū esse corpus Christi: imò vt abundantius fallat, addit realiter, addit verè: sed tange montem, & fumigans dicit, tantumlibet in figura. Quod si quæretur quomodo realiter si solum figuratè, vel virtualiter, quomodo verè: respondet sicut libro suo de blasphemia. cap. 16. Constat (inquit) loquicis, quod Deus verè & realiter irascitur, sicut corpus eius verè & realiter manducatur, non tropicè, licet locutio, qua sensus talis exprimitur, sit tropica. Hæc Witeless *AUTHOR*. Vt tertius si quæretur: nunquid panis est substantialiter vel naturaliter corpus Christi? pro maiori parte negat. ibi in fine. Certum (inquit) est, quod remanet post benedictionem vnum per se sensitiuum, quod non est substantialiter corpus Christi: & illud est sacramentum. Et cap. 41. de sermone domini in monte: non cōcedit, quod corpus Christi est corpus in hostia, nec corporaliter. Et. 4. dialogi. cap. 10. iterum inuenit equiuocationē, secundum quam conceditur, quod corpus Christi est in sacramento corpus, sed non corporaliter, sed pulchrè, & realiter: & item quod est in hostia corporaliter substantialiter, & essentialiter: quia pura corporalitate panis corporaliter. Et ad hoc trahit illud Apostoli ad Colossenses. 2. In Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: quia (inquit) diuinitas licet nō sit corporaliter, est tamē corpus existens corporaliter. Falsè exponens hoc pro fundamento dicti sui alibi: quod Christus est tres naturæ, et earum quælibet. Quod contrā in epistola ad Dardanum inter epistolas. 39. exponēs illud Petri, vbi dicit, Christum spiritibus, qui erant conclusi, aduenientem prædicasse. *Augustinus*. Quod autem (inquit) dicebat, in spiritu veniebat, & ipse quidem filius in substantia deitatis, quoniam corpus nō est, spiritus vtiq; est. Hæc ille. *AUTHOR*. Ex ea ergo parte falsè dicit diuinitatem esse corpus. Sed in de vera innocentia propositione. 287. exponens il-

Augusti.

lum textum Pauli *Augustinus*. Plenitudo (inquit) diuinitatis in Christo dicta est corporaliter habitare, non quia diuinitas corpus est: sed quia sacramenta veteris testamenti appellantur vmbrae futuri propter vmbraarum operationem: corporaliter dicta est in Christo plenitudo diuinitatis habitare: quod in illo impleantur omnia, quæ in illis vmbrae figurae sunt. Hæc ille. *AUTHOR*. Non ergo quia diuinitas Christi est corpus eius altera pars, vt vult Witeless, ideò dicitur in Christo habitasse omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: sed quia in Christo terminantur reduciue omnes veteris legis figuræ: sicut vmbrae dependenter terminantur in corpore. Quantum igitur ergo corpus distat ab vmbra, nec esse potest vmbra: tantum Christi corpus vbilibet à figurali pane secernitur: qui inter veteris legis figuræ de corpore Christi est vna. Quam loquutionem probat in commentario super Titum, super illo loco, Sit autem episcopus & pudicus, *Hieronymus*. Si autem laico imperatur, vt propter orationem abstineat se ab vxoris coitu: quid de episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis, populiq; peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas? Relegamus regnorum libros, & inueniemus sacerdotem Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid, & pueris eius, nisi interrogaret vtrum mūdi essent pueri à muliere, non vtiq; aliena, sed coniuge. Et nisi eos audisset ab heri, & nudius tertius vacasse ab opere coniugali, nunquam panes, quos prius negauerat, concessisset. Quantum interest inter panes propositionis & corpus Christi: Quæ differentia inter vmbra, & corpus: inter imaginem, & veritatem: inter exemplaria futurorum, & ea ipsa, quæ per exemplaria præfigurabantur? Quomodo itaq; mansuetudo, patientia, hospitalitas quoque, & benignitas, præcipue esse debent in episcopo: sic castitas propria, & (vt ita dixerim) pudicitia sacerdotalis: vt non solum ab opere immūdo se abstineat, sed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore, mens Christi corpus cōfectura sit libera. Hæc ille. *AUTHOR*. Audiat Witeless, quod mens Christi corpus cōfectura, ab errore cogitationis sit libera, vt sic pateat sacerdotem conficere corpus Christi, nō nudum signum. Audiat item, quod corpus Christi ab episcopo sic cōfectum tantum distat à panibus propositionis, quanuis essent panes sancti, quantum vmbra distat à corpore, imago à veritate, & in exemplis figurata ab exemplari futurorum. Non ergo est iste panis vt illi nō figure corpus

Hierony.

V poris

poris sicut illi: non umbræ corporis, non imagines veritatis ut illi: quod tamē esset, si illi panes & isti panes, illæ imagines & figuræ, & ita isti: sed illi panes isti corpus: illi imagines ab hac veritate distantes, imò huius imagines veritatis. Criminator ergo Witleff, quod contra omnes patrum loquendi modos ausus est dicere figuram veram rem, & figuralem modum planissimè veritatem, nimis confusus in magistro Atomalium suorum Democrito, asserere omnia esse vera, siue apparentia, siue ficta: per hoc cautè surripiens nobis in cōmunicatione modum, quo à figuris facta earum possimus distinguere, cum tamen omnis mos sanctorum patrum soleat à primævis quasi per opposita veritatem figuratam rem longè aliam à figura proferre. Hanc autem logicam à Berengario magistro suo percepit, qui nesciens euadere magnam auctoritatem Hilarij scribentis, quod per Eucharistiæ sumptionem substantialiter manet in nobis Christus: inuenit quomodo diceret, ita substantialiter in figura. Et sic Witleff exemplificat posse dici: sicut rex est corpus virtualiter per totum regnum. Quod contra delusiuum istud sophisma improbavit lib. 3. de corpore & sanguine domini. *Guimundus.* Quomodo (inquit) si nos verbum carnem factum in cibo dominico non substantiuè, sed umbraticè sumimus, per hoc consequens est, ut in nobis substantialiter maneat Christus? Quæ est huius probationis necessitas? Quæ consequentia? Nulla quippe necessitas est, nulla consequentia: ut vbi est alicuius rei figura, sit consequenter eiusdè rei substantia. Si enim cuius dicerem: in hoc pariete est substantia tua, quia ibi est imago tua, nonne me diceret insanire? Sed nec quisquam omnino dixerit, quando edebatur agnus legalis, ut ibi esset cōsequenter substantia Christi: cum ille agnus umbra esset, & figura Christi. Quis vero audeat dicere, cum serpentem æneum Moyses in deserto suspenderet, quod ibi substantiam Christi suspenderet? cū tamen substantiā Christi in ligno suspendendi serpens ille æneus figuraret? Quocirca si assumptio Hilarij, qua dicitur, quod substantialiter in nobis est Christus, per hoc rata esse monstratur, quod nos carnem & sanguinem Christi cibo dominico sumimus, quæ accepta, atq; hausta id efficiunt, ut & Christus in nobis, & nos in Christo naturaliter vnum simus, naturam carnis eius adepti: nulla autem consequentia (ut ostēdimus) assumptio illa per hoc probari potest, nisi in cibo dominico sit verè substantia corporis & sanguinis Christi: manifestum est quoniam

prudētissimus argumentator Hilarius, qui suam assumptionem per hoc confirmare voluit, substantiam corporis & sanguinis domini nos in cibo dominico sumere, non umbrā, & figuram tantum (ut umbratici isti male somniant) credidit. Hæc ille. *AUTHOR.* Argumentum istud per se planam habet victoriam: nobis autem sufficit, ut notemus, quod per fœdos, & prophanos hæreticos, substantiale istud & corporeum esse in figura nuda, intravit in mundum, ad intricandum loquentes, ne sine grandi difficultate sermonis figuram cassam alicuius rei à vero esse suo aut reali, substantia li, corporali, suppositali, discernent. Hoc sophisma, quod Berengarius genuit, & Witleff fouet, loquutio sanctorum patrum omnium orthodoxorum interimit: quos iam prospicere nollem videri esse prolixum. Vnde *Augustinus* quasi in vnum fasciculum constringens modos loquendi de Deo in scriptura sacra, sic habet libro primo de trinitate. cap. 2. Verbis (inquiens) ex rebus corporalibus sumptis, vsa est cum de Deo loqueretur: velut cum ait. Sub umbraculo alarum tuarum protego me. Et de spiritali creatura multa transtulit, quibus significaret illud, quod non ita esset: sed quod ita dici opus esset sicuti est. Ego sum Deus zelans. Et, pœnitet me hominem fecisse. De rebus autem, quæ omnino non sunt, non traxit aliqua vocabula, quibus vel figuraret locutiones, vel spissaret enigmata. Vnde perniciosius & inanius euanescent, qui illo tertio genere erroris à veritate secluduntur: hoc suspicatio de Deo, quod neq; in ipso, neq; in vlla creatura inueniri potest. Et infra. Quæ verò propriè de Deo dicuntur, quæq; in nulla creatura reperiuntur, raro ponit scriptura diuina: sicut illud, quod dictū est ad Moysen, Ego sum qui sum. &, Qui est, misit me ad vos. Cum enim esse aliquo modo dicatur & corpus & animus: nisi proprio quodam modo vellet intelligi, non id vtiq; diceret. Hæc ille. *AUTHOR.* Hic habemus tres modos loquendi de Deo: duos primos rectos, cum scilicet transfertur locutio de re corporali vel spiritali in sermone de Deo: & tertium falsum, & erroneum: quia hoc Deo attribuit, quod nullibi inuenitur: puta, quod aliquid gignat se ut sit. Quartum item modum addit, qui est proprius, & ille solus dicitur de Deo verè. Et primi duo quauis veri sunt, non tamen verè loquuntur: quia non ita est, ut primo significat. Sic dicit *Augustinus*: quibus significaret illud, quod non ita esset, sed quod dici ita opus esset. Ex hoc ergo regulari principio *Augustini*, omnis translata, & figurata loqu-

Augustia

CAP. LXXXVI.

SVMMA.

- 1 *Figuræ scripturæ quod non sint liberè extēdendæ. Et quomodo modum separandi res ab umbris, à veritate figuræ, patres ecclesiæ sequebantur. Et plura de hoc ibi ex Augustino, Origene, Didymo, Hieronymo, Hugone. &c.*
- 2 *Ambrosius, quod in usu habeat, more patrum ecclesiæ, veritatem à figura distinguere, ostēditur.*
- 3 *Witleff, qui concedit spiritū sanctum columbā &c. modo suo, ab authore confutatur. Et multa contra eum ibi ex Anselmo, Gregorio Nissenso. &c. adducuntur.*



Idete si modum istum separandi res ab umbris, à veritate figuræ, non sequebantur patres ecclesiæ. Prima parte sermonum. sermone. 18. *Augustinus.* Quoddictum

Augusti.

(inquit) est Moysi, hoc enim placuit Deo certi mysterij dispensationisq; gratia: quod ipse in terram promissionis non introduceret populum. Eligitur alius Iesus naue. Et iste homo non hoc vocabatur, vocabatur Auses: & cum ei introducendū populum cōmendaret Moyses, vocauit eum Iesum: ut nō per Moysen, sed per Iesum. i. non per legē, sed per gratiā populi Dei ad terrā promissionis intraret. Sicut autē Iesus ille non verus, sed figuratus: ita & terra promissionis illa non vera, sed figurata. Illa enim populo primò temporalis fuit: nobis quæ promissa est, aeterna erit. Sed figuris temporalibus promittebantur, & prænuntiabantur æterna. Sicut ergo ille non verus Iesus, nec illa terra promissionis vera, sed figurata: ita manna, non cibus verè cælestis, sed figuratus: illa petra non verè Christus, sed figuratus: & sic omnia. Hæc ille. *AUTHOR.* Cōtinuat eū priorè regulam patrum ecclesiæ *Augu.* Non (inquit) verus Iesus, nō vera terra promissionis. Ita nec manna cibus verè cælestis: nec petra verè Christus (inquit) & sic omnia. ergo sic panis nō verè corpus Christi, si sic omnia. & super psal. 103. sermone primo, versu, Qui ambulat super pēnas vëtorum. *Augustinus.* Vëtos quidem intelligimus in figura nō absurdè animas: nō quia ventus est anima, quæ res corporea, corpora impellens: tñ quia humani oculi acie fugit. est enim anima inuisibilis, ppter ea bene intelligim⁹ aias ventos. Hæc ille. *AUTHOR.* Anima vët⁹ est: ecce in figura sic dicta: nō quia vëtus est anima. Et li. 26. cōtra Faustū: idem *Augustinus.* Ego (inquit) Iesum potuisse mori si voluit, cur non concedam: etiam si verè mortē illam fuisse. V. 2 se, &

loquutio implicat non ita esse, nec verè esse: nec tamen falsum esse quod dicit, sicut nec figuratè loquutiones poëticae falsæ sunt: ut probat *Augustinus* libro contra mendacium: vbi fictiones Horatij probat, & Aesopi. Et in libro quæstionum super Lucam. cap. 47. De eo, quod scriptum est de domino, Finxit se longius ire: non ad mendacium pertinet. Non enim omne, quod fingimus, mendacium est. Sed quādo id, quod fingimus, nihil significat, tunc est mendacium. Cum autem fictio refertur ad aliquam significationem, non est mendaciū, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia, quæ à sapientibus, & sanctis viris, vel etiam ab ipso domino figuratè dicta sunt, mendacia deputantur: quia secundum vsitatum intellectum non subsistit veritas talibus dictis. Non enim qui habuit duos filios, quorum minor, accepta parte patrimonij sui, profectus est in regionem longinquam: & cætera, quæ in illa narratione contextuntur, ita dicuntur tanquam fuerit quisquam homo, qui hæc in filiis suis duobus aut passus sit, aut fecerit. Ficta ergo sunt ista ad rem aliquam significandam. Vnde est & illud etiam eiusdem domini: qui in fici arbore quæruit fructum eo tempore, quo illa poma nondum essent. Non enim dubium est illam inquisitionem non fuisse veram. Quis enim hominū nesciret sine viriditate, vel tempore, poma illam arborem non habere? Fictio igitur, quæ ad aliquam veritatem refertur, figura est: quæ non refertur, mendacium est. Hæc ille. *AUTHOR.* In his ecce fictionibus nec affuit veritas, nec tamen erant falsa, vel mendosa. Non subsistit (inquit *Augustinus*) veritas talibus dictis. Nec dubium est illam inquisitionem sicuū non fuisse veram: sed mediū quoddam pendens inter veritatem, & mendacium. Fictio (inquit) quæ ad aliquam veritatem refertur, figura est: quæ non refertur, mendacium est. Hunc modum loquedi scripturæ & doctorum nesciuit Witleff: ideo oberranter arguit: Deus, in quies, verè, & realiter irascitur: & tñ nisi tropicè. Diceret *Augustinus*, quod nec verè, nec realiter, nec tñ mendosè vel false: sed medio modo figuratè, quod modus à plena veritate diminuit: sed superuolat falsitate.

¶ Quod figuræ scripturæ sacrae nō sūt liberè extēdendæ sine euidēti necessitate, & auctoritate: maximè vbi vergit in dispēdiū veritatis extensio figuralis.

se, & non mortis figuram consentiam? Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod mortis figurā à vera morte distinguit. Item. 4. lib. de trinitate cap. 57. *Augustinus*. Verbo itaq; Dei ad unitatē personæ copulatus, & quodāmodo commixt⁹, homo est: cū veniēte plenitudine tēporis missus est in hūc mūdum, factus est ex foemina fili⁹ Dei, vt esset & filius hominis ppter filios hoīm. Hanc personā angelica natura figurare antea potuit, vt prænūtiaret, nō vt ipsa esset. Hæc ille. A V T H O R. Quā sæpe negat esse & verè esse à reb⁹ figuratib⁹; quia nō illæ res sunt secundū essentiā, quas figurat! Figurare (inquit) angelus potuit vt prænūtiaret, nō vt esset. Hac cautela loquēdi vt ebātur passim patres ecclesiæ, ne per simplices, vel malignos verba scripturæ occasione darent errandi. Et itē lib. primo cōtra duas epistolas Pelagianorū. cap. 7. *Augustinus*. De concupiscentia carnis falli eos credo, vel fallere, cum qua necesse est, vt etiam baptizatus, & hoc si diligētissimè proficit, & spiritu Dei agitur, pia mēte confligat. Sed hæc etiam si vocatur peccatū: non vti q; quia peccatū est, sed quia peccato facta est, sic vocatur: sicut scriptura manus cuiusq; dicitur, quod manus eam fecerit. Hæc ille. A V T H O R. Figuraliter man⁹ non est manus: nec figurale peccatū est peccatū. Sic item diabol⁹ in euāgelio dicitur inimicus homo: nō tamen est verè homo, quis figuraliter extat homo. Sup psal. 55. versū. Miserere mei dñe qm̄ conculcauit me hō. *Augustin*. Sed & ipse diabolus quare hic nō intelligatur? An fortè quia dicit⁹ est homo? Ergo erat euāgelii, quia dixit, inimicus homo hoc fecit: sed quadā figura potest & ille dici homo, nō tamen esse homo. Hæc ille. A V T H. Et libro secundo super cātica secundū translationē Rufini. textu. Faciemus tibi si militudines auri. *Origenes*. Videtur (inquit) mihi, quod lex per angelos disposita est in manu mediatoris. Quoniā quidem mēbra habebat futurorū bonorum, nō ipsam imaginē rerum. Et quæcunq; contingebāt illis, quæ in lege referūt, in figura, & nō in veritate cōtingebāt. Ista omnia similitudines auri fuerūt, non aurū verū. Quod, scaurū verum in illis, quæ incorporea sunt, & inuisibilia, sc̄ spūalia, intelligātur. Si militudo verò auri, in quo nō est ipsa veritas, sed vmbra veritatis: ista corporea, & visibilia accipiant. Verbi gr̄a: similitudo auri fuit illud tabernaculū manufactū, d̄ quo dicit apostol⁹. Nō enim in ista manufacta introiuit Iesus exēplaria verorū: sed in ipsum cælum. Ergo quæ in cælis sunt inuisibilia, & incorporea, illa sunt vera. Ista autē, quæ in terris sūt visibilia, & cor

porea, exēplaria verorū esse dicuntur, non vera. Ita ergo similitudines auri appellantur, in quibus est arca testamēti, & propitiatorū, & cherubim, & altare incensi, & mensa propositionis, & panis. Sequitur. Sed & ipsum aurum visibile pro eo quod visibile erat, non erat aurum verum: sed similitudo erat illius veri auri inuisibilis. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quia res exemplares supernarum rerum sunt visibiles, ideo non sunt verè tales, nec talium veritates, sed similitudines veritatum: inter quas non su peruacue recitat panes propositionis: vt non sint veritates, sed similitudines veritatum, & corporis consecrati figuræ. Item lib. de spiritu sancto versus medium. *Didymus*. Si verò per allegoriæ numerum tonitruus, & diluculum, & nebula, & creatio spiritus intelligatur: nō substantiam rei, sed figuratam interpretationem significabunt. Hæc ille. A V T H O R. Item in prologo expositionis Osee primilibrī: vbi tractat hoc, quod Osee iubetur accipere mulierem fornicariā. *Hieronymus*. Si omnia, quæ præcipiuntur ob causas vt in similitudinibus fiant verè facta contēdimus: ergo & Ieremias accinctus lumbari vestimento muliebri per innumeras nationes & Assyrios, atq; Chaldaeos gentes inimicissimas Iudeorū iuit ad Euphratē, vt ibi abscederet lūbar suum: & post multa tempora reuersus inuenit illud compituisse, q̄ nulli esset vsu aptū. Quomodo exire poterat, & ire tā longè obfessa Hierusalē, extructis per circuitum munitioibus, fossa, vallo, atq; castellis: q̄ cū semel ad Anathoth viculū suū in tertio milliario ab vrbe sitū exire voluisset, in porta capitur: & reductus ad principes, quasi proditor verberatus in carcerem mittitur? Si illud in typo, quia fieri nō potuit: ergo & hoc in typo, quia si fiat, turpissimum est. Sed respondebis: Deo iubente nihil turpe est. Et nos dicemus: Deus nihil præcipit, nisi quod honestum est: nec iubendo turpia, facit honesta, quæ turpia sunt. Hæc ille. A V T H. Et iste pater typos, similitudines, & figuralia facta abnegat verè facta. Item libro primo contra Rufinum, qui intitulatur, ad Pammachiū & Marcellam, pro se contra accusatorem defensio, versus finem libri, exponens se intellexisse apostolum tropicè: & ideo non esse verum quod dixit: idem *Hieronymus*. Opponi nobis potest, quod non sit vera sententia dicētis apostoli, Nemo vnquam carnē suam odit: cū morbo regio laborantes, phthisi, & cancre, & distillationibus, mortem vite præferāt, & sua oderint corpora. Et statim quid ipse sentiret, adiunxi. Magis itaq; ad tropicam intelligen

Didymus

Hierony

Hieronym

telligentiam sermo referatur. Quādo dico tropicè, doceo verum non esse quod dicitur, sed allegoriæ nubilo figuratum. Hæc ille. A V T H O R. Ecce non est verum, sed allegoriæ nubilo figuratum. Et super. 2. cap. Dionysij in angelica hierarchia *Hugo*. Si enim imago sola semper videtur, veritas nūquā videtur: quoniam imago veritas non est: etiam cū de veritate est. Item ibidem super cap. 3. In his veritas non creditur, etiam si per ipsam veritas significetur. Aliud est enim veritas, aliud signū veritatis: quia signum veritas nō est, etiam cū veritatis signum est, & verum est. Hæc ille. A V T H O R. Si dicat Witleff: intelligit non verè facta secundū proprietatem, & secundū figuram: Sufficit mihi, quod ipse cum omni serie prædictorum sanctorum nesciunt aliter intelligere verè facta, aut veritates rerū, nisi ipsas proprietates intelligat: & ideo generaliter eas remouet à figuris. Audiamus t̄ adhuc *Ambrosius*. Ipse enim Homilia prima sui Hexaemeron. Neq; (inquit) cū legimus: Ego confirmaui columnas eius: verè colūnis eam subnixam possumus æstimare, sed ea virtute, quæ suffulciat substantiam terræ, atque sustineat. Hæc ille. A V T H O R. Et hic à columnis figuralibus abnegat verè sic dici: & in vsu habet deinceps modo patrum ecclesiæ veritatē à figura distinguere: & comparationes facere distinctiuas. Et ideo in libro de mysterijs idem *Ambrosius*. Audi quia vmbra est, quæ apud patres facta est. Bibebant (inquit) de consequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Sequitur. Hæc autem in figura facta sunt nostri. Cognouisti præstātiora: potior etenim lux quā vmbra, veritas quā figura, corpus authoris quā manna de cælo. Hæc ille. A V T H O R. Non ergo figura est veritas: nisi qualiter lux est vmbra, maximè si potior est veritas quā figura. Item ibidem vbi supra *Ambrosius*. Audis quia sub nube fuerunt patres nostri. Et bona nubes, quæ carnalium refrigerauit incēdia passionum. Bona nubes obumbrat, quos reuerfit spiritus sanctus. Deniq; superuenit in Mariam virginem, & virtus altissimi obumbravit eam: quādo redemptionem genuit gēti humanæ. Et illud miraculum per Moysen in figura factum est. Si ergo in figura affuit Christus: non est in veritate. Hæc ille. A V T H O R. Hoc dictum *Ambrosij* peremptorium est: & vltimatè concludit: si in figura, nō in veritate. Item libro primo de sacramentis *Ambrosius*. Ecce quasi columba spiritus sanctus descendit: non columba descendit, sed quasi columba. Memento quid dixerim, Christus

carnem suscepit: non sicut carnem: sed carnis istius veritatem verè Christus suscepit. Spiritus enim sanctus in specie columbæ. Non in veritate columbæ: sed in specie columbæ descendit de cælo. Hæc ille. A V T H O R. Videtis iam more ecclesiæ *Ambrosium* temperasse sermonem: & iuxta limitē verbi Dei volentis dicere, quod spiritus sanctus descendit columba: quāquā verè esset columbasecundum naturam, in qua venit: & non figura nuda columbæ: & tamen distinctè dicitur descendisse quasi columba: quia in naturā eius venit, cuius tamen naturam non verè assumpsit. Christus verò verè carnem accepit: & ideo in vera carne caro vera descendit. Si ergo spiritus sanctus non columba descendit, quāquā in specie tali descendit secundum naturam: longè plus nō est panis corpus Christi: quod nullatenus ibi extat secundum naturam. Veruntamē t̄ in hoc loco prolongauit Witleff iniquitatem suam, concedens consequenter spiritum sanctum columbam, sicut. 7. spicæ fuerant. 7. anni, & sacer panis est veraciter corp⁹ Christi, imò & quodlibet esse, esse Deum. Hæc enim prædicandū tradidit in vulgari euāgelio dominicæ infra octauas Epiphaniæ. Sed sectatores eius publicè erubescunt de hoc mēdacio, publicè dicentes. & scribentes, quod errauit in istis. vident enim qualiter conuincitur planè ex vsu scripturæ & sanctorum: vt dixerit non dicendum. Quā impia ergo logica Witleff, & à theologia sanctorum patrum remota, quando dicit econtrariò, si iste panis est corpus Christi in figura: ergo verè & realiter corpus Christi: quia verè & realiter dominus nascebatur. Et dicat tunc consequenter. Ergo non solus filius fuit humanatus, sed pater & spiritus sanctus fuerunt verè & realiter homines cum filio, quando figurabantur in tribus viris descendentibus per viam. Sic item Abraham fuit verè & realiter Deus: dicēte eo ipso cap. 7. de incarnatione verbi, quod Abraham figurauit Deū patrē, & Isaac Deū filiū. ergo secundum te Isaac fuit filius Dei naturalis & immensus: imò & quod Arius nūquā audebat asserere in Christo, Ionas fuit filius Dei naturalis, consubstantialis, & homouersio Deo patri. Videtis quot impietates, & quāta ex hac verborum inuolutione sequantur. Et quis iam imputat iustum crimen Ophitis: quia colebant serpentem? quia credebāt Christum esse verè serpētē. Verè serpens est Christus: & econtrario Christus est verè serpens, si panis Witleff verè est corpus. Aut anthropomorphos quis Witleff ista iuste poterit criminari.

minari, qui dixerunt Deum patrem membris humanis verè formatū, dicente scriptura: Manus domini erat cū illo: & terra scabellum pedum domini est &c. cū Wicleff sic asserit panem verè corpus Christi in figura? Nec est cōparatio ista mea, sed Ignatij Antiocheni discipuli sancti Ioannis in quadam epistola sic scribentis. Cōsiderate (inquit) qualiter Anthropomorphi à cōmunionē & orationē sanctorū recedunt, propter non cōfiteri eucharistiā carnem esse saluatoris, quia posuerunt eucharistiā esse panē, pro eo, q̄ scriptura vocat eā panē. Hęc ille. A V T H. Igitur istis visis Wicleff totiens dicit panē nō esse corpus Christi, quotiens dixit ipsum esse corpus Christi: sicut in libro de eucharistia cap. 1. & frequētius alibi. Ne tamen redarguatur contradictionem asserere, declarat. 4. dialogi cap. 4. q̄ sicut Christ⁹ & baptista non assererent cōtradictoria, vno dicēte: ipse est Elias: alio, non sum Elias: sic nec contradicunt dicentes: panē esse corpus Christi: quia figuratiter verū est: & alius, panis non est corpus Christi: quia naturaliter item verū est. Sed quomodo certificat hęc logica cōmunicantem de re? Aut nūquid princeps logicorum Aristoteles ne homines in cōmunicando forent ambigui constituit, q̄ de quolibet diceretur affirmatio vel negatio, & de nullo eorum ambo? De dici est hoc principium, non de esse. & non addit secundū idem: quia vitauit à procul omnem similitudinem contradictionis in verbis. quēmadmodum apostolus Paulus. 2. Corinth. primo. Nunquid leuitate vsus sum? Aut quē cogito secundū carnem cogito, vt sit apud me est & non? Fidelis autem De⁹, quia sermo noster, qui fuit ad vos, non est in illo est & non. vbi in glossa Anselmus. Vt per has causas sit apud illos in intentione mea affirmatio & negatio de eodem. Hęc ille. A V T H O R. Quomodo iactabit Wicleff sua sophismata? aut quomodo dicendus est logicus, qui tam pronē, nullo iubente, contradictionem concedit in verbis? panis est corpus Christi: & non est corpus Christi. Et ad contradictionis saltem apparentis maculam detergendam, non est dignatus determinationē apponere propositioni quæ diminuit: choro sanctorum patrum semper testante, q̄ figura non est veritas. Si dicas: non est veritas secundū essentiam & naturam: ergo sequitur q̄ non est veritas. Precisè tantum habet vnunquodq; de veritate, quantum habet de entitate, cum transcendenter conuertantur. Et idcirco sancti patres ecclesiæ secundū puritatem eloquentiæ dixerunt abusuē talia nuncupari,

Ignatius.

Anselmus.

quæ non essent secundū proprietatem naturæ. Vnde frater sancti patris Basilij in libro suo de conditione hominis. cap. 16. Gregorius Nissenus. Quicquid in rebus est, si quidem perfecte, & integrè vocatur, p̄prie cōstat esse q̄ dicitur. Si autem non per omnia quod appellatur existat: inane ei nomen probatur adscriptum: vt puta, si quis verum panem demonstrat, dicimus eum p̄prie subiecto nomen imponere. Quod si quis è lapide fabricatam similitudinem veri panis ostendet, cui & forma quidem ipsa sit, & magnitudo eius videatur æqualis, nec non & eandem similitudinē coloris præferat, ita vt multis indicijs verus putetur, desit autem illi vt cibus possit existere: idcirco iam lapidem p̄prie, vel naturaliter non nisi abusuē panis appellationem dicim⁹ accepisse. Item cætera iuxta eandem rationē, quæ non sunt per omnia quod dicuntur, habent ex abusione vocabulum. Hęc ille. A V T H O R. Præclara regularis sententia sancti patris: quæ item rectificat logicam, & theologiam informat. Si res hæc existat p̄prie, & secundū naturam quod dicitur, tunc iustissimè appellatur. Si verò dicit ei natura nominis, aut rei proprietatis, abusuē sic dicitur. quod Wicleff dicit illauidabiliter sic dici de sermone domini in monte. cap. 6. de magistris, qui sic abusuē dicuntur secundū Hieronymū, id est, illauidabiliter secundū ipsum. Ergo & panis tuus illauidabiliter dicitur corpus Christi: qui cum non est p̄prie & naturaliter illud corpus secundū te, inani appellatione, & abusuē est illud secundū Gregorium. Reuera diminutiones talium figurarum suppleunt doctores, dicentes quodammodo, vel nominātes figuram: ne signum pro signato imprudēt accipiant. sicut. 14. de ciuitate Dei. cap. 48. Augustinus. Quod ergo Deus dixit per memoratum prophetam, & dabo pacē in loco isto: per significantem locum ille, qui in eo significatur, intelligēdus est: vt quia illo loco in staturo significata est ecclesia, quæ fuerat ædificanda per Christum, nihil accipitur quod dictum est, dabo pacem in loco isto, nisi dabo pacem in loco, quē significat locus iste. Quoniam omnia significantia videntur quodammodo earum rerum, quas significant, sustinere personas: sicut dictum est ab apostolo, Petra autem erat Christus: quoniam petra illa, de qua dictum, significabat vtiq; Christum. Hęc ille. A V T H O R. Ecce non vult abolutè dicere significantem rem sustinere rei significatę personam: sed cum conditione diminuentem dicit quodammodo, id est, secundū quid,

Gregorius Nissenus.

Augustus.

Idem quid. Et secundo libro super Genesim ad litteram. cap. 13. sic dicit: creaturam prius quodammodo factam in Dei verbo. Postea verò abolutè pronūtiat rem factam in suo genere creaturam. Stultè ergo nimis pronūtiavit Wicleff panem esse corpus Christi, cum nō inteligeret hoc esse in natura, nulla sibi de scriptura data licentia extendendi sic figuram. Maxime cum sancti viri olim etiam ipsas loquendi proprietates negabant, ne sumeret occasio nem hæresis libere malignandi.

De instantia Wicleuistarum Pragensium pro cōmunionē plebis in vtraq; specie: vbi de hæresibus in cōmunicando.

CAP. LXXXVII.

S V M M A.

- 1 Pragensium Wicleuistarum querela pro cōmunionē in vtraque specie contra morem ecclesiæ orbis terrarum. Et quomodo etiā si liceat, quod tamen non expediat, ostenditur.
- 2 Corinthiorum hæresis circa modum sumptionis eucharistiæ, recensetur.
- 3 Hæretici, qui sumebant eucharistiā intinctam, recensentur.
- 4 Wicleuistarum, & Berengarianorum hæresis de eucharistia, quod antecedat in malum hæresim eorum, qui sumebant eucharistiā intinctam.



Pragen.

Contra modum, quem tenet ecclesia in communicando fideles de corpore & sanguine saluatoris: grauis & recēs Wicleuistarum Pragensium vrget querela pastores, quā altitonant sub his verbis. Notum sit vniuersis Christi fidelibus: quod in regno Boemiæ instant, & domino iuuante instare proponunt, siue per mortem, siue per vitam, quantum est eis possibile, pro articulis infra scriptis. Primò &c. Secundò, quod sacramentum diuinitimè eucharistiæ sub vtraq; specie, scilicet panis & vini omnibus Christi fidelibus nullo peccato mortali indispositis liberè ministretur. Hęc illi. A V T H O R. Mirabilis Deus in sanctis suis: sed nunquàm sicut in proprio corpore & sanguine suo benedictio mirabilis. Quid plinius arguit identitatem rei alicuius, quàm vn⁹

vbiq; & semper immutatus euentus? Et quot Christi corpus in specie propria sustinuit toto huius vitæ tempore passiones? Nōne semper versabatur inter persequutiones, & odia, cōtumelias, rixas, & iurgia, alapationes, torsiones, & verbera, & tandem diram mortem: & item post gloriam resurrectionis, à Iudæis mēdacia, à discipulis altercationes & studia: semper labor affuit, semper dolor? Et conformiter idem corpus eius iam & tunc conuersatū nobiscum sacramentaliter in specie aliena à primæua eius institutione vsq; nunc, non lacere desistunt hæretici. A prima discipulorū hæresi curre per tempora, & vltra omnia sacramenta, hoc corpus videbis à schismaticis & hæreticis afflictum iniurijs, opinionibus laesum, cachinnis irrisum: & nō iam per triduum passum, sed continuè crucifixum. Ecce nondum quieuit commotio turbulenta hæresiarum Wicleff contra hoc sacratissimū corpus latens in sacramento secundū substantiam: & hæredes eius coheredes antichristi, ne aliqua detur quies, vel interpellatio poenæ, schisma commouent contra ecclesiam orbis terrarum, immutare conantes cōmunicacionis suæ formam. Audeo dicere idem esse corpus in substantia, quod nunc cum lateat, sicut cum patuit, eadem continuè perseuerans poenalis torquet molestia. Ista plangentes corporis Christi causam mœsti dictauim⁹: hora nos pulsat, vt in decisionem causę tendamus. Queruntur, & instant, vt dicunt, q̄ sacramentū diuinitimè eucharistiæ sub vtraq; specie panis & vini omnibus Christi fidelibus nullo mortali detentis liberè ministretur. Huic intentioni temerarię nūc & semper ab olim licuit apostolicæ sedis pōtifici respōdere, quod ait apostol⁹. prima Corinth. 6. Omnia mihi licēt, sed nō omnia expediunt. vbi in annotationibus Hieronymus. In omnibus inquit intelligēdū est quæ cū peccata nō sint, occasionē tamen possunt capere delictorū. A V T H O R. Nec vtiq; peccatū omnino esset fidei de vulgo diuinitimè eucharistiæ sic in liquido, sicut in sicco sacramēto percipere. Nec esset papæ peccatum hoc multis sanctitate pollentibus, & recta fide concedere. Quod tamen regulariter vniuersis concessum, occasionem indubiam faceret peccatorum. Reuoluamus antiquas hæreses, quæ circa modum sumptionis eucharistiæ contigerunt, & quod ad rem nostram pertinet, attendamus. Vetus hæresis Corinthiorū erat vna de primis, quæ in esu eucharistiæ plura deformia cōtinebat, vt q̄ appropriabant sibi cōmunionē sacramētū: q̄ inopes excludebāt: maximè

Hieronymus.

Corinthiorum hæresis.

verò quòd fumentes præuidè se inebriabant, donum sancti spiritus ad ventris ingluuiem transferentes. Hunc modum super eodem loco, primæ Corinthi. 11. declarat *Haymo*. Corinthij, qui & Achaici, vel Achæi venientes ad fidem Christi per prædicationem apostoli Pauli, à quo inter cetera, quæ dominus fecit, etiam sacramentum coenæ dominicæ perceperant: post decessum illius, in memoriam coenæ dominicæ singulis annis quinta feria ante diem festum paschæ conueniebant omnes ad ecclesiam, ac nobiles quique, & potentes, diuitesque; iubeant deferri, aut etiam deferre singuli panem, & vinum: & dabant ea sacerdoti, vnde consecraret corpus & sanguinem domini. Cōsecratis autē mysterijs à sacerdote, vnusquisque; quod detulerat, accipiebat desuper altari. Sumebatque; tam citò cum suis: vt superuenientes, non inuenirent quod ederent, & vnde comunicarent. Aut etiam deferrebat omne, quod attulerat, ad domum suam, vt cum suis illud fumeret. Ob cuius rei causam magnæ dissensionis inter illos erant, quas femina uerunt pseudoapostoli: ita vt cum vna benedictione omnium oblationes consecratæ essent, singuli suas tollentes, quæ communes debuerant esse, maximam verecundiam inferrent ijs, qui, vt asolet, non obtulerant, licet haberent: aut ijs etiam, qui non habebant quid afferrent. Hoc autem faciebant multi postquam alijs cibis crapulati erant: istaque; acceptione eucharistiæ dominicæ coenā vocauit apostolus. Hæc ille. **A V T H O R.** Hæc hæresim Corinthiorum non ratione facti, sed magis ratione intentionis facti, quæ tractabant Christi carnem tanquam cibum alium vsualem, ipso nomine hæresis vocauit ibi dem apostolus, dicens. Audio scissuras inter vos esse, & ex parte credo. Nam oportet & hereses esse. In libro annotationum ibi. *Hieronymus*. Qui tales dissensiones habetis, necesse est vos etiam vsque; ad hæreses peruenire. Sicut si dicas, ille, qui tantum bibit, necesse habet inebriari. Et infra. textu. Qui manducat & bibit indignè. Dupliciter reus effectus: præsumptionis, scilicet, & peccati. Non dijudicans corpus domini: non discernens à cibo communi. Hæc ille. **A V T H O R.** Sic ergo dijudicabantur isti Corinthij ab apostolo pro modo suæ sumptionis hæretici: quapropter aliter circa eos instituit factorum suorum reformari, scilicet errores. Alij item erant, qui putabant Christum non esse totum sub altera specie sacramenti, sed sub vtraque simul; vnde & eucharistiam sumebant intinctam. Rursusque ad hæc tollendam dari prohibetur intincta. Iulius pa-

pa tertius post Syluestrum in decretis Episcopis per Ægyptum. & ponitur de consecratione distinctione secunda. Cum omne ibi infra. Iulius papa. Audiuius (inquit) quosdam schismatica ambitione detentos contra diuinos ordines & apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare. Alios quoque; intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere. & infra. Illud verò, quòd pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis, non hoc prolatum ex euangelio testimoniū receperunt, vbi apostolis corpus suum & sanguinem commendauit: seorsum enim panis, seorsum calicis cōmēdatio memoratur. Hæc ille. **A V T H O R.** Non tantum attendo Decretum, quantum causam & occasionem eadem decretum. Causam enim præstitit hæresis illa, quæ docuit completam communionem corporis & sanguinis Christi non esse nisi in vtraque; specie simul iuncta, & non sic completè Christum sub altera, vel vtraque; prout concepit in historijs super euangelia, vbi agit de notatione proditoris, & eius egressu, *Petrus Comestor*. Buccellam (inquit) intinctam porrexit Iudæ. Inde est, quòd eucharistia non datur intincta, & etiam pro hæresi tollenda, quæ dogmatizauit Christum esse totum sub vtraque; simul & sub neutra tantum forma. Hæc ille. **A V T H O R.** Huic item non tantum accedit, verum antecedit eam in malum hæresis Witcleuistarum, & omnium Berengarianorum, ponentium corpus Christi & sanguinem solum in se figuratim sacramento, quòd nudè ceteri non ponebant. Accedunt autem eis ponendo ex hoc carnem tantum sacramentaliter in pane, & sanguinem tantum in vino. Ideoque; nullum dicent sumere Christi carnem & sanguinem, nisi sub duplici specie congruente, carnem sub pane, sanguinem sub vino. Nec tamen carnem & sanguinem per naturas, sed sub pane & vino tropicè per figuras: sicut & nos ponimus orthodoxi carnem non esse sacramentaliter nisi sub forma panis: & Christi sanguinem sub forma vini tantum, secundum sacramentum: secundum essentiam autem & naturam equaliter sub vtraque; Witcleuiste autem quia substantiam carnis ibi non concedunt, restat vt dicant tantum in pane carnem, in vino sanguinem: quia solum est vterque; ibi secundum propriam suam figuram. Hæc est ergo eis ratio postulandi cōmunicare sub vtraque; specie, ne impropere eis se non habere vitam fidei in semetipsis, quia non manducant carnem filij hominis, & bibunt eius sanguinem

S V M M A.

- 1 Modus institutionis ecclesie circa cōmunionis formam in populo differenter, & sacerdotio, quòd sit congruens inus, ostenditur.
- 2 Gelasij Papæ decretum pro sacerdotibus sacrificiis tantum, quòd debeat in vtraque; specie celebrare.
- 3 Figura uenerabilis sacramenti in lege pro partibus recensentur. Et quomodo huic nostre cōmunioni conueniant, contra Witcleff ostenditur.
- 4 Sacerdotum quòd proprie sit inuocare dominum, & hostias offerre. &c. Et quomodo ab alijs distinguantur.
- 5 Sacramenta diuinorum sacramentorum, quòd tribus gradibus sint commissa.
- 6 Participantium totus ordo tam laicorum, quam religioforum quando communicant solum in panis specie, quomodo cedant principalitatem, nõ rei, sed ritus sacrificij, sacerdoti consummanti sacrificium uice Christi.
- 7 Ecclesie Christi celebrandi sancta sexta feria annuis temporibus modus, nihil eo die conficiens. &c. unde traxerit ortum. Et plura ibi ex Augustino contra Witcleff deducuntur.



Congruentissimum verò modum institutionis ecclesie circa cōmunionis formam in populo differenter & sacerdotio, nosse potest, qui tractatum apostoli Pauli ad Hebraeos diligenter attendit: & supplici corde vt intelligat, Deum orat. Vbi .9. cap. tabernaculum in veteri testamento primum dicit esse factum: in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sctorum, aureum habes thuribulum, & arcam testamenti. Et in primo quidem tabernaculum semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia cōsummates. In secundum autem semel in anno solus pontifex, nõ sine sanguine, quem offert pro sua, & populi ignoratia. Huic conformatum ostendit Christum magnū sacerdotem, & ceteros sacerdotes in sacrificijs Christianis: Christus (inquit) assistens pontifex futurorum bonorum, tabernaculum nõ manu factum per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Et de alijs nostris quibusque; sacerdotibus præmisit, cum diceret. Omnis (inquit) sacerdos ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur: vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. In toto hoc processu de sacrificio Christiano & Iudaico inuenire potes cōcorditer sacrificantes, & participantes officio, &

gulinem secundum suam hæresim, nisi edant carnem secundum tropum in pane: & sanguinem figuralem in vino. Catholici verò inter sumunt eucharistiam totam secundum rem, sub vtraque; specie, quia Christo credunt in stituenti ibi carnem suam & sanguinem secundum substantiam carnis & sanguinis naturam & essentiam sub vtraque; Vnde necesse non habent, sicut egeni hæretici hanc vini speciem medicare clamoribus importunis: sicut Esaiæ. 24. in persona Witcleuistarum istorum dicit propheta. Clamor erit in plateis super vino. cum tamen ibi antè eis respondeat. Non bibent vinum. Amara erit potio bibentibus illam. Vnde quòd sit hæreticorum ista petitio, exponit in commentario loci illius libro. *Hieronymus*. Clamor (inquit) erit in plateis super vino: non in arcta, & angusta via, quæ ducit ad vitam: sed in lata, & spatiosa, quæ ducit ad mortem: super vinum & ebrietatem erroris eorum, qui dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt. Hæc ille. **A V T H O R.** Quo habito, quid restat patribus facere, nisi quòd fecit Paulus Corinthijs, & ceteriores patres intinctis hæreticis? Reformare, scilicet quòd errant, & constanter negare quòd peccant, ne contra votum sapientis respondeatur stulto secundum suam stultitiam: sed impleatur magis, quòd propheta iam dixit, Nõ bibent vinum. Ratio: quia amara erit potio bibentibus illam. Conuersuri enim essent ipsum in amaritudinem vitis alienæ, quam, scilicet Witcleff plantauit, non Christus: cum sentirent ab ecclesia in errore suo præberi fauorem. Et lex domini iubet in Exodo de esu agni. In vna domo comedetur: nec efferatis de carnibus eius foras. Vbi in Ilagogis capit. 15. Isidorus. Hoc de Christi corporis sacramento, cuius agnus ille figuram obtinuit, proprie tenetur scriptum, cuius corpus & sanguis in vna domo, id est, in ecclesia vesci præcipitur. Non efferetis foras. in plebibus, scilicet hæreticorum, quæ ab ecclesie eadem catholice vnitate foris vagantur. Hæc ille.

Hierony.

Petrus Comestor.

Quòd modus, quem obseruat ecclesia, est magis conueniens scripturis sanctis.

C A P. L X X X V I I I.

cio, & omni ratione distinctos. Summus sacerdos, & quilibet sacerdotes vtriusq; testamenti dicuntur sacrificia consummantes. Semper (inquit Paulus) introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. & de Christo. capite. 10. Vna enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Et libro primo de officijs. recitās verba Laurentij ad Sixtum, *Ambrosius*. Experire certè, vtrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti dominici sanguinis consecrationem: cui consummandorum confortium sacramentorum: huic sanguinis tui confortium negas? Hæc ille. **A V T H O R.** Hic Ambrosius verbum apostoli de consummatione sacramenti, tribuens illud Laurentio. Cætera verò plebs præfens existēs sanctificationi, participās sacramenti dicitur, vel aspersa. Vnde Apostolus ibi. 9. capi. Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoq; librum, & omnem populum aspergit, dicens, Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad nos Deus. Et alibi, idem Apostolus. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Et Dionysius conformiter apostolo distinguit in officio huius sacræ eucharistiæ hinc hierarchas aut presbyteros in sacrificantes, hinc alios communicantes, in participantes capi. 3. ecclesiasticæ Hierarchie. Hinc igitur eamus semper cum apostolo ad locum legis, vt videamus, quid sacerdotibus sacrificia consummantibus cōgruat seorsum à populo, quid item populo per seipsum. Legelibrum Leuitici, quem hic notauit apostolus. Ibi iubet dominus tollere vitulū pro peccato, & arietem in holocaustum: hircum quoq; pro peccato, & vitulum, atq; agnum sine macula, & hæc mactata, offerri domino. Sanguinem verò hostiæ sacerdos solus intingit: solus spargit contra vtrunq; cornu altaris, aut quandoq; super altare per circuitum, quandoque ad basim eius effundit. Summus item sacerdos solus intrat sancta sanctorum semel in anno, non sine sanguine. Assumere sanguinē, fundere illum super cornua altaris per gyrū, aspergere digito septies, & contra propitiatorium ad orientem. Leuitici. 16. soli licuit sacerdoti. Participare verò sacrificium cūctis licuit filijs Aaron in loco sanctuarij. Nusquam verò sanguinem effundere, vel aspergere: quanuis pro ministerio sacerdotibus offerre licebat. Sic in ecclesia Christi cuneti communicant de filijs Aaron, de filijs Iesu Christi verissimi sacerdotis: sed sanguinem effundere, seu san-

Ambrosius

cta penetrare sanctorum in vsu sanguinis, in appropriata forma sacrificij, solum licet secundum legem sacrificia consummanti. Vnde ꝑ sicut nec licet sacrificium inchoare, & nō perficere: ita nec vnquam licet, aut licuit sacrificanti sub forma panis inchoare sacrificium carnis, & non sub forma vini sacrificium sanguinis consummare. Non quidem pro re sanguinis absentis in priori: sed pro complemento mysterij. Et hoc est, quod intendit ad Maioricum & Ioannem episcopos decretum Gelasij. Cōperimus autem, quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacri cruoris abstinēat. Qui proculdubio quoniam nescio qua superstitione docentur astricti, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Quia diuisio vnus eiusdēq; mysterij sine grandi sacrilegio prouenire non potest. Hæc ille. **A V T H O R.** Hoc capitulum facit pro sacrificantibus, qui sunt tantummodo sacerdotes: vt liquet ex illo verbo: diuisio vnus eiusdēq; mysterij, quod innuit consummationem sacrificij. Quantum ꝑ autem ad participantes perpende item figuras huius venerabilis sacramenti in lege, quemadmodum communioni nostræ conueniant. Pannes propositionis, qui, vt supra traditur, hoc sacramentum modo legis signabant, post hebdomadam tollebantur, & ab ijs, qui sanctuario ministrabant, comedebantur, sed aridi. Agnū paschalis in paschæ festo manducabatur in omni populo: sed igni assus, & aridus. Et per septem dies illos azymi panes, & omne sacrificium eorum in igne. Leuitici. 23. Manna item in esum populi venit è cælo, non intinctum: non sanguine, vel liquore perfusum, sed siccū. Sub quocunq; figuris corpus Christi commissum est populo quantum perpendi, sicca forma peruenit, maximè sine sanguine: cuius esum Moyses expressè prohibuit, sanguinem (inquit) ideo non manducandum. Irruit Witcleuista vt properans dicat: sed sacerdos sanguine populum aspergit, quod administratio nem sanguinis Christi populo in sacramento designat. Non equidem in sacramento calicis consecrati: sed in sacramento pœnitentiæ, vel baptismi. Quod ex allegoria apostoli patet. Hebræ. 10. Aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. Super quo loco in expositione *Ambrosius*. Lauacrum baptismatis in hoc loco dicit. Baptismum enim corporis mūdatio nō est, sed animæ, si fides adest baptizato, siue parētū, siue ipse ad rationabile ætatem peruenerit. Hæc ille. **A V T H O R.** Baptismum ergo Christi sanguine dedicatum asperio

Gelasij decretum.

Ambrosius

asperio illa hyssopi in aqua rubricata significat. Et æquè in sacramento pœnitentiæ sanctæ, teste Psalms. in psalmo quinquagesimo. Asperges me domine hyssopo, & mūdabor. Adhuc obijciēdi locū aperit fati secretū, eo qd scriptū sit numeri. 17. Omnis oblatio, & sacrificiū, & quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi, & cedit in sanctā sanctorū, tuū erit, & tuorū filiorū. In sanctuario comedes ilud. Iā cōstat vnūquodq; de prædictis habuisse, p̄priū libamētū quartę partis Him d̄ vino, vt notatur Exo. 29. & Leui. 23. Hoc igitur potest figurare, corpus domini cōmunicari posse à nō celebrante, & sanguinē eius in vini specie consecrata. Nec hoc vnquam displicebat ecclesiæ, quin personæ fidei & sagacitatis notādā possent ad sanctā cōmunionē secūdū omnem eius cōplemētū admitti: maximè vocante prelato. Sed generalitatē traditionis huius fieri omni populo & sexui indistincte, ecclesiā non cōcedit: nec vbi tu notasti synagoga concessit. Nam & ibi statim subiungitur. Mares tantū edent ex eo, quia consecratum est. Primitias autem, quas vouerunt, & obtulerūt filij Israël, tibi dedi, ac filijs & filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua, vesce tur ex eis. Ecce iam vesci sacrificijs soli mares admittuntur, id est, fortes in fide, constantes in opere, discreti etiam actione: sicut in scripturis mares solent intelligi: & Origenes exponit masculos perimendos, & fœminas referuandas in Exodo. Sacrificia ergo comedere, & libamenta eorum quanuis mares admittuntur, non tamen tolerātur & fœminæ: quia sacrificia iam consummata per sacerdotes fide fortes, & opere perspicaces, fideles soli possunt attingere: quibus filij & filia, id est, infirmæ animæ per hæresim vel Inconstantiam debiles appropinquare non debēt. Scio omnes fideles esse sanctos: sed inter sanctos sicut inter stellas secundum apostolum est ampla distantia. Ipse enim Paulus distantiam hanc notans in salutatione epistolæ primæ ad Corinthios: cunctos ibi fideles sanctificatos vocat sanctos, signanter tamen eos distinguit, qui inuocant nomen domini Iesu: scilicet sacerdotes. Vbi in annotationum libro *Hieronymus*. Sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis per baptismum sanctificatis, cum omnibus, qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Propriè ꝑ sacerdotum est inuocare dominum, quibus dicitur. Sic benedicetis filios Israel inuocantes nomen meum super illos. Et psalmista ait. Et Samuel inter eos, qui inuocāt nomen eius. Quem sacerdotem fuisse illa res

Mares.

Hierony.

probat: quia & sacerdoti successit, & hostias offerebat. de quo etiam secundum historiam dictum est. Suscitabo tibi sacerdotem fidelem. Qui quanuis non sit in genere Aaron, tamen de tribu Leui esse in libro Paralipomenon legitur: quia Deus ipse hunc constituit, & illum. Ita enim Aaron elegit, vt alios potestatem eligendi non amiserit. Hæc ille. **A V T H O R.** Vide sacerdotes specialiter ex eo distinctos à cæteris sanctis, quia nomen domini inuocant, quia hostias offerunt, & pro populo ipsi sacrificant. Non ergo passim committendum est omnibus, quod solis perfectis, & maribus est concessum. Sub hac regula legis currit, quod totiens in exordio Leuitici legimus. Fundent filij Aaron sanguinem eius super altaris circuitum: & offerent de pacificorum hostia sacrificium domino, & quotquot sint talia. Quæ quanuis de sacerdotio fungentibus filijs eius possent intelligi: latiori tamen sensui incumbentes, fide fortibus, & discretis fidelibus à pastoribus ecclesiarum hoc donandum esse concedimus, scilicet vt si non sacramenta consumment, sed tantum participant: ad sacrificium tamen, & eius libamentum, id est, ad communicandum in vtraq; specie eos assumant. Qualiter secundum vsum Romanum summus pontifex Diaconum, & altaris ministros, aut alios fide summos, vel dignitate prouectos, puta doctores, vel reges communicat: aut certè ecclesiæ religiosorum, vel magnorum locorum hæc tenus fratres tuos, vel alios tanta re dignos communicare nō desinunt. Vnde de consecratione distinctio- ne secunda. Tribus. *Clemens*. Tribus ꝑ gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum sacramentorum, id est, presbytero, & diacono, & ministro: qui cum timore, & tremore clericorum reliquias corporis domini custodire debent fragmentorum. Hæc ille. **A V T H O R.** Præcipue tamen attendendum: quia sicut omnes ad communicandum in liquido sacramento auidos Zachæo comparare non audeo: ita omnes ad communem formam ecclesiæ se tenentes humiliter Centurionis modestiæ non postpono. Quia ꝑ quid facit totus ordo participantium non solum laicorum sed etiam clericorum religiosorum quando communicant solum in panis specie: nisi cedunt principalitatem, non rei, sed ritus sacrificij sacerdoti consummanti sacrificium vice Christi? Ita ꝑ & tota ecclesia Christi in sacerdotibus suis, quantum reor, sancta sexta feria temporibus annuis nihil eo die consecrans, solum hostiam siccam pridie consecra-

Clemens.

secratam cum puro vino communicat, principalitatem cedens summo pōtifici Iesu Christo. Qui eo die solus ritu magni pontificis per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. De quo in libro de fide ad Petrum. capit. 7. *Augustinus*, Ipse Christus secundum apostolicam doctrinam obtulit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ipse verus Deus, & verus pontifex: qui pro nobis non in sanguine taurorum, & hircorū, sed in sanguine suo semel intrauit in sancta. Quod tunc pontifex ille significabat: qui cū sanguine in sancta sanctorum per annos singulos introibat. Ille igitur est, qui in se vno totum exhibuit, quod esse necessarium ad redemptionis nostræ sciebat effectum. Idem scilicet sacerdos, & sacrificium: idem Deus, & idem templum. Sacerdos, per quem reconciliati fumus. Sacrificium, quo reconciliati. Templū, in quo reconciliati. Deus, cui reconciliati. Solus tamen sacerdos, sacrificium, & templum: quia hæc omnia Deus secundum formam serui, non autem solus Deus. Hæc ille. A V T H O R. Perpendat iam Witcleff quàm sollicitè curauit dominus noster veteres implere figuras: & non dedignetur hoc seruis obseruare catholicè. Hoc dico, quia solet statim dicere cum in robur fidei veterum aduocamus figuras, quod spem ponimus in figuris, & signis iudaicis. Consulo autem, ne spernas tu legem cum Manichæis hæreticis. Cogita item quantum sit obseruantias christianas in vtraq; lege fundare. Maximè autem, vbi apostolus Paulus locum legis prius enucleat, & ad Christi legem perducens, suauissimum eorū concentum sine dissonantia modulationis exponit: sicut dulciter laudat catholicam fidem in hac parte, & resistentes dirè refellit hæreticos: libro ad inquisitiones Ianuarij secundo versus finem *Augustinus* dicens. Quis hanc lætitiā diuinorum sacramentorum cum sanæ doctrinæ luce clarescunt, non præferat vniuersis huius mundi imperijs, etiam inusitatæ felicitate pacis? Nonne verò tanquàm seraphim clamant adinuicem concinentia melodiam laudis altissimi, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth: Ita duo testamenta feliciter concordantia sacratam concinunt veritatem? Occiditur ovis, celebratur pascha: & interpositis quinquaginta diebus, datur lex ad timorem scripta digito Dei. Occiditur Christus, qui tanquàm ovis ad immolandum ductus est: sicut Esaias propheta testatur. Celebratur verum pascha: & interpo-

Augustin.

Augustin.

fitis quinquaginta diebus, datur ad charitatē spiritus sanctus, qui est digitus Dei contrarius hominibus sua quærentibus: & ideo iugum asperum, & grauem sarcinam portantibus, nec inuenientibus requiē animabus suis. Quia quæ sua sunt charitas non quærit. Ideo animositas hæreticorum semper inquieta est: quos magorum Pharaonis habere conatum declarat Apostolus dicens. Sicut Iannes & Mambres restiterunt Moyfi, sic & hi resistunt veritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed vltra non proficiunt. De mentia enim illorum manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit. Hæc ille. A V T H O R. Videte sectatores Witcleff quàm sit laudabile veritatem catholicam ex vtraq; lege deducere. Sic concinunt tanquàm seraphim, dicit *Augustinus*, melodiā cælestem. Quæ non mirum animos hæreticorum in admirandam pellit tristitiam. Nec nūc igitur celebramus signa iudaica, vt Witcleff impropert, sequens Manichæū in hac argutione magistrum: qui sic solet impropere catholicis, quòd in obseruatione paschæ & sabbati contra statutum apostoli dies obseruarent & tempora: quia in tali obseruatione signorum non ipsa signa colimus, sed signata, quanuis secundum signa signata colantur. Libro contra Adimantiū. cap. 16. *Augustin.* Et quod dicit: Dies obseruatis, & sabbata, & solennitates, timeo vos ne frustra laborauerim in vobis. Nō quidem sic scriptū est vt Adimantius ponit. Non enim ibi nominat sabbatum apostolus. Dicit enim: dies obseruatis, & annos, & tempora. Sed puta de sabbato esse dictum: nunquid & nos non dicimus ista non esse obseruanda, sed illa potius, quæ his significantur? Illi enim seruiliter ea obseruabant, non intelligentes ad quarum rerum significationem & prænuntiationem pertinerent. Et hoc in eis apostolus culpatur, & in omnibus, qui seruiunt creaturæ potius, quàm creatori. Nam nos quoq; & dominicū diem, & pascha solēniter obseruamus, & quaf libet alias christianas dierum festiuitates. Sed quia intelligimus quòd pertineant, non tempora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus. Sequitur. Repudiemus ergo eam carnalem cum apostolo, & approbemus eam spiritualem cum apostolo: & sabbati quietem non obseruemus in tempore, sed signum temporale intelligamus: & ad æternam quietem, quæ illo signo significatur, aciem cordis intendamus. Hæc ille. A V T H O R. Ita repudiamus nos in sacrificijs nostris sanguinem bestialem, quem solus pontifex obtulit illo semel

Manichæ.

Augustin.

Rabanus.

semel in anno, quando ingressus est sancta, & in sanguinem Christi, qui illo signatur, aciem cordis intēdimus: quem soli item sacerdoti sacrificati in specie illa concedim⁹, aut soli Christo semel in anno, qui solus ritu pontificis sanguinem proprium offerens ingressus est sancta ritu committimus sacrosancta.

¶ Quòd ex congruentia scripturarum, participantium ordo cedit ordini cōsummantium in solennitate ritus, non rei.

CAP. LXXXIX.

S V M M A.

¶ Ordo participantium, quòd cedat ordini cōsummantium in solennitate ritus, non rei, ex congruentia scripturarum, ostenditur. Et quid de hoc dicat Rabanus, *Augustinus*, & *Petrus Damianus*.



Via si tantam venerationē deferebant veteres sacerdotes figurali pōtifici, vt omnes illi cederent eo die semel in anno, quo cum sanguine pecudū intrauit in sancta: quantum magis Christi sacerdotes omni reuerentia Iesu Christo cedent summo & vero pontifici, vacantes solennitate sacrificandi eo die semel in anno, quo per proprium sanguinem sanctorum sancta veraciter introiuit redemptor hominum, reconciliator peccantium, sacerdos penitentium, & Deus creator omnium? In libro de institutis clericorum. cap. 67. *Rabanus*. In hac die sacramenta penitus non celebrantur, sed eucharistiam in cœna domini cōsecratam peracto officio lectionum, & orationum, & sanctæ crucis salutatione resumūt. A V T H O R. Quòd si totus ordo sacrificantium, cui item sacerdotis iure, & officio sacrificare incumbit, à sacrificiō bene & humiliter ipso die cessat, cedens sacrificium summo sacerdoti Christo: quis amens instigat aliquem de ordine tantum participantium, vt vendicet sibi cum summo sacrificante consortium paritatis? Nec cedat sibi quicquàm vel ritus, vel ordinis, qui est completus sacerdos, cum & ipse tantum in vnam partem, non in plenum sacerdo-

tium sit vocatus comedere ibi panem. I. corp⁹ Christi in specie panis nostri. Hoc declarat in signiter *Augustinus* in vocatione Iudæorum: & ex eis digniorū. s. tribus Leui & sacerdotū, ad ecclesiam, literaliter exponens, pphetiam imitationis sacerdotij Aaronici. primi regū. 2. cum vir Dei, quem Iudæi Phinees autumāt, & Eliam, diceret ad Heli. Futurum est autem, vt quicumque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nūmum argenteū, & tortam panis, dicatq; dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis. secundum literam *Augustini*: Iacta me in partem sacerdotij tui manducare panem. Libro. 17. de ciuitate Dei. cap. 5. *Augustinus*. Veniet adorare ei obolo argenti. Cui adorare, nisi summo illi sacerdoti, qui & Deus est? Neque enim in sacerdotio secundum Aaron ad hoc veniebāt homines ad templum, vel ad altare Dei, vt sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait, obolo argenti, nisi breuitate verbi fidei: de quo commemorat apostolus dictum. Verbum breuians facit dominus super terram. Argentum autem pro eloquio poni, psalmus testis est, vbi canitur. Eloquia domini, eloquia casta: argētum igne examinatum. Quid ergo dicit iste, qui venit adorare sacerdoti Dei, & sacerdoti Deo? Iacta me in partem sacerdotij tui manducare panem. Nolo in patrum meorum collocari honore, qui nullus est. Iacta me in partem sacerdotij tui. Elegi enim abiectus esse in domo Dei, qualecunq; , & quantumcunq; membrum esse cupio sacerdotij tui. Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dicit, cuius plebis sacerdos ille est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus, Plebs sancta, regale sacerdotium. quanuis nonnulli sacrificium tuū sint interpretati, non sacerdotij tui. Quod nihilominus eundem significat populum Christianum. Vnde dicit apostolus Paulus. Vn⁹ panis, vnum corpus multi sumus. Quod ergo addit, manducare panem, etiam ipsum sacrificij genus eleganter expressit: de quo idem sacerdos ipse. Panis quē ego ddero, caro mea est pro seculi vita. Ipsum est sacrificium, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedec. Sequitur. Quia enim dixerat superius dedisse se cibos domui Aaron de victimis veteris testamenti, vbi ait: Dedi domui patris tui omnia quæ sunt ignis filiorum Israël in escam: Hæc quippe fuerant sacrificia Iudæorum: Ideo hic dixit manducare panem, quod est in nouo testamento sacrificium Christianorum. Hæc ille. A V T H O R. Hac expositione

Augustin.

sitione

sitione scripturæ docet Augustinus sacerdotale genus iudaicum iactatum esse in partem sacerdotii Christi .i. in partem plebeiam, quæ non est sacerdotium integrum, sed pars eius. Ad quid? Ad manducandum panem. i. sacrificium corporis & sanguinis: sed in panis specie, in arido sacramento. Hoc item ei moris erat in sacrificio Iudaico. Vnde Augustinus illis sacrificijs nostra combinans. Omnia quæ sunt ignis filiorum Israël (inquit) dedi domui patris tui in escam. Hæc quippe fuerant sacrificia Iudæorum. Ideo hic dixit manducare panem, quod est in nouo testamento sacrificiū Christianorum. Quod si liceat dicere, vt sic sacrificio sicco vtaris in pane in populari parte sacerdotii Christiani: sicut antè comedebas omnia quæ fuerant ignis cultu sacerdotii prioris Iudaici. Qui vtique cultus est honoratior omni cultu Corinthiorum, aut aliorum Græcorum gentilium: & ideo imitabilior Christiano. secundum illud apostoli ad Romanos. 2. Gloria, honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primū, & Græco. Vnde & Christus Iesus hunc ritū magis exercuit in se & primis suis discipulis, quotiens post resurrectionem * cōiuium fertur egisse. Vult omnino Witcleff ex verbis Augustini, quod Christus tunc consecrato corpore discipulos paut in cœna, quando in castello Emaus cognouerunt eum in fractione panis: non autē tunc communicauit eos in liquido: nec vsquā legitur, quod cognouerunt eum in effusione vini. Vult etiam hoc sacramentum intelligi, vbi legitur Actuum secundo. Frāgentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione. Et iterum. Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum, & cōmunicatione fractionis panis. Quod si ita fuerit: quia nusquā fit mentio vini, omni quaq; putatur, quod cōmunio credentium ex Iudæis & discipulorū Christi præter apostolos fuit in specie sicca tantum. Quod si ad primam cōmunionem institutā pro populo oculos dirigas, vinū nullū ibi dat euangelium. Hoc enim erat, quod post resurrectionem suam semel cum discipulis egit conuiuium. sicut in Libro de officiis Romane ecclesie Petrus Damianus. Cōmunicatio (inquit) populi typum illius conuiuii gerit, quod non nisi semel domin⁹ post resurrectionem suam inisse legitur cum discipulis. Hos etiam post vltimum conuiuium ab eis discessurus in cælum benedixit. Hæc ille. A V T H O R. Et hanc ipsam ideo communionem pars oblatæ sicca referuatæ & comestæ à sacerdote & populo designat, dū pars intincta calici aliud

* Cōiuium

Petrus Damianus

differenter insinuat. vt exponit Libro de institutis clericorum. cap. 34. Rabanus. Per particulam oblatæ immixtæ in calicem, ostendit Christi corpus, quod iam resurrexit à mortuis. Per comestam à sacerdote & populo, quod post resurrectionem Christi adhuc cum discipulis ambulans in terra, & seipsum viuum præbēs. Hæc ille. Vtrobique communionem populi ad vnā speciem sacramenti sicci commendat auctoritas. Quia in hanc partem sacerdotii ipsi iactati sunt vt panem manducant, supra determinat Augustinus. Et vbi iam supra idem Petrus Damianus. Non est authenticum, quod quidam corpus intingunt, & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt. Nam ordo Romanus contradicit: quia in parasceue vinum non consecratum cum dominica oratione & dominici corporis immisione iubet consecrare, vt populus plenè possit communicare. Hæc ille.

Rabanus

Petrus Damianus

Ad auctoritatem euāgelij, Bibite ex hoc oēs. & quod hæc obseruantia non fuit tam vniuersalis antiquitūs, sicut sonat.

C A P. X C.

S V M M A.

- 1 Witcleuistæ, qui roborant partē suam pro cōmunionē sub utraque specie, auctoritate euāgelij, Bibite ex hoc omnes. confutantur. Et quomodo illorum articulus, quo id petunt, sit hereticus.
- 2 Eucharistiam quod ieiuni recipiam, quanuis Christus instituerit eam à pransis sumēdā. Et quod propterea vniuersæ ecclesie non sit calumniandum, ex Augustino ostenditur.
- 3 Cōmunicationis popularis ritus ab ecclesiastica institutionis de effusione cautela palam sit, & potissimum ex Pij Papæ decreto.
- 4 Cōmunicationis popularis in arido cūctia, & quomodo hoc Christi præceptū, Bibite ex eo omnes. non possit generaliter cūctis applicari fidelib⁹.
- 5 Saluator cur cœnatis aplis suū corpus & sanguinem tradiderit. Et quomodo eis solis, aut saltem in eis vniuersis præbyteris præcepit in secundo sanguinis sacramento communicare.



Vthoritates scripturæ & seniorum scriptorum sententias iam libet euoluere, quib⁹ Witcleuistæ roborant partē suam. Neq; enim tutè procedimus, si contra tot sancta capita, quot ipsi numerant, insudemus. Iuxta senten-

sententiam (inquiunt) saluatoris, qui dixit. Accipite, & comedite: hoc est corpus meum: & bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Matthæi. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Hæc Witcleuistæ Pragenses. Quod pro eis (vt putant) hic dicitur est: bibite ex eo omnes: hic est sanguis meus. Videant bene quomodo vniuersalitem suam petitionarium recitemus. Secūdo inflammas (inquiunt) quod sacramentum diuini simæ eucharistiæ sub vtraq; specie scilicet panis & vini omnibus Christi fidelibus nullo peccato mortali indispositis liberè ministratur. Hæc ille. A V T H O R. Iam plus iussit Christus, minus petit articulus: quare articulus ille est hæreticus. Sequela de se est expressa regula scripturæ diuinæ Apocalypsis vltimo, Si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Isti diminuunt de verbis Christi simul, & factis: instantes solum, vt sacramentū sub vtraq; specie omnibus Christi fidelibus nullo peccato mortali indispositis liberè ministratur: cum Christus iussit, vt indistinctè biberent ex hoc omnes: in quo nec Iudam proditorem excepit multiplici peccato mortali indispositum, & præscitum, vt supra frequenter habetur ex euāgelio, & Augustino. Ergo tollendo de verbis Christi simul & facto sic petentes sunt hæretici. In expositione super illo verbo primæ Corinth. 11. Probet autem seipsum homo &c. Haymo. Cum alij apostoli sumpsissent illud terribile sacramentum ad remediū, & salutem suam: ille, qui indignus erat tanto mysterio, accepit illud ad damnationē suam: quia quem diabolus antea tenebat per suggestionem, & tentationem, postea tenuit ad possidendum plenius: vt nihil aliud posset cogitare, aut facere, nisi quod eius voluntas erat. Hæc ille. A V T H O R. Ex hoc patet Iudam ex intentione & facto Christi in illa vniuersalitate conclusum, qua iussit bibere ex eo omnes: quem isti de vniuersalitate sua excludunt. Præter hæc si cunctis Christi fidelib⁹ nullo mortali indispositis sic sub vtraq; specie debet liberè ministrari, non ergo excipiendi sunt ab hac vniuersalitate pueri pridie baptizati. Et inde est articulus hæreticus secundum hæresim Armeniorum, vt infra dicitur. Adhuc nunquid iam pransis, si nullo sint mortali indispositi sic vis, vt liberè ministratur? Et si et articulus, pro quo instat hæreticus hæresi Corinthiorum, dicente apostolo. Conuenientibus vobis in vnum: iam non est dominicam

Haymo.

coenam manducare. Et libro primo ad inquisitiones Ianuarij Augustinus. Liquidò 7 aparet quando primò acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamē propterea calumniā dum est vniuersæ ecclesie, quod à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius corpus dominicum intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur. Neq; enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi, aut cœnati ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent. Sequitur. Cum vero ait apostolus de hoc sacramento loquens, Propter quod fratres cum conueneritis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non ad iudicium conueniatis. statim subtexuit. Cætera autem omnia cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur: quia multum erat, vt in epistola totum illis agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat ecclesia ab ipso ordinatum: quod nulla horum diuersitate variatur. Hæc ille. A V T H O R. Nota hic non calumniandum esse ecclesiam, quod à ieiunis semper sumatur oblatio: quanuis Christus instituit eam sumendam à pransis. Apostolo enim suo hoc immutare commisit, quod & fecisse creditur: quia dixit. Cætera cum venero ordinabo. Cur non etiam vt in sola panis specie plebs tota communicet ordinauit? cum de hac re singulariter ibi querebatur idē Apostolus, quod in vini specie, vnde ebrj fierent, communicarent, dicens, Alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Vnde iam pro generalitate plebis vniuersa, quātum scimus, hoc seruat ecclesia. Quare huic obuiare constanter, est plus ebriosi delirare Corinthijs. Nec querendum est tempus in specie, quando mutatus est iste comunicandi modus in liquido: plusquā comunicandi tempus statutum ieiuno stomacho, cum ex generalitate obseruantia conijci possit statim, vel tempore apostolorum, aut citò post eorum consensu hoc esse prouisum: ex tribus, scilicet oblationis forma, & frequentia statim in ecclesia primitijs variata. Si verum sit, quod author ille dicit de officijs, fautor item hæresis Berengaria ne Witcleuistica: qui incipit. Agmen in castris. vbi agit de cōmunionē in missa. Fertur (inquit) quod olim sacerdotes de singulis domibus, vel familijs farinam accipiebant, quod adhuc Græci seruant, & inde dominicam panem faciebant, quem populo offerebant.

Augustus

Author de officijs.

bant, & hunc consecratum eis distribuebant. Nam singuli farinā offerentiū missæ interfuerūt, & pro his in canone dicebatur, Omnium circūstantium, qui tibi offerūt hoc sacrificium laudis. Postquā autem ecclesia numero quidē augebatur, sed sanctitate minuebatur propter carnales, statutū est, vt qui possent, singulis dominicis, vel summis festiuitatibus, vel ter in anno communicarent: ne ante confessionem & poenitentiam pro aliquo crimine iudicium sibi sumerent. Et quia populo nō communicante nō erat necesse panem tam magnum fieri, statutum est eū in modum denarij formare: & vt populus pro oblatione farinæ denarios offeret, pro quibus dominū traditum recognosceret. Qui tamē denarij in vsum pauperū, qui membra sunt Christi, cederent, vel in aliquid, quod ad hoc sacrificiū pertinet. Hec ille. **AUTHOR.** Ecce qualiter d collatione farinæ per domos in cōmunionem plebis antiquū ecclesiæ morē ostēdit, priusquā scilicet populus cessasset cōmunicare quotidie, & ad dñicas limitaretur, vel ternas festiuitates in anno. De collectione verò vini, vel vuarū pro cōmunionem eius in liquido, nesciuit historiā. A tanto ergo tempore præsumendū est cōmunicasse populū in vnica specie panis, quanto non cōmunicauit quotidie de collecta farinæ: & ita videri posset fecisse Græcos: & ab his item antiquis populis farinam oblatæ nostræ venisse orbiculatam instar denarij. Tātō autem vtilius putat sibi fore mater ecclesia testimoniū huius scriptoris: quanto ab aduersario suo de sub pēna emerfit. Iubet enim Paulus testimonium bonum accipere ab his, qui foris sunt. Et ipse enim de secta panitarum Rabani versum ponit infra, vbi agit de partib⁹ missæ. Sacramentum (inquiens) ore percipitur, & in alimētum corporis redigitur. Secundō ḡ patere potest huius popularis cōmunicationis ritus ab ecclesiasticæ institutionis de effusione cautela. In decreto patrum sacerdoti iniungitur poenitentia, si liquidū sanguinis sacramētum effundat: in quo decreto de laicorum effusione, aut eorum poenitentia non cauetur. De consecra. dist. 2. Si per negligentiam, sub decreto Pij *Papæ*. Si per negligentiam aliquid de sanguine distillauerit in terrā, lingua lambetur, tabula radetur. Si non fuerit tabula: vt non cōculcetur, locus conradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare abscondatur: & sacerdos quadraginta diebus poeniteat. Si autem super altare stillauerit calix, forbeat minister stillam, & tribus diebus poeniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor die-

Pius Papa.

bus poeniteat. Sed si vsque ad tertium, nouem diebus poeniteat. Sed si vsque ad quartum, viginti diebus poeniteat: & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito: & aqua ablutionis fumatur, & iuxta altare recōdatur. Hæc ille. **AUTHOR.** Iste Pius est in catalogo paparum decimus à beato Petro iuxta calculum Augustini, epistola ad Generosum. Valde ergo noto decretum hoc propter antiquitatem: sedit enim circa annum domini. 153. Et iste de effusione sanguinis per sacerdotem valde cauet: & qualiter poeniteat, prouidet. Item & per effusionē sanguinis per ministrū, sed in altari tantum, quia sacerdos non communicare solebat de sanguine, nisi porrecto sibi per diaconū, iuxta tractates de officiis. Pro effusione istorum decreuit quid fiat: de quorū tamen fide & solertia magis præsumendum foret, & min⁹ necessarium ordinare, quā pro effusione populi rudis, & squalentis inertia, maximē cōmunicantis assidue. Vel igitur decretum inueniant Witcleuistæ Pragenses paris authoritatis, prouisionem faciens, & poenā taxās laicis pro effusione sanguinis sacramēti, vel tāto tēpore nouerint populū in sola sicca specie cōmunicasse fideliter. Maximē cum doctores nostri scholastici, putā de Media villa, sctūs Thomas, & ceteri, ideō dicūt populū ab olim non esse cōmunicatum sacramento sanguinis propter periculum effusionis. Et iterum valde gaudeo, q̄ Witcleuistæ omnes cum suo magistro, si surdaltra aure non fuerint, audire possunt tam veteranum Papam, & martyrem profiteri Christi sanguinem substantialiter in sacramento calicis contineri, & effundi posse, & radi. Si (inquit) aliqd de sanguine distillauerit in terrā, aut super altare, aut super linteū, vsq; in secundū vel tertiu. Sed valde item sibi timuit Witcleff de hoc dicto. Ideō. 1. ca. de Eucharistia quærit qualiter ipsum deuoret, & glossa aliqua manuali corumpat. Accipitur (inquit) signatū pro signo *Witcleff* modo, quo posset vocare quālibet creaturam Deum suam, cum sit signum efficax Dei sui. Hæc Witcleff. **AUTHOR.** Hoc semp in isto homine formidauit: nouū scilicet plasma logicæ inaudite, sub quo cōcordes fiamus idololatrias. Iam per logicam equiuocorum signi, & signati in materia sacramēti spōte cōcedit creaturā quālibet esse Deū: quia scilicet signat deū esse: sicut in primo lib. in materia de ideis, concesso a finū, & vilissimam creaturā, imò quidlibet esse Deū. Et quod ad nos attinet, non Pius Papa fuisse, sed impius, qui Deum suum raderet vellet, & igni comburere ob reuerentiam vnus

Author de officiis.

vnus stillæ, non naturalis: sed tropici cruoris effusi. Tertio item capitur euidencia huius cōmunicationis popularis in arido, ex eo, quod relinquitur loco eius qui est panis benedictus post missam in dominicis. Vnde prædictus author de officiis. Statutū quoq; est (inquit) vt panis post missam benediceretur, & populo pro benedictione cōmunionis impartiretur: hæc q; eulogia dicebatur. Hæc ille. **AUTHOR.** Signum est ergo, q̄ non communicabant prius in specie vini, quia nihil liquidū post missam loco eius succedit: sed tantum panis sicca eulogiæ specie panis Eucharistiæ. Reuertētes igitur ad verbū Christi, quod ipsi ecclesiæ magistris obijciūt, Bibite ex eo omnes, quem textum nullus euangelistarū habet, solo Matthæo excepto, q̄ non possunt generaliter hoc Christi præceptum cunctis applicare fidelibus, propter pueros nouissimē baptizatos, amentes, aut ægros, nec, vt petunt, solis iustus, aut mortali crimine destitutus propter Iudam domini proditorem: restat ab eis quærere quos omnes intelligant, quibus Christus præcepit in his verbis sacramētum sanguinis liberè ministrari. Re autem vera solis duodecim apostolis hoc verbum porrexit, qui soli tunc cum eo cœnasse leguntur. Matthæi. 26. Vespere autem factō, discumbebat cū duodecim discipulis suis. Marci. 14. Vespere autem factō, venit cum duodecim, & discumbētibus eis &c. Et seqtur. Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Lucæ. 22. Cū facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo. Et in homin. paschali. de cōsecratione distin. 2. Quid sit. *Gregorius.* Calix enim, quem sacerdos catholicus sacrificat, non est alius, nisi ipse, quem dominus apostolis tradidit. Et infra. Non sunt multa corpora Christi, neque multi calices, sed vnus corpus Christi, & vnus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero virginis, & quod dedit apostolis. Hæc ille. **AUTHOR.** Et in expositione super eodem loco. lib. 6. cap. 4. *Beda.* Quod si quē mouet cur cœnatis saluator apostolis suū corpus ac sanguinem tradiderit. Sequitur. Breuiter audiat ideo tunc cœnatos communicasse apostolos, quia necesse erat pascha illud typicum antea consummari, & sic ad veri paschæ sacramenta transire. Hæc ille. **AUTHOR.** Vbiq; ecce cœnasse dicitur cum duodecim, quod nequaquā dici solet in euangelio, si nō soli essent, sed interfuissent & alii. Solis ergo duodecim apostolis præcepit Christus communicare in secundo sanguinis sacramento, cum diceret, Bibite ex eo omnes: aut saltem in eis vniversis præ-

Gregorius.

Beda.

byteris, sicut in duodecim eisdē omnibus dixit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ipse em̄ secundū hanc auctoritatem sacerdotii locum apostolorum præ cæteris fidelibus tenent: sicut Paulus apostolus patulō exprimit in salutatione epistolæ primæ ad Corinthios. vbi cum cunctos salutasset fideles in genere dicens, Sanctificatis, & sanctis, ad sacerdotes loquebatur in specie, subdens, cum omnibus, qui inuocant nomen domini. & ibi adiunxit, in omni loco ipsorum & nostrorum. In annotationū libro *Hieronymus.* In omni loco ipsorum & nostrorum: quoniam sacerdotes & suo, & apostolorum loco funguntur. Hæc ille. **AUTHOR.** Sacerdotes dicit suo, id est, sacerdotum, & apostolorum, & episcoporum loco funguntur ad populum. Eorum ergo electiōi commisit, qui ex eo biberent, siue ex ordine sacrificantium, siue ex imo ordine participantium eos fide probatos assumerent. Iactauit enim eos Christus vt dicitur: & si sint honoratiore de populo: & venit ex Iudæis, aut ex Iudæis potiores, si fuerint sacerdotes, non complementum, sed partem sacerdotii, manducare panem. Nec generaliter omnibus iussit quod dixit apostolis in hoc actu sacerdotii iā primitus constitutis, Bibite ex eo omnes. Sicut nec illud. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. tetigit beatam virginem, aut posteriores quoslibet christianos.

Hieronym.

¶ Ad auctoritatē euangelij, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem. &c.

C A P. X C I.

S V M M A.

- 1 Responsio ad auctoritatem euangelij, Nisi manducaueritis carnem filij hominis. &c. ab Witcleuistis pro sue opinionis cōfirmatione adductā.
- 2 Armeniorum error, communicantium pueros suos continenter post baptismum.
- 3 Christus quos obliget ad manducandum carnem eius, & sanguinem bibere.
- 4 Christi carnem comedere, & sanguinē eius bibere, quid secundum Augustinum. Et plura de hoc ibi contra Witcleuistas.

X

Ioan.



Ioannis (inquiunt). 12. Saluator homines ligat ad sumptionem huius sacramenti, dicens. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habebit vitam aeternam. Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Hæc ibi. A V T H O R. Quod isti assumunt dicentes, saluator sic dicens, homines ligat ad sumptionem huius sacramenti, non potest hoc quod petunt efficere. s. vt omnibus Christi fidelibus libere ministraretur, nisi etiam dicant vniuersaliter, q. saluator omnes homines ligat ad sumptionem huius sacramenti, sic dicens: Nisi manducaueritis. &c. Alias concederem, quod homines ligat episcopos & sacerdotes. Homines autem non ligat, quos non discernit. Primo ergo cōcesso, sic petentes hæreticum incidunt intellectum, quem plures sic vniuersaliter assumentes habebat. Quidā. n. sic vniuersaliter intelligentes p. mittebant oibus baptizatis, si semel māducaerent carnem illam, & sanguinem biberent sacramento, quomodo cunq; viuerent, vitam aeternā. Vnde. 21. de ciuitate Dei. cap. 11. *Augustinus*. Item sunt alii ab aeterno supplicio liberationem nec ipsis saltem omnibus hominibus promittentes, sed tantummodo Christi baptizatis, qui participes sunt corporis eius quomodo libet vixerint, in quacunq; hæresi, vel impietate fuerint, propter illud, qd ait Iesus, Hic est panis, qui de celo descendit: vt si quis ex ipso manducauerit, non morietur. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum. Ab aeterna ergo morte (inquiunt) necesse est istos erui, & ad vitam aeternam quando cunq; perducant. Hæc ille. A V T H O R. Erant & alii vniuersalitatem istam amplius restringentes, solis catholicis, si semel communicarent, vitam aeternam, quanuis malè viuerent, promittentes. In eodem loco subsequente cap. *Augustinus*. Item sunt, qui hoc non omnibus habentibus baptismatis Christi eiusque corporis sacramentum, sed solis catholicis, quanuis malè viuentibus, polliceantur: quia non solo sacramento, sed re ipsa manducauerunt corpus Christi in ipso eius corpore constituti. De quo dicit Apostolus. Vnus panis, vnū corpus multi sumus. Vt etiam si postea in aliquam hæresim, vel etiam in gentiliū ido-

Augusti.

Idem.

latriam lapsi fuerint, tamen quia in corpore Christi, id est, in catholica ecclesia sumptum baptismum Christi, & manducauerunt corpus Christi, non moriantur in aeternum: sed vitam quandoq; consequantur aeternam: atque illa omnis impietas quanto maior fuerit, non eis valeat ad aeternitatem, sed ad diuturnitatem, magnitudinemq; poenarum. Hæc ille. A V T H O R. Quidam autē ab vniuersalitate illa timentes mortis poenam, si non qualitercunq; corporis ore sumerent sacramentum, propinabant illud incongruè dispositis, aetate etiā immaturis. Fertur enim Armenios sic errare: & ideo pueros suos continenter communicant post baptismum. Vnde lib. suo de hæresibus *Guido*. Vice simus (inquit) error, quod ad verū baptismum ultra debitam formam verborum requiritur, q. baptizatus inungatur chrisimate, & sumat corpus Christi: & ideo non baptizant paruulos suos ante octo dies: sed tunc liquefaciunt sacramentum in aqua & vino, & intra os paruuli ponunt. Hæc ille. A V T H O R. Et dicit sanctus Thomas hoc facere Græcos quosdam, Dionysij autoritate seductos, dicentis baptizatos communicare debere: cum hoc intelligat de adultis. Si autē argumentum staret istorum, q. saluator omnes homines ligat ad sumptionem huius sacramenti secundum vtramq; speciem, cū diceret: Nisi manducaueritis carnem filii hoīs, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis: Nō errat Armenii, cū paruulos suos ita cōmunicant, nisi forsitan, quia nō cōmunicant in sacramento sanguinis, sed vino & aqua tincto corporis sacramento. Sed & in hoc euentiā faciunt, q. nobis in communicando in vnus specie sacramenti conueniunt. Econtrariō verō periculosè nimis erraret Latinorū ecclesia, q. tot pueros baptizatos permittit excedere ab hac vita sine sumptione viatici sub vtraq; specie. Qualiter item dominus promittit beato latroni paradysum: qui modo corporali, quem isti intelligunt, carnem Christi non manducauit, aut sanguinem eius bibit, sub vtraq; forma sensibili panis & vini, tunc maxime, cum fuit effectus gratus Christo, & per hoc nullo mortali peccato indispositus. Et quomodo potuit habere vitam in seipso stante secundum intellectū eorū hoc Christi præcepto: cū Christi carnem, & eius sanguinem secundū vtrāq; speciem non accepit? Sciant ergo seductores Witcleuistæ hanc Christi minam terrificam de re vltima sacramenti, scilicet, incorporatione ecclesie suæ per fidem & sacramenta Christicolis imperatam, ne de vita Christi propter impossibilitatem

Guido.

Augustinus. sibilitatem præcepti pueri christianorum viderentur exclusi. Lib. 3. de baptismo paruulo rum. cap. 5. *Augustinus*. Nā etiā illud: quia nisi manducauerint homines carnē eius, hoc est, participes facti fuerint corporis eius, nō habebunt vitam. His, atq; eiusmodi aliis, quæ nūc prætereo testimoniis diuina luce clarissimis, diuina autoritate certissimis: nonne veritas sine vlla ambiguitate proclamat, non solū in regnum nō baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam aeternā posse habere, pter Christi corpus: cui vt incorporentur, sacramēto baptismatis imbuuntur? Hæc ille. A V T H. Ecce quos homines obligat Christus ad manducandum carnē eius, & sanguinem bibere. Non tātū aliquos homines, vt ipsi cautē Christi propositionem assumunt: imō pueros, & ægros, & quātūlibet imbecilles: quia quotquot habituri sunt vitam aeternam, necessariō Christi carnem manducabūt, & sanguinem eius bibent. Videant isti iam si omnes isti obligantur ad eam manducandam, & sanguinē eius bibendū sub vtraq; specie pro qua inflāt panis & vini. Si voluntarie Christum exponant de adultis & valentibus dedisse præceptum, videant hic Augustinum hoc ad paruulos extendisse. Nisi (inquit) māducauerint carnem eius, nō habebūt vitam. Et iterū. Sed nec vitam aeternam habere posse. Modū autē præcepti insinuans subdit. Præter Christi corpus, cui vt incorporentur, sacramento baptismatis imbuuntur. Si obstant Pragenses, & disputationis vim faciant ex verbis Christi, quia tanquā solis rationis capacibus indicando personas dixit, Nisi manducaueritis & biberitis: audiant prius disputare cōtra suos cōplices Augustinum: & tamen hoc ipsum firmasse quod dixi lib. 1. de baptismo paruulo. capite. 17. vbi inquit. Auferatur dubitatio. Iam dominū audiamus, non suspiciones, coniecturasq; mortuum dominum audiamus, inquam, nō quidem hoc de sacramento lauacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ, quo nemo ritè nisi baptizatus accedit. Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinē meū, nō habebitis vitam in vobis. Quid vltra querimus? Quid ad hoc responderi potest, nisi pti nacia pugnaces neruos aduersus constātam perspicuam veritatis intēdat? An verò quisquā etiā hoc dicere audebit, q. ad paruulos hæc sententia nō pertineat? possintq; sine participatione corporis huius & sanguinis in se habere vitam: quia nō ait, Qui nō māducauerit, sicut de baptismo: Qui nō renatus fuerit, sed ait: Si nō māducaueritis, velut eos alloquēs, qui audire,

Augustinus

& intelligere poterant, quod vtiq; nō valent paruuli? Sed qui hoc dicit: non attendit, quia nisi omnes ista sententia teneat: vt sine corpore & sanguine filii hoīs vitam habere nō possint, frustra etiam aetas maior id curat. Potest enim si non voluntatem, sed verba loquentis attendas, eis solis videri dictū, quibus tūc dñs loquebatur: quia nō ait, qui nō māducauerit: sed, si nō manducaueritis. Et vbi est, quod eodē loco de hac ipsa re ait: Panis quē ego dedero caro mea est pro seculi vita? Secundū hoc em̄ etiā ad nos pertinere illud sacramentū intelligimus, qui tūc nondū fuimus, quando ista dicebat, quia nō possumus dicere ad seculum nos nō pertinere, p cuius vita Christus carnē suā dedit. Quis autē ambigat seculi noīe hoīs significatos esse, qui nascēdo in hoc seculum veniunt? Nā sicut alibi ait: Filii seculi huius generant, & generantur. Ac per hoc etiā pro paruulorū vita, caro data est, quæ data est pro seculi vita. Et si nō māducauerint carnē filii hominis, nec ipsi habebūt vitam. Hæc ille. A V T H. Omniquaq; vt videtis, repugnat Augustinus dicentibus hac sententia paruulos nō teneri, nō tūc secum cū hæc dixisset Christus presentibus, sed modò nobiscum, & post nos nascentibus. Probat enim ex textu alio, tanquā ex alax cōiūcta, quia panis quē daret Christus, caro eius foret pro seculi vita. Vñ infert: si non manducauerint carnē filii hoīs, nec paruuli ipsi habebūt vitam. Cōstat ergo in fide Pragensiū modernorū, si nō modo suo, quo arguat carnē filii hominis & sanguinē sub vtraq; specie panis & vini comederint & biberint, etiam si non diē, sed vix horā habuerint super terram, suos filios perituros. Quid ergo? consulam vt eos tenellos cōmunicēt secundū hæresim Armeniorum? Aut vt eos in errore deincāt sub specie vini sanguinē porrigētes? Sed magis cōsulo, vt ad ecclesiam redeant, formāq; ecclesie teneāt: sciētes secundū Augustinum verba Christi quoslibet quidem ligare fideles, sed in sensu ecclesie secundū eius filiū Augustinū, secundū rem vltimam sacramēti vt incorporētur Christo per fidē, spē, & charitatē perennē in sacramētis ecclesie hoc solū est Christi carnē comedere, & sanguinē eius bibere: in ipso manere, & ipsum manentem in se habere. vt probat *Augustinus*. super illo loco in expositione Ioānis: & de gratia noui testamenti. & 21. de ciuita. ca. 21. vbi dicit. Deniq; ipse dicens, Qui māducat carnē meā, & bibit sanguinem meū, in me manet, & ego in eo: ostendit quid fit non sacramento tenus, sed reuera corpus Christi māducare, & eius sanguinem bibere.

Augustin.

Hoc est em̄ in Christo manere, vt in illo maneat & Christus. Sic enim hoc dixit, tanquam diceret, Qui nō in me manet, & in quo ego nō maneo, nō se dicat, aut existimet manducare corpus meū, aut bibere sanguinem meū. Hæc ille. A V T H O R. Et in libro de oratione dominica super petitione quarta *Cyprianus*. Quando ergo dicit in æternum viuere si quis ederet de pane eius, vt manifestū est eos viuere, qui corpus eius attingūt, & Eucharistiā iure communionis accipiunt: ita contra timendum est, & orandum, ne dū quis abstinēs separatur à corpore Christi, exors remaneat à salute, cōmināte ipso, & dicēte, Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis. Hæc ille. A V T H O R. Ecce q̄ planē cōminari dicit Christū in p̄dictis verbis cōtra ipsos, qui ideo abstinēt à cōmunionē, quia separantur à Christi corpore. Et sup̄ versu. 3.

Bernardus. p̄sa. 90. *Bernardus*. Quid autē est māducare eius carnē, & bibere eius sanguinē, nisi cōmunicare p̄sionibus eius, & eā conuersionē imitari, quam gessit in carne? Vñ & hoc designat illud illibatū altaris sacramentū, vbi dominicū corpus accipimus: vt sicut videtur illa panis forma in nos intrare, sic nouerimus per eam, quā in terris habuit cōuersionē, ipsum intrare in nos, & habitare per fidē in cordibus nostris. Hæc ille. A V T H O R. Ex his p̄dictis tam solidatis in fide Christi, apertū est, qualiter fallaciter assumunt verbum illud Christi, biberit sanguinē meū: intelligentes eā bibitionē oīno corporalē in specie vini meri, quasi sic obligaretur bibere singuli Christiani: & sic bibendo implerent Christi p̄ceptum. Et sic si facinorosus, vel bestia ore biberet corporali specie illā visibile, tūc biberet enāgelicā sanguinis sacramētū, dicēte Augustino cōtrariū, In quo ego nō maneo: nō se existimet māducare corpus, aut bibere sanguinē. Nouerint ergo in isto loco, nec omne bibere, nec istud bibere, esse illud bibere, quod concludunt. Aut nūquid cū dixit Christus germanis apostolis, calicē quidē meū bibetis, intelligi debuit de calice bibito sacramētū? Aut illud Ioānis, Calicē, quē dedit mihi pater, nō vis vt bibā illū? Aut illud, Vt edatis, & bibatis super mēsam meam in regno meo? Planē ergo nō concludūt bibere specie vini visibilis, sorbēdo illud ore corporis, ex illo verbo saluatoris, Si nō biberitis sanguinem filii hominis, nō habebitis vitam in vobis. Sed intelligitur: si nō secundū fidē & deuotionem p̄sionis biberitis sanguinē filii hominis ore cordis, non habebitis vitam in vobis. Et iā nō est ista sicut p̄dicta de fide Hussitarum im-

possibilis negatiua: sed ad obseruandum facilis cunctis & singulis Christianis.

De modo bibendi Christi sanguinem, re, nō visibili specie, & sic ad auctoritates canonis Gregorii, Augustini, Hieronymi, Gelasii, itē Zosimi.

C A P. XCII.

S V M M A.

- 1 *Modus bibendi Christi sanguinem, re, non visibili specie. Et quid de hoc dicant Hugo, Origenes, et Augustinus.*
- 2 *Witcleuistarum obiectum ex Canone Gregorii, et ex Zosimo, diluitur.*
- 3 *Augustini Canones cum frangitur, et, Qui passus etc. quomodo debeant intelligi.*
- 4 *Hieronymi Canon, Sacerdotes, etc. explicatur.*
- 5 *Gelasii Canon, Comperuimus, etc. quomodo intelligatur.*

Hic & alius modus bibēdi sanguinem filii hominis ore corporis, dum in altera specie, siue panis, siue vini fideliter ipsum sorbet. Si enim vt fides habet est perfectus Christus secundū Deum & hominem sub vtroq; non erit ei corpus viuū sub specie panis sine sanguine eius ibi per substantiam: nec erit sanguis viuificans Christum hominem sub specie vini sine corpore per naturam. In libro sententiarum *Hugo*. Dicendum videtur, quod licet in duabus sumatur speciebus: tamen in vtraque integer Christus sumitur. Non enim corpus sine sanguine, vel sanguis sine corpore esse potest. Sed ideo in duabus speciebus sumitur, vt significetur huius sacramēti duplex effectus. Valet enim (vt ait *Ambrosius*) ad tuitionem corporis & animæ. Et quod sumitur in pane, valet ad vtrumq;: & similiter quod in vino sumitur. Quia & in pane totū & integrū, & in vino similiter totū & integrū sumitur. Et si in pane tm̄ fumeretur, alterū tantū significaret, scilicet, quod ad tuitionē corporis valet. Iterū si in vino tantū fumeretur, licet hoc sufficeret ad

ad corporis & animæ tuitionem, tamen hoc solum significaretur, quod pro salute animæ fumeretur. In sanguine enim anima significatur. Hæc ille. A V T H O R. Ergo quod sumitur in bina specie nihil abundat ad virtutem, vel substantiā suprā vnam tm̄, sed solū ad signū. Omnis ergo fidelis, qui corpus Christi in specie panis comedit, ita in eadē specie sanguinē Christi bibit. Et sic doctores antiqui intelligūt, quia vix, aut nunquā cōmunionē plebis in gemina specie dicūt, sed bibere solū dicūt. Sic homil. 16. super Nu. *Origenes*. Quis est iste populus, q̄ in vsu habet sanguinē bibere? Hæc erāt, quæ & in euangelio audiētes ii, qui ex Iudæis dñm sequebant, scādalizati sunt, & dixerūt. Quis potest manducare carnes, & sanguinē bibere? Sed populus Christianus, populus fidelis audit hæc, & amplectitur: & sequit eū, qui dicit. Nisi manducaueritis carnē filii hoīs, & biberitis sanguinē meū, non habebitis vitā in vobis ipsis. Quia caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est potus. Sequitur. Bibere autem dicimur Christi sanguinem, nō solū sacramentorū ritu, sed cū sermones eius recipimus, in quibus vita cōsistit. Hæc ille. A V T H. Et itē hic cōuenit cū p̄dictis, exponēdo verba illa de re vltima sacramenti: & tm̄ sacramentorū ritu bibere nō excludit, q̄ nō in Eucharistia tm̄, sed in baptismo per p̄dicta *Augustin*. bibimus sanguinē crucifixi. Quapropter subtili stylo cōprehendit hoc ipsum. lib. 21. de ciuita. Dei. cap. 21. dicēs. De hoc corpore ait *Apostolus*. Vnus panis vnum corpus multi sumus. Qui ergo est in ei⁹ corporis vnitate. i. in Christianorū cōpage mēbrorū, cuius corporis sacramentū fideles cōmunicantes de altari sumere cōsuerunt, ipse verē dicēdus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi. Ac p̄ hoc hæretici, & schismatici ab huius vnitate corporis separati, possunt idem percipere sacramentū, sed nō sibi vtile: imō verō etiā nociuū: quo iudicentur grauiūs, vel tardius liberent. Non sunt quippe in eo vincolo pacis, qd̄ illo exprimitur sacramēto. Hæc ille. A V T H O R. Hoc notandū censeo in his verbis: q̄ Christianus vir in Christi corporis vnitate consistens, & eiusdē corporis sacramentū cōmunicando de altari sumere cōsuetus, ipse dicendus est māducare corpus Christi, & sanguinē bibere. Bibere em̄ oportet sanguinem, qui viuā carnē assumit: quia sine sanguine viuere caro nō potest. Nō q̄ anima hoīs sanguis eius est, vt ille dixit imperitus phisicus. *Augustinus* dicit. Omnino cauēdus est hic error. Sed quia aīa carnis in sanguine est, vt *Leuiti-*

ci. 17. scripsit *Moyse*: ideo si comederit homo sanguinē, obfirmabo (inquit) dñs faciem meā contra animā illius, & disperdā eū de populo suo. Sanguinē intellige crudum more idololatrarū, maximē à bestiali diffusum cadauere. Christi verò sanguis est cruor agni aīsi, viui: ac per hoc non alterius, q̄ nouissimi testamenti sanguis corporis sui viui. Ipso dicēte notāter, Hic est sanguis meus noui testamēti. qd̄ non dixit suprā de corpore. Hoc autē addidit ad aliquā antiqui differentiā testamenti: quia iste sanguis nouo more nō comedit: sed cum eius corpore simul vt comeditur, bibitur, quia in nullo à corpore separatur. Ideo cauent quidā sapientes, ne dicatur sanguis effusus in ora fidelium, sed immissus. vt libro de sacramentis parte tertia *Parisien*. At si à sanctis aliquando dicitur, q̄ sanguis ille sacratissimus in ora fidelium fundit, intellige, q̄ nō effunditur, sed mittitur, & hoc cū ipso, & in ipso sacramēto corporis, cuius est, non extrā. Hæc ille. A V T H. Hic f̄ incidit occasionaliter aliud de obiectis *Witcleuistarū Pragensium* ex canone beati *Gregorii* in homil. Paschali de cōsecratione. dist. 2. Quid sit. vbi dicitur, q̄ sanguis agni super vtrūq; postē ponitur, q̄ nō solū ore corporis, sed etiā ore cordis hauritur. Et iterū. Et sanguis nō in manus in fidelium, sed in fidelium ora funditur. Propter hoc verbū dixit *Parisien* sis. Si à sanctis dicatur infunditur, nō q̄ effunditur intellige, sed q̄ immittitur. Supplementon sicut humor, vel succus iam separatus à carne: sed cū ipso, cui⁹ est corporis sacramēto. Quia corpus illud est corpus sanguine viuū: & sanguis ille vernat in corpore. Quod autē *Witcleuista* isti arguūt ex illo *Gregorii*, populum nostrū omnino cōmunicandū in specie vini nostri: quid dico, nisi heus egeni auctores, & tota die medicantes à quolibet, & nihil edentes? Quid hoc agit in parte vestra, q̄ sanguis agni sup̄ vtrūq; postē ponitur, q̄ nō solū ore corporis, sed ore cordis. hauritur? Enimvero oēs fideles cū cōmunicant, sanguinem agni in vtroq; poste ponūt. Et ore corporis, & cordis hauriunt, quādo solū Christi corpus in sicco sacramēto suscipiūt. Sic em̄ in fide suprā dixi, q̄ nullus corpus Christi comedit, nisi hoc ipso sanguinē eius bibat. Et hoc est itē, quod *Zosimus* Papa in cantico cerei paschalis habet, cū dicit. Hæc nox est, in qua verus ille agnus occiditur, & de eius sanguine postes cōsecrantur. Postes em̄ & oris, & cordis in eius sanguine fideliter bibito per sumptionē corporis verisimē cōsecrantur. Et iterū quod dicit, Eius sanguis in fidelium ora funditur, ita dicimus, q̄

simul cū Christi corpore in eorū ora cōmittit. At ne putas Christi sacerdotes esse fideles, in quorum ora posset infundi, nisi mitteretur ad populū: Sed vbi illa homilia est integra, hoc addit. **Gregorius.** In vtroq; etem̄ poste sanguis agni est positus, quādo sacramentū passionis illius cū ore ad redēptionē sumitur: ad imitationē quoq; intēta mēte cogitat. Et subdit infra. Certē domus nostrā ipsa sunt corpora, in quibus quousq; viuimus, habitamus: & in superliminari domus agni sanguinē imponim⁹, quia crucē passiōis illius in fronte portamus. **Hæc ille. A V T H O R.** Ecce Gregorius dicit, agni sanguinē ab ore corporis esse sumendū: eundēq; ab ore cordis, & eundē in superliminari domus in frōte hoīs. Quid putas? nunquid oīno sub specie vini est cōdendus ille sanguis in corde, & signandus in fronte? Si dixeris, nō (vt oportet) sed sola re sacramenti frontis signare, sufficet & ore cordis haurire. Sola ergo re sacramēti necesse est eundē sanguinē in populorū ora trāsmitti: & simul cū corporis viua substātia in specie panis absumi. Idē em̄ agni sanguis est (dicit Gregorius) in ore, in corde, & fronte. Et quid dicit in fidelīū ora perfundī, hoc est, quod eodē modo (vt ita dixi) in homilia quadā sup̄ illud Ioā. 1. Vidit Ioānes Iesum venientē ad se. **Beda.** Nō solū lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. & c. sed & cū eiusdē beatæ passiōis ad altaria memoria replicatur, cū panis & vini creatura in sacramētū carnis & sanguinis eius ineffabili spiritus sanctificatione trāsfertur, sicq; corpus & sanguis illius nō in fidelīū manibus ad perniciē ipsorū fundit, & occidit, sed fideliter ore suauī, sumit ad salutē. **Hæc ille. A V T H O R.** Sicut sup̄ dixi, ore fidelīū sacerdotū sumitur: & itē ore fidelīū populorū in specie panis ficci. **Canon itē sub titulo Augustini.** Cū frāgitur ad hæc p̄dicta conuertit. Cū frangitur (inquit) hostia, dū sanguis de calice in ora fidelīū fundit, quid aliud, q̄ dominici corporis in cruce immolatio, eiusq; sanguinis de latere effusio designat? **Hæc ille. A V T H O R.** Fidelīū dicit, nō quorūlibet populorū: sed sacerdotū, vt clericorū, vel procerum in fide sacramēti cōstanter sanctorū: quos prelati dignos duxerunt ad hæc solennitatē assumere. Cū tamē si modus ecclesiæ nostræ modernæ attenditur, istud capitulum facit solum pro ordine sacrificantiū sacerdotum: quia ipsi soli frangunt hostiā publicē: & ipsi soli immolant sacrā hostiā. Et ideo cōsequenter eorum ora intelligit, cum adiungit p̄dictis, q̄ sanguis in ora fidelīū funditur. Sic em̄ ea adiuuicē copulat. Cū frangit hostia, dum sanguis de ca-

lice in ora fidelium funditur. **Canon sub titulo eiusdē.** Qui passus. non recedit à p̄dictis. Vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem, & contritionem, iā in nomine Christi tanquā ad calicē venistis, & ibi vos estis in mēsa: & in calicē nobiscum vos estis. simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul viuimus. **Hæc ille. A V T H O R.** Nota quod dixit, in calice nobiscum vos estis, modificauit prius cum diceret. Tanquā ad calicē venistis. Si em̄ simpliciter calicem biberet, non diminueret actum, dicens tanquā: sed tanquā ad Christi calicē venit, quicunq; nobiscum in mēsa Christi corpus cōmunicat, quia sanguinem Christi in sua substantia bibit, quia corpus viuū & sanguinē viuificatum assumit. Nihil em̄ plus accipit sacerdos de sanguine Iesu Christi, quā in solennitate ritus sacrificandi præmineat, ex eo, q̄ sanguinem sub specie vini iterum bibit, quem prius cum corpore Christi in sicco sacramento percepit. In nullo ergo quisquā laicus de ordine participatū minus capit aut bibit Christi sanguinem q̄ sacerdos: sed in solennitate minus omnino habet, sicut sacramētum solum participās, minor omnino est eo, qui cōsummat sacrificium ad mentē apostoli. Veruntamen finis capituli exponit, qd̄ p̄cessit de re vltima sacramēti, in qua itē nobiscum sunt in ipsa susceptione baptismi. Nulli (inquit) est aliquatenus ambigendum, vnumquēq; fidelium corporis & sanguinis dominici tunc esse participē, qm̄ in baptisinate mēbrum efficitur Christi, nec alienari ab illius panis calicisq; cōsortio, etiā si anteq̄ panē illum comedat, calicēq; bibat, de hoc seculo m̄grauerit in vnitatem corporis cōstitutus. **Canon itē sub autoritate Hieronymi prima q̄stione prima.** Sacerdotes, sic habet. Sacerdotes, qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinē dñi populis eius diuidunt, impiē agunt in lege Christi: putantes Eucharistiā imp̄cantis facere verba, nō vitā. **Hæc ille. A V T H O R.** Hoc dictum Hieronymi super Sophoniam, occasionē dedit duobus erroribus, scilicet, Donatistarum, q̄a dicit, Eucharistiā imp̄cantis, nō verba facere, sed vitā, & istis vsurpatoribus Witcleuistis. Sed sicut nō proficiunt malo suo p̄ primum, sed intelligit Hieronymus bonā vitā iuuare vt decētius ministraret fidelibus sacramētum: ita deficiunt in secundo, quia sacerdotes sanguinē dñi populis diuidunt, qm̄ in specie panis corpus Christi distribuunt. Nihil em̄ plus siue de corpore, siue de sanguine Christi, secundum naturā vel virtutē accipit sacerdos sacrificans sub vtraq; visibili specie, q̄ sumit participans cōmuni-

cōmunicatus in vna. Idcirco ipsi clerici & sacerdotes si non celebrent, sed inter populares participēt, & in eisdē ecclesijs, sola vna specie panis reficiūt. Nō ergo sacerdos, q̄a sacerdos, p̄ hoc distat à populo: sed q̄a ipm̄ sacrificantis fungi cōtingit officio: & in hoc ritu p̄cellit solēnitatis propter munus cōsecrationis. Pro itē canone itē sub intitulatione **Gelasii** de cōsecra. Cōperuimus. oīno facit, q̄ intellectus eius extoto est pro missas celebrātibus. Quia ex intētionē catenat capitulo p̄cedenti in fine sic habēt. Cōciliū Toletanū. 12. Ergo modis oibus tenēdū est, vt quotienscūq; sacrificās corpus & sanguinē dñi nostri Iesu Christi in altario immolat, toties perceptionis corporis & sanguinis Christi participē se p̄beat. **Hæc ille. A V T H O R.** Et statim sequitur. Itē **Gelasius** papa Maiorico & Ioanni ep̄is. Cōperimus aut, q̄ quidā sumpta tantūmodo corporis sacri portione, à calice sacraati cruoris abstineāt. Qui proculdubio qm̄ nescio qua sup̄stitione docētur astricti, aut integra sacramēta p̄cipiant, aut ab integris arceātur. Qm̄ diuisio vnus eiusdēq; mysterii sine grādi sacrilegio peruenire non potest. **Hæc ille. A V T H.** Sacerdotes ergo sacrificantes in altari erāt, qui sacrificia consummabāt sub vtraq; forma: cū aut ad participandū venerunt, mysterium diuidebant: quod sacrificanti ab integro nunquam licebat.

Ad autoritates Ambrosii de sacramentis, Waleranni de officijs, & Paschafij.

C A P. X C I I I.

S V M M A.

- 1 Responsio ad autoritates Ambrosii de sacramentis, quem Witcleuistæ adducunt in testē ad suæ opiniois fulcimentum.
- 2 Nicolaus de Lyra, quid de communione in primitiua ecclesia usitata dicat.
- 3 Author de officijs qui sit.
- 4 Responsio ad dicta Waleranni, & Paschafij, & q̄ non faciant pro Witcleuistis, ostenditur.



Ambrosium itē sanctum adducunt itē in testem libro de sacramentis, sed textū eius nō exprimunt. Quod aut secundum videre meū parti eorū posset efficere, maximē hoc

est, q̄ quinto libro de sacramentis allegorizat historiam Moysi, tangētis petrā virgā, & aquā effudit. Vide (inquit) mysterium. Moyses, hoc est propheta: virgā, hoc est verbū Dei. Sacerdos verbo Dei tangit petrā, & fluit aqua, & bibit populus Dei: ergo sacerdos redūdat aquā in calice, salit in vitā aternā: & bibit populus Dei, qui Dei gratiā consequutus est. **Hæc ille. A V T H.** Si respōdeamus ad verba, nō sanguinē Christi propter hæc verba, bibit populus Dei: sed aquā, quā sacerdos redūdat in calice. Si ad mentē authoris, signa quid p̄st inferat de eodē: & fige differentiā. dicit em̄. Introduxit me rex in cubiculū suum: Græcus, in p̄ptuarium suum, & in cellarium suū: habet vbi bona libamina, vbi boni odoris mella suauia, vbi fructus diuersi, vbi epulæ variæ, vbi plurimis epulis tuū prandiū cōdiatur. Ergo venisti ad altare: accepisti corpus Christi. Audi iterū quæ sacramenta consequutus es. Audi dicentē sanctum Dauid. Et ille in spiritu hæc mysteria p̄uidebat, & latabatur, & nihil sibi deesse dicebat. Quare? Quia qui accipit corpus Christi, nō esuriat in aternū. **Hæc ille. A V T H O R.** Ecce Ambrosius introduxit te in cellarium regis, in ecclesiā ad altare, promisit libamina: & tñ nihil de sanguine Christi loquēs, accepisti (inquit) corpus. Et inferens sanctū Dauid, qui iā dixerat, Calix meus inebriās q̄ p̄clarus est! Sed Ambrosius hoc subticens: Nihil (inquit) sibi deesse dicebat: q̄a qui accipit corpus Christi, nō esuriat in aternū. Ergo si nihil ei defuit cū Christi corpus haberet: nec deerat illa libamina: nec p̄clarus calix sanguinis Christi ipsi defuit: dū epulis vtere in corpore. In ipso ergo corpore māducato præclarus calix accipitur: aqua salis de petra Christo in vnus specie sacramenti potatur. Nō itē aduersor dicēti **Nicolaus de Lyra**, q̄ in primitiuis ecclesiæ comunicauit populus sub vtraq; specie: imò cōsentio posse sic dici, & frequēter hoc æstimo à doctoribus scriptū esse: quāuis de cōuersis Iudeorū populis hoc sit reperire difficile. Aduersat em̄ oīno ritibus sacrificiorū ipsorū antiquis, q̄ fuerūt nobis cōpetentes figuræ: & nimis item locis noui testamenti, quæ de eorum communicatione loquuntur. Sed cum propter tollendam hæresim, aut vitanda scandala, quæ ex cōmunicatione tali populus sc̄tatur: Romanæ vrbis ecclesia hunc modum præfixit: non minima hæresis erit modum sanctum torua fronte dirumpere, aut propter illum tollēdum violenter instare, schisma fouere, ecclesiam diuidere, aut Christianam plebem sub hæreticorum tyrannide facere subiugalem. Nolo vltra

profeſteris Ambroſium: ſed hoc hortor, vt Ambroſium imiteris in facto. Ipſe em̄ dixit, ipſe ſcripſit, in eodem libro, quem nunc ſignat ſi de ſacramentis, ſcilicet, libello tertio loq̄s de ritu eccleſiæ ſuæ in lauando pedes baptizã di, cum non hæc romana eccleſia fecit. Vide (inquit) omnem iuſtitiam, vide humilitatem, vide gratiam, vide ſanctificationem. Niſi lauro tibi pedes, nõ habebis partem mecum. Nõ ignoramus, quòd eccleſia Romana hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur, & formam. Hanc tamen conſuetudinẽ non habet, vt pedes lauet. Fortẽ propter multitudinem declinauit. Sunt tamen, qui dicat, & excuſare conẽtur: quia hoc non in miniſterio faciendũ eſt. Sequitur. Hoc ideo non dico, quòd alios reprehendam, ſed me ipſe commendem. In omnibus cupio ſequi eccleſiam Romanam: ſed tamẽ & nos homines ſenſum habemus. Ideo quod alibi reẽtius ſeruatur, & nos cuſtodimus. Ipſum ſequimur apoſtolum Petrum, ipſius inheremus de notioni. Ad hoc eccleſia Romana quid reſpõdit: Hæc ille. AVTHOR. In hoc ritu diuerſa ſenſit Ambroſius à romana eccleſia. Sed quia romana eccleſia illa ipſi nõ vetuit, ſic licebat. Si grandi aliqua de cauſa hoc prohibuiſſet eccleſia, nullo auſu ſic ſenſiſſet Ambroſius. Romanæ (inquit) eccleſiæ typum in omnibus ſequimur, & formam. Et iterum. In omnibus cupio ſequi romanam eccleſiam. Ita ſi non inhiuiſſet eccleſia romana communicationẽ veſtram in liquido, potuiſſetis forſan, quod iam nulla via, niſi rebellionis hæreticæ ab inhibitione Romanæ eccleſiæ diuerſa, ſcilicet, ſentire licebit. Ideo deprimite ceruices rebelles viri perditionis, filii ſcelerati. Non vos pudeat cum ſancto Ambroſio humiliter dicere. In omnibus ſequi cupimus romanam eccleſiam. In omnibus typum eius ſequimur, & formã. Hoc multo melius, quàm cum Ianne & Mambre, cum Diotrephe & Alexandro arario reſultare Apoſtoliſ, contra eccleſiæ ſtimulum calcitrare. Humiliamini ſub potẽti manu Dei, & eius eccleſiæ: contra quam nec ipſe portæ inferi poterunt præualere finaliter. Teſtis iſte eorum eſt Fulgentius de diuinis officiis libro, cuius prologus incipit: Ea que per anni circum. Huius libri diu præſtolabar aduentum: ipſum enim ſæpe prædixi: quia ſine iſto Witcleuiſtæ: nec vſque ad verbum ſciunt de ſacramento Eucharitiæ ſuam ſibilarẽ perfidiam. Iſtum ad nubes vſque deducit Witcleff magiſter errorum ſuorum in libro ſuo de Apoſtaſia, capite ſeptimo, vocans eum ibi Ambroſium, vel ſaltem Ambroſij magni diſcipulum. Cæteri ex diſcipulis eius poſt eum vocant eũ Iſidorum. Iſti modo appellant eum Fulgentium: Cancellarius Oxoniẽſis herclẽ dicit eum Walerannum Memburgẽſem epicoſpum: & hoc in antiquis exemplaribus reẽtius inuenitur. Reuera Berengarianus erat ſecundum ſubtiliorem eius de impanatione ſententiam, quam declarat Guimundus: & ideo modicum ipſi Witcleff conueniens, qui plenus Berengarianus eſt ſecundum primam viam publice figuralem, niſi quòd in hoc concondant, quòd vterque panem ponit remanere ſecundum ſubſtantiam: ſed Witcleff corpus domini non ponit remanere niſi ſecundum figuram: Walerannus autem ſecundum ſubſtantiam, & naturam. Verbum ¶ (inquit) quod humanam acceperat naturam, idem in carne manẽs, panis & vini accipiebat ſubſtantiam. Vita media panem cum ſua carne, vinum cum ſuo iungebat ſanguine. Hæc Walerannus. AVTHOR. Fuit ergo de hæreſi impanationum, non de hæreſi ſigniferorum, vt autumant Witcleuiſtæ. Nam in capite de azymo & fermentato. Significari (inquit) pane illo dixi eccleſiam, non in eo, quod offertur, & conſecratur: ſed in eo, quod de multis, vt dictum eſt, conſecratur, nec ipſum indiuiduum corpus domini ſignificat: ſed eſt tranſuſo in ſe Dei verbo per fidem paſſionis. Dominus enim nõ hoc ſignificat: ſed hoc eſt corpus (inquit) meum. Hæc ille. AVTHOR. In hoc ultimo omnino diſplicet Witcleuiſtis, quia magiſter eorum hoc operatur quod poterit: vt dixerit Chriſtus figurally hoc eſt corpus meum. Quando ergo Witcleff iſtum authorem alloquitur: tunc ait latro ad latronem: ſed inuocatus latro, non conuenit cum latrone: imò increpã eũ, inquit. Neq; tu times Deum, qui in eadem dãnatione eſt. Videat qui vult (vt ſuprà dixi) librũ Anſelmi de corpore & ſanguine domini in proœmiali eius epiſtola: ibique comperiet eum nec authoritate Ambroſium fuiſſe, nec fide Iſidorum, nec atate Fulgentiũ: ſed contemporaneum Anſelmi, & ab eo in erroneo ſuo cap. de Eucharitiã redargutum: in ſuper & fraternẽ commonitum, vt errorẽ illum corrigeret, priusq̄ in manus illorũ, qui carpere vellẽt, exiret. Iſtum ergo, iſtum inuocant Witcleuiſtæ, vt teſtetur cũ eis ſuper cõmunicatione generali totius plebis in vtraque ſpecie. Dicat ergo, effundat animũ lib. 5. de officiis. ca. de cõna domini. David (inquit) id eſt, manu fortis. Sequitur. Ferebatur manibus ſuis, dicitur ſignifi-

Ambroſius

Author de offi. qui ſit.

4

VWalerannus

VWalerannus

gnifi;

gnificaffe dominũ Ieſum: qui coram Abimelech, quod interpretatur patris mei regnum, ſcilicet coram Iudæis, mutauit vultũ ſuum, id eſt, ſacrificandi ritum, quãdo immolato iam Paſchæ veteris agno, ſumens panem & vinũ, ferebatur in manibus ſuis, dicens, Hoc eſt corpus meum: hic eſt ſanguis meus. Hoc autem hæc remiſſionis & gratiæ die factum eſt. Cũ ergo Pontifex tantus Deo patri aſiſtit tenẽs panem & vinum: & inuitat omnes ad corporis & ſanguinis ſui conuiuium, nullum iuſtũ, nullum excipiens peccatorẽ, dicenſq; per ora Pontificum, Venite filij, audite me, cuius peccatoris vel ſaxeum peccus ad lamentũ poenitentiaẽ nõ emolliatur. Hæc Walerannus. AVTHOR. Iam ſuprà dixim⁹ omnes fideles prouectos ad iſtud cõuiuium dominici corporis & ſanguinis licenter admitti. Omnes enim paſcuntur æquẽ ſanguine Chriſti in vna corporis hoſtia quãtũ mille ſacerdotes in ſpecie illa bina. Omnes ergo inuitat Chriſtus ad corporis & ſanguinis ſui conuiuium: placet eccleſiæ. Sed nõ omnes æquẽ ſolenniter, quo ad obſeruantiam ritũ, ſed iſtos propter ordinẽ, ſecũdũ quẽ ſacrificant, inuitat ad conuiuium ſuum ſub ſpecie hac, & illa. Illos autẽ, qui tantũ participãt, inuitat ad æqualitatẽ ſaginæ tantæ ſub ſpecie vna ſimpla. Et cũ nõ eſt diſferentia ſæculi inter vos, ſed apparatus diſtantia, nolite murmurare, ne cũ eis pereratis, quorum adhuc eſcæ erant in ore ipſorũ, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Reuera defectus credentiaẽ Chriſtianæ ad inuidiam eos cõcitãt, vt ad hæc cõmunicationẽ aſpirent. Nõ enim exiſtimãt Chriſtum ſub vtroq; ſigno completum. Sed quia ſpecies panis eſt tantũ ſacramentũ corporis, & nõ ſanguinis: & vini ſpecies ſacramentũ ſanguinis, & non carnis: ideo remanẽtes tantũ in ſignis, nihil ſe recipere exiſtimant ſanguinis, ſi nõ recipiant ſignum eius: quia nihil ibi credunt eſſe vel carnis vel ſanguinis, niſi tantũ libet ſignum eius. Falſa, & horrenda hæreſis, quẽ ſic fraudat ſumentẽ dulcibus epulis, & cõmunicat eum in ſignis. Perfecta Chriſti caro ſub ſpecie ſanguinis, & totus, & floridus in ſpecie carnis, totus, & perfectus Chriſtus ſecundum ſubſtãtiam & eſſentiam in altera & vtraq;. Et vt redeamus ad primã, cũ hoc dictũ Waleranni cum Witcleuiſtis Pragenſib⁹ contra eccleſiam Chriſti nõ efficit, ſicut patet, eorum tamen caſſauit inſtantiam. Quia cũ ipſorum petitio continebat, q̄ ſolis Chriſti fidelibus nullo peccato mortali indiſpoſitis ſacramentum ſub gemina ſpecie miniſtretur: ipſe planẽ dixit Chriſtum nullum excepiſſe

quantũ libet peccatorẽ. Inuitat, inquit, omnes ad corporis & ſanguinis ſui cõuiuium: nullum iuſtũ, nullum excipiens peccatorẽ. Et poſt. Omnes eccleſiæ patent ianuæ, vt aduertat, neq; ab aũtro, neq; ab aquilone veniẽtes, id eſt, neq; iuſtos, neq; peccatores debere prohiberi, quin accedant ad apertos diuinæ miſericordiæ fontes. Hæc ille. AVTHOR. Vel ergo corrigatis veſtram inſtantiam, vel dicta teſtium veſtrorum, ne dicatur de veſtrũ illorum. Paſchaſius item, vt credunt, operatur pro eis: quia dicit in libro de corpore & ſanguine domini, Accipite, & bibite ex hoc omnes, tam miniſtri, quàm & reliqui credẽtes. Nolunt enim intelligere, quia nõ credunt, ſanguinem domini bibi niſi in proprio ſacramentũ. Nos autem dicimus ex fide Chriſti in vtraq; ſpecie totũ Chriſtum, & omnẽ ſaporẽ ſuauiſſimũ realiter contineri. Quod vtiq; in capite præcedenti declarat ibi Paſchaſius. Cæterũ ſi quis ex eo nõ credit illud, quod in Euangelio prædicatur, prioribus, inquam, illis deterior videtur, qui ſub vnus ſpeciei guſtu, omnem ſaporem, & omnẽ delectamentum fide perceperant. Nec tamen illud tunc aliud monſtratum liquet. Quicquid ſaporis ac delectamẽti eſt in terius, ſub vno eodemq; colore totũ manna præſtiterit. Potior q̄ppẽ virtus rerũ eſt, quàm ſpecies, & fuſcatus color. Idcirco virtus magis conſideranda eſt, quàm color, ſeu ſapor exterior. Hæc ille. AVTHOR. Vult Paſchaſius dicere eos magis incredulos, quàm veteres erãt Iudæi, qui nolunt credere ſub vna ſpecie ſacramenti totum bonum diuinum contineri realiter. Iudæi, inquit, rudes fide, perceperãt omnẽ delectamentum, & omnem ſaporem ſuauiſſimũ ſub vnus ſicci mannaẽ colore, & ſapore cõcludi. Et nõ hoc volunt Chriſtiani credere de Chriſti corpore in ſpecie panis, niſi in ſapore, & colore, & propria ſpecie vini ſanguinẽ Chriſti guſtent. An tanti valet apud eos fuſcatus, & ſubruſus color vini, vltra virtutẽ corporis, & veritatem ſanguinis Ieſu Chriſti? Certẽ, inquit, ipſis Iudæis non apparebat res in aliqua exteriori ſpecie: quam tamen ad omnẽ delectamentum intus ſub aliena ſpecie fide perceperant. Et nunquid item viniliquor eſt rei ſanguinis ſpecies aliena? Diximus ad hæc loca, vbi verba ſanctorum pro ſe putabantur habere. Iam videamus & alios, quos tam ad verba, quàm ad ſenſus falſe producant.

Ad Paſchaſium.

Paſchaſius

*

X 5

944

Ad sanctum Thomam, Albertum, Innocentium, Lyram, cum de Halis, Bonaventura, Fischatre, & Notyngham.

CAP. XCIII.

SVMMA.

- 1 Gennadius quid de Timotheo quodam procaci heretico Alexandrino Episcopo dicat.
- 2 Thomae dictum quod non faciat pro Witcleuistarum petitione, ut ministraretur communicatio sub utraque specie.
- 3 Alberti de Padua dictum, quare non ministraretur populis sanguis Christi, quod sit contra Witcleuistas.
- 4 Innocentius quintus quid de communione dicat. Et quomodo a presbyteris, uel ministris tantum sumatur sub utraque specie.
- 5 Fideles quomodo licet antiquitus communicabant in utraque specie, ut ex Lyra notatur: nunc autem aliter ordinatum esse grandi causa, contra Witcleuistas ostenditur.
- 6 Sanguinis sacramentum quod non indiscriminatim populis porrigendum, secundum doctorem de Halis, & Bonaventuram.
- 7 Corpus Christi quare non detur populo sub specie uini, sicut sub specie panis, uel simul sub utraque multiplex ratio, secundum Fischatre.
- 8 Notyngham doctoris triplex causa, quare sanguis non sit tradendus fidelibus sub specie uini.



Evigilet sedulo cautela fidelium, cum audiunt fide suspectos orthodoxorum allegare scripturas. Non enim omnis, qui dicit Christo, Ave Rabbi, mente amicus eius est. Ipse enim nos monuit quosdam post tempora esse veturos, qui dicerent, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & signa multa fecimus? Quibus ipse dicturus est, Non noui vos. Hæresiarchæ quidam tam audaces fuerant studio mentiendi, ut nec dubitarent eos in testes hæresum numerare, qui verbis & scriptis innumeris contraria proclamarunt. Audite, si uultis, inter multos de quodam procaci heretico Timotheo Alexandrino Episcopo: de quo libro suo de uiris illustribus. ca. 71. scribit Gennadius. Timotheus extincto ab Alexandrinis Proterio Episcopo, tumultuante adhuc plebe, aut uoluit, aut passus est se ab uno Episcopo in locum occisi Episcopi fieri. Sequitur. Scripsit ad Leonem Imperatorem libellum valde suauis, quem prauo sensu patrum testimonijs intantum roborare conatus est, ut ad decipiendum Imperatorem, & suam hæresim constituendam, penes Leonem urbis Romæ Pontificem, & Chalcedonensem synodum, ac totos Occidentales Episcopos illorum adminiculo Nestorianos ostenderet. Sed fauente Deo à Chalcedonensi concilio hostis ecclesiæ coargutus, & confutatus uiuere adhuc in exilio iam hæresiarches dicitur, & habetur. Hæc ille. A V T H O R. Miranda mentis amentia, ut unus homuncio in tot sanctorum patrum fidem, famam, & testimonia tam atrociter mētiretur. Monui item vos in superioribus, qualiter Witcleff hæresiarcharum istorum in hoc ipso uestigia comitatur. Produxi uerba eius, loca signaui: sicut in ter alia contra possibilitatem accidentis sine subiecto, Hugonem, Lincolnensem, Thomam, Bonaventuram, Scotum, Hockam, & alios. Item iam Witcleuistica proles æmula temeritatis paternæ pro generali communione plebis in utraque specie. Et Thomas, inquit, supra. 4. distinctione. 1. 1. & parte. 3. questione 81. articulo. 6. sup. sic dicit agendum. Hoc accusatoris obumbrato sermone fallitur plebs malè credula, & ieiuna ueritatis, in sententiam prorumpit hæreticam. Sed audiamus testes loqui productos. Super quartum enim prædictum distinctione illa. 1. 1. Sanctus f Thomas. Ad tertium, inquit, dicendum, quod populo non datur sanguis propter periculum: quia facilius una gutta sanguinis laberetur, quam aliqua particula corporis. Unde ministris altaris secundum consuetudinem aliquorum datur participatio sanguinis: de quibus præsumitur, quod in talibus magis sint cauti. In lege etiam veteri: de libaminibus nihil habebant offerentes, sed soli sacerdotes: per quæ figurabatur potus huius sacramenti. de sacrificijs autem habebant: quibus significabatur cibus huius sacramenti. Hæc ille. Et tertia parte siue de Christo, ubi supra. Circa uisum, inquit, huius sacramenti duo possunt considerari. Vnum ex parte ipsius sacramenti, aliud ex parte sumentium. Ex parte ipsius sacramenti conuenit, quod utrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et ideo, quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare & conficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem

Gennadius de Timotheo.

tuante adhuc plebe, aut uoluit, aut passus est se ab uno Episcopo in locum occisi Episcopi fieri. Sequitur. Scripsit ad Leonem Imperatorem libellum valde suauis, quem prauo sensu patrum testimonijs intantum roborare conatus est, ut ad decipiendum Imperatorem, & suam hæresim constituendam, penes Leonem urbis Romæ Pontificem, & Chalcedonensem synodum, ac totos Occidentales Episcopos illorum adminiculo Nestorianos ostenderet. Sed fauente Deo à Chalcedonensi concilio hostis ecclesiæ coargutus, & confutatus uiuere adhuc in exilio iam hæresiarches dicitur, & habetur. Hæc ille. A V T H O R. Miranda mentis amentia, ut unus homuncio in tot sanctorum patrum fidem, famam, & testimonia tam atrociter mētiretur. Monui item vos in superioribus, qualiter Witcleff hæresiarcharum istorum in hoc ipso uestigia comitatur. Produxi uerba eius, loca signaui: sicut in ter alia contra possibilitatem accidentis sine subiecto, Hugonem, Lincolnensem, Thomam, Bonaventuram, Scotum, Hockam, & alios. Item iam Witcleuistica proles æmula temeritatis paternæ pro generali communione plebis in utraque specie. Et Thomas, inquit, supra. 4. distinctione. 1. 1. & parte. 3. questione 81. articulo. 6. sup. sic dicit agendum. Hoc accusatoris obumbrato sermone fallitur plebs malè credula, & ieiuna ueritatis, in sententiam prorumpit hæreticam. Sed audiamus testes loqui productos. Super quartum enim prædictum distinctione illa. 1. 1. Sanctus f Thomas. Ad tertium, inquit, dicendum, quod populo non datur sanguis propter periculum: quia facilius una gutta sanguinis laberetur, quam aliqua particula corporis. Unde ministris altaris secundum consuetudinem aliquorum datur participatio sanguinis: de quibus præsumitur, quod in talibus magis sint cauti. In lege etiam veteri: de libaminibus nihil habebant offerentes, sed soli sacerdotes: per quæ figurabatur potus huius sacramenti. de sacrificijs autem habebant: quibus significabatur cibus huius sacramenti. Hæc ille. Et tertia parte siue de Christo, ubi supra. Circa uisum, inquit, huius sacramenti duo possunt considerari. Vnum ex parte ipsius sacramenti, aliud ex parte sumentium. Ex parte ipsius sacramenti conuenit, quod utrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et ideo, quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare & conficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem

S. Thomas.

autem sumentium summa requiritur reuerentia, & cautela, ne aliquid accidat, quod uergat ad iniuriam tanti mysterij: quod præcipue possit accidere in sanguinis sumptione: qui quidē si incaute sumeretur, de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes, & iuuenes, & paruuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis, ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhiberēt: ideo prouidē in quibusdā ecclesijs obseruatur, ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdote sumatur. Hæc ille. A V T H O R. Videant omnes gentes, quod iste doctor nō dicat cum istis instantibus, sanguinem sacramenti in uini specie toti populo propinandum: imò dissuadet propter plebis incuriam, & effusionis periculum: & item correspondētiam ad figuram: quia in lege, inquit, de libaminibus nihil sumferant offerentes. De sacrificijs autem significatibus cibum sacramenti sumebant. Videamus & reliquos. Et Albertus, inquit, in tractatu suo de officio missæ. A V T H O R. De hoc Alberto quæsiui: & quantum mihi datur agnoscere, ipse est Albertus de Padua, qui in opere quadragesimali, homilia. 3. de cœna domini. Quare autem, inquit, non ministratur populis sanguis Christi? Dicendum. Istud uidetur omitti propter euerisionis periculum. Congruentiam inter ministros ecclesiæ & populū esse differētiam. Populo sufficit de corpore Christi ministrari, sed ministros oportet esse quasi animam corporis, dirigendo populū subditū. Ideo illi corpus tantum, isti etiam sanguinē, in quo est anima, sumunt. Hæc ille. A V T H O R. Iste ergo Albertus ultra periculū effusionis addit congruentiam differētiam ministrorū ecclesiæ in ratione animæ, cuius sedes est sanguis, in cōparatione ad populū, qui est corpus, ut populus nō cōmunicet in specie uini. Et Innocentius, inquit, in lib. de sacramētis in summa. Post Innocentium. 1. 1. quæ pro eis esse nō repperi, ad Innocentium. V. qui & Petrus primò dictus est, ueniens, super. 4. dist. 1. sic dicentē inueni. In hoc sacramenti est ratio signi, & ratio causæ. Significatio pertinet ad sapientiā, sed causalitas ad gratiam. Quia igitur gratia omnibus cōmuniter necessaria est, sed nō sic sapientia: efficacia uero æqualis est sub utraque specie, sed non significantia: ideo omnibus traditur sub altera specie, in qua potest tradi cum reuerētia & cautela maiori. A maioribus uero tantum, id est, presbyteris, uel ministris sumitur sub utraque specie. Ad obiectum autē, quod in cibo sine potu non est refectio, Dicendū, quod sub utraque specie

Albertus de Padua.

Innocentius. V.

est cibus & potus secundum rem significatā, quanuis non secundum speciem significatē. Et cum arguitur illud Euāgelij, Nisi māducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem &c. Dicendū, quod sub utraque specie corpus māducatur, & sanguis bibitur in re, licet non in expresso signo. Sed Græci, ut dicitur, instituti per Paulū, in utraque omnes cōmunicant. Dico, inquit, quāuis illi benefaciant: Latini tamen melius ratione prædicta. Hæc ille. A V T H O R. Ecce iste Innocentius clarè determinat cōtra eos. Et Lyra, inquit, super illo Prouerb. 9. Venite, & comedite panem meum. Et super. 1. Corinth. 11. A V T H O R. Quantum ad Corinthios Græcos puto eos communicasse in liquido sacramento: tum quia Græci erant gentium reliquæ, quæ inter sacrificia sua sanguini pecudū inhiabant. Tum quia hæretici erāt tunc tempore sancti Pauli: quorū hæreses plurimas, & inter omnes hanc de irreuerētia sacramenti in sumptione sua sacrilega, Paulus uenit reformare postremo, cum diceret, Cætera, cum uenero, ego disponam. Quo ad illud Sapientiæ, dicit Lyra. In utraque specie cōmunicabant antiqui fideles, sed propter periculum effusionis sanguinis ordinatū est, quod datur laicis sub specie panis tantum. Hæc ille. A V T H O R. Tantum dicit, quod in utraque specie cōmunicabant antiqui fideles, nunc aliter ordinatum esse grandi causa. Quid hoc eis proficit? Nunquid quia sic erat antiquitus, ideo foret iam melius? Cōmunicent ergo per domos, frangentes panes, ut olim. Inebriati quoque, comunicent, ut olim. Solis idololatri principibus Christum blasphemantibus, & sanctos persequentibus colla supponat, ut olim. Nunquid ista, & alia plura per Apostolos sublata sunt tanquam informia, quāuis erant antiqua? Ambrosius dicit in primi Ambrosius ecclesia omnia esse confusa super hoc textu ad Ephesios. Et ipse dedit quosdā Apostolos. ubi dicit, Ut cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est, & euangelizare, & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At ubi omnia loca circūplexa est ecclesia: conuenticula constituta sunt, & rectores, & cætera officia ecclesijs sunt ordinata. Sequitur. Quia si omnes eadem possent, irrationabile quid esset, & uulgaris res, & uilissima uideretur. Hæc ille. A V T H O R. Ecce si confusio rituum primitiue ecclesiæ permaneret, irrationabile quid esset, & uulgaris res, & uilissima uideretur. Sileant ergo, qui ordinationes ueteres præferunt cum tumultu. Laudent fidem, & patres collaudēt, sic ut Christus laudetur in oibus. Ad ista iam diximus, quæ oia concurrunt.

concurrunt ecclesiæ, & cautelam faciunt irreuerentiæ & effusionis. Addamus & alios non impares istis, qui vltra iā dicta cauent, ne fiat propter periculū hæresis, aut erroris. Vñ vltima parte summæ articulo, quo quærit: Nunquid vtraq; species sit de integritate sacramenti, Doct̃or antiquus de *Halis*. Et si totū, inquit, sit in vtraq; specie, non tñ perfectē per vnam significatur. Fideles aut̃ perfectū sacramentū suscipiunt quātum ad efficaciam, quæ respicit cōtentū & signatū. Nō tñ sumptio in vna specie est tātæ efficaciam in quātum respicit signatū & nō cōtentū, quantæ est in vtraq;. Nō tamen oportet, q̃ ipsi sumāt in vtraq; specie, p̃pter periculū effusionis, & p̃pter periculū erroris, ne simplices crederēt totū Christū sub altera specie nō esse: sicut fuit de quodā nō credente, q̃ esset sanguis in sacramēto corporis, qui videbat sanguinē exire de hostia. Hęc ille. **AUTHOR.** Iste doct̃or antiquus, & illibata credentiā bñ docet cū supra dictis sacramētū sanguinis nō indiscriminatim populis porrigēdū propter periculū effundēdi. Sed qd̃ amplius est p̃deris, adiūgit ne fiat, p̃pter erroris vel gignēdi vel fouēdi nō molle peccatū. Et in robur dicti factū adducit illius, qui nō credebatur hostiā corporis sanguinē cōtinere, donec exiliētem prospexisset e latere. Hūc sequitur sanct̃ Bonauentura supra. 4. distin. itē. 1. 1. vbi dicit, Et si totū in vtraq; cōtineatur, tñ per alterā perfectē significatur. E ideo fideles perfectū sacramentū suscipiūt, quia ad efficaciam recipiūt. Sed quātum ad significatiam sufficit, q̃ ecclesia faciat in eorū presentia. Nec oportet q̃ ipsi recipiāt propter periculū effusionis, & p̃pter periculum erroris: quia nō crederēt simplices in altera specie se totū Christum recipere. Exēplum causæ est de eo, cui exiuit sanguis ab hostia, quia nō credebatur q̃ esset sanguis in specie corporis. Hęc ille. **AUTHOR.** Hic error hominis sic credentis reliqua fuit hæresis, quam prædixi, putatū Christum sub vtraq; tantū specie totum esse contentum, & nō totum & sacrificium cōsummatū sub altera, contra quā edidit Iulius Papa cap. illud, Cum omne. Sic f̃ item in hęc causam cōcurrit doct̃or *Fischatre* super. 4. distin. 1. 1. Quæritur, inquit, quare nō datur populo corpus Christi sub specie vini, sicut sub specie panis, vel simul sub vtraq;. Responso. Multiplex assignatur ratio. Vna quā tangit Iulius Papa, de consecra. distin. 2. Cum omne. Alia est, p̃pter periculum. Facilius em̃ elaberetur gutta, quā hostia. Tertia, quia in lege, & in sacrificijs offerebatur libamina. De libamine autem nihil habebat offerentes, sed

tantum sacerdos: licet de sacrificio haberent. Et ideo vt innotescat, & cōgruat veritas signo, de sacrificio, scilicet de corpore Christi sub specie panis datur populo, sed sub specie libaminis non. Hęc ille. **AUTHOR.** Bene assignat doct̃or causas. Primam amotionis erroris. Secundā, cauendæ iniuriæ. Tertiā, correspondētis veritatis suæ figuræ. His f̃ itē accedit in expositione. 1. 1. cap. 1. Corinth. *Notyngham*. Triplex, inquit, causa potest assignari, quare sanguis nō est tradēdus fidelibus sub specie vini. Vna est propter periculū vitiationis: quia enim sanguis fluxibilis naturæ est, citō, ac facilius posset effundi. Vñ propter vitādum periculū ne effunderetur cū fidelibus traderetur, præordinatū est, q̃ nō tradatur sanguis sub specie vini, sicut corpus sub specie panis. Secūda ratio est, propter erroris remotionē. Nam secūdum Augustinū totū corpus sumitur sub specie panis: & totus Christus sub specie vini. Quare tamē sub duplici specie se totum dedit, fuit ista ratio, vt ostēderet totam naturā humanā se assumptū: & quia panis refertur ad corpus, vinū verō ad animā, ideo sub vtraq; specie voluit sacramentū istud esse confectū, vt animæ, & corporis significaret in Christo susceptio, & vtriusq; naturæ liberatio. Ne igitur ab infidelibus credatur nō esse corpus Christi sub vtraq; specie: ideo sub vna specie tñ traditur fidelibus. Tertia ratio est, propter mysticā significationē. Iudæ suo proditori intinctā bucellā porrexit: ne igitur fideles videātur esse similes Iudæ proditori, cōsuetudo ecclesiæ habet, vt fideles Christiani intinctum nō recipiant. Hęc ille. **AUTHOR.** Omnes isti doct̃ores p̃derant inter alia rationē vitādū erroris: sicut & periculum effusionis plebis incautæ. Nec mirū. Si em̃ beatus Paulus tñ execrabatur errorem facti inordinati in Corinthijs, puidēs ne de cætero oblationes, suas quisq; appropriatē reciperet, cū cōmunicaret in ecclesia, sed subtraxit eis modū illum, p̃pter vitādū scādālū populi pauperis: multo celebrior causa restat subtrahere plebibus liquidū poculū sacramenti, vt credat se totū Christum suscepisse prius: & sic vitare scādālū hæresis ad inficiendū vulgus tā facilis. Alia item ratio, vt cōformes fiamus apostolicis verbis, quibus distinxit sacrificia consummātes à participatibus plebibus. Quare enim esset sacerdos sacrificium cōsummas: nisi vsq; ad vltimū complementū sacramentum totum perduceret tā signis, q̃ rebus? Quare item ille seorsum esset participans, nisi in aliquo à cōpleto recederet re, vel saltem signo? Decens ergo arbitror ad sinceritatē textus

Notyngham.

tus Apostoli, vt ordo participatiuē cōmunicatis cedat saltem solēnitatem sensibilis signi sacrificia solēniter cōsummāti, à quo totū accipit in persona Christi. Ex his duabus rationibus acerrimū doct̃oraliū rationum, quæ scripsimus, cumulamur. Sic igitur ad hanc instātam declinādā, prout ad manus nostras pagina illorū venit, processimus. Accepimus enim eā admodum crudā, & segniter allegātem authorū nomina sine dictis, & librorū loca diffusa sine rubricis. Argumēta quoq; quæ à scriptura, vel doct̃orū libris assumunt, sunt tam eis, q̃ catholicis plerunq; cōmunia. Sicut cum arguūt, q̃ populus esset bibiturus sanguinē dñi. sic enim dicit eos facere fides catholica. Bibūt enim vsq; ad participationis effectū, & si non per sensibilem speciem. Et sic habet dictum illud *Augustini*, quod afferūt lib. 1. de symbolo: vbi dicit, Quātum nefas est occidere Christū: Iudæi tamē eū occiderunt. Et multi in eum postea crediderūt: & biberunt sanguinē eius. Dimissum est illis peccatū, quod cōmiserūt. Hęc ille. **AUTHOR.** Ex hoc conantur arguere, q̃ populus debet cōmunicare in specie liquida, quia Iudæi biberūt sanguinē Christi, quasi & ita facerent veteres Iudæi, de quibus Apostolus ait, Bibebāt autē de spiritali cōsequente eos petra. Et nūquid sensibilem aliquā speciem biberūt de cōsequente eos petra? Vñ eodē libro superius itē dicit de bibere *Augustinus*. Nolite putare omnipotentē patrē, & non omnipotentem filiū. Error est, delete hoc in vobis: nō hæreat in memoria vestra, nō bibatur in fide vestra: & si forte aliquis vestrum biberit, vomat. Hęc ille. **AUTHOR.** Ecce & hic dicit de bibere, nō liquidā speciem, sed fidē. Ita & *Augustinus* supra subinfert de bibitione per effectum remissionis peccatorū. Dimissum, inquit, est illis peccatū, quod cōmiserunt. Nihil proficit igitur hæc assumēs, quousq; planā authoritatem adducat dicentē, q̃ plebs cōmunicauit sanguinē Christi secundum naturā in liquido sacramēto. Bibūt enim populi sanguinē Christi secundū omnē eius essentiam, & virtutē, quāuis nō actu oris explicito, scdm̃ forinsecā sensibilem speciem. Nec itē negamus eis generaliter bibere Christi sanguinē secundum vini speciem, sed nec generaliter, & sine discretionē cōcedimus vniuersis. Nā scimus de cōsuetudine ecclesiæ relicū esse maiorū prælatorū in dustrig, vt de ministris altaris quosdā, aut alias personas illustres de vulgo fide & reuerentia & omni timore Dei præditas ad hęc cōmunicatiōē solēnem in vtraq; specie possint admittere. Sicut interdū solet Papa, & alij quidā Epi-

Augustin.

Augustin.

scopi, imò & inter fratres suos quidā religiosorum præpositi. Sed magna cautela opus est præpositis scire quibus, & qualiter, & qua fide subnixis ista dispēscent. prout in ca. 3. ecclesiastica hierarchie scribit *Dionysius*. Postea postulans (supple hierarcha) dignus fieri hoc sacrificio, quod sit ad Dei imitationē, diuina perficere, & distribuere castissimē & sacris participaturos, vt cōuenit sanctis percipere, sanctificat diuinissima, & sub visum agit dicta per præposita sancte signa. Etem̃ coopertū, & indiuisibilem panē discooperiēs, & multa diuidens, & vnitū calicis omnibus partiēs, significatiuē vnitatē multiplicat, & distribuit sanctissimū in istis sacrificiū perficiens. Hęc ille. **AUTHOR.** Si attēdant hic *Dionysius* dicere, quomodo hierarcha indiuisibilem panē discooperiens, id est, sacramentū corporis & vnitū calicis omnibus partiēs: & hoc modo cōmunicari in sacramēto calicis: attēdāt itē, q̃ p̃ hęc distributiōē calicis solū significatiuē vnitatē multiplicat, scilicet sacramēti prioris. Attēdantq; q̃ solus summus sacerdos, id est, hierarcha, vel Episcopus, & cum quāta deliberatione sic sumentes comunicat. Castissimē, inquit, participaturos, vt sanctis conuenit, sanctificat. ita quod non sine summa censura procedit, quousq; viderit comunicaturos sic sincrē dispositos, vt comunicatio ista non eos ad hæresim animet, nō indisponat ad fidem. Finaliter igitur consulo, vt hæc querula noui ritus, primò se purget ab hæresi *Witcleuistarum* de hostia figuraliter cōsecrata quæ eā in hęc abyssum schismaticæ petitionis immerfit. Protesteturq; publice Christū totum & integrum secundum fidem catholicam esse sub vtraq; specie panis & vini catholice consecrata: non tantum figuraliter & tropicē, sed secundum substantiam corporis sui viui propriē, & identicē. A qua fide si exorbitet: nimirum, vt dixi, si pro figurā sanguinis tñ instet. Quia cum substantiā sanguinis nec hic credit, nec ibi, nisi per figurā: nec quicquid sanguinis accipit, si figuram vini nō sumat. Sed desine ergo pascere te signis: pascere te rebus, pascere naturis, & iuxta vocem sponsi: pascere hædos tuos iuxta tabernacula pastorum ecclesiæ: & tunc sine tropo vini bibes in corporis specie sanguinem veræ vitæ. Secundò consulo, vt submittat se dispositioni catholici gregis pastori vicario sub Christo Deo: & desinat alia vindicare nouella, quæ tota ecclesia Christi per tota loca, gentes, & regna, concessis vti cōtēta, nō petit, ne iuxta doct̃orū prædictorū sentētiās à cōmunionē, quā petit, repellatur

Dionysius.

De Halis.

S. Bonauentura.

Fischatre.

pellatur pro errore schismatis ex hac vltima, aut pro errore hæresis data prima: & sic pro in dispositione mortalis criminis ex vtraq; infamia, & primæua eorum instantia.

¶ Quòd Eucharistia est super cætera sacramenta præcellens, & singulariter dicta communio.

C A P. X C V.

S V M M A.

- 1 Panem trās substantiari in corpus Christi, q; sit articulus fidei, cōtēnus in Symbolo Apostolorū ibi, Credo sanctorum communionē. Et quid de hoc dicat Dionysius.
- 2 Eucharistia q; sit perfectio perfectionum secundū S. Thomam.
- 3 Eucharistia q; sit singulariter dicta cōmunio scdm Augustinū, Lincolniē. Hilariū, Cyrillum etc.
- 4 Eucharistia quid, secundū Ignatium.
- 5 Alexander Papa quid de Eucharistia dicat.
- 6 Eucharistia sacra quare per anonomastā dicta cōmunio. Et multa de hoc ibi, potissimum ex Damasceno.



Itulus excellēs, & nomē eximīū sup omnia sacramenta, auget, & probat quid sit Eucharistia in natura ad gloriā sacramēti. Nihil sufficim⁹ in laudes eius. Hebes intelligentia nostra cōgruū gloriæ suæ nomē nō nouit formare, nescit exprimere. Verē si vetustissimos patres fidei apostolorū comites, & ex vicino sequaces laudares, vel semel audires, & in splendores sanctorū nomē eius cōmitteres, planē diceres, verū corpus Christi esse nō tropicū, & Chri carnis essentiā, nō figurā. Sed semper repercutit aciem mētis meæ, impropriū illud Witcleff cōtra sacrā Eucharistiā, q; fides trās substantiationis eius, aut accidētū eius sine subiecto, nō est in aliquo articulo fidei cōtēta triū symbolorū. Hoc tñ nō à se sumpsit, sed à

Alanus. magistris suis nouellis hæreticis, quos Alanus recitat in sui quadripertiti lib. 1. dicēs, Quarūt hæretici, si articulus fidei Christianæ est panē trās substantiari in corpus Christi, cū in aliquo symbolo nō fiat mētio de hoc articulo, vel apostolico symbolo, v; symbolo missæ, vel symbolo Athanasij, cū in istis symbolis de oibus articulis fidei fiat mētio: an magis videt humana ratio. Hæc ille. A V T H O R. Ad hoc dixi iā supra, sed præ tristitia cordis iterū laceratā fidē

sacræ Eucharistiæ & iterū & sæpe refarcire nō piget. Sciat ergo hostis sacræ hostiæ, q; fides omnīū mysteriorū eius ibi cōtinetur in symbolo, vbi dicitur ore Ap̄lorum. Credo sanctorū cōmunionem. Si em̄ cōmunio Chriatorū potissima sit cōmunicatio sacramentorū: quō potest abesse eorū numero, quæ est inter oēs p̄cellsa cōmunio? Quomō nam potuit defuisse Petrus ap̄lorum primus, vbi locutus est Chri duodecim eius Ap̄lis? Si mihi nō credas, audi sanctū patrē Diony. discipulū ap̄li Pauli, qui quas laudes eius tāgere nō auderet, dicit excellēti nomine eā esse sanctā sanctorū omnīū cōmunionē ecclesiæ. 3. c. ecclesiasticæ hierarchie Dionysius. In fine aut̄ omnīū summus sacerdos ad sacratissimā Eucharistiā vocat perfectū: & p̄fectiorū mysteriorū ipsi tradit cōmunionē. Sed euge, qm̄ huiusmodi cōmemoratio q̄dem erat, nō mihi iustū est trāscurrētī hierarchicorū quid ante eā laudare. Etenī est scdm gloriosum nostrū magistrū hostiarū hostia. Et oportet ante alias eā sacrē scribēs exponētē ex diuina iuxta eloquia, & hierarchica sciētia in sacrā eius ascēdere diuino spū cōtēplationē. Et primū quidē hoc sacrē inspiciamus, p̄pter qd cōmune alijs hierarchicis teletis discretē huic vltra cæteras deputatur, & singulariter p̄dicatur cōmunio & synaxis. A V T H O R. Teleta, quæ hic dicit, etiā in literalincolniē. habetur. Dionysius. Eucharistia est telete omnīū teletarū: & quomō singulariter annūtiatur cōmunio. A V T H O R. In p̄dicto textu dicitur hostia hostiarū de trāslatione Ioannis Scoti. in trāslatione veteri est cōsecratio cōsecrationū, secundū Ioannē Saracēnū p̄fectio p̄fectionū, & ex trāslatione Vercellenis. Similiter S. Thomas. Quòd

2 ¶ Eucharistia est p̄fectio p̄fectionū, nec ante illā aliquod aliud sacramētū est laudādū. Itē q; ipsa singulariter dicitur cōmunio, vel cōgregatio, cū hoc alijs sacramētis sit cōmune, & quare. Cōmunio quidē, vel cōgregatio rectē dicit, quia varias vitas, vel p̄sonas diuinitus adunit. Quod aut̄ alijs est cōmune, meritō ei attribuit, quia aliorū sacramentorū p̄fectio ex ipsa dependet. Nam alia sacramēta cū celebrantur, cōsummatio fit in missa. Similiter quāuis oīa sacramēta illuminationē habeāt, tamē specialiter baptismus illuminatio dicitur: quia inītiū, & quasi fundamētum est aliorum sacramentorum. Hæc ille. A V T H O R. Hic in compēdio succinctē descripsit doctor sensum Dionysij in p̄dicto cap. quo p̄bare laborat Eucharistiā esse cōsecrationē omnīū cōsecrationū, & q; antonomasticē dicitur esse cōmunio inter omnia sacramēta, cū tñ nomē cōmunionis genera

generali ratione cunctis conueniat. Vnde lib. 7. de baptismo cōtra Donatist. respon. 45. A u g u s t i n u s . Communionē credo eam dicit, quæ per tinet ad colūbæ societatem. Nam in participatione sacramentorū procul dubiō cōmunicabāt eis, neminē iudicātes, aut à iure cōmunionis aliquē, si diuersum sentiret, amouētes. Hæc ille. A V T H . Ita puto cōmunionē sanctorū intelligēdā in symbolo pro cōmunionē omnīū fidelīū in omni re sancta, siue fide, siue charitate, siue itē sanctis orationibus, sed maximē in participatione sacramentorū. Inter quæ maximē seruit articulo ille cōmunionē Eucharistiæ scdm Dionysiu in hoc loco. Vñ in principi. cōmēti Lincolniē. Omnis alia telete virtutē huiusmodi cōgregationis & reductionis ad Dei cōmunionē & p̄fectionis ab hac telete suscipit, quæ primō per se & principaliter est nostri ad Deū cōgregatiua, & cōmunicationis ipsi⁹ effectiua. In hac em̄ telete est vera caro nri Saluatoris, quā assumpsit de virgine, in qua passus, nos redemit, nō diuisa ab anima, nec à deitate, sed inseparabiliter vnita: & sic est in ea Dei filius, Deus & homo p̄fectus, q; nostrā assumēs humanitatē, nos cōiunxit, & cōmunicare fecit secū in vna natura, & redonans nobis suā carnē singularē ad comedendū, congregat, & cōiunit nos cum sua singulari p̄sona, vt oēs simus vnū in Chri in eius p̄fectione p̄fecti, & in eius cōmunicatione cōiuniti, & cōgregati. Meritō igit̄ huic telete, q; ipsa primō principaliter est nostri ad Deū cōgregatiua, & cōmunicationis ipsius effectiua, & p̄fectiua, alijs teletis ex sua virtute tribuēs horū efficientiā, appropriatur p̄ excellentiā nomē cōmunionis. Hæc ille. A V T H O R. Quā dulciter, q; q; perspicua fide elicit Lincolni. de dicto textu sacri Dionysij planissimā & peculiarissimā veritatē de fide Eucharistiæ! Ita vt ad probandū Eucharistiā esse principaliter cōgregatiuā nostri ad Deū, & effectiua cōmunicationis ipsius, assumpsit, q; in ipsa est vera caro nri Saluatoris, quā assumpsit de virgine inseparabiliter aīa eius, & diuinitati vnita. Et in ea nos cōmunicare secū facit, cū redonat nobis suā carnē singularē ad comedendū: & sic cōiunit nos cū sua singulari p̄sona. Hic iā videtis vñ assumpsit p̄ Hilarius. 7. lib. de Trinit. cū p̄bare oēs fideles per assumptionē sacræ Eucharistiæ nō solū per grām, sed p̄ naturā p̄prietatē, & verā substantiā Christo vnitos. Ita hic dicit: redonat nobis suā carnem singularē ad comedendū, & cōiunit nos cū singulari sua p̄sona. Hæc itaq; erat fides antiqui p̄ris Cyrilli exponētis illud Luc. 2. 2. Hoc est corpus meū, qd̄ pro vobis &c. vbi, Igit̄, inquit, viuifi-

catiū Dei verbū vniens seipm proprie carnī, fecit eā viuificatiuā. Nunqd ergo & qm̄ in nobis est vita Dei verbo existēte in nobis, viuificatiuū erit nrm corp⁹? Sed aliud est scdm participationis beatitudinē nos habere in nobis Deū filiū, aliud ipsum fuisse factū carnē, id est, corpus sumptū ex alma virgine propriū corpus effecisse. Decebat ergo eū nostris quodāmodo vniri corporibus p̄ sacrā ei⁹ carnē, & p̄tio sum eius sanguinē, quæ accepim⁹ in b̄ndictionē viuificatiuā in pane & vino. Ne em̄ horrescerem⁹ carnē & sanguinē apposita sacris altarib⁹, cōdescēdēs de nostris fragilitatib⁹ influit oblati vim vitæ, cōuertēs ea in veritatē p̄prie carnis, vt corpus vitæ quasi quoddā femē viuificatiuū inueniat in nobis. Vñ subdit, Hoc facite in meā cōmemorationē. Hæc ille. A V T H . Quā fiducialiter loquit̄ sanctus Patriarcha Cyrillus exprimit̄ fidē antiquorū dierū suorū. Decebat, inq; Christū nostris vniri corporibus per carnē & sanguinē, quæ accepim⁹ in b̄ndictionē viuificatiuā in pane & vino, id est, in speciebus panis & vini, scdm regulā Damasceni: ita vt caro Christi in sacramēto nō solū spūaliter comedit, vt callidus Witcleff dicit, in telligēs figuraliter, sed corporib⁹ vnū nostris (ait Cyrillus) scdm nostrā substantiā & naturā carnis, ipm̄ reficiēs, nō seipfam cōsumēs: & ita efficit cōmunionē nri corporalē ad Christū: qd̄ nullū aliud poterit sacramētū. ideō est excellēter dicta cōmunio, scilicet, p̄pter rē ibi nō solū signatā, sed cōtēntā. Vñ sup eodē cap. Diony. in cōmē. partis. 1. Lincol. Ipsa Eucharistia est telete teletarū omnīū dignissima, & maxima, p̄pter rē omnīū dignissimā & maximā in hac telete cōtēntā. Est sem̄ Eucharistia secū dū beatū Ignatiū caro Saluatoris nri Iesu Christi pro peccatis nris passa, quā benignitate p̄ resuscitauit. Hæc ille. A V T H . Iste idē sanctus p̄ antiquo discipulo sancti Ioānis, sicut & Dionysius Pauli, nō dicit Eucharistiā esse putribile panē, nec sub tropo carnē Chri, imō p̄pter vtrūq; errorē (vt supra habet) vocauit quosdā sui t̄pis Anthropomorphos, sed ipse dicit esse sine figura verā carnē Chri: ideōq; scdm Lincolniē. est omnīū teletarū maximē in re cōtēta. Et scdm hāc ipsam sententiā declarat itē fidem Romanę ecclīæ scdm dies antiquos. 5. à beato Petro Romanus Pōtifex Alexander. Nihil, inq; in sacrificijs mai⁹ esse potest, q; corpus & sanguis Chri: nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura cōsciētia dño offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab omnibus venerāda: & sicut potior est cæteris, ita potius excoli, & venerari debet. Hæc ille. A V T H .

Dionysius.

Lincol.

S. Thomas.

Lincol.

Ignatius.

Alexander Papa.

AVTHOR. Quid dicit ad ista de huius excellentia sacramenti Wicleff cum figuris & tropis? quia comparando sacramenta secundum suas naturas, quomodo præcellit Eucharistia vnctiōe, quæ est de pretioso balsamo in natura? Comparando autem sacramenta secundum figuras, vel virtutes, quomodo item præcellit hoc illud, cum illud significat, & efficit il lapsum Spiritus sancti, qui infinite melior est, & potior carne Christi? Ex hoc planè euidet de necessitate intelligi sacramenta secundum ea, quæ per naturam sunt, & cōtinent reuera, exclusa tali figura, per essentiam. Sacramentū 5 Tenim Eucharistiæ re ipsa continet, & est vera Christi caro, & verus sanguis eius per essentiā, omne aliud sacramentū gratiam aliquam administrat, sed per essentiam nihil cōparādum continet carni Christi. Hæc igitur prima ratio est sancti Dionysij iuxta expositionem *Licoleniensis*, quare sacra Eucharistia est per antonomasiam communio. Alias duas addit, nō à rei proprietate collectas, sed magis ab industria ministrantis. Primò, quia sacerdos Eucharistiā fumat, & quā ipse sumpsit, cōmunicat alijs, quæ in sacramētis alijs nō contingit. Nō em̄ est necesse presbyterū volentē baptizare primò baptizare seipm̄. *Lincolniē.* Hierarcha discooperiēs sacra Eucharistiā, & benedictionis calicē, quæ virtus diuina operans in verbis hierarchę operata est, ipse hierarcha venit in sacramunionem, & alios prouocat in communionem eorundem donorum, participans autem ipsemet videlicet communicando, & tradēs alijs hierarchicam communionem, id est, corpus & sanguinem Christi, per quæ (vt præ tactum est) cōmunicamus Deo. Hæc ibi. AVTHOR. Secunda ratio, quia omnis alia sacramentatio requirit istā in fine, nec sine ista perficitur: imò sine ista est imperfecta, ergo potissimè debuit dici communio. Antiqua translatio sic habet. *Dionysius*. Nō enim est ferre quæquam perfici consecratione hierarchica, nisi diuinissima Eucharistia in capite per singulos perfectorum in vnā perfecti sacroparantis cōgregationem, & à Deo tradita muneris per fectorū ministeriorum perfectoparatione ad eius communionem. *Lincolniē.* Non enim ferè aliquam perfici teleten hierarchicam, nisi diuinissima Eucharistia sacrè perficiente eam: hoc est, cōsummante communionem ipsius per virtutem à Deo traditā ipsi Eucharistiæ. Hæc ille. AVTHOR. Demum confirmat post prædicta, quòd sacra Eucharistia transcendenter inter omnia sacramenta potest dici communio, quāuis in omni sacramento sit nostra cō-

munio ex hoc, quòd sacramentum baptismi singulariter dicitur illuminatio: & tamen omne sacramentum nos illuminat. In quibus omnibus discernendum intueor, quòd sacra Eucharistia præcipuum, atq; primum locum inter sacramēta sub nomine sanctorum communionis in symbolo Christianorum obtinuit, vbi dicitur, Credo sanctorum communionem. Cætera verò, quæ magis directè ad remissionem peccatorum ordinantur, specialior tenet articulus, cum subiungitur, Remissionem peccatorum. Et tunc quantum restat periculi, apud quem est tam plana violatio sacramenti? Omnem enim gratiam charitatis, quam habebat Christus ad nos, & nos adinui cem, sancta Eucharistia continet re & signo. Et quid eminentius inter dilectionis insignia esse potest? dicente Christo, qui nobis in hoc sacramento ponit ad edendum carnem & sanguinem, Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vnde quarto sententiarum cap. 5. *Damasenus*. Communio, inquit, dicitur, & est verè, propterea quia communicamus nos per eam Christo: & quia participamus eius carne & deitate, & quia communicamus, & vnimur ad inuicem. Quia enim ex vno pane omnes assu mimus vnum corpus Christi, & vnum sanguinem: & adinui cem membra generamur, incorporati Christo existentes: omni igitur virtute custodiamus, ne assumamus metalipsum, id est, assumptionem hæreticorum, neq; tradamus. Non enim date sanctum canibus (ait Dominus) neq; eijcite margaritas vestras ad porcos: vt non participes cacodoxiæ, id est, malæ opinionis, & condemnationis efficiamur. Hæc ille. AVTHOR. Huic igitur tantæ excellentiæ sacramento rogo Iesum omnipotentem, ne vnquam ingratus inueniar obice fidei, siue morum. Cui acceptum fero, quòd quotidie sum si quid sum. Eius enim gratia sum quicquid sum. Hæc agni caro (confiteor) me ab Ægypto vitiorum nutu suæ virtutis eduxit. Hic agni sanguis vtrunq; postem tinxit, tam corpus meum, quàm animam: ne ab angelo exterminatore inter coæuos meos in primo flore perirem. Et cum alios murmurantes contra tantum Dei munus per nauseam incredulitatis audirem, hos esse perpendi, de quibus ait Psalmista, Adhuc escæ eorum erāt in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Idcirco proposui nō colligere mihi sanctum manna in Sabbato, quia profundas quæstiones diuinissimi sacramēti die, quo mihi quies indicitur, secundum illud, Altiora te ne scrutatus

Sanctorum
communio

Damasenus

tatus fueris: malui plena fide occultè dimittere, quàm temerè ventilare: quousq; feriam laborandi in sanctis libris Deus annueret, quorum fide, & certitudine contra omnes molitiones hæreticas, aut dubitationes innatas copiosis sententijs fidei nostræ communis præptuaria redundarent. O quantus dominus, & quàm gloriosa maiestas: cuius est tam præcella caro, & sanguis purpureus ornans genas! Ad *Augustinum* me conuerto, vt de hac re loquar ad dominum, quod habet in speculo ecclesiæ. cap. 11. dicens, Reliqua sacramēta, quæ tenentur in ecclesia tua domine, stupēda sunt, & veneranda, sed istud tuum sacramentum præcellit vniuersis. Hoc nempe tuæ indiuiduæ Trinitatis mysterium, & illud cælestis mē sæ sacramentum, quod fideles & pias animas pascit carne, & potat sanguine, ne esuriant, neq; sitiant in æternum: fac me domine Deus meus pura ac simplici conscientia præcipuè inter cætera sentire, ac credere, fumere, & retinere. Ne sinas domine, quæso, fidem in eis meam vacillare: sed ita semper in eis, & de eis, prout est tua tribuas mihi potestate credere, ac intelligere, sicut veritas se habet. Hæc ille. AVTHOR. Bono ergo ordine postquam tractauimus de hac hostia hostiarum, & inter omnia sacramenta præcipuo, properemus ad alia.

Augusti.

De Sacramento Baptismi.

De sacramento Baptismi in aqua, quòd requiritur ad salutem: & de hæresibus in hac materia.

CAP. XCVI.

SVMMA.

- 1 Doctrina quomodo præcedebat, & Baptismus sub sequebatur ex Christi præcepto.
- 2 Hæresis prima Wicleff de baptismo, recensetur. Et quomodo in hac perfidia habeat Manichæos patronos.
- 3 Hæresis quedam circa baptismum, narratur. Et quid contra hæc dicat Bernardus.

- 4 Hæreses multæ de baptismo describuntur.
- 5 Baptismus q. sit sacramentum necessitatis.
- 6 Wicleff, qui dicit Augustinum solum reputatiuè loqui, quicquid de necessitate Baptismi scriptum est, confutatur.



Baptismi sa-

cramentū iam ingredior, non æquo forsan tramite, nec mea sponte, profiteor, sed cum sancta Hæster, quæ & ipsa dixit, Ingrediar ad regem contra legem: quia nec furē caperē, nisi post eum currerem. Idcirco & in Numeris scribitur, quia Phinees diuinæ vltor iniuriæ ingressus est post virū Israëlitam in lū panar, & perfodit ambos simul. Hac ergo occasione in tractādo de sacramentis, ordinē ecclesiæ prætermittens, quæ ritè in cunctis suis tractatoribus Baptismū solet præmittere tantquam ianuam Sacramentorū: post istū Wicleff ingredior, qui de Sacramētis tractaturū se dicit secundum suam institutionē in esse. ca. 11. quarti Trialogi. Non procedis, inquit, secundum ordinē, quo sacramēta superius recitasti, sed potius secundum ordinē, quo sacramēta in scriptura sacra expressius sunt fundata. Ideò dicendū post sacramentū Eucharistiæ videtur esse euidentius de Baptismo. Hæc Wicleff. AVTHOR. Si quis consentaneus Wicleff dicat non esse sententiam phrenesis eius, quam solam ipse sustinet: saltē facta eius probāt, q. eam sustineat: quia sic procedit: attamē nouerit se deceptū, quia sacramentū Baptismi quousq; erat post resurrectionē promulgatū, fuit tñ fundatum cū omni necessitate iubētis, vbi Christus primò dixit, Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spū &c. De origine animæ ad Renatum, *Augustinus*. Ex quo autem ab illo dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō potest intrare regnū Dei. Et alio loco, Qui perdidit animā suā propter me &c. nemo fit mēbrum Christi, nisi aut baptisate in Christo, aut morte pro Christo. Hæc ille. AVTHOR. Hic notet lector primò, q. mēbra tio Christi nō ex sola fit prædestinatione eius æterna ad gloriā: sed fit tēporaliter per media sacramenta. Tandē notare potest Wicleff, q. ordinē sacramentorū enarrat, sed in hoc tā indigeste, q. manifeste obuians institutiōis imperio, qui primū omnium ritū dixit tā quo ad doctrinā, q. ad vsum, Baptismatis sacramentū: sic iubēs Apostolis, Ite, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti.

Augustin.

Y ritusan

ritus sancti. Bene enim monuit quid primitus facerent, qui docerent, quando post doctrinam susceptam, sine mora, sine dilatione iubet accelerare baptismum. Docete, inquit, baptizantes eos. vbi in commentario Matthæi Hieronymus. Ordo præcipuus iussit Apostolos, ut primò docerent omnes gentes: deinde fidei tingerent sacramento: & post fidem, ac baptismum, quæ essent obseruanda, præciperent. Ac ne putemus leuia esse, quæ iussa sunt, & pauca, addidit, omnia quæcunq; mandauit vobis, ut qui crediderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant, quæ præcepta sunt. Hæc ille. A V T H O R. Alius est ergo ordo conditoris, alius ordo rei conditæ: nec omnino conueniunt. Habet omnipotens penes se quod alijs denegat: nec passim omnibus factorum suorum imitamenta communicat. Volo tamen, ut dixi, surgere cum Phinees de medio multitudinis ecclesiæ Christi Iesu: & pariter Witcleff, & scortatæ sectæ eius tabernaculum peccatorum ingredi: si quo modo valeam pugione sacerdotis summi perfodere adulteros verbi Dei. Prima hæc eius iniquitas est, necessitatem negare baptismi. Habet tamen doctrinam istam sub verbis, ut solet, ambiguis occultatam. Arguit enim. 4. Trialogi. cap. 2. quòd derogare videtur diuinæ libertati, atq; potentia, quòd Deus non posset intercedente toto merito suo, atq; passione, saluare infantem, vel adultum fidelem, nisi à vetula, vel alio viante baptizetur communiter infideli. Ad hoc aut respondens in subsequente cap. Dico, inquit, ad primū istorum obiectuū, quòd videtur mihi probabile, quòd Christus satis posset sine lotione huiusmodi infantes spiritualiter baptizare: & per consequens potest saluare. Hæc Witcleff. A V T H O R. Ne aut fucata verba reputationis, vel probabilitatis, aut de potentia Dei, quæ ibi instaurat ad fraudem fidelium excusationis sibi vicem obtenderent: adduco illud, quòd alibi satis absolutè pronūtiat. Dicit in opere sermonum epistoliarum, sermone. 6. Si obijciatur, quòd propria baptizatio in aqua materiali non absolutè requiritur: ego confiteor, quòd sufficit baptizatio flaminis per meritū, & effluxum aquæ materialis de latere Saluatoris. Roma. 5. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, baptizati sumus in morte ipsius. Hæc Witcleff. A V T H O R. Dicit propria, dicit absolutè, ne quisquam defensor eius dicat non esse iniuriam sacramento: quia in comparatione maioris non est propria, & quæ conditionem requirit facultatis, & horæ, non requiritur absolutè. Sed au-

diat fautor mali quod sequitur: quia sufficit, inquit, baptizatio flaminis. Si ergo hoc ex institutione principalis agētis sufficiat: aliud quodcunq; sit ita non requiritur, ut si adsit, superfluat adiuncto. Item ad hoc facti sui exemplo. Non est sincerior interpret verbi, quæ correspondentia facti. Moderni enim Pragenses Witcleuistæ, ut ferūt, qui inde veniūt iā ab anno elapso septimo, publicè non baptizant. Circa exercitiū igitur huius sacramenti duæ erant ab initio hæreses extremales. Primā isti sustinent, sed non primi. Imò habet in hac perfidia Manichæos patronos, prout scribit in libro hæresum, cap. 46. Augustinus. Baptismum in aqua nihil cuius salutis perhibent afferre, nec quem eorum, quos decipiunt, baptizandū putant. Hæc ille. A V T H O R. Alius quisquā docuit tam necessariam homini regenerationem in aqua, ut nullo modo sine ea, vel eius vice martyrio, regnū posset obtinere cælorum, quacunq; fide mente conuerteretur ad dominum, præuentus fors mortis articulo, ne posset consequi quod volebat. De quo habet Hugo libro secundo de Sacramentis: & per hoc magister in quarto. Plenius autem Bernardus epistola in ordine epistolarum. 69. quæ incipit, Si tibi videor tardius rescripsisse. vbi dicit, Scribis quem affere, nescio quem, nam non nominas. Ex quo primum dictum à domino legitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum: ex eo neminem absq; eodem præcepto actualiter visibili sacramento, vel eius vice martyrio nullatenus potuisse saluari: etiam si fortè illud quispiam iam vera fide & contritione cordis expectet, sed præuentus mortis articulo, assequi, quòd cuperet, non valeret. Et infra. Pro certo enim non aliunde martyrium nisi ex fidei merito illam obtinuerit prærogatiuam, ut singulariter vice baptismi securè suscipiatur, non video cur non ipsa æquè, & sine martyrio apud Deum tantundem possit: cui & sine martyrii probamento proculdubio innotescit. Possit sane tantundem dixerim, quantum ad salutem spectat obtentam: non autem ad meritum illum, quòd indubitanter martyrium antecellit. Legimus, Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et iterum. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Quid planius, quòd voluntas pro facto reputetur, vbi factum excludit necessitas? Nisi fortè putetur in malo, quàm in bono efficacior inueniri voluntas apud Deum, qui charitas est: & promptior esse ad vliscendum, quàm ad remunerandum

randū miserator & misericors dominus. Quo modo is, qui alieno teneri se debito fortè in extremis positus recolit, si desit vnde perfoluat, sola nihilominus poenitentia, & cordis contritione obtinere veniam creditur, ne iam pro eo damnetur. Sic sola fides, & mentis ad Deū conuersio, sine effusione sanguinis, & sine aquæ perfusione, salutem sine dubio operatur volenti, sed non valenti, prohibente articulo, baptizari. Et sic nulla poenitentia remittitur illi peccatum, si, cum possit, non percipit sacramentum: quanquam & fidem conuincitur non habere perfectam, si negligit. Vera enim, & plena fides, vniuersa præcepta complectitur. Est autem hoc vnum ipsumque; præcipuū ex præceptis. Meritò ergo non fidelis, sed plane rebellis, atq; contemptor reputabitur, quisquis obedire renuerit. Quomodo denique fidelis, qui Dei contemnit sacramentum? Hæc ille. A V T H O R. Ad istas item propinquant aliæ variæ hæreses de baptismo, sicut est Pelagianorum, quæ non baptizat pueros in remissionem peccatorum, sed propter introitū in regnum cælorum: sicut habes ex Augustino contra Iulianum, & de baptismo paruulorum. Quidam non baptizant, nisi differant vsq; ad mortem, sicut Constantinus, ut habet Ambrosius libro de obitu Theodosij: quorū ratio hæc erat, ut sic omnibus peccatis abolerentur per baptismum, cum paucissimis abhinc irent, non aduertentes, quòd si cum paucis criminibus, saltem paucissimis meritis præsentibus fierent iudici meritorum. Et nihilominus omnium peccatorum erit summum: indulgentiam principis prolongare in funiculis peccatorum. Donatistæ item hæretici econtrariò baptizabant, faciētes irritam primam fidem: de quibus habet Augustinus de vnico baptismo. Sunt & Marcionistæ: de quibus in libro Pinax. 42. dicit Damascenus. Baptisma dant non solum vnum, sed duo, & tria post lapsum. Pro mortuis autē, & catechumenis alij apud ipsos baptizantur: intimidè verò apud ipsos mulieres prouocatur lauacrum dare. Hæc ille. A V T H O R. Hæc, & plures his hæreses de lauacro baptismali poterunt inueniri, sicut eorū, quos libro de definitionibus rectæ fidei. cap. 12. enumerat Augustinus. Illos, inquit, qui non in sanctæ Trinitatis inuocatione apud hæreticos baptizati sunt, & veniunt ad nos, baptizare oportet. Neque enim credendum est eosuisse baptizatos, qui non in nomine patris, & filij, & Spiritu sancti iuxta regulam à Deo positam sunt tincti, ut sunt Paulianitæ, Procliani, Burboritæ, Siphorisi, Fotiniati: qui nunc vo-

cantur Bonosiani, Montani, & Manichæi: varia impietatis germina, vel cætera istorum originis siue ordinis pestes, quæ duo ignota sibi principia introducunt, ut Cerdo, & Marcion: vel contraria, ut Manichæus: vel tria barbara, ut Secianus, & Theodotus: vel multa, ut Valentinus: vel Christum hominē fuisse absq; Deo, ut Cherinthus, Hebion, Artemon, & Photinus. Ex his, inquam, si qui ad nos venerint, non requirendum ab his, utrum baptizati sint, an non, sed hoc tantum, si credunt in ecclesiæ fidem, & baptizentur ecclesiastico baptismate. Hæc Augustinus. A V T H O R. Oēs ij ad extrema præcæcta festinant: quia aut minus, aut nimis asserunt infra idem, vel supra. Sola autem veritas orthodoxa ambulat viam iustam, scilicet neque ad dexteram, neque ad sinistram, sed inter medium montium pertransibunt semper aquæ catholicæ, dicentes baptismum esse sacramentum necessitatis quibuscunq; post Christum adepturis statum felicitatis æternæ, factò si poterunt, si non poterūt, voluntate. Vnde libro de fide ad Petrum, cap. 60. Augustinus. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem vitam habituram æternam, qui non hinc à malis suis fuerit per poenitentiam, fidemque conuersus, & per sacramentum fidei & poenitentia, id est, per baptismum liberatus, & maioribus quidem necessarium esse, & poenitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere, & sacramentum baptismatis accipere. Paruulis verò, qui nec propria voluntate credere, nec poenitentiam pro peccato, quòd originaliter trahunt, agere possunt, sacramentum fidei, & poenitentia, quòd est sanctum Baptisma, quandiu rationis eorum ætas capax esse non potest, sufficere ad salutem. Hæc ille. A V T H O R. Et libro de baptismo paruulorum, cap. 30. Augustinus. Qui habet filium, habet vitam. Qui non habet filium, non habet vitam. Non igitur solum regnum cælorum, sed nec vitam paruuli habebunt, si filium non habebunt: quem nisi per baptismum eius habere non possunt. Hæc ille. A V T H O R. Docili cuiilibet Christiano posent authoritates istæ tam fortes, & validæ ad credendum sufficere: sed non est talis, cum quo luctamur ad præsens. Præstituit sibi obicem ne saluetur dicēs absolutè: Augustinum quicquid in his duobus libris scripsit de necessitate baptismi, solum reputatiue loqui, non autē definitiue. Hoc autē cap. illo. 1. 2. quarti Trialogi sic dixit, Quantum ad multa dicta ma-

Hieronym.

Hæresis prima Vitcl.

V Vitcl.

Pragenses

Augustinus contra Manichæos. Hæresis altera.

Bernardus

Hæreses alia.

Damascenus.

Augustinus.

Augustinus

Augustinus

V Vitcl.

gni Augustini specialiter in de baptismo paruulorum: & in de fide ad Petrum: potest dici, q̄ reputatiue loquitur, vel conditionaliter, si taliter Deo placet. Hæc Witcleff. AVTH. ⁶ Ecce q̄ facile vno verbo glossæ suæ popularis totam auctoritatem vtriusq; libri, ne quis per eam teneretur, absoluit. Nec tantum horum duorum: sed quis omnium librorū eius dicta & scripta hac responsione declinare nō poterit? dicens hoc vel hoc non sic definit, sed leuiter reputat Augustinus. Sed dicat mēdax, dicat hæreticus, si leuiter reputat, & non definit, cur non possit bonus Christianus ferre dicentem oppositum? Ipsemet Augustinus non putat aliquem Christianum ferre posse contrarium asserentem, in eodem libro. cap. 13. Quis, inquit, Christianorum ferat, cum dicitur ad æternam salutem posse quenquam peruenire, si non renascatur in Christo: quod per baptismum fieri voluit eo iam tempore, quo tale sacramentum constituendum fuit regenerandis in spem salutis æternæ? Vnde dicit Apostolus, Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et infra. Sine ergo regeneratione saluos in æternum posse paruulos fieri, quis audeat affirmare, tanquam non pro eis sit mortuus Christus? Hæc ille. AVTHOR. Vide modò si ista sint verba leuiter reputantis: quis Christianorum ferat: & iterum quis audeat affirmare? Contra Pelagianos hæreticos iam arguit Augustinus: & ipsi non audebant affirmare, quod audax Witcleff affirmat: quod si affirmassent, Christiani tunc temporis non tulissent. Quis, inquit, Christianorum ferat? Et in libro. 3. cap. 5. per certissimam auctoritatem diuinam confirmat sententiam illā pro fide Augustinus. His atque huiusmodi alijs, que nunc prætereo testimonij diuina luce clarissimis, diuina auctoritate certissimis, nonne veritas sine vlla ambiguitate proclamat, non solum in regnum Dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam æternam posse habere præter Christi corpus: cui vt incorporentur, sacramento baptismatis imbuuntur? Nonne veritas sine vlla dubitatione testatur non ob aliud eos ad Iesum, hoc est, ad Saluatorem, & ad medicum Christum pijs gestantium manibus ferri, nisi vt per medicinam sacramentorum eius possint à peccati peste sanari? Hæc ille. AVTHOR. Si ista sunt verba leuis reputationis, iudicet omnis homo, saltem attendat, quòd necessitatem baptismi sacramentalis non leuiori pondere reputat

Augustin.

Idem.

Augustinus, quàm vt illam veritas sine vlla dubitatione testatur: & item veritas sine ambiguitate proclamat: & item, quam testimonij diuina luce clarissimis, & diuina auctoritate certissimis confirmatam pronuntiat. Clarus item liber ille de fide ad Petrum, qualiter potest in glossa illa refelli, quòd sit nisi reputatiue descriptus, cum per singula eius capitula firmiter credere mandet & hoc & illud? Imò nec sufficere arbitrat, si dixerit positiuè firmiter, nisi pondus augendo dixerit superlatiuè, firmissimè crede: & adhuc tollens omne ambiguum: & nullatenus dubites nullum hominem vitam æternam accipere, nisi per baptismum liberatus &c. Adde glossam tuam, quia ego non firmissimè credo, sed aliquatenus dubito, vel tantum reputo quod iam dixi. Quis ferat istam glossam nugacem, & tam manifestè mendacem? Videat item fidelis quisquam causam scribendi hunc librū, & ordinem attendat: principium attendat, & finem: & ipse non tantum reputabit, sed sciet librum istum potius esse definitionum fidei, quàm reputationum. In principio enim sic habet Augustinus. Epistolam fili tuæ charitatis accepi, in qua significasti velle Hierosolymam pergere, & poposcisti te literis nostris instrui, quam debeas in illis partibus veræ fidei regulam tenere, vt nullus possit tibi sensus hæreticæ surrepere falsitatis. Sequitur infra. Spero, quia sicut tibi dedit huius fidei sanctam sollicitudinem, sic etiam mihi, vt tuo tam bono, tamq̄ laudabili seruiam desiderio, sufficientem tribuat facultatem, vt & si non potuero cuncta dicere, ex quibus omnis error possit agnosci, & agnitus vel conuinci valeat, vel vitari: tamen in nomine, atq; adiutorio sanctæ Trinitatis &c. ea dicam, in quibus te fatiem, & magna ex parte ratio catholicæ fidei constet sine aliquo erroris caligine contineri. Hæc ille. AVTHOR. Jam videamus quomodo librum claudit in fine. Hæc interim. 40. capitula ad regulam veræ fidei firmissimè pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter patienterq̄ defende. Et si quem contrarium his dogmatizare cognoueris, tãquam pestem fuge, & tanquam hæreticum abijce. Ita enim ista, quæ posuimus, fidei catholicæ cōgruunt: vt si quis non solum omnibus, sed etiam singulis voluerit contraire, in eo, q̄ singulis horū contumaciter repugnat, his contraria docere non dubitat, hæreticus fidei Christianæ inimicus, atq; ex hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat. Hæc ille. AVTHOR. Cessio probare, q̄ Augustinus hanc certissimā fidem

Augustin.

Augustin.

fidem de necessitate laticis baptismalis in hoc loco non tantum reputat, sed definit: & æquè nostrū Witcleff definit hæreticum fidei Christianæ inimicum, ac omnibus catholicis anathematizandum: quia quibusdam capitulis de quadraginta prædictis dogmatizat oppositum. Huc item posset accedere, quòd in libro illo, qui inscribitur, non de reputationibus, sed de definitionibus rectæ fidei prædicto nostro capitulo huius libri quadragesimū primum capitulum concorditer ita definit, dicens, Baptizatis tantum iter esse salutis, nullū catechumenum, quanuis in operibus bonis defunctum, vitam æternam credamus habere, excepto martyrio, vbi tota Christi baptismi sacramenta complentur. Hæc ille. AVTH. Sed & quomodo isti definitioni Witcleff se obijcit, videbimus consequenter.

Idem.

Quòd baptismus flaminis absolute non sufficit, excluso baptismi fluminis, ad salutem.

C A P. X C V I I.

S V M M A.

- 1 Baptismus flaminis, q̄ absolute non sufficiat ad salutem, excluso baptismi fluminis, contra Witcleff ostenditur.
- 2 Massilianorum quorundam perfidia circa baptismum Spiritu sancti ex Damasceno recensetur. Et quomodo illi, q̄ Witcleff in hoc presumes in se; ad contemptum, uel negligentiam sacramenti fluminis, damnabiliter errent, Augustini quamplurimis auctoritatibus demonstratur.
- 3 Baptismus Witcleff insensibilis q̄ non sufficiat ad salutem. Et plura de hoc ibi.
- 4 Spiritu sancti gratia q̄ suos habeat gradus; ex Augustino.



icit enim in eodem cap. 12. quarti Trialogi. Baptismus flaminis est baptismus Spiritu sancti. Item duo baptismi priores sunt vt signa antecedentia, & ex suppositione necessaria ad istum tertium baptismum flaminis. Ideò absq; dubitatione: si iste insensibilis baptismus affuerit, baptizatus à crimine est mundatus, & si ille defuerit, quantumcunq; adsint priores, baptismus non prodest animæ

V Witcleff.

ad salutem. Ideò cum iste sit insensibilis, & tantum nobis incognitus, videtur mihi imprudens præsumptio taliter damnationem hominis, vel saluationem ex baptismo definire. Hæc Witcleff. AVTHOR. Videtur aliquid iuxta catholicā fidem loqui in prioribus, sed quid in his velit, consequens manifestat, quòd omnes definitiones fallunt patrum & scripturarum, quæ dicunt hominem periturum, si nō fuerit regeneratus in aqua: quia ex nobis dubio baptizatur baptismi illo flaminis nobis incognito, & minus erit apud Christianos baptismi sacramentum, quàm circumcisio Iudeorum, quæ tantum figura erat sequentis nostri baptismi: quia sine illa non potuit facere circumcisio spiritu, quin anima illa periret de populo. Vnde libro. 6. contra Iulianum cap. 8. Augustinus. Attestetur ipse infans, & tacens dicat, Peritura est anima mea de populo meo, si non fuero circumcisus die octauo. Quid ergo originale peccatum diffitemini, & iustū Deū fatemini? Quid peccauerim, dicite huic infanti tacitè clamanti: quoniam loquacitas vestra nulla rationabili voce respondet: voces potius vestras apostolicis nobiscum vocibus adiungite. Hæc ille. AVTHOR. Testè ergo lege, & paruuli conscientia teste, peritura erat anima eius de populo, si non fuerit circumcisus die octauo. Scio ex lege Ieremiam, sanctū Spiritum accepisse, & sanctificatum ex vtero. Scio & Ioanni Baptistæ promissum cælitus, Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: nec sic tamen deletum erat chirographum veteris delicti, quominus oportuit eū circumcidi cum alijs die octauo. Witcleff autem supponit quenquam quasi passim posse suscipere Spiritum sanctum: & per hoc nō indigere baptismo. Interim vt surripiat catholicis facultatem iudicandi de aliquo sine baptismi dānando: Videtur, inquit, mihi imprudens præsumptio &c. Videtur autē mihi multū damnanda præsumptio cōtra Christū, & ecclesiam eius, aduentū Spiritu sancti talē statuere, qui Christi euacuet sacramentū. Et hanc scio fuisse Massilianorū quorundam perfidiam, vt Damascenus scribit in lib. centū hæresum, cōtra hæresim. 80. dicēs, Neq; enim in baptismo ecclesiæ, vel clericorū orationibus Spiritum sanctum omnino dicūt recipere baptizatos, nisi ipsorū orationib; laboriosis cōmunicauerint: & accipere utiq; quandā, etiā sine baptismo Sancti spiritus cōmunicationē, si permanere cū ipsis voluerint, & illorū erudiri ritu, presbyteris quibusdā dicentibus ipsis, quoniā in fide Spiritum sanctum confitemur, & nō sensu, re-

Augustin.

Damascen.

promitti etiam ipsi per eam, quæ cū ipsis oratione tradendū fore sensum spūs. Tātus aut est ipsorū elationis tumor, q̄ participantes apud ipsos volunt sensu spūs beatificari ab ipsis vt p̄fectos, & ab omni peccato liberos, & meliores. Hæc ille. A V T H. Ita dicit Witcleff, si insensibilis suus baptismus affuerit, baptizatus à crimine est mūdatus: quasi diceret, ita frequenter apud nos esse contingit. Consequenter aut infra recitat quēdā senē corū Adelfum sic cōfessum esse Fabiano Antiocheno episcopo huius turpitudinē hæresis, *Damascenus*. His senex ille redargutus euomuit omne absconditū venenū, & ait, neq; vnā quidē ex baptismate utilitatem dignificatis aduenire, solam autem studiosam orationem inhabitantē dæmonē eijcere: trahere enim vnūquēq; natorū dixit ex primo patre quem admodū naturam sic vtq; & dæmonū seruitutem. His aut à studiosa oratione eiectis Spiritū sanctū iam superuenire insensibiliter & inuisibiliter propriā præsentia significantē, & corpus à passionū motu liberātem, & animā ab inclinatione ad deteriora perfectē eripientē, vt nō amplius sit opus iam neq; ieiunio castigante corpus, neq; doctrina refrēnante, & ambulare ordinatē erudiente. Nō solūm aut, qui his sortitus est, à corporis eripitur lasciujs, sed & manifestē futura præuidet: & trinitatē diuinā oculis speculatur. Iste diuinus Fabianus foctentē dirumpens fontē, & nudare præparās aquas, ad impium senē dixit, In ueterate dierū malorū redarguit te os tuū, & nō ego. Hæc ille. A V T H O R. Ecce in hoc baptismo Spiritū sancti quia Masiliani, & Witcleuistæ præsumunt vsq; ad contemptum vel negligentiam sacramenti: idēō vtriq; dānabiliter errāt. Duo, inquit Witcleff, baptismi priores, scilicet sanguinis, & fluminis, sunt signa ad baptismū fluminis antecedentia: quādoq; tamen non ita sunt, sed cōsequētia: quia prius illustrantur Spiritū sancto, q̄ sanguinē fundāt, vel latice perfundāt, sicut Machabēi, & Cornelius. Et fideles in primitiuis ecclesiæ varijs vicibus receperunt Spiritū sanctū, prout *Augustinus* compilatim elucidat in. 3. parte sermonū, sermone de festo Pentecostes: qui incipit, Aduentum Spiritū sancti. vbi dicit. Ne putaretur consequens esse, vt quisquis baptismū Trinitatis habuerit, habeat & Spiritū sanctū: propterea etiam in ipsa vnitate facta est tanta distinctio, vt inueniamus quosdā baptizatos Spiritū sanctum postea meruisse: cum ad illos in Samariam venissent Apostoli, quibus absentibus fuerāt baptizati. Alios autē, quod singulare occurrit exemplum, etiam ante ba-

Damascen.

Augustin.

ptismum percepisse. Sicut loquēte Petro, Cornelio, & eis, qui cum illo erant, superna potestate concessum est: cui homo cōtradecere nihil potest. Super alios mox baptizatos aduenit, sicut super illum Spadonem, cui Philippus ex propheta Esaia euāgelizauerat Christum. Super alios per impositionem manuum Apostolorum sic maximē plurimos. Super alios nullo manū imponente, sed cūctis orātibus: sicut eo ipso die, quē solēniter celebramus hodie, cū essent in cōclau. 120. animā cū Apostolis. Super aliquos nec aliquo manū imponente, nec aliquo orante, sed verbū Dei cūctis audientibus: sicut super illos, quos paulō antē cōmemorauit, Cornelium, & domesticos eius. Cur ergo sic modō, aut sic, nisi ne aliquid nūc humanæ superbix, sed totū diuinæ gratiæ, potestatiq; tribuatur? Hæc ille. A V T H. Si ergo verbis eius vti licet, quibus infestatur catholico, tanq̄ inscius scripturarū hoc ptulit, q̄ duo illa baptismata fluminis & sanguinis sunt signa antecedētia ad baptismā fluminis, cū nec regulariter antecedūt, nec regulariter assequūtur. Sed attēdamus vtrū quid dicat. Et sunt, inquit, ex suppositione necessaria. Hæc nudā necessitatē suppositionis, scilicet reputationis, v̄ conditionis hæreticauit Christus in Euāgelio, volēs baptismū laticis esse necessariū ex p̄cepto. Ablq; dubitatione, inq̄, si iste insensibilis baptismus affuerit, baptizatus à crimine est mūdatus. Quod si ita fuerit, quæro nūquid ille baptismus fluminis respicit de necessitate baptismi visibile sacramētū? Et si hoc ita est, qualiter baptismus ille sequēs dabitur in remissionem peccatorū, si erit baptismus Christi omnium? omnia iā sustulit baptismus fluminis, qui præcessit. Ad illā tñ comparationē tuā de baptizato bono in Spiritū sancto tñ, & alio malo flumine baptizato, succinētē respondet lib. 4. cōtra Donatistas ca. 35. *August.* dicēs. Sicut bono catechumeno baptismus deest ad capeiendū regnū cælorū: sic malo baptizato vera cōuersio. Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritū sancto, nō intrabit in regnū cælorum: Ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Nam ne, si iustitia catechumeni, dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritū sancto, non intrabit in regnum cælorum. Rursus ne percepto baptismō secura esset iniquitas, dictum est, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorū, nō intrabitis regnum cælorum. Alterum sine altero parum est: vtrunq; perficit illius possessionis

Idem.

tionis hæredem. Sicut ergo non debemus improbare iustitiam hominis, quæ prius esse cepit, q̄ coniungeretur ecclesiæ, sicut esse ceperat Cornelij iustitia priusquam esset ipse in plebe Christiana, quæ neq; si improbaretur, dixisset ei angelus, Acceptæ sunt elemosynæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ: neq; si sufficeret ad capeiendū regnū cælorū, vt ad Petrū mitteret, moneretur: sic non est improbandū Euāgelium Baptismi sacramentum, etiam si extra ecclesiam fuerit acceptum. Hæc *Augustinus*. A V T H O R. Ecce bono catechumeno deest baptismus ad capeiendū regnū cælorum: & nōne talis catechumenus habet Spiritū sanctum, si bonus est? sic enim præsupponit in præcedēte. 34. cap. idem *Augustinus*. Nec ego dubito catechumenū catholicum diuina charitate flagrantem, hæretico baptizato contempnere: sed etiam in ipsa intus catholica bonum catechumenū malo baptizato anteponimus. Nec ideo tamen sacramento baptismatis, quo iste nondum, ille iam imbutus est, facimus iniuriam, aut catechumenum sacramento baptismi præferendum putamus. Hæc ille. A V T H. Iste ergo bonus catechumenus, iste diuina charitate flagrans, iste iustus, probata iustitia priusq̄ Christi ecclesiæ coniungatur: est de vi status adhuc ineptus ad capeiendū regnū Dei, quāq̄ multis baptizatis præferatur ecclesiæ. Cur hoc? Quia ne esset secura iustitia catechumeni dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritū sancto, non potest introire regnum Dei. Dicit *Augustinus*: ergo quauis baptismum Sancti Spiritus acceperit, & diuina charitate flagrauerit, non ei sufficit vt regnum Dei habeat: alterum sine altero parum est, vtrūq; perficit illius possessionis hæredem. Dicit *Augustinus*, Baptismus ergo spiritus baptismum item exigit laticis, vt quis hæres fiat regni cælorum. Vbi est iam quod supra dixit Witcleff, q̄ sufficit baptizatio fluminis per meritum & effluxum aquæ materialis de latere Saluatoris? Pone nobis Cornelium, teste scriptura, Spiritū sancto repletū: & ipsi non sufficit, dicit *Augustinus*. Neq; enim, inquit, si sufficeret ad capeiendū regnū cælorum vt ad Petrum mitteret, moneretur. Insuper nec de corpore Christi erat quouisq; per sacramentum coniungebatur ecclesiæ, sicut ibi notat *Augustinus*, dicēs de iustitia eius, quæ prius esse cepit, quā cōiungeretur ecclesiæ. Et in libro. 1. contra Donatistas. cap. 11. *Augustinus*. Neq; enim & Cornelij gentilis hominis orationes non sunt exauditæ, atq; elemosynæ non sunt acceptæ:

Augustin.

Augusti.

imō & angelum ad se mitti, & missum meruit intueri, per quem posset vtq; sine hominis allicuius accessu cuncta necessaria dicere: sed quoniā quicquid boni in orationibus & elemosynis habebat, prodesse illi non poterat, nisi per vinculum Christianæ societatis ac pacis incorporaretur ecclesiæ, iubet mittere ad Petrum, & per illum discit Christum: per illum etiam baptizato Christiano populo consortio quoq; communionis adiungitur, cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. Perniciosē quippe cōtemneret bonum, quod nondum habebat, superbiens ex illo, quod habebat. Hæc ille. A V T H O R. Ecce Cornelius iste vir bonus, & Spiritū sancto plenus, Spiritū sancti iam, vt tu laudas, baptismā percepit: hoc tamē bonum eius, & omne bonum ad salutem ipsi prodesse non potuit, nisi per ministerium Petri baptismi sacramento percepto Christianæ plebis iungeretur consortio. Nec id tantum, sed ad perniciem animæ suæ contemneret bonum visibile sacramenti: superbiens, & sibi sufficere reputans bonum inuisibile, quod habebat. Quia quauis bonus fuerit, plana fide, dico tamen sine visibili sacramento, vel re ipsa, vel affectu grauido consecuto sine aqua saluus esse non poterat. Vnde lib. 2. contra Cresconium. cap. 12. *Augustinus*. Hanc scilicet ciuitatem ecclesiæ Christus spiritu suo mundante latificat: de quo clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat, & bibat: non aquam visibili cōmendans, quæ datur in baptismatis sacramēto, quæ & mali, & boni habere possunt, quæ sine illa boni salui non possunt fieri: quæ quauis ecclesiæ sit tamen foras profluit, cum & apud illos inueniatur, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Hæc ille. A V T H O R. Iam ostende mihi baptizatum tuum baptismō fluminis, & per hoc mūdatum à crimine, bonum factum, & immunem à scelere: imō addat martyrium, tradens corpus suum, ita vt ardeat, charitatem tamen nō habeat per incorporationem ecclesiæ Christi humanitatis: imō reputans sibi sufficere bonum Spiritū sancti, quod habeat: contemnat sponte, vel negligat, cū amplecti poterit, baptismā Christi sensibile, & Spiritū sancti bonum, quod habebat, amisit, & sine eo saluus esse non valet. Sic dicit *Augustinus*. Sine illa, boni salui non possunt fieri. Quod si Witcleuista dicat, sed mundatum à crimine dixit magister noster: Et ego dico nec me causam aliam agere cū disputem eum sine ecclesiæ baptismō ineptū regno Dei: nec posse saluum fieri. Sed nec ipse ista seorsum in baptismō diuidet, nisi cum Pe-

Augusti.

lagio fateatur posse dari baptismum paruulis, non vt remissionem peccatorum obtineant, sed vt regnum possint intrare caelorum. Fortassis autem difficile quibusdam videbitur, quo modo adultus suscepta superinundanter Spiritus sancti gratia, ita vt ante multos Christianos firmiter credat, oret feruidè, opera iustitiae suppleat: iam non sit actu consummatus in gratia, & ex hoc ipso aptus regno Dei, clamante scriptura, Spiritus sanctus disciplinae ef fugiet fictum: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Huic difficultati norunt respondere fideles, qui in scripturis sanctis legunt, quo modo Spiritus sanctus ferebatur super aquas, & originem causae indidit rebus, quae nondum formas sumpserant, vnde possent esse perfecta. Et Spiritus sanctus non dubium author extitit legis: de qua ait Apostolus, Nihil ad perfectum adduxit lex. Habet ergo gradus suos gratia Spiritus sancti: & prius mouet, & infundit vt sapiant: & postremò perficit vt cõsumment. Omni melle dulcius aperit nobis ista dictum Augustini ad Simplicianum libro 2. versus finem, dicens, Incipit homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna, vel externa admonitione motus ad fidem. Sed interest, quibus articulis tẽporum, vel celebratione sacramentorum, gratia plenior, & euidentior infundatur. Non enim catechumeni non credunt. An verò Cornelius non credebat Deo, cum eleemosynis, & orationibus dignum se præberet, cui angelus mitteretur? Sed nullo modo ista operaretur, nisi antè credidisset. Nullo modo antè credidisset, nisi vel secretis, vel per visa mentis, aut spiritus, vel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus vocaretur. Sed in quibusdam tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum caelorum, sicut in catechumenis: sicut in ipso Cornelio, antequam sacramentorum participatione incorporaretur ecclesiae: in quibusdam verò tanta est gratia, vt iam corpori Christi, & sancto Dei templo deputentur. Templum enim domini sanctum est, inquit, quod estis vos. Et ipse dominus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Fiunt ergo inchoationes quaedam, fidei conceptionibus similes: non tamen solam concipi, sed etiam nasci opus est, vt ad vitam perueniatur aeternam. Nihil tamen horum sine gratia misericordiae Dei: quia & opera si qua bona sunt, consequuntur, vt dictum est, illam gratiam, non præcedunt. Hæc Augustinus. AVTHOR. Diligenter annotet lector per seriem, quæ di-

Augustin.

cuntur: ad scribendum multa sunt. Inter cetera autem videat, quod in quibusdam tanta est gratia Dei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum caelorum: sicut in Cornelio, antequam sacramentorum participatione incorporaretur ecclesiae. Ergo nec membrum ecclesiae orat per solam gratiam prædestinationis, aut per baptismum fluminis. Audiatur item dictum illud Saluatoris, Nisi quis renatus fuerit &c. dictum esse de aqua materialis baptismatis, non autem de aqua illa primò, quæ materialiter effluxit de latere Saluatoris: quia per illam tanta gratia fit quis dignus, vt sit membrum corporis Christi, & aptus simpliciter regno Dei. Audiatur tertio, quod ad rem pertinet, quod per gratiam spiritus sunt inchoationes fidei conceptionibus similes, nec tamen concipi solùm, sed & nasci opus est, vt ad vitam perueniatur aeternam. Superuenerandus ergo influxus ille Spiritus sancti, qui regenerationem præuenit sacramenti, sicut in Cornelio, fidei cõceptio est. Et iterum influxus eius in perceptione sacramenti visibilis, eiusdem Sancti spiritus fidei natiuitas est: de qua dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

¶ Quòd sacramentum baptismi continet gratiam spiritus in quocumque.

C A P. XCVIII.
S V M M A.

- 1 Baptismi tres superexcedentes seipso in ordine, ex Gregorio Nazianzeno recensentur.
- 2 Baptismatis sanctitatem quæ uel bonum, uel malum hominis meritum non augeat, nec minuat.
- 3 Aquæ ex antiquo more ecclesiae quare ad quemlibet baptizandum de nouo sanctificentur &c.
- 4 Iustitia omnis in baptisate constituta.
- 5 Confidendum quod non sit tantum in spirituali mente prouectu, ut putet quis se ex illa iustum esse, & non egere baptisate.
- 6 Gratia quæ possit deesse ab utentibus sacramento, quæ uis uirtus gratiæ causalis non defuerit sacramento, contra Witcleff.
- 7 Augustini distinctio de gratia sacramenti, & de sacramento gratiæ.



Epandens enim est error Witcleff, & eius sequacium in materia de sacramentorum diuinarum essentia: & in vno erroris fundamento sibi conueniens reputat ea esse signa uera: sicut de sacra Eucharistia conuictus est: & quasi nihil supernaturalis gratiæ continere, sed significare

sed significare, vel figurare præcisè: sicut uocat septem sacramenta, septem signa. Et hic dicit baptismum fluminis, & baptismum sanguinis non esse nisi signa antecedentia ad baptismum fluminis. Et quidem quod ea signa dicit, non deuiat: sed cassa signa non sunt. Vnde baptismus Christi gratiam spiritus confert, non quamlibet, sed perfectam: & inde distat ab aliis, Iudaico scilicet, & Baptistæ. dicente libro tertio, qui est de secundis epiphaniis. Gregorius Nazianzenus. Commodum uidetur, & dignum de baptismorum diuersitate nos pauca differere: vt & in hac parte, si quæ illic sunt sordes ignorantie, abluantur. Baptizauit Moyses in mari, & in nube: sed in typo, & in figura: ita enim Paulus pronuntiat. Habuit ergo mare formam aquæ: nubes uero sancti spiritus: manna panis uitæ: poculum petrae, poculi Christi. Baptizauit & Ioannes: sed non ex toto iudaicè. Non enim solum in aqua, nec tamen in spiritu: sed hoc solum addit, quod in poenitentia baptizat. Baptizat & Christus, sed in spiritu: hæc est perfectio. Deus enim est qui baptizat, vt possit & qui baptizatur esse Dei. Quotquot enim eum receperunt, non ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce tres baptismi superexcedentes seipso in ordine. Primus est Iudaicus: qui erat typicus, & figuralis. De quo Apostolus in uariis baptismatibus carnis. Secundus baptismus Ioannis: iste melior propter effectum, quia fructificauit in poenitentiam. Tertius baptismus Christi: qui solus confert gratiam spiritus sine diminutione perfectam. Tantò ergo distat baptismus Christi à baptismo Iudaico, quantum res à signo crudo, & gratia à figura. Et sicut Eucharistia sacramentum continet Christi corpus ad limites specierum panis præsens per essentiam: & in hoc excellit agni paschalis & panis propositionis sacramenta Iudaica, quæ nihil continent præter signum: ita baptismus ecclesiae Christi continet influentiam gratiæ spiritus, & in hoc transcendit baptismum Iudaicum, qui nullum fructum plus continet, quam ostendens futurum. Gratiam autem huius visibilis sacramenti tantò plus necessariò astruam, quanto magis excellentiam eius, & capacitatem perfectionis ostendam: Primò igitur ex prædictis Augustini uerbis colligendum puto, quod omnem gratiam spiritus sancti sine ista peccatori donatam tam superat, vt eam quasi pelagus sorbeat: in quod intrent omnia flumina gratiarum, & mare non redundat. Vnde libro quar-

Gregorius Nazianze.

to de baptismo contra Donatistas: capite uigesimo quarto. Augustinus. Melior Centurio Cornelius nondum baptizatus Simone Mago baptizato. Iste enim & ante baptismum sancto spiritu impletus est: & ille post baptismum immundo spiritu inflatus est. Veruntamen Cornelius, si etiam spiritus sancto iam accepto baptizari noluisse: contempti tanti sacramenti reus fieret. Cum autem baptizatus est: non utique melius sacramentum, quam Simon accepit: sed diuersa hominum merita sub eiusdem sacramenti pari sanctitate distincta sunt. Ita non auget aut minuit baptismatis sanctitatem, uel bonum uel malum hominis meritum. Hæc Augustinus. AVTHOR. Attende quod dicit. Non melius sacramentum accepit plenus spiritus sancto Cornelius, quam Simon Magus: nec auget baptismatis sanctitatem boni hominis meritum. Sed dices. Vbi erat sanctitas sacramenti? In Simone, quem nec sanctum fecit: nec ei profuit ad salutem? Et ego quaero. Vbi erat sanctitas uerbi Christi, quod nec Phariseos conuertit, nec discipulos duricordes in fide sacramenti corporis & sanguinis sanctos fecit? quæ tamen eidem uerbo eius tunc non defuit, attestante sanctitati eius Petro. Ad quem (inquit) ibimus? Verba uitæ aeternæ habes. Nihil ergo minus restat sanctitatis in uerbo, uel in facto Christi edito sacramento, quanuis in malo audiente, uel participante nihil relinquat de comodo. Et nunquid hoc scandalum sacramenti innuebat Witcleff, cum sic intulit: Si iste insensibilis baptismus affuerit, baptizatus à crimine est mundatus: Et si ille defuerit, quantumcunque asint priores, baptismus non prodest animæ ad salutem? Et ecclesia Christi iteratò respondet. Non ideo insensibilis ille baptismus, quem sine sacramento nostro designas, est sacramento nostro præstantior: nec inde sacramento nostrum est illo deterius, quia indispositio baptizati est in causa, non baptismi excellentia. Alioquin præstantia illius insensibilis baptismi in baptizato bono baptismum faceret meliorem: quia ipsum scilicet prodesse de certo faceret ad salutem. Quòd contra in prædicto quarto. capite. 33. Augustinus. Nec si vnus catholicus sit bonus, alius malus, in malo malus est baptismus, & in bono bonus: sed in utroque bonus. Sicut lumen solis, uel etiam lucernæ, non utique deterius est in oculis deterioribus, quam in melioribus: sed idem in utrisque, quanuis eos diuersè pro illorum diuersitate uel lætificet, uel excruciet.

Augustin.

Hæc Augustinus. AVTHOR. Juxta hanc fidem ecclesiæ & Augustini comparantes gratiam sacramenti baptismalis ad lumen solis in oculis sanis & ægris: videtur mihi baptismo Christi inesse quandam gratiam spiritus sancti actiue semper sanctificatiuam, & regeneratiuam salutis in susceptiuo disposito. Quod si non regenerare contingat, non ideo deest ei sanctificationis actiuitas, sicut nec adamanti virtus attractiua ferri, quâuis non attrahat sibi testam. Hæc autem gratia causaliter inest ad inuocationem ministri per virtutem sanguinis Christi, & sancti spiritus largitatem. quem admodum in libro de spiritu sancto. capite. 6.

Ambrosius *Ambrosius docet dicens.* Habes in euangelio: quia angelus secundum tempus descendebat in piscinam, & mouebatur aqua: & qui prior descendisset in natatoriam, sanus fiebat. Quid in hoc typo angelus, nisi descensionem spiritus sancti nuntiabat, quæ nostris futura temporibus aquas sacerdotalibus inuocata preibibus consecraret: Ille ergo angelus, sancti spiritus erat nuntius, eo quod per gratiam spirituale medicina nostris esset animis ac mentis languoribus deferenda. Eosdem ergo & spiritus habet, quos Deus pater & Christus ministros. Hæc ille. AVTHOR. Hic agit Ambrosius de sanctificatione aquæ baptismalis per aduentum spiritus ad inuocationis instantiam sacerdotis. De sanctificatione autem baptizati seorsum facit, cum sequitur: quod idem spiritus gratiam spiritalem aquis infundit, vt per hanc essent medicina animis nostris, & mentis languoribus deferenda: &

3 ¶ idcirco ad quemlibet baptizandum de nouo sanctificantur aquæ ex antiquo more ecclesiæ: vt per gratiam spiritus descendens sanus fiat, qui prior descendit in fontem, à quacunque detentus fuerit infirmitate. Non tamen hoc semper requiritur fieri, sed solum cum sanus fieri velit, qui sic descendit. Si enim hæresi tumeat, aut fictione deludat, baptismum quidem recipit consecratum à spiritu, sed spiritum non suscipit consecratem. Idcirco duæ sanctificationes sunt aquæ & animæ ab vno spiritu: sed nulla necessitate connexæ. Ideo in sermone de festo Pentecostes in tertia parte sermonum, & incipit, Aduentum spiritus. Augustinus. Hæc itaque (inquit) distinctio inter acceptionem baptismi, & acceptionem spiritus sancti nos instruit, ne habere hos continuo spiritum sanctum putemus, quos habere baptismum non negamus. Quanto magis illos, quos non solum nulla charitas christianitatis armauit? Charitas Dei diffusa est in

Augustin.

cordibus nostris, non vtique per nos ipsos, sed sicut sequitur, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hæc ille. AVTHOR. Ordinata sunt ergo in sacramento aqua consecrata ex aduentu spiritus sancti, & mens mundata in aqua per spiritum sanctum. Nec mens mundatur etiam per aquam & spiritum sanctum aquas mundantem, nisi per aquam spiritus animam penetret: nec aqua non sanctificata per spiritum, mentem vtique spiritus sancto plenam à reatu purificat. Libro primo de sacramentis Ambrosius. Vidisti (inquit) aquam, sed non aqua omnis sanat: sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio. Aliud opus, aliud operatio. Non sanat aqua, nisi spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit: sicut legisti, quod cum dominus noster Iesus Christus formam baptismatis daret, venit ad Ioannem: & ait illi Ioannes: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondit illi Christus. Sine modo. sic enim decet nos implere omnem iustitiam. vide quia 4 omnis ¶ iustitia in baptisate constituta est. Hæc ille. AVTHOR. Optimè deducit Ambrosius diuinam scripturam, vt concludat in sacro baptisate constitutam omnem iustitiam. Quomodo ergo baptismus spiritus sancti, quæ signat Witcleff sine baptisate omnem aufert reatum sine aqua consecrationis: & operatur in habente iustitiam? Sana ¶ fides dicitur nemi nem debere tantum in spirituali prouectu mentis confidere, vt putet se ex illa iustum esse, & non egere baptisate. Vnde libro quarto contra Donatistas. cap. 36. Augustinus. Multo magis in Cornelio, & in amicis eius, qui in illo latrone posset videri superfluum, vt aqua etiam tingerentur: in quibus iam donum spiritus sancti, quod non nisi baptizatos alios accepisse sanctæ scripturæ testantur: certo quoque indicio, quod illis temporibus congruebat, cum linguis loquerentur, enumerat. Baptizati sunt tamen, & in hoc facto apostolica extat auctoritas: vsque ad eum nemo debet in quolibet prouectu interioris hominis, si forte ante baptismum vsque ad spirituale intellectum pro corde profecerit, contemnere sacramentum, quod ministrorum opere corporaliter adhibetur: sed per hoc Deus hominis consecrationem spiritualiter operatur. Nec ob aliud existimo munus Ioanni fuisse attributum, ita vt Ioannis baptismus diceretur, nisi vt dominus ipse, qui dederat, cum serui baptismum non spreuisset accipere, dedicaret humilitatis viam, & quanti pendendum esset suum baptismum, quo ipse baptizaturus esset, tali facto apertissime declararet.

Ambrosius

Augustin.

raret. Videbat enim tamquam peritissimus medicus salutis æternæ, quorundam non defuturum tumorem, qui cum intellectu veritatis, & probabilius moribus ita profecissent, vt multis baptizatis vita atque doctrina se præponere minime dubitarent, superuacaneum sibi crederent baptizari: quando ad illum mentis habitum se peruenisse sentirent, ad quem multi baptizati adhuc ascendere conarentur. Hæc ille. AVTHOR. Planus est Augustini processus de gratia baptismali, in qua tantum iustitiæ spiritualis exuberat, vt quantumcunque quis spiritus sancto sit plenus, quantumcunque prouectum spiritus senserit in interiori homine, & probatis moribus polleat, non potest superuacuum putare baptismum aquæ, sine quo omnino nihil proficit, imò multum officit, quod accepit. Et est fortissimum inter motiua, quæ ipsum fati de necessitate requiritur: quæ si voluntate defuerit, infert damnationis interitum. Nam si necessitate Deus supplet omnipotens, quod per necessitatem defuit voluntati: quid hoc requiritur supplendum esse per Dei gratiam, quod non exigit Deus fieri per se ipsum? Eodem libro quarto, versus finem, Augustinus. Et sicut in illo latrone, quod ex baptismi sacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia, vel contemptu, sed necessitate defuerat: sic in infantibus, qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est: quod non ex impia voluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum pro eis alii respondent, vt impleatur erga eos celebratio sacramenti, valet vtique ad eorum consecrationem: quia ipsi respondere non possunt. Hæc ille. AVTHOR. Omnino ergo necesse est vt fiat, quod omnipotentis benignitas semper necesse ducit vt suppleat, si quid reperiat voluntatis. Eandem ergo gratiam, necesse est inesse baptismum, cum percipitur, quam recompensat omnipotens, non potens, sed volenti percipere. Sed Witcleffista sophisticat: si non est baptismus sine gratia: quicumque ergo sortitur baptismum, consequitur gratiam. Idem est, ac si quis argueret: si verba Christi non erant sine valida gratia, ergo quicumque percipiebat verbum, percipiebat vtique gratiam. Est igitur gratia causaliter sita in Christi verbis, aut conlocia Christi sacramentis, quæ de necessitate non deerit. Est & gratia effectualiter participata à suscipientibus sacramenta cum fide firma in pace ecclesiæ. Et ¶ ipsa quidem deesse potest ab utentibus sacramento, quauis virtus gra-

Augustin.

tiæ causalis non defuerit sacramento. Quem admodum lib. 7. contra Donatistas de baptismi responsione. 17. docet Augustinus. Si baptismi gratiam hoc esse dicis, quod est baptismus, est apud hæreticos: si autem baptismus sacramentum est gratiæ, ipsa verò gratia abolitio peccatorum est, non est apud hæreticos baptismi gratia: Hæc ille. AVTHOR. Optime distinguit Augustinus de gratia sacramenti, & de sacramento gratiæ. Gratia enim sacramenti sacramentum non deseruit, sed siue minuetur hæreticus, siue perfido ministretur, sicut est integrum sacramentum, ita est integra gratia sacramenti. Sacramentum autem gratiæ est, quando in suscipiente apto efficit quod figurat: ipsam, scilicet, gratiam, & abolitionem culparum. Quod vtique quauis in peruerso suscepturo non statim fiat, fiet tamen per gratiam sacramenti, quæ per characterem præfens est, cum ad Deum, cuius est & gratia, & sacramentum, se conuertit. Ibidem responsioe. 36. ad Felicem à gurgitibus Augustinus. Imò licet incipiunt habere ad salutem, quod illicitè habebant ad perniciem. Quia sub eodem baptismi iustificatur, cum se quisque ad Deum veraci corde conuerterit, sub quo iudicabatur. Hæc ille.

Augustinus

Augustin.

¶ Quod paruuli ad baptizandum delati, si præueniantur morte, peribunt.

CAP. XCIX.

SVMMA.

- 1 Paruuli ad baptizandum delati, si morte præueniantur, quod percant, contra Witcleff ostenditur.
- 2 Augustini responsio ad argumentum veterani cuiusdam hæretici. Et quid de baptismi dicat, ibi.
- 3 Carthaginensis concilij decretum aduersus Pelagianos hæreticos, promittentes paruulos, etiam si non baptizentur, habituros vitam æternam.
- 4 Concilia episcoporum plura quid de paruulis non baptizatis dicant, ab Augustino referuntur. Et quid item Romani Pontifices Innocentius, & Zosimus de hac re decreuerint.
- 4 Augustini plana fidei ecclesiæ determinatio de paruulis non baptizatis.

Commouet



Ommouet non modicū fideles populos, quod de infante non baptizato eodem loco pererrat, nolens definire eum periturum, aut item saluandum: & definiētes in hac materia, præsumptuosos sine omni exceptione appellat, & stolidos, non se fundantes. Argumentum eius tertium est. 1. 1. cap. trialogi. Delato infante fidelium ad ecclesiam, vt secundū Christi regulā baptizetur, & deficiente aqua, vel requisitis aliis, stante pia intentione totius populi, interim mortuo naturaliter nutu Dei, videtur graue damnationē infantis huiusmodi definire. Respondet in capitulo sequenti.

Vitcleff.

Concedo, q̄ si Deus voluerit, potest damnare infantem talem, & si voluerit, potest ipsum saluare: nec audeo partem aliquam definire: nec laboro circa reputationem, vel euidentiā in ista materia: sed vt mutus subitico. Sequitur. Illi autem, qui ex autoritate sua sine scientia in materia ista definiunt, tanquam præsumptuosi, & stolidi non se fundāt. Hęc Vitcleff. AVTHOR. Quid autem est & hoc sub compendio, nisi quod sacra synodus in hac sua cōclusionē collegit. cap. 2. 1. Definientes paruulos fidelium sine sacramentali baptismo decedentes, non fore saluandos, sunt in hoc stolidi, & præsumptuosi. Quantum autē distet hic error ab errore Vincentii, iudicet iam fidelis. Est enim sextus in ordine, vt recitat libro primo de natura animæ ad eundem, Augustinus.

Augustin.

Noli credere, noli dicere, noli docere infantes antequam baptizantur morte præuentos peruenire posse ad originalium indulgētiā peccatorum, si vis esse catholicus. Exempla enim, quæ te fallunt, vel de latrone, qui dominum confessus est, vel de fratre sanctæ Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad huius erroris sententiā suffragantur. Latro quippe ille quantum potuerit iudicio diuino inter eos deputari, qui martyrii confessione purgantur, tamen etiam vtrum non fuerit baptizatus, ignoras. Hęc ille. AVTHOR. Dic mihi iam quid refert definire, quod infantes priusquam baptizentur morte præuenti non possunt ad indulgentiam originalium peruenire, & non possunt salui esse? Quam autē stolidi, quamque præsumptuosa sit definitio ista tua contra definitores euangelicos, definitē scire poterit, qui vult autoritatem suam grauissimam, & scientiam suam perferuari. Augustinus scio postquam dubitauerit, veritatem illam cum certitudine definiuit. Nec putauit quenquam tam inuidum, qui suæ certitudini

murmuraret: libro de bono perseuerantiæ circa medium. vbi dicit. Si enim quādo libros de libero arbitrio laicus coepi, presbyter explicauit, adhuc de damnatione infantium non rescentium & de rescentium liberatione dubitarem, nemo (vt opinor) esset tam iniustus, atque inuidus, qui me proficere prohiberet, atque in hac dubitatione remanendum mihi esse iudicaret. Sequitur. Absit vt causam paruulorum sic relinquamus, vt nobis esse dicamus incertum, vtrum in Christo regenerati si moriantur paruuli transeant in æternam salutem: non regenerati autem transeant in mortem secundam. Quod scriptum est: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, aliter rectē intelligi non potest. Hęc ille. AVTHOR. Ecce qui subitico. Absit, dicit Augustinus, vt causam paruulorum sic relinquamus, vt dicamus nobis incertum, si regeneratus sic decedens transeat ad vitam: non regeneratus ad mortem secundam. Nunquid Augustinus per te, condemnatur cū aliis vt præsumptuosus, & stolidus? Sed audi plures, quos nuncupas stolidos. Primò omnium manu sua conducent autoritatem illam robustissimam, quam Deus in euangelio tanquam legem certissimam in hac re generaliter definiuit, cum diceret: Prædicare euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Quid dicis ad hæc? Iste paruulus tuus nec per se, nec per alios baptismaliter credit: quomodo non condemnabitur? Item si baptizatus esset, vi baptismi in credentium foret numero computandus: qualiter ergo inter non credentes non computatur, si non taliter baptizetur? Hanc consequentiam penes Pelagianos hæreticos legalem approbat in libro tertio de baptismo paruulorum. capite tertio, Augustinus. Et diximus (inquit) necesse est eos. s. paruulos baptizatos in credentium numero sine vlla tergiuersatione constituant. Consequenter igitur, si non baptizentur, inter eos, qui non credunt, erunt: ac per hoc nec vitam habebunt, sed ira Dei manet super eos. Quoniam qui non credit filio, nō habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Et iudicati sunt. Quoniam qui non credit, iam iudicatus est. Et condemnabuntur. Quoniā qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Hęc Augustinus. AVTHOR. Vides qualiter Augustinus à primo dato, q̄ paruuli per alios nō baptizantur

Augustin.

Augustin.

Hæreticus.

Augustin.

Augustin.

baptismaliter credunt, consequenter peruenit ad hoc vltimum, q̄ necessario damnabuntur. Nec nos prætereat argumentum, quod quidā agitant Witcleuistæ. Quia infans non potuit per se facere, & cæteri fecerunt quod poterāt, nō ergo deberet imputari pro culpa vnde damnaretur. Argumentum veterani cuiusdam tale erat hæretici, & respondet Augustinus. Absoluat ergo eum contra Christi sententiā, & eius apostoli, libro de natura & gratia, citò post principium. vbi Hæreticus. Huiusmodi (inquit) exemplis ostenditur, quales homines quidam tempore aliquo fuerint, non q̄ aliud esse non potuerint. Vnde & iure inueniuntur esse culpabiles. Nā si idcirco tales fuerint, quia aliud esse non potuerunt, culpa carent. Augustinus. Videte quid dixerit. Ego autem dico, paruulum natum in eo loco, vbi ei non potuit per Christi baptismum subueniri, morte præuentum, idcirco talem fuisse, id est, sine lauacro regenerationis exisse, quia aliud esse nō potuit. Absoluat ergo eum, & aperiat ei contra sententiā domini regnum cælorum. Sed non eum absoluit apostolus, qui ait. Per vnum hominē peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Rectē ergo ea damnatione, qua per vniuersam massam currit, non admittitur in regnum cælorum: quanuis Christianus non solum non fuerit: sed nec esse potuerit. Hęc ille. AVTHOR. Non potuit se supponit, quia solus forsitan in solitudine relictus. Et tamen tã per Christi sententiā, q̄ eius apostoli, morte secunda damnabitur: quia quis culpa careat, quia ad baptismum non venit, quod non potuit: non tñ culpa caret vnde damnatur, quā ex primo parente contraxit. Confirmatur euidētia, quia aut habet originale peccatum ex traduce, & hoc nulla via nisi regeneratione deletur: aut nō habet, & ideo regeneratione non indiget: quod oēs tecum sic errantes necessario concesserunt. Nisi dicas, sicut prius, q̄ Deus insensibiliter forsitan infundit gratiam remittendo culpam: quod itē Pelagiani ante te dixerunt: & reprobant eos ex eodem dicto Christi libro. 6. contra Iulianum cap. 3. Augustinus. Dixi (inquiens) q̄ huius concupiscentiæ reatum regeneratio sola dimittit, ac per hoc generatio trahit. Ac mox subiūxi. Ergo quod generatum est, regeneretur: vt similiter quia nō potest aliter, quod tractū est, remittatur. Frustra identidem conaris obtegere, q̄ superfluum baptismū putatis in paruulis: dicentes mysteriū Christi gratiā locupletem esse muneribus. Velitis nolitis paruulos

credere confitemini in Christum per corda & ora gestantiū. Ergo & ad ipsos pertinet dominica illa sententiā. Qui non crediderit, condemnabitur. Qua causa, qua iustitia, si nullū trahunt originale peccatū? Hęc ille. AVTHOR. Hac ergo causa, ex hac iustitia euangelica si quia nō baptizati nō credāt per corda & ora gestantiū, hi infantes peribunt: quia sola regeneratione dimitti potest originale peccatū, quod cōtrahant. Hęc est autoritas euāgelii, quā Augustinus edocuit, contra quā tu nō tã mutes, q̄ militas: q̄ nec vnam partem, nec aliā reputas, vel concedis, sed subitico, dicente euāgelio. Qui nō colligit mecum, dispergit. Pelagiani autē magistri tui in hac causa cōtra fidē deprehensi sunt dicere per magnū Carthaginense conciliū accusati apud Innocentiū papam: vt gestum illud apostolica confirmaretur autoritas. & incipit epistola. Domino beatissimo & honoratissimo sancto patri Innocentio Papæ. & infra. Paruulos propter salutem, qua per Christū saluatorē datur, baptizandos negant; ac sic eos mortifera ista doctrina in æternum necant, promittentes, etiam si non baptizentur, habituros vitam æternam: nec perisse cum eis, de quibus Dominus ait, Venit enim filius hominis querere, & saluare, quod perierat: quia isti inquit non perierant: nec est quod in eis saluetur, vel tanto pretio redimatur: quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate captiuium. Nec pro eis suffus esse sanguis in remissionem legitur peccatorum. Quamquā p baptismum Christi etiam paruulorum dicunt fieri redemptionem. Hęc ibi: ex libro Decretorum pontificum Decreto secundo. Innocentii papæ. AVTHOR. Ecce sacrum Carthaginense concilium non subitico fidem Christi. Anathematizat omnes Pelagianos hæreticos, promittentes paruulos, etiam si non baptizentur, habituros vitam æternam: quos hac mortifera doctrina in æternum necant. At si fidem ipsam paruipendas tanti concilii, saltem quid episcoporum plura concilia: quid item Romani pontifices, Innocentius, & Zosimus de hac re decreuerint, attende: quod in epistola ad Optatum annotat Augustinus dicens. Te autem si libenter vel patienter admittas, charissime frater, admoneo, ne in hæresim nouam minus cautus incurras, quæ antiquissima fidei stabilita molitur fundamenta conuelle-re, aduersus Dei gratiam disputando, quam dominus Christus pusillis. & magnis ineffabili bonitate largitur: cuius vel auctores, vel certē acerrimi, notissimique suosores cum Pelagius

Carthaginense concilium.

Augustin.

Pelagius & Celestius extitissent, conciliorum episcoporum vigilantia in adiutorio saluatoris, qui suam tuetur ecclesiam, etiam à duobus venerabilibus antistitibus apostolicæ sedis papa Innocentio, & papa Zosimo, nisi correcti etiam egerint poenitentiam, toto Christiano orbe damnati sunt. De quibus exempla recentium literarum, siue quæ specialiter ad Afros, siue quæ vniuersaliter ad omnes episcopos de memorata sede manarunt, ne forte ad vestram sanctitatem nondum peruenierint, vobis curamimus mitti. Et post aliquanta. Non est enim falsa etiam in paruulorum baptismate remissio peccatorum: nec verbo tenus dicitur, sed veraciter agitur. Nam vt iam verbis vtatur, quæ in epistola ipsa beatissimi Zosimi leguntur: si delis dominus in verbis suis: eiusque baptismus re ac verbis, id est, opere, confessione, & remissione peccatorum in omni sexu, ætate, conditione generis humani, eandem plenitudinem tenet. Nullus enim, nisi qui peccati seruus est, liber efficitur: nec redemptus dici potest, nisi qui verè per peccatum fuerit antè captiuus. Si cut scriptum est. Si filius vos liberauerit, tunc verè liberi eritis. Per ipsum enim renascimur spiritualiter: per ipsum crucifigimur mundo: ipsius morte mortis ab Adâ omnibus nobis introductæ atque transmissæ vniuersæ animæ illud propagatione contractum chirographum rumpitur: in quo nullus omnino natorum antequam per baptismum liberetur, non tenetur obnoxius. In his verbis apostolicæ sedis antiqua, atque fundata, certa & clara est catholica fides, vt nefas sit de illa dubitare Christiano. Hæc Augustinus. AVTH. Diligenter attende per singula, & ad conclusiua verba Augustini continenter adiunge. Nullus (inquit papa) omnino natorum antequam per baptismum liberetur, contracto peccati chirographo non tenetur obnoxius. Iterum baptismus eius in omni sexu & ætate eandem plenitudinem habet. In his verbis (inquit Augustinus) apostolicæ sedis tam antiqua atque fundata, tam certa, & clara est catholica fides, vt nefas sit de illa dubitare Christiano. Cur tu dubitas ergo, quod nefas est dubitare Christiano? Cur humiliter, vel magis nequiter confiteris in hac fide tuâ ignorantiam: quia, vt dicis, non claret tibi adhuc, si talis infans à Deo saluabitur, siue damnabitur: cum istius sententiæ: Nullus omnino natorum antequam per baptismum liberetur, non tenetur obnoxius: tam certa, & clara est catholica fides, vt nefas sit de illa dubitare Christiano? Quomodo non tibi claret, quæ sic clara est singulis? Et quam potes in hac fide prætere

ignorantiam, qui penes conlollardos tuos, quasi solus es magister in Israël, & hæc ignoras? Huic clarissimæ fidei annectendam existimo firmissimam fidem Augustini ad Petrum, ne possis cuiquam dicere de reliquo esse illam reputationem tuam: quam dictionem nusquam reperis in operibus Augustini ad sensum tuum præensum: vbi pro veritate symbolica ipsam redigit ad hanc formam. libro, inquam, de fide ad Petrum ca. 27. Augustinus. Firmissimè tene, Augustin. & nullatenus dubites: non solum homines iam ratione vtentes, verum etiam paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue iam de matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, de hoc seculo transeant, ignis æterni sempiterno supplicio puniendos. Quia est peccatum propriæ actionis nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt. Hæc ille. AVTHOR. Planè determinat Augustinus fidem ecclesiæ de paruulis non baptizatis: siue in vteris matrum mortuis, siue de iam natis, sed sacramento baptismatis non renatis, iam propter peccatum non suum, nisi quia contractum, ignis æterni supplicio puniendis.

Quod Augustinus multiplici autoritate non tantum reputat, sed definit paruulos quolibet perituros, qui non sacramentaliter baptizantur.

C A P. C.

S V M M A.

1 Augustini multiplices autoritates aduersus Witcleff adducuntur, quibus non tantum reputat, sed definit paruulos quoscumque perituros, qui non sacramentaliter baptizantur. Et plura de hoc ibi per totum capitulum.



De mihi, dic palam omnibus, qualiter non pudore suffusus ad terram proieceris oculos, ne te videntes esse confusum aspiceres homines, quando glossam illam tuam, vnde fidem con-

confunderes Augustini, distasti, & dixisti, quod in libro suo de fide ad Petrum solum loquitur reputatiue: quasi diceret, sicut soles, non assertiue. Aut quomodo non asserit, quod Petrum firmiter credere iussit, firmiterque tenere? Quomodo item non asserit, quod tantis autoritatibus scripturarum, tantis sanctorum conciliorum, sanctorum episcoporum, rationum quoque, & inuentionum, & imputationum hæreticarum in partes aduersas ingerit, moles cumulat, & concludit: Hoc idem dicis de eo in libro de baptismo paruulorum, quod ibi de certifica damnatione paruuli sic delati, si non baptizetur, reputatiue, non assertiue, vel definitiue concludit. Et frustra tunc librum illum in confirmationem suæ assertionis assumeret in illo inuincibili libro suo de ciuitate Dei, libro de ciuitate motio, capite quarto, vbi. Si quem (inquit) mouet, cur vel ipsam patiantur, si & ipsa peccati poena est, quorum per gratiam reatus aboletur: iam ista quæstio in alio opere nostro, quod inscripsimus, de baptismo paruulorum, tractata est, ac soluta. Hæc Augustinus. AVTHOR. Sed cur non animaduertere potuit Augustinus, quod aduersarius cum glossa nostri Witcleff libri illius tractatum ac solutionem posset dissoluere, dicens: Sed in hoc libro quo ad multa non assertiue, sed reputatiue procedis? Et erit anceps nobis tota autoritas Augustini, sicut erat Manichæis sacrarum autoritas scripturarum. Quas, vt Augustinus scribit, hic sumebant, hic damnabant ad libitum. Sed iterum respice diligentius mihi Witcleff, qua certitudine prædictum librum suum scripsit, vt alibi, vbi acerrima disputatio versabatur contra quendam à natura nostra Dei gratia aberrantem, & tractatus incidere de hoc dicto Ioannis. Non potest peccare, quia semen eius in ipso manet. libro de natura & gratia citò post principium. In libris (inquit) quos de hac re ad Marcellinum scripsi, sicut potui, explicare curavi. Hæc ille. AVTHOR. Ad hunc librum ecce remittit, vt sciatur quid de hac re ibi definit. Non bene aduertis fines illius voluminis. Dirige paulisper oculos ad librum tertium: & ibi percipere eum poteris non alio sensu protulisse, quæ dixit, nec posse, quam in fide ecclesiæ. Illo enim libro tertio, capite sexto. Augustinus. Cætera (inquit) quæ ibi dicuntur, si diligenter aduertantur, atque tractentur, sicut in primo duorum illorum librorum utcumque conatus sum, etiam subobscurum pariunt verum rerum ipsarum necessitate sermonem, non tamen poterunt alium sensum

habere, nisi per quem factum est, vt antiquitus ecclesia retineret fideles paruulos originali peccati remissionem per Christi baptismum consecutos. Vnde non immeritò beatus Cyprianus ostendit, quam hoc ab initio creditum, & intellectum seruet ecclesia. Qui cum paruulos à materno vtero recentissimos iam idoneos ad percipiendum Christi baptismum assereret, quoniam consultus fuerat, vtrum hoc ante octauum diem fieri deberet, quantum potuit conatus eos demonstrare perfectos: ne quasi pro numero dierum, quia octauo antea circuncidebantur infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. Sed cum magnum eis defensionis patrocinium præstitisset, ab originali tamen peccato eos immunes non esse confessus est. Quia si hoc negaret, baptismi causam, propter quem percipiendum eos defendebat, auferret. Potes ipsam epistolam memorati martyris de baptizandis paruulis legere, si volueris. Neque enim potest deesse Carthagini. Verum in hac etiam nostra quantum præsentis quæstioni satis visum est, pauca inde transferenda arbitratus sum, quæ prudenter attende. Quantum vero (inquit) ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem, quo nati sunt, constitutos baptizari non oportere; & considerandam esse legem circuncisionis antiquæ, atque intra octauum diem eum, qui natus est, baptizandum, & sanctificandum non putare: longè aliud concilio sancto visum est. In hoc enim, quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicamus, nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cum dominus in euangelio suo dicat, Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare: quantum in nobis est, si fieri potuerit, nulla anima perenda est. Aduertit ne quid dicat quemadmodum sentiat, non tantum carni, sed animæ quoque infantis exitabile esse atque mortiferum sine illo salutari sacramento exire de hac vita. Vnde iam si nihil aliud diceret, intelligere nostrum fuit sine peccato animam perire non posse. Hæc Augustinus. AVTHOR. Patenter ecce contra Witcleffas reputationes eorum à se repellit dicens: se non alium sensum in suis verbis habere de certa damnatione paruulorum, nisi quem antiquitus tota retinisset ecclesia. Et sicut paulo antè probat in multis testimoniis legis Christi clarissimis, & autoritate diuina certissimis sine omni ambiguitate fundatum, dicens. His, atque Augustinus huiusmodi aliis, quæ nunc prætereo testimoniis, diuina

Augustin.

Idem.

Augustin.

Augustinus

diuina luce clarissimis, diuina autoritate certissimis, nonne veritas sine vlla ambiguitate proclamat, non solum in regnum Dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam aeternam posse habere praeter Christi corpus? cui vt incorporentur, sacramento baptismatis imbuuntur. Hæc ille. **AUTHOR.** Quis talia verba pro leui reputatione, & non tota mentis definitioe proferret? Et item *Augustin.* Nonne veritas sine vlla dubitatione testatur, non ob aliud eos ad Iesum, hoc est, ad saluatorem, & ad medicum Christum piis gestantium manibus ferri: nisi vt per medicinam sacramentorum eius possint à peccati peste sanari? Hæc ille. **AUTHOR.** Et post scripturarum auctoritates, ad conciliorum sanctiones accedit, decretum inferens, & astruens Cypriani: hoc in eo perpendens, & iubens attendere Marcellinum, quod ideo ad octauum diem non censuit differre baptismum, ne certum inferret exitium poenae in paruulum dilatio baptizandi. Et ite de Cypriano resumit *Augustinus.* Porro si etiã grauisimis delictoribus, & in Deum multum ante peccantibus cum postea crediderint remissa peccatorum à baptismo atq; gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquae prima natiuitate contraxit: Qui ad remissionem peccatorum accipiendam hoc facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Vides quanta fiducia ex antiqua & indubitata fidei regula vir tantus ista loquitur: quia hæc documenta certissima ideo protulit, Sequitur & infra. Quia iam non consulendum nec disceptandum, sed firmum, certumque habebatur, animam salutis aeternae perituram, si hæc vitam sine illius sacramenti consequutione finiret. Et quanuis ab vtero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti, quare illis & si multo facilius quod alienorum: sed tamē esset necessaria remissio peccatorum: his certis illa in certa de octauo die quaestio dissoluta est: atque in concilio iudicatum, homini nato, ne in aeternum pereat, omni die debere succurri. Hæc ille. **AUTHOR.** Attende, quod etiam reputationes tales certitudini repugnantes quantum à se tantum à Cypriano defendat: Vides (inquiens) quanta fiducia ex antiqua & indubitata fidei regula vir tantus ista loquitur. Ita non tam ceci sumus, quin videamus ipsi, qui legimus, quanta fiducia fidem istam per totum hunc librum de baptismo paruulorum, vir tantus loquitur *Augustinus.* Nec tanta ex parte cæcitatem he-

reticam Witleff inducet in Israël, quin videamus vbi non omnimodè confidenter, sed sententiam quasi formidando loquatur. Inferius enim cap. 12. huius tertii in materia de anima hominis, quam Pelagius non vidit, quod veniret ex traduce: & ideo cunctanter loqui potius elegit, quam fidenter: ait *Augustinus.* Quia propter ego quoque huic propositioni non praecipiti assertionem respondeo. Si anima non ex traduce: ergo quare ista iustitia est vt recens creata: & ab omni delicto prius immunis: ab omni contagio peccati penitus libera: passiones carnis, diuersosque cruciatus etiam sustinere cogatur? Hæc ille. **AUTHOR.** Istud responsiuè, non tamen assertiuè Pelagio obiicit: qui etiã nec partem aduersam fidenter, sed potius cunctanter assumpsit. Neuter illorum nouellam fabricam tuæ reputationis, sed ad rem dicendam aptius, & sagacius cunctanter, & non fidenter, vel assertionis praecipiti verba conducunt. Tu autem, qui nouorum terminorum tibi, & tuis videri gaudes astructor, reputationes tuas in antiquis & ratione catholica prius fundare, quam proferre debebis. Verumtamen vt hoc vltimè de anima non assertiuè pronuntiat, & hoc nos monet: de certa datione pueri non renati sententias multas eloquitur: & nunquam monuit, quin definit. Vis autem scire quid assertiuè dixerit? Verum quod omnis vestra disputatio in hac re ad hoc nititur, vt infantes baptizari superfluo videantur: quanuis hoc planè dicere non audes. Vnde praedicto libro tertio cap. 16. *Augustinus.* Id enim agit disputatio, cuius nouitatem antiqua veritate intendunt: vt infantes omnino superfluo baptizari videantur. Sed apertè hoc non dicitur: ne tam firma salubriter ecclesiae consuetudo violatores suos ferre non possit. Hæc ille. **AUTHOR.** Certum est: hoc idem concipiens apud se Witleff non audeat definire, si non baptizetur infans delatus quod pereat, imò catholicos hoc definiētes presumptuosos redarguit. Cur hoc, nisi quia si non baptizatus non pereat, frustra baptizatur ne pereat? Quare item hoc subicit, nisi sicut ait *Augustinus,* apertè hoc non dicitur, ne tam firma ecclesiae consuetudo violatores suos ferre non possit? Sic supra contra Iulianum obiecit. Frustra (inquiens) idētidem conaris obtegere, quod superfluum baptismum putatis in paruulis. Obtegit Pelagius, obtegit Iulianus alumnus eius, obtegit item Witleff, illi abditis verbis, iste silentio. Sed frustra conantur obtegere, scientibus orthodoxis, quod superfluum baptismum putauerunt in paruulis. Nec item desinunt quidam sectatores Witleff eum sic obtegentem cōtegere, & dicere,

dicere, quod in casu suo res specialiter agitur, quae auget difficultatem, nec per ista generalia verba dissoluitur. Pietas, scilicet, & deuota voluntas gestantium infantem praedictum. Cur ergo non supplet baptismi vicem in paruulo pietas ipsa gestantium, quia nullam habet propriam, sicut fides eorum confert eidem, qui nullam habet propriam? Sicut enim pro baptizando respondent, Credo, ita pro eodem respondent, Volo. Item in adulto requiritur, vt vtrūque per se respondeat. Et si corde credat ad iustitiam: & necessitate sacramentum amittat, quod omnino desiderat, supplet omnipotens Deus, quod necessitate, non voluntate differatur. Cur ita non proficit paruulo aliena voluntas, sicut propria prodest adulto, cum fides eaque proficit aliena? In his scrupulis fidei praeualeat certitudo authentica traducta de primæ ecclesiae. Et iuxta mores eius statim elicienda est veritas: iuxta quam ecclesia moderna definit, quod alienum originale peccatum per alienam fidem & pietatem tolli potest paruulo in baptismo, sine baptismo non potest: quia fidem non habuisse censendus est, qui fidem, nec propria confessione desiderando baptismum, nec aliena consequendo baptismum patenter exhibuit. Breuiter dico, baptismaliter nullus credit, nisi qui corporaliter per se suscipit sacramentum: aut per se secundum animi pietatem spiritualiter affuit sacramento. Alioquin enim reportat quisque, quod gessit in corpore. Quia si reportat commodum, quod baptizatus credit per alium: iustitia exigit, vt alienum originalis peccati reportet in commodum, quia nihil credit per baptismum. Est enim ratio *Augustin.* contra Iulianum libro sexto, capite vndecimo, dicentis. Quomodo reportat bonum, vt intret regnum Dei, si hoc reportet quisque, quod gessit: nisi quia pertinet ad paruulum etiam quod per alterum gessit, id est, credidit? Sicut itaque, quod credidit, pertinet ad eum, vt reportet bonum, id est, percipiat Dei regnum: sic ad eum pertinet, etiam si non credidit, vt reportet condemnationis iudicium: quia euangelica est & ipsa sententia, Qui non crediderit, condemnabitur. Sequitur. Vide ergo quod importunè nolis paruulum de alieno peccato reportare malum: & velis eum de alieno rectè facto reportare bonum, non quaecunque, sed Dei regnum. Alienum quippe opus est, cum credit per alterum, sicut alienum opus fuit, cum peccauit in altero. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce alienum opus fuit, quod peccauit in altero: ita alienum opus est, quod credit per alterum. Vtrūque verum est secundum rationem operis ope-

ratis. Sed sicut quod alienum fuit, quod peccauit in altero, fecerat esse suum in corpore proprio, quod traduxit ex altero: ita opus illud alienum, quod credit per alterum, necesse habet in corpore facere suum: aut in animo suo tingendo hoc per effectum, vel in necessitatis articulo per affectum. Alioquin quantumcumque sint sancti, aut iusti parentes, vel baiuli puerorum, nihilque ad eos pertinet, quod credunt, vel offerunt ad baptismum, si non proprio corpore lotionem accipiant, vel propria mente voueant quod non possunt, sicut nec ad eos pertinere debuisset alienum opus peccati, si corpus suum non tetigisset infectio, aut mens non inficeretur ex corpore. Lib. 3. de baptismo paruulorum. ca. 15. *Augustinus.* Proinde (inquit) quod ait Apostolus, cum fideles moneret, vt se ab infidelibus coniugibus non disungerent: Sanctificatus est enim vir infidelis in vxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre: Alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. sequitur. Illud sine dubitatione tenendum est: quare cumque illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, nisi Christiani, & ecclesiastici institutione sacramenti efficiatur fideles. Nam nec coniuges infideles, quilibet sanctis & iustis coniugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quare à regno Dei separatos in damnationem venire compellit. Nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisque procreati, originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati. Pro quibus tantò impèsius loqui debemus, quanto pro se ipsi minus possunt. Hæc ille. **AUTHOR.** Apertè *Augustinus* difficultatem Witleff euiscerat. Quantumlibet enim sancti, aut iusti sint parentes, aut paruulos gestantes in ecclesiam, quantumlibet ardore baptismum eorum desideret, si non sacramentaliter baptizetur, cum non credentibus censentur illis, de quibus dicitur, Qui verò non crediderit, condemnabitur. Illud enim, quod pro eis respondent, aut, credo, aut, baptizari volo, ad sanctificationem eorum valet in mente, si visibiliter asit in corpore: quare itidem non valeret adulto, qui in potestate habet vtrūque: corde. scilicet credere ad iustitiam: ore ite confiteri ad salutem. lib. 3. de baptismo. cap. 38. *Augustin.* Cum pro eis (supple paruulis) alii respondent, vt impleatur erga eos celebratio sacramenti: valet vtrūque: ad eorum consecrationem: quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo, qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet. Ex qua regula illud in euangelio dictum est: quod cum legitur, omnes naturaliter monent, aetatem habet, ipse pro se loquatur. Hæc ille.

Qualiter Witcleff peruertit textum euangelii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto : & quibus erroribus se immergit.

C A P. C I.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui peruertit textum euangelij, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. &c. dicens intelligi de aqua, quæ effluxit de latere Christi, & non de aqua baptismali, consultatur.
- 2 Witcleff quomodo vincat Pelagium & Vincetium hæreticos, ostenditur. &c.



Hontem aquæ regenerantis in vitam æternam, quem Christus in euangelio sufficienter, & efficienter effodere dignatus est, cum diceret, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnū Dei: sophisticè obstruunt Witcleuista, sicut puteos Abrahæ inuidi Palestini. Quarto titulo. cap. 11. Quantum (inquit) ad fidem scripture. Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. Probabiliter potest dici, quod Christus loquitur de aqua, quæ fluxit ex suo latere, & de baptismo tertio. Quia certum videtur, quod homo martyrizatus pro Christo, licet non irroretur nouiter aqua baptismatis, est saluandus. Ideo videtur probabile ad illum sensum negatiuam Christi intelligere, scilicet, quod nemo potest introire in regnum cælorum nisi baptisate aquæ effluxæ. Hæc ille. **AUTHOR.** Cum ꝑ omni reuerentia suscipio aquam illam, quæ fluxit è latere saluatoris: nõ tamen euacuãdam puto aquam illam, quam Christus in prædicto textu simul cum spiritu sancto in sacramento coniunxit. Nec est cuiusq; fideli probabile ad illum sensum aquã nostræ redemptionis intelligi. Idcirco in talibus expositionibus semper cauenda est hæresis: quia per expositionum suarum abrupta dum fidem negligunt sermonis, Dei sacramenta corrumpunt. Dicente Ambrosio in expositione epistolæ ad Romanos, textu, Sed regnauit

Witcleff.

Ambrosius

mors ab Adam. &c. Quia enim (inquit) propria quis autoritate uti non potest ad victoriam, verba legis adulerat, ut sensum suum quasi per verba legis asserat: ut iam non ratio, sed autoritas præscribere videatur. Sequitur. Postquam autem à concordia animis dissidētibus & hæreticis perturbantibus torqueri questiones cœperint, multa immutata sunt ad sensum humanum, ut hoc contineretur in literis, quod homini videretur. Vnde & ipsi Græci diuersos codices habent. Hoc autem verum arbitror, quando & ratio, & historia, & autoritas obseruatur. Hæc ille. **AUTHOR.** Optimè cauet hæreticos sensus Ambrosius: qui hoc voluit contineri in literis, quod homini videat. Sed verum sensum arbitratur esse de litera, quæ ratio literæ, & historia, & autoritas obseruatur. Sic etiam dicit Augustinus bonam expositionem fieri, quando fides verbi seruatur illę. lib. 83. quæstionum, quæstione de Samaritana: vbi dicit. De qua re id primum tenendū est, quod in omnibus scripturis summa vigilantia custodiri oportet: ut secundum fidem sit sacramenti diuini expositio. Hæc ille. **AUTHOR.** Nullo ergo modo potest illa expositio dici probabilis secundum fidem, quæ fidem excludit, & rationem, & historiam, & autoritatem illius verbi: sicut ille nunc baptismi fidem de Christi verbis nunc extrudit. Mira res de proteruia ista hæretica. In sacramento eucharistiæ ex omni studio panem materiale instaurat, ut panem gloriosum Christi corporis secundum suam naturam euacuet: iam aquã gloriosam in passione diffusam procurat, ut aquam materiale à sacramento Christianæ regenerationis exterminet: nec illam corporaliter, & visibiliter abluentem, sed virtualiter tantum: contra illum, quem Christus nostris indidit ordinem sacramentis. Beatus Augustinus reputat credibile esse, quod latro beatus ablutus erat corporaliter ab exiliante sanguine & aqua de latere saluatoris, nec tamen destitit inquirendo, quod etiam aqua nostri baptismatis potuit alicubi fuisse perfusus. lib. 1. de natura animæ ad Vincentium, ad errorem sextum Vincentii, vbi dicit. Nam ut omitterem, quod creditur, aqua simul cum sanguine exiliante de latere domini iuxta confixus potuisse perfundi, atq; huiusmodi sanctissimo baptismate dilui: quid si in carcere fuerit baptizatus? quod & postea persecutionis tēpore nonnulli clamulo impetrare potuerunt. Quid si & antequam regeneretur? Neq; enim propterea illi publice leges parcere poterant, quantum attinet ad corporis mortem, quoniam diuinitus accepe

Augusti.

Augusti.

kas

rat remissionem peccatorum. Quid si iam baptizatus in latrocinii facinus, & crimen incurerat: & non expers baptismatis: sed tãquam poenitēs accepit scelerum veniam, quæ baptizatus admisit? quando quidem pietas tam fidelis & domino in animo eius, & nobis in verbis eius apparuit. Nam si eos, de quibus non scriptum est, vtrum fuerint baptizati, sine baptismo de hac vita recessisse contendimus, ipsi calumniatur apostolis, qui præter apostolum Paulum quando baptizati fuerint, ignoramus. Sed si ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quod Petro beato dominus ait: Qui lotus est, non indiget ut lauet: Quid de aliis, de quibus vel tale nihil legimus dictum, de Barnaba, de Timotheo, de Tito, de Sila, de Philemone, de ipsis euangelistis, Marco, & Luca, de innumerabilibus cæteris? quos ablit, ut baptizatos etiam dubitemus, quanuis non legamus. Hæc ille. **AUTHOR.** Quid credis diceret Augustinus ad Witcleff, dicentem non oportere sic vel tunc baptizatum fuisse latronem: sed nec corporali illo fluxu de latere saluatoris: sufficit quod virtute illius, quod dubitare nõ licet, fuerat baptizatus? Accipe certum, dimitte incertum. Non obstant ista, quominus credibile satis putari potest, si non alio corporali latice, saltem de aqua lateris saluatoris corporali gurgite lotus erat. Vnde de natura animæ ad Renatum Augustinus. Huc accedit (inquit) quod nõ incredibiliter dicitur latronem fuisse, qui tunc credidit iuxta dominum crucifixus, aqua illa, quæ de vulnere lateris emicuit, tanquam sacratissimo baptismo fuisse perfusum. Hæc ille. **AUTHOR.** Sed & in isto magistram suum vincit Pelagium, & sectatores illius, qui terrore illius verbi deuicti, intelligentes de aqua baptismali verba Christi: necessarium dixerunt esse paruulos baptizari ad intrandum regnum cælorum, sicut in libro primo de baptismo paruulorum. cap. 17. Augustinus. Terrentur autem isti sententia domini, dicentis, Nisi quis renatus fuerit denuo, non videbit regnum Dei. Et propterea conantur paruulis non baptizatis innocentie merito salutem, ac vitam æternam tribuere: sed quia baptizati non sunt, eos à regno cælorum facere alienos noua quadã ac mirabili præsumptione: quasi salus, ac vita æterna posset esse præter Christi hæreditatem, præter regnum cælorum. Hæc ille. **AUTHOR.** Nouiori, ac multo magis inaudita, & mirabili præsumptione exponit hic Witcleff aquam de latere saluatoris, abiiciens aquam, quã saluator intendit, aquã, quã sanctū Philippū docebat eunuchus, cum

Augusti.

Augusti.

Augusti.

diceret. Ecce aquam, quis prohibet me baptizari? aquam de qua Petrus in actibus, Baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine &c. Quam vtique aquam saluator ingredi, & sanctificare dignatus est: de qua item Ioãnes baptisma nostrum inchoans, & figurans: Ego (inquit) baptizo in aqua &c. Quam vtique aquam in eisdem verbis Christus intellexit baptismo discipulorum suorum iniungere, cum diceret. Ite, doce te omnes gentes, baptizantes eos, non quidẽ de latere meo fluẽte aqua, sed aqua baptismali, ab aqua lateris mei habente virtutem. Pelagius valde erat territus non sic intelligere verba Christi, ne nimis perfidus haberetur toti ecclesiæ, quæ sic intellexit, & ab initio practizauit, sicut Christus tradebat Apostolis, & ab ipsis obseruabant patres ecclesię vsq; ad tempora nostra. Quãtã ergo temeritate iste Witcleff exuberat, qui vltra omnes seniores fideles, & perfidos, expositionem hanc nouellam in suggestionem aquæ baptismalis inuenit? Summatim dico: ipse de tanto vincit in hoc errore Pelagium, quantum ausus est cum catholicis ponere in paruulis originale peccatum, quod non dixit Pelagius, & illud non tollendum aqua sacramentalis baptismatis: quod non audebat Pelagius: nec item terrore illius verbi Christi ad Nicodemum: ponere illud necessarium sacramentum: sed ad cumulum hæresis verba Christi nouello superuestire sophismate. Ad proprium magistrum huius erroris mihi Witcleff te remitto Vincentium. Ad quem libro. 1. de origine animæ sic scribit Augustinus. Noli credere, nec dicere, nec docere aliquos eorum, qui sine baptismo Christi ex hac vita migrauerunt, interim non ire in regnum cælorum, sed in paradysum. Postea verò in resurrectione mortuorum etiam ad regni cælorum beatitudinem peruenire: si vis esse catholicus. Hoc enim eis dare nec pelagiana hæresis ausa est, quæ opinatur paruulos non trahere originale peccatum. Quos tu quanuis sicut catholicus cum peccato nasci fatearis: nescio tamen qua peruerfioris nouitate opinionis sine baptismate saluari, & ob hoc peccato, cum quonascuntur, absolui, & in regnum cælorum asseris introduci. Neque consideras in hac causa quantò deterius sapias, quã Pelagius. Ille quippe dominicam sententiã pertimescens, qua non baptizati in regnum cælorum non permittuntur intrare, licet eos, quos ab omni peccato liberos credit, nõ illò audeat paruulos mittere. Tu verò sic contemnis quod dictum est: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei:

Augusti.

vt excepto errore, quo audeo à regno Dei paradisum separare quibusdam, quos reos nasci sicut catholicus, credis sine baptisinate mortuis: & illius reatus absolutionem, & regnum celorum non dubites insuper polliceri. Quasi contra Pelagium in originali peccato astruendo tunc esse possis catholicus verus, si contra dominum fueris in destruenda eius de baptisimo sententia hereticus nouus. Nos te dilectissime non hic volumus hæreticorum auctor esse, vt error vincat errorem: & quod est peius, maior minorem. Hæc ille. AVTHOR. Collige iam singula, & vide si non sicut Vincentius suum Pelagium, ita Witcleff vincat Vincentium. Territus erat Pelagius dare paruulis non sacramentaliter baptizatis regnum celorum, cum tamen eos contrahere non sensit originale peccatum. Audax Vincentius concedit eos trahere primæuum delictum: sed non statim si non sacramentaliter baptizentur, quousque resurrectio compleatur, intraturos in regnum celorum: medio tamen tempore possidentes paradisum. Superat ipsum Witcleff in eo, quod assignat non renatis sine media requie regnum celorum, & in eo quod sensum verborum Christi ad malignitatem suam peruertit, aquam exponens baptismum de sola aqua lateris Iesu Christi. Hoc ne Pelagius ausus est facere? sed nec iste Vincentius. Pariter autem superat in hoc errore Pelagiū, quod sine sacramentali baptisinate concedit aliis regnum celorum, quos tamen trahere non dubitat originale peccatum. Deinceps audiamus, quomodo Witcleff exponat dicentem Apostolum: Quicumque baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus: saltem priusquam istum locum corrumpat. Accedat quod in libro sexto contra Iulianum scribit cap. 5. *Augustin.* Quicumque (inquit) baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus. Hic sunt paruuli, an non sunt? Si non hic sunt: falsum ergo est, quod ait, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. quia non in morte ipsius baptizantur paruuli. Sed quoniam verum dicit Apostolus, nulli intelliguntur excepti. Nam si de solis maioribus dictum putatis, qui iam vtantur libero arbitrio, cum dicat ille, Quicumque: frustra nos terret dominica illa sententia, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Habetis enim cōpendium magnum. Assuecite & hoc de solis maioribus dictum, nequaquam paruulos ista generalitate concludi. Si autem hoc dicere non audetis, quoniam vniuersaliter prolata est sen-


tentia: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: eadem vos vniuersitas comprimit, dicente apostolo, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ergo & paruuli, qui baptizantur in Christo, quoniam in morte ipsius baptizati sunt, peccato moriuntur. Hæc ille. AVTHOR. De baptisimo in aqua materiali concepit Augustinus Apostolum, & dicit, quod frustra terret nos dominica illa sententia, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. vbi nulli ab illa vniuersalitate Apostoli, siue maiores, siue paruuli intelliguntur excepti, cum dicit, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Nam expone textum Apostoli, Quicumque baptizati sumus aqua mortui corporis eius. Adde quod sequitur: In morte ipsius baptizati sumus. Et nugas facis, quas non fecit Apostolus. Et idē erit, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus in morte ipsius: Et non terret ista sapientes plus illa. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. Sed nec illa sententia Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.

Quod verbū Christi ad Nicodemum intendit aquam sensibilem.

CAP. CII.

SVMMA.

- 1 *Christi uerbum ad Nicodemum, quod intendat aquam uisibilem sacramenti Augustini auctoritatibus probatur.*
- 2 *Baptismatis Christi figura, mare rubrum.*
- 3 *Aque elementari nostri baptismatis quomodo coniungauit Christus uirtutem sui sanguinis, & gratiam spiritus.*
- 4 *Ambrosius quid dicat super illud Ioannis in canonica, Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt.*



De circo fides ecclesie exponit illam renascentiam, & asserit ab ore Christi, & apostolorum eius per aquam regenerationis, aquam uisibilis sacramenti

Augusti.

cramenti, quemadmodum resumpta sententia Christi ad eundem Nicodemum. lib. 2. de baptisimo paruulorum cap. 38. *Augustinus.* Sacramentum (inquit) baptismi profectō sacramentum regenerationis est. Quo circa sicut homo, qui non uixerit, mori non potest: & qui mortuus non fuerit, resurgere non potest: ita qui natus non fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parēte renasci potuisse non natum. Oportet autem, vt si natus fuerit, renascatur. Quia nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum Dei. Oportet igitur vt sacramentum regenerationis, ne sine illo malē de hac uita exeat, etiam paruulus imbuat. Quod nō fit nisi in remissione peccatorum. Quod etiam ipso loco Christus ostendit, cum interrogatus quomodo possunt ista fieri? commemorauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis. Cum itaque per baptismi sacramentum morti Christi conformantur infantes, eos à serpentis morsu fatendum est liberari: si à Christiane fidei regula nolimus aberrare. Hæc ille. AVTHOR. Attende non hic Augustinum usum esse reputatione tua: sed totam hanc sententiam sub pondere fidei regulæ Christiane distasse. Demum attendas ordinem. Primò (inquit) renasci non potest, qui natus non est. Deinde cum renascitur, tunc primò remissionem accipit peccatorum, uirtute mortis Christi, cui conformatur per sacramentum baptismi. Quod sacramentum nulli ante te perfidi, uel fideles sophisticare audebant, ne aliud intelligeretur, quàm in uisibili elemento sacratum. Tu forsan audax es ita æquiuocare nobis sacramentum baptismi, sicut Christo esse renatum æquiuocas, dicens hoc probabiliter in aqua lateris eius, & spiritu sancto probatē satis intelligi. Sed tunc quid oportet infantem prius nasci ex utero, quàm sic renasci? Et prius renasci, quàm serpentis exaltatione à ueneno morsu serpentis, id est, ab originali crimine liberari uirtute mortis Christi? Quare nō posset foetus hominis rationali spiritu animatus, tot diebus gestatus in utero, priusquàm nascatur in seculo, tingi uirtualiter aqua lateris Christi? Cur nō uel iam natus uirtute mortis Christi remissionem capere uertuti delicti priusquàm renascatur ex fonte? Forte in quo sacramenti scaturis ex uisceribus ecclesie, mystici corporis Iesu Christi, de cuius aqua præcipue Christus ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, vt exponit super Ioannem tractatu. 12. *Augustinus.* Ex aqua & spiritu oportet vt nascamur propter regnum Dei. Si propter hæreditatē patris hominis tē-

Augusti.

poralem nascitur: nascatur ex uisceribus matris carnalis: si propter hæreditatē patris Dei sempiternam, nascatur ex uisceribus ecclesie. Sequitur Spiritualiter ergo nascimur, & in spiritu nascimur. Verbo, & sacramento adest spiritus vt nascamur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo aqua ista vna cum spiritu, unde oportet vt nascamur propter regnum Dei, in uisceribus ecclesie Christi est. Ipsum sacramentum uisibile est ipsum, cui uia cum uerbo adest spiritus vt nascamur. An putas ex uerbo sacramentali & aqua lateris Christi in cælo vnum fiat ecclesie sacramentum? Sed ergo planum est peritis fidelibus, quod auctor iste nouellus exposuit quod nesciuit. Alioquin dicat quare Christus nō ibi sanguinem suū ponit, dicens, Nisi quis renatus fuerit ex sanguine & spiritu &c. cum secundum omnes scripturas in sanguine agni confirmatum est testamentum æternum, & in sanguine eius redempti sumus. Et huic accedit, quod mare rubrum figura baptismatis Christi fuit. secundum illud Apostoli. Omnes sub Moysē baptizati sunt in nube, & in mari. Et super Ioan. homil. 11. *Augustinus.* Iam mare, & quare rubrum? significabat mare illud rubrum baptismum Christi. Vnde rubet baptismus Christi, nisi Christi sanguine cōsecratus? Hæc ille. AVTHOR. Sed hoc ergo nouerint oēs, quod elementari aqua nostri baptismatis coniungauit Christus (vt Damascenus loquitur) uirtutem sui sanguinis, & gratiam spiritus: ita ut hi tres vnum sint in spiritali regeneratione uisibiliter consecrante. Propter hoc quod dicit Ioannes in Canonica. Tres sunt, qui testimonium dāt in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. Sicut eximie exponit in lib. 1. de spiritu sancto cap. 5. *Ambrosius.* Sunt (inquit) plerique, qui in eo, quod aqua baptizamus, & spiritu: nō putent aqua, & spiritus distare naturā, nec aduertunt, quod in illo aquarū sepelitur elemento, vt renouati per spiritum resurgamus. In aqua enim imago mortis: in spiritu pignus est uitæ: vt per aqua moriatur corpus peccati, quæ quasi quodam tumulo corpus includit: & per uirtutē spiritus renouemur à morte peccati. Et ideo hi tres vnum sunt, sicut Ioannes dixit, Aqua, sanguis, & spiritus. Vnum in mysterio, non in natura. Aqua igitur testis est sepulture. Sanguis testis est mortis. Spiritus testis est uitæ. Si qua ergo in aqua gratia, non ex aqua natura, sed ex præsentia est spiritus sancti. Hæc ille. AVTHOR. Hic uidetur Ambrosius perfidiā tuam refellere, sumens ex ea occasione loquendi de fide. Sūt, inquit, qui non putent aqua & spiritus distare naturam: quia

Augusti.

Ambrosius

aqua baptizamus, & spiritu, id est, qui non putet aquam illam à spiritali illa distare, quam Christus in passione effudit. Sed tãdem aquã elementarem demonstrat, in qua velut tumulo sepelitur, vt per spiritum resurgamus: & hæc ideo imago mortis est. Augustinus supra dixit, q̄ in illa cõformatur infans morti Christi. trahentes vtriq; dictum suum ex illo Apostoli, Consepulti ei per baptismum in morte. Si quam tamen gratiam habet aqua, ex spiritu habet, nõ natura. Ita vt ex his tribus simul in vnum cõplexis, aqua, sanguine, & spiritu, coniungendo aquam, quã simul fluxit ex latere Christi cum suo sanguine, vnum constet Christianis gratiæ sacramentum. Nec est eis plena gratia sanguinis & aquæ Christi, imò nec spiritus contummata ad effectum remissionis criminũ: nisi cum vt Christus instituit, & Ambrosius supra iam dixit, in illo aquarũ sepelitur elemento, vt renouati per spiritum resurgamus. Nec hoc sciebant etiam Pelagiani declinare de paruulis. cap. 10. contra Iulianum lib. 6. *Augustinus*. Agimus inquit gratias, quia hoc non putatis. Non enim ad regnum Dei natos nisi perfundantur admittitis. Atq; ita perfundi multò melius iudicatis esse, q̄ nasci. Sequitur. Non autem habere paruulos vitam nisi habeant Christum. Quem proculdubio habere non possunt, nisi induerint eũ eo modo, quo scriptum est, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hæc ille. **AUTHOR**. Ecce subridendo gratias agit Augustinus: quia Pelagiani non putãt ad regnum Dei natos admitti, nisi perfundantur aqua baptismali, id est, renascantur: vel sacramentaliter baptizentur. Sed Iulianus malignatione hæretica terminum confundebat ecclesiæ, vt aptius subuerteret verbi sensum. sicut eodem cap. 10. annotat *Augustinus*. Nõ frustra crederes dicere voluisse quod renascitur, sed quod perfunditur. Vt quoniam dominum, & diabolum quasi partes inter se fecisse per nostrum sensum demonstrare cupiebas, partem Dei faceres vilitate verbi viliorẽ. Potuisti enim dicere quod renascitur. Potuisti postremò quod baptizatur. Hoc enim verbum ex Græco latina consuetudo sic habet, vt non solet alibi, nisi in sacramento regenerationis intelligi. Nihil horum dicere voluisti, sed elegisti verbum, quo fieret contemptibile quod dicebat. Hæc ille. **AUTHOR**. Ad hoc proficit ecclesiæ Christi contemptus eius hæreticus, vt hoc modo clarificaret nobis Augustinus, q̄ renasci, vel baptizari ex antiqua consuetudine Latinæ ecclesiæ, quam traduxit ex Græco,

Augusti.

Augustin.

non solet intelligi, nisi de regeneratione sacramentali. Non ergo probabiliter, sed improbè exponit Wicleff, renasci de aqua lateris Christi, vel infusione spiritus sancti: cum nisi de sacramento elementi visibilis antiquo more ecclesiæ possit intelligi. Idcirco si Augustini disputationibus interfuisset, victus dixisset se cõtra Christi sententiam capitalem de baptismo sensisse, quando nõ renatis ex aqua baptismali & spiritu Christo negante, ipse concessit regnum cælorum. Sic enim magister eius in hoc errore Vincentius planè concessit in verbis, prout in supradicto lib. 1. ad eum recitat *Augustinus*. Dicis enim: aut si forte quispiam reluctetur latronis anime, vel Dinocratis interintẽporariè collatum esse paradysum. nam superesse illis adhuc in resurrectione præmium regni cælorum. Quanquam sententia illa principalis obsistat: quia qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum: tamen teneat etiam meũ in hac parte non inuidenti assensum: modò misericordiæ præscientiæq; diuinæ & affectum amplificet & effectum. Hæc verba tua sunt. Vbi te confiteris consentire dicenti quibusdam non baptizatis sic temporariè collatum esse paradysum, vt superfit illis in resurrectione præmium regni cælorum: contra sententiam principalem, qua constitutum est non intraturum in illud regnum, qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Quam sententiam principalem timès violare Pelagius: nec illos sine baptismo in regnum cælorum credidit intraturos, quos non credidit reos. Tu autem & originalis peccati reos paruulos confiteris: & tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis, & in paradysum mittis: & postea etiam regnum cælorum intrare permittis. Hæc & huiusmodi alia si forsitan in tuis libris attentior & otiosior inuenire potueris: sine vlla dilatione iam corrige, si & animum catholicum generis. Hæc ille. **AUTHOR**. Ecce corrigi iubetur, quòd contra Christi sententiam principalem paruulos peccati reos sine lauacro regenerationis absoluit, & ad cælum finaliter mittit.

Quanto magis corrigendus est Wicleff, qui totũ hoc facit: & amplius errans, sententiam illam principalẽ sine sensu lauacri regenerationis extorquet.

Augusti.

Augusti.


¶ Quòd

¶ Quòd visibili sacramento baptismi est sanctus homo quilibet abluendus. In quo qui credit, est sine dubitatione saluandus: qui verò non sic crediderit, condemnandus.

C A P. C I I I.

S V M M A.

- 1 Religio unde dicatur secundum Bernardum.
- 2 Hugo quid de fide sacramenti baptismi dicat. Et quam bene eam exponat.
- 3 Baptismi sacramento visibili quòd etiam sanctus homo quilibet sit abluendus, contra Wicleff. Et quid de hoc dicat Augustinus.
- 4 Baptisma quid ex Gregorio.
- 5 Baptismalis iustitia quæ dicatur. Et plura de hoc ibi.
- 6 Ambrosius quid de Petri ablutione dicat.



Wicleff.

Ndifferenciam humanæ salutis per diuina sacramenta iam explicat Wicleff: cũ sic concludit in prædicto quarto dialogi. cap. 12. Cũ iste baptismus sit insensibilis, & tantum nobis incognitus: videtur mihi imprudens præsumptio taliter saluationem hominis, vel damnationem ex baptismo definire. Hæc Wicleff. **AUTHOR**. Mira temeritas huius hæretici: quæ si discretè pensetur, multas hæreses superat, trãsilit in paganos. Sed dico si hæc sit imprudens præsumptio saluationem hominis vel damnationem ex baptismo te definire, loquaris expressius de quo baptismo: Iam enim tria signasti baptismata: haminis, sanguinis, & fluminis. Baptismus ille in sensibilibus primus horum est. De secundo non sic præsumimus. De tertio ergo, qui in sacramento fontis expletur, imprudentiam nostræ præsumptionis affirmas, quòd scilicet saluationem hominis ex eius susceptione, vel damnationem ex eius negligentia definimus. Quasi Wicleff iste corpus nõ habeat, sed pure sit spiritus, sic visibilia, & corporalia omnia, à fide reiciit Christiana. Et nõ quid quia Deus insensibilis fuit in Christo, & satis mundo incognitus: ideo videtur tibi imprudens præsumptio taliter saluationem hominis, vel da-

mnationẽ, Christi incarnationẽ, & passione visibili definire? Et nonne ideo oportuit exaltare non inuisibile Deũ, sed filiũ hominis, sicut Moyfes exaltauit serpentem in deserto, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam? Et nonne cũcta hæc corporalia erant, natiuitas Christi, passio, mors, & ascensio? & definita fide hoc credimus, q̄ ista non credens, sine dubio peribit? Qualiter non item talia credenda sunt fidelium, quibus corporalia, & sensibilia sacramenta? Libro suo de amore Dei in fine *Bernardus*. Ad hoc etiam in hac vita corporaliũ sacramentorũ valet religio: quia cũ vix aliquid nisi corporea & corporaliter intelligamus, q̄ diu in imagine pertransimus, corporalibus religamur sacramentis, ne à Deo recedamus. Vnde & à religãdo religio dicitur. Enimvero fidelis anima talib; erudita, talibus non indigere incipiet, & à corporalibus transire ad spiritualia, ad spiritualiũ corporũ conditorẽ, hoc verè erit exire à farcinis. Hæc ille. **AUTHOR**. Respondet tibi ergo tota fides simul nostræ matris ecclesiæ. Hoc sine dubio credimus, hoc sine ambiguo definimus pro infallibili vero, quod ait infallibilis veritas, cũ iam ascensurus esset in cælus. Eũtes in mundũ vniuersum, predicare euãgeliũ omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Quis contradicit huic sententiæ? aut quis dubitat esse veram? Velles nos forma reputationẽ tuam nouellã circa certissima verba Christi, sicut ibi subiungis. Reputamus tamen absq; dubitatione, q̄ infantes ritè baptizati flumine, sunt baptizati tertio baptismate. Procul hinc cum reputationibus tuis hæreticis: quæ velis nolis dubiis validis sunt subiecta. Nos iterũ & indefessè repetimus, & repetita simpliciter verba indubiè definimus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Nul- lus ab hac sententia excipiendus est, siue magnus, siue paruus. Quisquis non baptismaliter credit: siue per seipsum, si sit adultus: siue per alium, si sit paruulus, ipse danabitur. In expositione super Marcũ ibi *Beda*. Quid hic dicimus de paruulis, qui per etatem credere nõ valent? De maioribus nulla quæstio est. Per alios ergo paruuli credũt in ecclesia, sicut ex aliis trahunt peccata, quæ illis in baptismo remittuntur. Hæc ille. **AUTHOR**. An fortè generalitatem definitionis non accipis, sed vis, vt baptizatos excipiamus à spiritu sancto? Nõ ita. Ipsi enim credunt, & baptizantur, qui fide media quantũ possunt properãt ad baptismum, & si quandoq;

Bernardus.

Beda.

Hugo.

quandoq; exterius baptizari nō possunt. Vn de lib. 2. de sacramen. parte. 6. cap. 7. Hugo. Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ecce ergo dubium nō est, quin vbi fides est, & baptismus est, salus est. Et quid sequitur? Qui verō non crediderit, condēnabit. Quare ita dicere voluit? Quare nō dixit: Qui non crediderit, & baptizatus fuerit, condēnabitur, sicut dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit? Quare nisi quia credere volūtatis est, & quia fides credere volenti deesse nō potest. Et idcirco in eo, qui non credit, semp̄ praua voluntas arguitur: vbi necessitas nulla esse potest, quę ad excusationem prætedatur. Baptizari aut̄ in volūtate esse potest, etiā quādo nō in possibilitate est. Idcirco iustē bona volūtas cū deuotione fidei suę, nō despicitur, quāuis ab eo, quod foris est, sacramēto aquę percipiēdo, articulo necessitatis præpediatur. Hęc ille. AVTHOR. Bene exponit Hugo fidē sacramenti baptismi esse bonā voluntatē cū deuotione percipiēdi baptismatis sacramentū. Quisquis em̄ rectē credit tantā esse sacramenti virtutē, vt ea pcepta, remissionē omniū peccatorū accipiat, omni mētis deuotione ad eā festinat: quę vtiq; fides, & deuotio per æquivalentiā pro baptisate cōpēlatur. Quod ex eo probari potest, quod dominus, & institutor baptismi secundū prædicta Augustini, in tali mētis angustia vices supplet: ita vt semp̄ verū sit, & infallibile verū: quod sine baptismi sacramēto nullus saluabitur: quia sine ipso in se, vel sui iustissimo supplemento, & signato quisq; dānabitur. Valde ergo necessariū, & sub salutis detrimēto requiritur, quod etiā cū haberi nō potest in se, haberi tñ per supplementū exigit. Quę vtiq; necessitas à tēpore illi⁹ edicti Christi stabilis perseverat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū Dei. Libro de fide ad Petrū. cap. 22. Augustinus. Ad regnū diuersis temporibus per sacramēta, quę ad fidē incarnationis suę Christus instituit, illi pueniunt, quos Deus gratis nullo bonę volūtatis, vel boni operis merito pcedente saluauit. Et ex illo tempore, quo saluator noster dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest videre, vel introire regnum Dei, absq; sacramento Christi baptismatis præter eos, qui in ecclesia catholica sine baptisate pro Christo sanguinem fundūt, nec regnum cælorū potest quisquam accipere, nec vitā æternam. Quod siue in catholica, siue in hæresi quacūq;, vel schismate quisquam in nomine patris, & filii, & spiritus sancti baptismi sacramentum accepit: sed sa-

lutem, quę virtus est sacramenti, non habebit, si extra ecclesiam catholicam ipsum sacramentum habuerit. Ergo ideo debet ad ecclesiam redire, non vt sacramentum baptismatis iterum accipiat: sed vt in societate catholica vitā æternam accipiat. Hęc ille. AVTHOR. Præfixum est tempus decreti: nullum restat amodō priuilegium liberandis à crimine, si nō regenerentur aqua à tempore illo (dixit Augustinus) quo saluator noster dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua. &c. Si adhuc auctoritatem huius libri refugas, confirmauit eam finalis illa promulgatio legis editæ ore Christi ad discipulos, ita inquitis. Docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Si omnes gentes, quis tam spiritus sancto replendus erit, vt se putet ab hac vniuersalitate seclusum? At quia promulgata lex solet poenę additione firmari: ideo idem dominus ad discipulos iuxta Marcum ait. Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verō non crediderit, condemnabitur. Qui crediderit, inquam, efficaciam sacramenti in sanguine redemptoris, hic saluus erit. Et qui non crediderit, eam renuens tanquam superfluam, ipse condemnabitur. Quare? quia lex ista generalitate sua præfulgens in se in sui promulgatione, & in conclusionē poenę omnem locum excipientibus adimit, omnem præcludit instantiam. Da sergo mihi repletum spiritu sancto, da sanctificatum ex vtero, sit socius Ieremię, parificetur Ioanni: adhuc vt habeat completam gratiam requiritur habere visibile sacramentum. Alioquin dic mihi, cur vterque horum cū prius foret repletus spiritu sancto ex vtero matris suę, postea tamen, vt susciperet signaculum legis, circumcisionem accepit? quam locum tunc habuisse nostri baptismi nullus tam imperitus in sacris literis lector, ne scit, vt existimat Augustinus contra Iulianum libro sexto. Quę tamen multo inferior erat nostro baptisate in munere gratiæ: quę nec omnium peccatorum reatum absterfit, nec aperuit ianuas paradisi. Si ergo tempore isto forent, non obstantē baptisate illo fluminis, baptizari egerent baptisate sacramenti sensibilis: sicut sanctus Cornelius cęturio, aut quantumcunq; sanctus catechumenus. Vnde planē scribit Homil. decimertia super Ioannem Augustinus dicens. Ad hoc autem viam præbuit dominus Iesus Christus, ne quis arrogans, quod habeat abundan-

Augustin.

Witcleff.

Augustin.

dantiam alicuius gratiæ dedignetur baptizari baptismō Christi. Quantumcunq; enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suę portat. Non illi dimittitur, nisi cū venerit ad baptismum. Quo modo non caruit populus Israël populo Ægyptiorum, nisi cū venisset ad mare rubrum, sic pressura peccatorum nemo caret, nisi cū ad fontem baptismi venerit. Hęc ille. AVTHOR. Ecce quantumcunq; catechumenus proficit, adhuc portat sarcinam iniquitatis suę, donec veniat ad baptismum. Sed fallitur Witcleff in seipso, cū sic obijcit, Iste baptismus spiritus est insensibilis: alius est baptismus Christi in signo sensibili aquę. in priori loco Trialogi. Quasi diceret. Primus est Baptismus Spiritus sancti. Alius est baptismus in aqua materiali, quasi non etiam Spiritus sancti. Dicente tamen Christo, Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. Multo felicior Christianus erat Petilianus hæreticus, qui adhuc idem distinguens baptismā per tres gradus, baptismū spiritus deputauit Christo. Libro. 2. contra eū responsione. 31. Augustinus. Vnum dixisti baptismum in tribus gradibus consecratum, Aqua, Spiritu sancto, & igne: tres personas per singula posuisti, Ioannem ad aquam, Christū ad spiritum, paracletum ad ignem. Et infra. Dixisti enim: ipseq; ignis paracletus crepitantibus flammis ardescens in Apostolos superuenit: quasi alius sit Spiritus sanctus, quem de dit insufflando in faciem discipulorum, & alius, qui post eius ascensum in Apostolos superuenit. Nunquid ergo duo sunt Spiritus sancti? Quis hoc vel demētissimus dixerit? Sequitur. Proinde non Christus Spiritum sanctū dedit, & ignem paracletus, vt quasi compleretur quod dictū erat, in Spiritu sancto & igne: sed idem ipse Christus Spiritum sanctum dedit, quem in terra positus, suo flatu, in cælo autem positus, linguis igneis demonstrauit. Hęc ille. AVTHOR. Magis ergo accedit Petilianus Euangelio Christi, qui Christo tribuit baptismum Spiritus sancti, quā Witcleff, qui in ter illa distinguens, Christo solum cōcedit baptismum in aqua materiali. Veruntamen si in vno & eodem baptisate Christi baptismum in aqua, diuidat à baptisate Spūs sancti, sciat baptismum Christi nullum esse, qui sit visibile sacramentum, nisi quod inuisibiliter continet gratiam Spiritus sancti. Aqua enim sola lauacrum regenerationis nostrę non est. Accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum, dicit Augustinus. Et non qualibet aqua, sed quę habet gratiā Christi ex illapsu Spi-

tus sancti, illa sanat. Suprà, dixit Ambrosius. De qua item in Iob dicitur: quod non confertur tinctis in die coloribus. Super quo. 18. libro Moralium Gregorius. Baptisma, id est, tinctio dicitur ipsa nostra in aquam descēso. Tinguimur quippe: & qui prius indecori eramus deformitate vitiorum, accepta fide, reddimur pulchri gratia, & ornamento virtutum. Hęc ille. AVTHOR. Nō ergo cauillator Witcleff effugiet interpretando inuisibilem suum baptismum, id est, baptismum fluminis, ad spiritum in baptisate fluminis: quia sine illo baptismus fluminis nullus est. Quia quāuis in illo fictus nō abluatur ad salutem, non minus tamen præsens est per sufficientiam sacramenti. Etiam in ipso abluto per impressum characterem, casualiter continet sacramentum: gratiam per se, quāuis non hanc efficiat in suscipiente. Hęc ipsa gratia comparata gratiæ priori cuiilibet, qua repletur baptizandus, terminus est, & perfectio gratiarum. Gratia spiritus baptismalis præcedens quantumcunq; sit grandis, sola conceptio gratiarum est, ista natiuitas: vt suprà dixit Augustinus ad Simplicianum. Vide ergo, quantum prodest concipi sine natiuitate, tantum prodest baptizari baptismō fluminis absq; secundo baptisate. Et per baptismum fortē primum efficitur homo aliquantum iustus: isto autem secundo consequitur omnem iustitiam. Idcirco Ambrosius dicit eam omnē iustitiam ex verbo Christi ad Ioannem. Sic decet nos adimplere omnem iustitiam. Vnde & Paulus hanc iustitiam intellexit ad Romanos dicens, Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidē. Vbi in expositione Haymo. Iustitia Dei, id est, iustificatio, qua iustificat in se credentes, in Euangelio manifestatur, cū dicitur, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, id est, iustus erit. Hęc est iustitia, qua omnes credentes dono patris, ac filij, ac Spiritus sancti iustificantur. Quę idcirco iustitia dicitur Dei, quia eam impertiendo fidelibus, iustos eos reddet. Hęc ille. AVTHOR. Ecce iustitia baptismalis est euangelica illa iustitia, qua quilibet credēs, & ritē baptizatus, saluus erit, id est, iustus, sine qua iustitia reus condemnabitur. Quantumcunq; ergo illustretur quis Spiritu sancto Dei ante baptismum, solum inchoatiue est iustus, & per tendētiam volūtatis in baptismi visibile sacramentū accipit integrum omnis iustitię cōplementum. Sic Abraham prius credidit Deo, & reputatū est illi ad iustitiam: sed vt impleretur sua iustitia, & etiam in semine suo ad omnes gentes, signaculum circumcisi-

Gregorius.

Haymo.

Augustin. nis accepit iustitiæ fidei. In de baptismo contra Donatistas lib. 4. ca. 38. *Augustinus*. Coniungere veraciter possumus quid valeat in paruo lis baptismi sacramentum ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit: quum priusquam acciperet, iustificatus est Abraham: sicut Cornelius dono etiam Spiritus sancti priusquam baptizaretur, donatus est. Dicit tamen Apostolus de ipso Abraham, Signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, qui iam corde crediderat, & deputatum illi erat ad iustitiam. Cur ergo ei præceptum est, ut omnem deinceps infantem masculum octauo die circumcideret: qui nondum poterat corde credere, ut ei deputaretur ad iustitiam, nisi quia & ipsum per seipsum sacramentum multum valebat: Quod in filio Moyse per angelum manifestatum est, qui cum circumcisus adhuc à matre ferretur, præfenti, & euidenti periculo ut circumcideretur, exactum est, & cum factum esset, depulsa est pernicies. Sicut ergo in Abraham præcessit iustitia fidei, accessit circumcisio signaculum iustitiæ fidei: ita in Cornelio præcessit sanctificatio spiritualis in dono Spiritus sancti, & accessit sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octauo suæ natiuitatis die circumcisus est, præcessit signaculum iustitiæ fidei: & quod patris fidem imitatus est, secuta est in crescente ipsa iustitia, cuius signaculum in infante præcesserat: Ita in baptizatis infantibus præcedit regenerationis sacramentum: & si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiam in corde conuersio: cuius mysterium præcessit in corpore. Hæc ille. **AUTHOR.** Igitur si signaculum iustitiæ baptismalis circumcisio tantum profuit, cum accessit præcedenti iustitiæ: quid designare dicemus? Et si ipsum per seipsum circumcisionis sacramentum, tam multum valebat: non dubium non euadit periculum, qui putans sibi sufficere, quod accepit Spiritus sancti donum, damnationem sibi certam, si sic discesserit, non definit. Scio dominum sanctificare talem quandoque prius inuisibiliter: sanctificat & homo post per suum ministerium, non in signo sensibili tantum, sed item in inuisibili dono Spiritus sancti. Regeneratio enim non fit in aqua tantum, sed in aqua & Spiritu sancto. Qui ergo donum primum accepit, ad hoc accepit, ut se præparet ad secundum. Instinctu enim suo secreto tunc spiritus admonet, quam abundans sit securum donum gratiæ, quod succedet. Vnde & Euangelium docet, qualiter discipuli Spiritum sanctum acceperant, cum

Augustin. sufflaret in eos Christus, & diceret, Accipite Spiritum sanctum &c. Sed quantum excellentius, & quasi inundanter totum gurgitem gratiarum acceperant, quando eundem Spiritum secundo in linguis igneis receperunt? Reuera idem spiritus est, sed longe vberius, & ad remissionem efficacius secundo sumitur in sacramento. Nec ignoro tamen aliquando profuisse quibusdam sanctificationem illam inuisibilem sine visibilibus sacramentis, sed non ab institutionis tempore sacramenti, sed nec vnquam cum sacramento æqualiter ad delectionem reatus culpæ, & ad introductionem gloriæ. De hac enim re quæstionem agit cap. 69. in quæstionibus Leuitici, *Augustinus*. Quomodo, inquit, Moyses sanctificat & dominus. Non enim Moyses pro domino, sed Moyses in visibilibus sacramentis per ministerium suum: dominus autem inuisibili gratia per Spiritum sanctum, ubi est totus fructus etiam visibilium sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione inuisibilis gratiæ visibilia sacramenta quid profunt? Merito autem quaritur: vtrum etiã ista inuisibilis sanctificatio sine visibilibus sacramentis, quibus etiam visibiliter sanctificamur, pariter nihil proficit? quod utique absurdum est. Tolerabilius enim est, ut quis dicat si ne illis istam non esse, quam si fuerit non prodesse, cum in ista sit utilitas eorum. Et infra soluit difficultatem. Proinde colligitur inuisibilem sanctificationem quibusdam fuisse, atque profuisse sine visibilibus sacramentis: que temporum diuersitate mutata sunt, ut alia tunc fuerint, alia modo sint. Visibilem ergo sanctificationem, quæ fieri per visibilia sacramenta solet, sine ista inuisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen sacramentum visibile contemnendum est. Nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Hinc est, quod Cornelius, & qui cum illo erant, cum iam visibiliter infuso Sancto spiritu, sanctificati apparerent, baptizati sunt tamen. Nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio, quæ inuisibilis iam præcesserat. Hæc ille. **AUTHOR.** Hoc intelligat iste Wicleff, qui dicit nos imprudenter præsumere, quod saluationem, aut damnationem hominis ex baptismo de finimus: cum baptismus alius sit iam inuisibilis, & nobis incognitus: quasi sic posset operari salutem incognitam nobis sine visibili baptismo. Audiatur Augustinum dicentem, quod non obstante inuisibili sanctificatione, si absit, non est tamen sacramentum visibile contemnendum: quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Et libro suo de myste

Ambrosius 6 mysterijs *Ambrosius*. Ascendisti de fonte. Memento euangelice lectionis. Etenim dominus noster Iesus Christus in Euangelio lauit pedes discipulis suis. Quando venit ad Simonem Petrum, ait Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Non aduertit mysterium, & ideo ministerium recusauit, quod grauari humilitatem serui crederet, si sibi obsequium domini patienter admitteret. Cui respondit dominus, Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. Quo audito Petrus, Domine, non tantum pedes, inquit, sed manus, & caput. Respondit dominus. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus. Mundus erat Petrus, sed plantam lauare debebat. Habebat enim primi hominis de successione peccatum, quando eum supplantauit serpens, & persuasit errorem. Ideo planta eius abluatur, ut hereditaria peccata soluantur. Nostra enim propria per baptismum laxantur. Hæc ille. **AUTHOR.** Hic definit Ambrosius Petrum, quæuis iustum, & sanctum, abluendum tamen aqua baptismi ad tergendum originale peccatum, si velit habere partem cum Christo. Ex hoc ergo, quod visibile sacramentum quis contemnit accipere, quod nec inuisibilem baptismum acceperit, securè possumus definire. Et reuera ipse contemnit non solum qui oblatum despicit, sed qui nolit accipere, cum possit, & sic ex hac vita discedit. Vnde in fine libri quarti de baptismo contra Donatistas, *Augustinus*. Ostenditur, inquit, aliud esse sacramentum baptismi: aliud conuersionem cordis, sed salutem hominis ex utroque compleri. Nec si vnum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse, ut & alterum desit: quia illud sine isto potest esse in infante: & hoc sine isto potest esse in latrone, complente Deo, siue in illo, siue in isto, quod non ex voluntate defuisset. Cum verò ex voluntate, alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. Et baptismus quidem potest inesse, ubi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse, non percepto baptismo, sed contempto baptismo, non potest. Neque enim vilo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur. Hæc ille. **AUTHOR.** Hoc iam repetit, quod prædixit. Nullo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur. Qualiter autem contemnitur, parum ante exposuit. Cum ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. Cui ergo voluntate hominis baptismus visibilis deest, ipse reatu poenæ damnationis constringitur: sicut cui defuerit voluntate conuer-

sio cordis per sanctificationem inuisibilis spiritus.

¶ Ad argumentum de martyrio, quo quis posset saluari ante baptismum.

C A P. C I I I I.

S V M M A.

- 1 Responsio ad Argumentum Wicleff de martyrio, quo baptismi necessitatem euacuat.
- 2 Martyrium, an maius baptismate.
- 3 Peccatorum remissiones quantæ.
- 4 Baptismi plura genera recensentur ex Gregorio Nazianzeno, & Cassiodoro.



Ideatur interim argumentum, quo baptismi necessitatē euacuat. Certum, inquit, videtur, quod homo martyrizatus pro Christo, licet non irroretur nouiter aqua baptismatis, est saluandus. Ideo videtur probabile ad illum sensum negatiuam Christi intelligere. Hæc Wicleff. **AUTHOR.** Hoc non sufficit, nisi etiam affirmatiuam consequenter exponas, quæ in declarationem eius Christus assumpsit. Oportet, inquit, nos nasci denuo. Quæ est ergo prima natiuitas? Illa, de qua ite subiecit. Quod natum est ex carne, caro est. Quæ secunda? Et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Quia ista est secunda, necesse est ut prima præcedat. Igitur dicit *Augustinus*. cū ecclesia, quæ antequam quis sit natus, nemo potest esse renatus. Et quare non renatus priusquam natus, si hoc est renatum esse, quod est in aqua Christi lateris lotum esse? Numquid pro oibus hominibus etiã paruulis in utero hæc aqua effusa est, sicut & sanguis? Nec hoc tantum, sed per multos annos portat homo suum reatum, si non suscipiat suum baptismum. Imò quæuis credat in Christum, & baiulet crucem eius, si non sit particeps sensibilis lauacri, Christus non credit aquam lateris sui, nec seipsum illi. *Homi. 1. 1. super Ioannem in principio, Augustinus*. Opportune occurrit, ut hodie audiretis ex Euangelio: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non videbit regnum Dei. Tempus est, ut vos exhortemur, qui estis catechumeni: qui sic credidistis in Christum, ut adhuc vestra peccata portetis. Nullus autem regnum cælorum videbit oneratus peccatis. Quia nisi, cui dimissa fuerint, non regnabit cum Christo. Dimitti autem non possunt, nisi ei, qui

qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. Hæc ille. A V T H O R. Sed cur hæc dicit ad catechumenos, qui iam credunt in Christum? Cur improperat, quod peccata sua portent, nec dimittantur? Ex sibi dubio renati sunt ex aqua lateris Christi, & Spiritu sancto, de qua intelligitur negatiua Christi. Sed adhuc ibi infra addit *Augustinus*. Si ergo Nicodemus de illis multis erat, qui crediderant in nomine eius, iam in isto Nicodemo attendamus, quare Iesus se non credebatur eis. Respondit Iesus, & dixit ei, Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei. Ipsi ergo se credidit Iesus, qui nati fuerunt denuo. Ecce illi crediderant in eum, sed Iesus non se credidit eis. Intendat, & intelligat charitas vestra. Si dixerimus catechumenos, Credis in Christum? respondet, Credo. & signat se, iam crucem Christi portans in fronte, & non erubescit de cruce domini sui. Ecce credidit in nomine eius. Hæc ille. A V T H O R. De certo arguit *Augustinus* catechumenos non esse renatos ex aqua & Spiritu sancto, quia non sunt nati denuo. Et qualiter hoc cognosceret, si renasci foret inuisibiliter nasci ex aqua lateris Christi Iesu? Argueret enim vnū ignotum per æquè ignotum. Quid enim esset iuxta *Witcleff*, denuo nasci, nisi iam secundò in fide passionis Christi renasci? Et sic tamen renati sunt, quia credunt: & cruce Christi frontem signant. Et tamen adhuc negatiua illa Christi permanent implicati. Vnde Iesus non se credit eis: quia denuo nati non sunt. Sed necesse erat, vt *Pelagij* discipulus scripturâ Christi turbaret: quam item magister eius corruptit. *Pelagius* enim ipsam auctoritatem Christi ad hæresim peruertebat per regnum: *Witcleff* per aquam. Sed iste secundus eo perniciosus, quod cunctis patefecit aditum & vitæ æternæ & regni celestis per aquam inuisibilis sanctificationis. *Pelagius* hoc non audebat, sed non lotis aqua sensibili paruulis duntaxat vitam concessit æternam, regnum subtraxit. Vnde de Dei regno errauit: quia extra ipsum vitam cognouit æternam. Iam videamus quid arguit. Certum videtur, qd homo martyrizatus pro Christo, licet non irroretur nouiter aqua baptismatis, est saluandus. A V T H O R. Hoc constat ecclesie, si in fide dicatur ecclesie: quemadmodum filius eius dixit lib. 13. de ciuitate Dei ca. 7. *Augustinus*. Nam quicumq; etiam non percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur: tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro

fonte baptismatis. Qui enim dixit, Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum: alia sententia istos fecit exceptos, vbi non minus generaliter ait, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est. Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Hæc ille. A V T H O R. Attollat *Witcleff* oculos suos, & videat martyres excipiendos ab hac sententia Christi. Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. cum intelligatur renasci ex regeneratione actuali, & per aliam sententiam Christi esse saluandos, Qui me confessus fuerit coram hominibus &c. Ab hac tamen excipiendi non essent, si renasci intelligendum esset in aqua effluxa de latere Iesu Christi. Nam qui potius renascuntur ex aqua lateris, quam qui sanguinè suam fuderunt pro sanguine agni, qui simul manauit cum aqua de latere? Et tamè dicit non in hac sententia comprehendendos martyres, qui renasci non possunt ex aqua, & Spiritu sancto. Ex qua aqua? Si effluxa de latere Christi, iam peccasti. Sed necesse est, vt dicas de aqua elementi baptismalis, de qua item re ipsa elementi renasci martyres nequaquam possunt: qui dolent etiam, qd non possunt. Reuera & sic possunt, quod per se non possunt. Possunt quidem per baptismi vicariam voluntatem, aut passionem suppletam, sed non possunt per ipsam exteriorè ablutionem. Iterum audiatur quid arguit. Certum, inquit, videtur, qd homo martyrizatus pro Christo, licet non irroretur nouiter aqua baptismatis, est saluandus. Quid terminos sanctæ auctoritatis extraneas? Quid dicis, irroretur, & non accipis. Christi verbū, dicens, nascatur: aut cum Apostolo, regeneretur? Sic *Iulianus* verbum, perfundatur, extorsit. Si quidem idem intelligas per verbū, irroretur, quod Christus in verbo renascatur, peto, pbes assumptū, quia tunc assumis, qd martyrizatus pro Christo, post præsens editum Christi, licet non regeneretur aqua baptismatis actu, vel habitu, aut affectu, vel effectu, ipse interim est saluandus. Hoc ego renuo, hoc tota fides negat ecclesie. Sic enim intelligit ecclesia verbum Christi. Vnde & beato latroni (dicit *Augustinus*) baptismi sacramentum non defuit: quia voluntas adsuit, non potestas. libro. 4. de baptismo, contra Donatistas, cap. 37. dicens, Quid autem valeat, & quid agat in homine corporaliter adhibita sanctificatio, sine qua tamè latro ille non fuit: quia non eius accipiendæ voluntas defuit, sed non accipiendæ necessitas, difficile est dicere. Nisi tamen

tamen plurimum valeret, non serui baptismi dominus accepisset. Verum quia per se ipsa consideranda est excepta salute hominis, cui perficiendæ adhibetur, satis indicat, quod & in malis etiã ipsa integra est: cum illi, nisi corrigantur, salutem habere non possint. Hæc ille. A V T H O R. Ponderandum est quod dicit, sine corporali sanctificatione baptismi latro non fuit, qui sine voluntate habendi non fuit. quanquam hoc non determinatè potuit *Augustinus* edicere. Mouit autem eum, quod legislator promisit ipsi regnum: qui tamen non nisi renatis ex aqua & spiritu decreuit a proposito ipsum regnum. Et per hoc supplere doctus habitum animi, vt corpus renatum dici potuit in generali habitu voluntatis. Libro 83. quæstionum quæstione. 62. *Augustinus*. Occurrit, inquit, animo latro ille, cui dictum est, Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso, qui nec ipsum baptismum acceperat. Quamquam *Cornelius*, & qui cum eo ex gentibus crediderant, Spiritum sanctum, etiam priusquam baptizarentur, acceperint: non tamen video quomodo & ille latro sine Spiritu sancto dicere potuerit, Memento mei domine, cum veneris in regnum tuum. Nemo enim dicit dominum Iesum, dicit Apostolus, nisi in Spiritu sancto. Cuius fidei fructum dominus ipse monstrauit, dicens, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quomodo ergo ineffabili potestate dominantis Dei, atq; iustitia deputatum est etiam baptismum credenti latroni: & pro accepto habitu in animo libero, quod in corpore crucifixo accipi non potest: sic etiam Spiritu sanctus latenter datur ante domini clarificationem. Post manifestationem autem diuinitatis eius manifestius datus est. Et hoc dictum est. Spiritus autem nondum erat datus, id est, nondum sic apparuerat, vt eum datum esse omnes faterentur. Hæc ille. A V T H O R. Ecce ineffabili potestate dominantis Dei atq; iustitia deputatum est baptismum credenti latroni pro accepto habitu in animo libero, quod in corpore crucifixo accipi non potuit. Non ignoro tamen hic, quod *Augustinus* retractat de baptismo huius sancti latronis: sed ad rem propero. Formetur igitur argumentum *Witcleff* de hoc baptismo flaminis in latrone, quod fecit in baptismo sanguinis in martyre. Certum videtur, quod homo sanctificatus a spiritu sancto, licet non irroretur nouiter aqua baptismatis, si sic decesserit, est saluandus. Dicit item ecclesia: si non renatus fuerit ex aqua baptismatis in ipso corpore, sed tamen men-

te, & si non actu, tamen affectu: & si non affectu expresso, tamen habitu libero concepto generaliter in principio fidei, si sic decesserit, est saluandus. Quia tunc excludente necessitate potentiam consequendi iuxta decretum Christi, renatus est ex aqua dico sensibili, & Spiritu sancto, vt videre poterit regnum Dei. Si quidem nulla talis voluntas affuit, iam contempsit: & quantumcunque sanctificatus, aut martyrizatus pro Christo, nondum ita sanctificatus est, vt à reatu delicti mundeatur. Idè *Augustinus* cum probasset latronem habuisse Spiritum sanctum, cum diceret, Memento mei domine. subiunxit tamen eum habuisse animum baptizandi, cum dominus responderet, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Cum item tunc non differret à martyre. Arguis ergo sic: quod martyrium ad salutem nulli prodest, nisi iam renato in aqua & Spiritu sancto. Confiteor, sed sicut Saluator dixit, ex voluntate efficaci, vel ipsa re. Tunc enim baptismi vicem supplet martyrium: sicut supra *Augustinus* exposuit libro. 4. contra Donatistas: de baptismo cap. 36. dicens, Baptismi sanè vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, non leue documentum idem *Cyprianus* assumit. Quod etiam atq; etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro Christi nomine, id, quod ex baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem, conuersionemque cordis, si fortè ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Hæc ille. A V T H O R. Declinavit ergo *Witcleff* à fide, quando arguit quenq; per martyrium posse saluari sine respectu baptismi, quia sic necessitatem eius euacuat. Debit enim dicere: quia martyrium tunc tantum sine re baptismi proderit ad salutem, quando vices baptismi supplet martyriū. Hoc autem non permittitur, nisi in angustijs temporum negatiuum potestatem, cum voluntas auidè postulat, & dominus baptismi passionem eius vice admittit. Cõsimilis itè ratio in sanctificatione cordis admittitur. Simulq; & perpendi debet, qd tunc baptismus aquæ non deest, sed adest, quado in martyrio suo vicario, quis non in seipso præsens est. Huc modū Christus habuit cum dixit, Vbiq; duo, vel tres fuerint cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Huc ergo talè martyre aut sanctificatū, renatū dico aqua sensibili & Spiritu sancto, quauis non sint perfusi illo lauacro in seipso. Gerit enim martyrium vices sui maioris: vnde non censetur

Augustin.

Augustin.

V. Vitcleff.

Augusti.

V. Vitcleff.

Augusti.

V. Vitcleff.

Augustinus

2 sebitur esse absens. Si quis autem contendat maius esse martyriū sacro baptismo: Dicitur potest, et si secundum se maius est, secundum tamen, quod vicariatū gerit sui minoris, omnino minus est. Et iterum fateor: ad perquirendum fastigium præmij altioris, sic maius est baptismo: sed quo ad dilectionem delicti, & introductionem regni baptismo laticis sine respectu ad ipsum, ipsi par esse non potest. Hoc enim proprium ipsi coniunxit institutor eius, cum dixit, Nisi ex aqua & Spiritu sancto renatus, non intrabit in regnum cælorum. Monstrat item hoc ordo, quem antiqui patres in remissionibus criminū signauerunt. Vnde lib. 2. super Leuiticū *Origenes*. Audi nunc quæta sunt remissiones peccatorū in Euāgelij. Est ista prima, quia baptizatur in remissionem peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia est, quæ per eleemosynas datur. Dicit enim Saluator. Veruntamen date quæ habetis, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta nobis fit remissio peccatorum per hoc, quod nos remittimus peccata fratribus nostris. Sic enim ipse dicit dominus, & Saluator, Quia si remiseritis fratribus vestris ex corde peccata ipsorum, & vobis remittet pater vester peccata vestra. Quinta remissio est peccatorū, cum cōuerterit quis peccatorem ab errore viæ suæ, & saluat animā eius à morte, & cooperit multitudinem peccatorum. Sexta quoque fit remissio per abundantiam charitatis: sicut ipse dominus dicit, Amen dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Est adhuc septima, licet dura, & laboriosa per poenitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator in lachrymis stratum suum. Et infra. Tu ergo cum venis ad gratiam baptismi, vitulum obtulisti: quia in morte Christi baptizaris. Cum verò ad martyrium duceris, hircum obtulisti, qui authorem peccati diabolum iugulasti. Cū autem eleemosynam feceris & c. altare sacrum hœdis pinguibus onerasti. Hæc ille. AVTHOR.

4 Item in libro de secundis Epiphanijs recitatis tribus baptismatibus secundum ordinem temporum, scilicet Iudaico, Ioannis baptismate, & Christi in lauacro regenerationis, tādē infert *Gregorius Nazianzenus*. Scio & quartum baptismum, quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur: quo baptismo etiam Christus baptizatus est. Et infra. Scio adhuc & quintum baptismū lachrymarū, quod laboriosius transigitur, sicut ille, qui lauat per singulas noctes lectum suum lachrymis rigabat. Hæc ille. AVTHOR. Et libro de origine officiorum cap. 24. *Cassiodorus*. Tria, inquit, sunt genera baptismi. Primū ba-

ptismum, quo sordes peccatorum per regenerationis lauacrum abluuntur. Secundum baptismum, quo quis sanguine suo per martyriū baptizatur: quo baptismo etiam Christus baptizatus est. Sequitur. Itaque baptismi gemina est figura: vnum, quo generamur ex lauacro: alterum, quo consecramur in sanguine. Est & tertium baptismi lachrymarum, quod laboriosius transigitur: sicut ille, qui per singulas noctes stratum suum lachrymis rigabat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce omnes concorditer in ordine remissionum peccatorum. Primam ponunt esse baptismum: & secundam martyriū: & tertium, aut septimū ponunt poenitentiam. Nec possunt fingere hūc ordinem temporis esse seruatum: quia sic in adultis poenitentia foret prima, & in multis martyrium. Sed est baptismi ad sequentes ad effectum remissionis peccatorum præferentia naturalis. Sic item *Rabanus* lib. 5. de naturis rerum. cap. 1. obseruat in istis primum ordinem originis, ut in remissionibus peccatorum. Secundum Euangelium, prima simpliciter est omnium baptismi laticis sacramentalis: secunda post hanc est martyrium. Potest tamen in casu maioris esse meriti subire martyrium, quod expectare baptismum. Vt si defendenda fides statim postulet defensorem: aut inter illos, quorum vnus baptismum differt ad mortem, alter autem mortem non vult differre cum possit, eligens mori pro fide, quàm dilata morte baptizari in fide. In quo casu stat illud, quod. 1. 3. lib. de ciuit. Dei, ca. 7. assumit *Augustinus*. Pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius. Quid enim pretiosius, quàm mors, per quā fit, ut etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius augeantur? Neque enim tanti sunt meriti, qui cum morte differre non possent, baptizati sunt, deletisq; omnibus peccatis, ex hac vita emigrarūt: quāti sunt ij, qui mortem differre cum possent, ideò nō distulerunt, quia maluerunt Christū confitendo finire vitam, quàm negādo ad eius baptismū peruenire. Quod utiq; si fecissent, etiā hoc eis in illo lauacro dimitteretur: quod timore mortis negauerant Christum: in quo lauacro & illis facinus tam immane dimissum est, qui occiderant Christum. Hæc ille. AVTHOR. Ex his tamen absolutē nō intendo baptismū præferre martyrio: sed bono martyri suo deo si non habeat, petere: vel si non poterit, martyrium suum excitare supplementum baptismi.

¶ Quod

¶ Quod nudum martyrium sine instinctu Sancti Spiritus ad baptismum, nec aliqua sanctificatio Sancti Spiritus baptismum præueniens sine eo non sufficit ad salutem.

C A P. C V.

S V M M A.

- 1 Martyrium sine baptismo quando non prodesset ad salutem, neque sufficeret. Et quid de hoc dicat Cyprianus, & Augustinus.
- 2 Augustini responsio aduersus Pelagianos, arguentes natum ex baptizatis paruulum, non oportere baptizari. Et de multiplici Spiritu sancti sanctificatione, quæ sola sine baptismo non sufficiat ad salutem.
- 3 Deus, qui ubiq; presens est, & ubiq; totus, quod non in omnibus habitat, sed in quibus, ex Augustino ostenditur.
- 4 Regeneratio quæ dicitur à doctoribus.



On enim ex nuda receptione Spiritus sancti, aut sanctificatione suppositi, arguenda est sufficiens dispositio, ut quis sit domesticus paradisi. Multo magis ex nudo martyrio pro nomine Christi, quia, ut dicis, non est nisi signum ex suppositione necessarium antecedens baptismum Spiritus sancti. Non tam antecedit, quàm sequitur. Quia si sine dilectione Dei, & proximi properetur ad martyrium, quid proderit patienti? Dicente Apostolo, Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest. Et in libro de oratione dominica petitione peultima *Cyprianus*. Cæterum discordans, & diffidens, & pacem cum fratribus non habens, secundum quod beatus Apostolus, & scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternæ poterit euadere: quia sic scriptum est, Qui fratrem suū odit, homicida est. Nec ad regnum cælorum peruenit, aut cum domino viuit homicida. Non potest esse cum Christo, qui imitator Iudæ maluit esse, quàm Christi. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest ab-

lui? Quale crimen est, quod nec martyrio potest expiari? Hæc ille. AVTHOR. Ecce iam si non excessit Witcleff in generalitate sermonis, cum sine exceptione assumpsit pro certo: quod martyrizatus pro Christo, licet non baptizatus, est saluandus. Cyprianus supponit in casu, quod non. Si, inquit, discordans, si diffidens, si pacem non habens cum fratribus, nec si pro Christi nomine occisus fuerit, est saluandus? Non discordat, qui sacramentum baptismatis, quo cūcti Christiani concordant, aut negligit, aut contemnit? Nonne dissidet? Nonne nō habet pacem cum fratribus? Hoc delictum, inquit Cyprianus, quale est, quod nec baptismo sanguinis potest abluī? quod nec martyrio potest expiari? Quomodo ergo sic martyrizatus, si non irroretur sacramento baptismatis, est saluandus? Nec ad regnum cælorum, inquit Cyprianus, talis homicida perueniet. Iam item de spiritali sanctificatione, quæ quādoq; præcedit baptismum fluminis, quid astruis? Nunquid ipsam vis esse baptismum fluminis, cuius signum tantum ex suppositione necessarium esset baptismus fluminis, putā si hæc sanctificatio nondum venit? Quia si sic Pelagiani quidem arguebant, natum ex baptizatis paruulum non oportere baptizari, eo quod Apostolum audierunt dicentem, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quibus respondet in sermone. 52. primæ partis sermonum, qui est de baptismo paruulorum contra Pelagianos, in fine, *Augustinus*. Quomodo, inquit, accipis, quomodo intelligis, de fidelibus natum ita sanctum, ut baptizari non debeat? Quomodo libet accipias istam sanctitatem. Multi enim modi sunt sanctitatis, & multi modi sanctificationis. Non enim hoc omne, quod sanctificatur, ad regnum cælorum mittitur. De esca nostra dixit Apostolus, Sanctificatur per verbum Dei, & orationem. Nunquid quod esca nostra sanctificatur, non scimus quod mittatur? Disce ergo esse aliquem modum, & quæ si vmbra quoddam sanctificationis, quod non sufficiat ad perceptionem salutis. Distat, & quid distet, Deo notum est. Tamen cum filio fidelium curratur ad baptismum. Nō sic errent parentes, ut putent eū iam fidelem natū. Natū enim possunt dicere, non renatum. Nā ut noueris quo modo intelligas sanctificatos filios fidelium, ut modò non quæram (quia longum est) modum sanctificationis huius ibi habes, & uxorem fidelē. Sanctificatur, inquit, vir infidelis in uxore: & sanctificatur mulier infidelis in fratre. Nunquid quia est ibi fortè modus

Martyrium an maius baptismate.

Origenes. De remissionibus peccatorū.

Rabanus.

Augustinus.

Augustinus.

Gregorius Nazianzenus.

Cassiodorus.

Cyprianus.

dus aliquis sanctificationis, vt vir infidelis sanctificetur in vxore fidei: ideo securitatem debet accipere, quod in regnum celorum intraturus est, & non baptizandus, non regenerandus, non Christi sanguine redimendus? Quomodo ergo sanctificatur vir infidelis in vxore, & tamen perit nisi baptizetur: sic fidelium filij, & si ad quendam modum sanctificati, pereunt tamen, si non fuerint baptizati. Hæc Augustinus. AVTHOR. Attende lector, quomodo contingit, vt synonyma, non baptizandus, non regenerandus, non Christi sanguine redimendus. Et quid valet renasci in aqua lateris Christi, nisi quod non baptizatus baptismo Christi sensibili omnino remanet non renatus: non Christi sanguine vel lateris eius aqua redemptus? Manifestè quoque arguit sanctus pater hic supra, sicut & in vltimo libro de baptismo paruulorum, quod multiplex est sanctificatio Spiritus sancti, quæ sic sanctificata non sufficit ad salutem. Imò ante baptismum quælibet sanctificatio eius, qui reatum originalis peccati contraxit, vmbra culum quoddam est (vt Augustinus hic loquitur) & modus quidam percipiendæ gratiæ per baptismum. Catechumeni ergo fore possunt magnam gratiã Dei habentes, credentes, iustitiam facientes. Non nego eos sanctos, & sanctificatos, & Spiritu sancto perfusos. Nondum tamen obtinēt gratiam, quæ sufficiat ad salutem. Quam tamē habituri sunt, cum peruenerint ad baptismum. Credunt Christo, sicut dictum est, sed Christus non se credit eis. Et rationem assignat super Ioannem Homil. 12. Augustinus. Ecce illi iam credebant in Iesum: & Iesus non se credebat eis. Quare: quia nondum erant renati ex aqua & Spiritu sancto. Vnde hortati sumus, & hortamur fratres nostros catechumenos. Sequitur. Quid faciant, vt se credat eis Iesus? Renascantur ex aqua, & Spiritu sancto: proferat ecclesia, quod parturit. Concepti sunt, educantur in lucem. Habent vbera, quibus nutriantur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Iesus non se credit eis, quia nondum erant renati ex aqua & spiritu. Quare non ex aqua & spiritu, aqua scilicet lateris Christi, si iam credant in Iesum: si cum Cornelio iustitias faciant: si sanctum Spiritum acceperint: si item Deo accepti in orationibus, & eleemosynis? Quid adhuc restat, vt Iesus se credat eis, qui sic credunt in eum? Augustinus iterum soluit. Renascantur, inquit, ex aqua & spiritu. Quomodo hoc? Quod illorum est fecerunt, vt renascantur ex aqua lateris Christi. Concepti sunt, educantur in lucem. Ad ecclesiam ergo sunt remissi de

Augustin.

latere Christi gratiam percepturi. Adhuc pati non sunt. Concepti sunt per gratiam, non renati in gratiam. Hoc supra dixit Augustinus ad Simplicianum. Conceptiones gratiarum esse sanctificationes omnes præuias: in baptismlauacro natiuitates. Quod ergo est sine natiuitate conceptio: hoc est sanctificatio quælibet, aut martyrij deuotio sine baptismo. Obijcis. Sed vbi spiritus domini, ibi libertas. Non ergo habet peccatum, vt sit seruus peccati, qui habet gratiam Spiritus sancti. Respondeo ad hoc: gratia Spiritus sancti, sed in initiis, in baptisino est perficiens. Quomodo Ieremias, aut Ioannes Baptista, ambo sancti, & sanctificati ex vtero, postea circumcisionis signaculum receperunt, vt amplius soluerentur à primauo delicto. Tamen descenderunt ad inferos, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Sanctificati sunt ergo, sed sanctificatione conceptionis. Si post decretum factum essent, eguissent, non dubium, sanctificatione regenerationis. Hanc item sanctificationem prædestinationis, epistola ad Dardanum, dicens, Deus, qui vbiq; præsens est, & vbiq; totus, non in omnibus habitat, sed in eis tantum, quos efficit templum beatissimum suum, vel beatissima templa sua, eruens eos à potestate tenebrarum, & transferens in regnum filij charitatis suæ, quod incipit à regeneratione. Et infra. Cornelius quoque antequam regeneratione incorporaretur huic templo, missum ad se angelum videt, auditq; dicentem, quod exaudita sunt orationes eius, & eleemosynæ acceptæ. Agit enim hæc Deus tãquam vbiq; præsens, vel per sanctos angelos suos. Nam illa priusquam exiret de vulua sanctificatio Ieremias, quanquam nonnulli hoc in typum Saluatoris accipiant, qui regeneratione non eguit: tamen etiam si de ipso propheta accipiantur, potest & secundum prædestinationem non inconuenienter intelligi. Sicut filios Dei appellat Euangelium nondum regeneratos, vbi Caiphas cum de domino dixisset, Expedi vobis, vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. mox Euangelium sequutū adiunxit. Hoc autem à seipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gēte, & non tantum pro gēte, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, cōgregaret in vnum. Filios Dei vtiq; appellauit præter Hebræam gentem in cæteris etiam in omnibus gentibus constitutos, nondum fideles, nondum baptizatos. Quomodo ergo Dei filios nisi per prædestinationem? secundum quod

Obiecto.

Responsio.

Augustin.

Ap osto

apostolus ait, quod elegerit nos dominus in templo, ante mundi constitutionem. Illa verò in vnum congregatio factura erat eos filios Dei. Hæc Augusti. AVTHOR. Disce Witcleff, disce Sophista euangelij Iesu Christi regenerationem famosè dici à doctoribus illa, quæ visibiliter fit in sacramento baptismi, non aliam sophisticatã per te in aqua lateris Christi sine sacramento baptismi. Ideo incorporatio fidelium ab hac regeneratione capit initiũ. Cornelius accepisse dicitur spiritum sanctum, & eleemosynæ ei Deo acceptæ &c. antequam regeneraretur, non quidem aqua lateris Christi, quia non potuit, nec tunc fuit incorporatus templo Christi: quia ante regenerationem ista gerebantur: quomodo nisi visibile? qua regeneratione Christus non eguit. Egit certe regeneratione flaminis in Spiritu sancto, secundum quod homo: eguit item fluxu aquæ de latere proprio. Egit, dico, pro oportuit, si cut ipse dixit. Quia sic oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ante ergo illã regenerationem aquæ, qua Christus non eguit, nulli præter eum, qui non eguit, fideles, aut Dei filij dici possunt, nisi per prædestinationem, si cut filij Dei dicebantur in euangelio nõdum baptizati. Et Ieremias legitur sanctificatus in vtero, non ad perfectum, nisi secundum prædestinationem. Sed quantum distat prædestinatio à prædestinationis termino, qui est gloria, tantum hæc prædestinans gratia à gratia per baptismum adeptã. Sed dicis, quid hæc ad Witcleff. Qui item dicit baptismum, & martyrium, baptismum flaminis præcedere tãquam signa. Quia dicit baptismum fluminis non nisi ex suppositione necessariũ quia dicit salutem hominis ex eo non nisi reputati uè pendere. Quia dicit paruulum non baptizatum posse saluari: hoc attento secundum eum, quod omne possibile est verum, & Deo nihil potest facere, nisi quod facit, vel faciet: & ita si paruulus sine baptismo saluari potest, ita saluatur, aut de facto saluabitur. Et itẽ quia videtur sibi probasse per martyrium, aut baptismum flaminis quenquam saluari: dum sine baptisino aquæ visibilis in aqua lateris Iesu Christi, ecclesia Iesu Christi iã docuit in aqua, & sanguine, & spiritu saluatoris secundum prædestinationem quidem antequam sint, secundum cõceptionis modum quendam cum primos stimulos senserint gratiarum, ad effectũ autem salutis æternæ non nisi lauacro regenerationis sensibilis renasci posse, vel esse fideles. Scimus quidem paruulos fide bona gestatũ affectare baptismum. Scimus catechumenos,

V Witcleff.

aut competentes multos sanctos iustos orantes differre baptismum. Scimus excellentiorẽ istis Cornelium, & eos, qui cum ipso erant, spiritu sancto repletum ex vtero matris sue. Scio Ieremiã prophetam sanctificatũ priusquam exiret ex vtero. Da mihi quotlibet tales, iam qui tamen cõ infectione decedant vitiatẽ propaginis, & quãtolibet gradu sanctitatis effulgeant, si non renati fuerint ex aqua visibili, & spiritu sancto, regnum celorum adipisci non possunt. Miror ergo solidorum quorundam quæstionem, vtrum iustificati recipiant quicquam in baptisino: & hi respondent, quod societatem fidelium: hi verò characterem: audacter dico iam primò eum iustum: quia iustificatũ gratis, gratia baptismali. Nec erat antè iustus, nisi secundum prædestinationem, aut conceptionem iustitiæ modò vmbra culi comparati ad lucem: quæ prodesse sibi non poterat ad salutem, si nõ post nasceretur iustus ex aqua & spiritu per baptismum.

Quæ causa præcipua, vt in fans moriatur, & pereat ante regenerationẽ per aquam.

CAP. CVI.

S V M M A.

- 1 Infans ut moriatur, & pereat ante regenerationẽ per aquam, quæ sit causa præcipua.
- 2 Parentes, vtrum baptizatis paruulis suis noceant, cum eos demoniorũ sacrificijs sanare conantur: & si non nocent, quomodo eis proficit, cum baptizantur, fides parentum, quorum eis non potest obesse perfidia?
- 3 Parentũ seu aliorum delicta, quomodo noceant frequenter baptizatis paruulis quò ad afflictionẽ temporalis incommodi, aut retardationem à gratia.
- 4 Proles quòd ex nullo parente tantum trahat delicti, quantum ex primo Adam.
- 5 Foetus quòd quandoq; contrahat sementa vitiorũ ex traduce, per quæ ad peccandum, cum adoleuerit, reddatur etiã procliuor. Et quid de hoc dicat Augustinus.
- 6 Proles, quæ nascitur, utrũ omnibus malis actibus, et multiplicatis delictis originalibus implicetur, ut tãto peius, quantò posterius quisq; nascatur.

Aa Ipse



LPe autem postquam omnes à iudicando coërcuit, malitiam diri euentus torquet in parentes. Et qui vetuit iudicare de paruulo secundum fidem, non est veritus aude- ter iudicare parentes, tollentes Deo suum iudicium contra fidem. In eodem cap. 12. quartialogi. Sunt (inquiens) aliqua in potestate parentum, licet sint lapsa in præteritum, propter quæ iusto Dei iudicio est necessarium sic venire. Ideo qui definit, quod nec parētes, nec populus sic peccarunt, vt ita eueniat: supra caput suæ notitiæ loquitur, sicut Pica. Credimus enim ex fide, quod nihil euenit homini post primam gratiam, nisi aliqua pars humani generis hoc meruerit, vel demeruerit, sic euenire. Hæc Witcleff. A V T H. Ita necessitatē suā infert, vt Deus sic iudicet paruulos propter peccata hominū. At audiatur quid libro de bono perseverantia citra medium disputat Augu. Neq; enim factu cogitur De⁹ illis in fantibus subuenire, illis autē nō subuenire, cū sit vtriusq; causa cōmunis. Aut res humanas in paruulis nō diuina puidētia, sed fortuitis agicalibus opinabimur: cū rationales, vel damnadæ, vel liberandæ sint anime: quandoquidem nec passer cadit in terram sine voluntate patris nostri, qui in cælis est. Aut parentum negligentia sic retribuendum est, quod paruuli sine baptismo moriuntur, vt nihil ibi agant superna iudicia: tanquā ipsi, qui hoc modo malè moriuntur, parentes sibi negligentes voluntate propria, de quibus nascerentur, elegerint. Quid dicam, quod paruulus aliquando antequā illi per mysterium baptismatis succurri possit, ex pirat: plerunque enim festinantibus parentibus, & paratis ministris, vt baptismus paruulo detur, Deo tamen volente nō datur: quoniam eum paululum in hac vita non tenuit vt daretur. Quid est enim, quod aliquando paruulis infidelium filijs potuit ne irent in perdicionem, & filijs fidelium non potuit baptismate subueniri? Certè ostenditur, quod personarum apud Deum non sit acceptio. Alioquin cultorum suorum potius, quā inimicorum, filios liberaret. Hæc ille. A V T H O R. Ecce si parentes, aut populus sic peccarunt, vt malè paruulo sic veniret, cur filius pagani, & fordidati idololatæ sinitur baptizari ne pereat: & filius deuoti Christiani, imò in medio deuotissimi populi non permittitur priusquā perierit, baptizari? Si negligentia parentum accuses, supponit Augustinus parentes properantes alacriter ad baptismum.

Witcleff.

Augusti.

Si ministros habes infestos, supponit illos esse paratos. Ecce qui dicis nihil euenire homini, nisi aliqua pars humani generis demeruit sic venire: iam accusa quos Augustinus nesciat excusare. Aut quæ pars, rogo, humani generis, nisi pars ipsa delinquens hoc ipsum demeruit, vt prima foemina primæua seductione periret? Vide ne tu iam supra caput tuæ notitiæ locutus fueris, sicut Pica. Sumus in casu Augustini vnà cum tuo, quando dicit, quod neque factu cogitur Deus illis infantibus subuenire, illis non subuenire, cum sit vtriusq; causa communis. Pone vtriusque causam communem, quantum est ex parte hominum, & tunc rationem distinctam signes euentuum. Idcirco immediatorem, & priorem causam talis effectus assignat in superiore parte iam dicti libri sui Augustinus. Falsum est igitur secundum ea mortuos iudicari, quæ facturi essent, si ad viuentes euangeliū perueniret. Et si hoc falsum est, nō erit cur dicatur de infantibus, qui pereunt sine baptismo morientes, hoc in eis eo merito fieri, quia præsciuit Deus eos, si viuerent, prædicatumq; illis esset euāgelium, infideliter audituros. Restat igitur, vt solo originali peccato teneantur obstriti, & propter hoc solum eant in damnationem, quod videmus alijs eandem habentibus causam non nisi per Dei gratuitam gratiam regenerationem donari, & in eius occulto iusto tamen iudicio: quoniam non est iniquitas apud Deū: quosdam etiam post baptismum pessimè viuendo morituros: in hac tamen vita quousq; pereant detineri: qui non perissent, si eis corporis mors lapsu eorum præueniens subueniret: quoniam nullus mortuus iudicatur ex bonis, seu malis, quæ fuerat, si non moreretur, acturus. Hæc ille. A V T H O R. Ex hoc loco pariens eripitur ab occisione spontanea suæ prolis, Witcleff imponit: dicens aliqua fuisse in potestate parentum, propter quæ est necessarium sic venire, vt scilicet immatura morte præuenta priusquā sacramentaliter baptizetur, vita priuetur æterna. Restat inquit Augustinus, vt solo originali peccato teneantur obstriti, & propter hoc solum eant in damnationem. Si propter solum peccatum, quod à primæua trahitur origine, in damnationem eant, immediatorum parentum non stringuntur excelsibus, vt scilicet in damnationem festinēt, quanuis aliquo parentum delicto seminaliter possint contrahere, vnde difficultatem forsantentiant ad virtutem, ita, vt cum in adultam ætatem euaserint, clamare cogantur cum apostolo, Non quod volo bonum hoc facio, sed quod

Augustin.

quod volo malum hoc ago. Et item velle mihi adiacet, perficere autem nequaquam. Si tamen ad hoc tempus aduersarij tendat subobscura & indigesta sententia, Nouerit tamen tutius dixisse Augustinum, quod propter solum originale peccatum eant infantes non baptizati in damnationem interminam. Vnde ad clarificationem fidei in hac parte, quantum ab orthodoxis scriptoribus datur intelligi, distincta sunt tempora, quibus peccata parentum distinctis item modis possint nocere propagini. Primum tempus ante animationem foetus: quia tunc infectionem corruptionis caro sentit ex traduce, quæ mentem, vt est sibi coniuncta, deprauat. Aliud autem tempus assignat, postquam proles animata coeperit habere vitam propriam. Et tunc non commaculat eam hac infectione aliena peccata, quanuis ei subueniant aliena suffragia. Vnde in epistola ad Bonifacium, quæ est in ordine. 12. Augustinus. Quæris (inquit) à me, vtrum parentes baptizati paruulis suis noceant, cum eos demoniorum sacrificijs sanare conantur. Et si non nocent, quomodo eis proffit, cum baptizantur, fides parentum, quorum eis non potest obesse perfidia? Vbi respondeo tantā illius sacramenti salutaris esse virtutem in sancta compage corporis Christi, vt semel generatus per aliorum carnalem voluptatem, cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritualem voluntatem, deinceps non possit alienæ iniquitatis vinculo obstringi, cui nulla sui voluntate consentit. Anima enim patris mea est (inquit) & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nō autem peccat ipsa, cum parentes omnino nescienti, vel quilibet alius adhibet sacrilegia demoniorū. Sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim viuens, id est altera anima, de qua diceretur, Et anima patris mea est, & anima filij mea est. Iam vtiq; cum homo in seipso est alter ab eo, qui genuit, effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatū, quia vnus erat cū illo, & in illo, à quo traxit, quādo quæ traxit, admissū est. Nō enim traxit alter ab altero, quādo sua vnoquoque propria vita viuente iā est vnde dicatur, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Regeneras ergo spiritum in maioribus offerentibus, & paruulo oblato, remanet cōmunis. Ideo per hanc societatem vnus eiusdem spiritus prodest offerentium voluntas paruulo oblato. Quando autem in paruulum maiores peccat, offerentes eum, atq; obligare conantes dæ-

Augustin.
Quæstio.
Responso.

monum sacrilegis vinculis, nō est anima vtriusque communis, vt etiam culpam possint habere communem. Non enim sic comunicatur culpa per alterius voluntatem, quæ admodum comunicatur gratia per spiritum sancti vnitatem. Potest enim, & in hoc, & in illo homine esse vnus spiritus sanctus, etiam si inuicē nesciant per quem sit vtriusque gratia cōmunis. Non autē potest spiritus hominis esse, & huius, & illius, per quem peccate altero, & altero non peccante, sit tamē causa communis. Hæc ille. A V T H O R. Liquidè satis exponit Augustinus de transfusione peccati, distantias: & quomodo peccata parentum paruulis animatis nocere non possunt. Eis autem, qui nondum vita propria viuunt, nocent: vt eisdē nondum suppositis separatis. Traxit (inquit) reatum, quia vnus erat cū illo, & in illo, à quo traxit. Ergo (inquit Witcleuista) verum dicitur, quod aliqua sunt in potestate parentum, quāuis iam lapsa in præteritum, propter quæ est necessarium paruulo sic venire: quia ex eis traxit reatum. Incerta satis propositio, quam assumis: si scilicet paruulis iam animatis, aut nondum, parētes fluant in sui reatum delicti. Et dicit Augustinus, quod eis iā animatis nō noceant aliena delicta: saltem quantum ad alienationem ab æterna vita, intellige. Nocet autem adhuc frequenter quo ad afflictionem temporalis incommodi: aut retardationem à gratia. Sicut item in casu istius Bonifacij refert se vidisse, in libro suo ad lapsos exhortatorio ad satisfactum, Cyprianus. Præsentē (inquit) ipso Cyprianus. me, ac astante, accipite quid euenit. Parentes fortè fugientes, dum trepidi minus consulunt, sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt. Relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolum, quod populus confluebat, quia carnem necdum posset comedere per ætatem, panem mixtum, quod tamē & ipsum de immolatione percuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater: sed facinus puella commissum tam loqui, & indicare non potuit, quā nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoracione igitur obreptum est, vt sacrificantibus nobiscū secum mater inferret. Sed puella iam mixta cum sanctis, precis nostræ, & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis estu fluctuabunda iactari, velut tortore cogente, quibus poterat indicijs conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi verò solennib⁹ adimpletis, calicē diaconus offerre præsentibus coepit: & accipientibus cæteris locus eius aduenit, coepit faciem suam

suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere: & os labijs obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus: & reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus, & vomit: in corpore atque ore violato, eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in domini sanctificatione potus de pollutis visceribus erupit. Tanta est potestas domini, tanta est maiestas, secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem: quæ ad eloquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem. Hæc ille. A V T H O R. Hæc igitur infans sentit non cuius crimina aliena. Sed hic ingerit se latior difficultas de cumulatione originalis delicti in prole ex actuali vitio immediati parentis: attamen ex nullo parente tantum trahit proles delicti, quantum ex primo Adam. Vna est massa damnationis antiquæ, & vna mors, quæ secundum apostolum per vnum hominem intrauit in mundum: sicut per vnum Christum hominem vna vita. Ideo quia mors illa nec maior, nec alia fore potest, quam quæ Adæ fuit in origine: quia infinita, vt dicam, fuit malitia, quanuis per imperfectiorem quandoque ramum traducatur in surculum: Sic nec vita cumulatior, aut quomodocumque; aucta, vel alia potest per sanctum ramum in baptismo regenerato condescere, quam illa, quæ per vnum hominem communiter venit in mundum. Ideo tutius dixerat Augustinus, quod ex Adam traxit paruulus, quod sacramenti illius gratia solueretur. Nec tamen nego quandoque; contrahere foetum semina vitiorum ex traduce: per quæ ad peccandum, cum adoleuerit, reddatur etiam procliuor, quod passim contingit in spurij, & illicito, foedoque; concubitu procreatis: sicut habet libro de quaestionibus noui & veteris testamenti, quaestio. 13. Augustinus. Ad de (inquit) quia difficile de malis nati, & inter nequissimos educati, vel conuersati, mentem suam temperant ad disciplinam Dei sequendam. Vide ergo si non bene actum est cum filijs perditorum. Hæc ille. A V T H O R. Duo hic dicit fati differetia. Primum de ex malis natis. Secundum de inter nequissimos educatis, vel conuersatis. Primi quandam necessitatem generatione contrahunt. Secundi imitatione contrahunt. Vt utique; de alieno peccato conascitur difficultas. De primis tamen ad præsens, quomodo tam graui sarcina peccatorum premuntur, Dei tamen gratia succurrente non pereunt, libro suo Enchirid. cap. 28. disputat Augustinus. Neque; dixit in iniquitate, vel in peccato,

cum & hoc verè dici possit: sed iniquitates, & peccata dicere maluit, quia & in vno illo, quæ in omnes homines pertransijt, atque; tam magnum est, vt eo mutaretur, & conuerteretur in necessitatem mortis humana natura, repertiuntur, sicut supra differui, plura peccata, & alia parentum, quæ & si non ita possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia misericordia domini subueniat. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam vsque; ad patrem suum progenitoribus suis quisque; succedit, non immerito disceptari potest: Vtrum omnibus malis actibus, & multiplicatis delictis originalibus, qui nascitur, implicetur, vt tantò peius, quanto posterius quisque; nascatur? An propter ea Deus in tertiam vsque; & quartam generationem de peccatis parentum eorum posteris comminetur, quia iram suam quantum ad progeneratorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis suæ, ne illi, quibus regenerationis gratia non confertur, vi vna sarcina in ipsa sua æterna damnatione premerentur, si cogerentur ab initio generis humani omnium præcedentium patrum originaliter peccata contrahere, & poenas pro eis debitas pendere? An aliquid aliud de re tanta scripturis sanctis diligentius perscrutatis, atque; tractatis, valeat, vel non valeat reperiri, temerè affirmare non audeo. Hæc ille. A V T H O R. Magnam difficultatem illam, quam Witleff innuit, asseuerans commissa parentum paruulos necessitare vt pereant, iam Augustinus affirmare non audet, sed magnitudinem illius primi originalis delicti absolute pronuntiat, dicens eam tantam, vt ea mutaretur, & conuerteretur in necessitatem mortis humana natura. De cuius item magnitudine consequenter adiecit Augustinus. Illud tamen vnum peccatum, quod tam magnum in loco & habitu tantæ felicitatis admissum est, vt in vno homine originaliter, atque (vt ita dixerunt) radicaliter totum genus humanum damnaretur, non soluitur, ac diluitur, nisi per vnum mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum, qui solus potuit ita nasci, vt ei non opus esset renasci. Hæc ille. A V T H O R. Hoc mihi videtur, saluo iudicio saniori, esse dicendum, quod radix illa peccati Adæ tam excedit crimina singulorum, vt cum in recenter nato concurrat, totam rem minoris, vis maioris absorbit. Et gentes præuaricatrices tunc sunt secundum illud Esaiæ, Quasi stilla situla, & quasi momentum stateræ reputatae sunt. Omnes gètes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihil,

lum, & inane reputatae sunt ei. Sic enim peccatum illud in sua massa ex omnibus humanis peccatis constare videtur, sicut mors illius peccati, secundum illud, Et per peccatum mors, omnes mortes complectitur. Secundum illud. 13. de ciuitate Dei cap. 12. Augustinus. Cum ergo requiritur, quæ mortem Deus primis hominibus fuerat comminatus, si ab eo mandatum transgredere tur acceptum, nec obedientiam custodiret, vtrum animæ, an corporis, an totius hominis, an illa, quæ appellatur secunda? Respondendum est, omnes. Prima enim constat ex duabus: ex omnibus tota. Sicut enim vniuersa terra ex multisterris, & vniuersa ecclesia ex multis constat ecclesijs, sic vniuersa mors ex omnibus. Hæc ille. A V T H O R. Ita & vniuersale illud peccatum ex omnibus, ex quo mors vniuersalis effluxit, quæ ite constat ex omnibus. Non tamè vniuersalis actualitatis erant omnia peccata cum primo Adæ: sed omnia simul cum illo erant vnum in origine. Non enim fiebat aliquod peccatum actuale posterius, quod ibi non tunc affuit in penetralibus suæ radices. Quod non video posse dici de aliquo citiore parente. Non enim proles trahit vniuersa delicta sua primæua ex immediato parente, quanuis per eum traxerit vniuersa, sicut nec fructus ex fronde omnem saporem, & virtutem, sed per illam ex radice participat. Nec cisterna totam aquam hausit ex fistula: sed ex fonte manauit illi per fistulam. Quod autem ex parente propinquo suscipit iniquum, ab eius actuali delicto quoddam habet exordium. Cuius autem reatus, simul vt magnum istud abluitur, in generatione delicti, quæquam poenalis lex illa membrorum per aliquod amplius in prole superfit. Forfan in tertiam, & quartam generationem, vt Augustinus in non renatis supputat de reatu. Nec satis intelligo quid ipsi volunt, qui tertiam, aut quartam generationem taxatam referunt pro eo, quod filij, aut nepotes peccantium patrum, qui eis adesse tanto tempore possunt, ex eorum imitatione multentur: cum peccatum istud secundum Augustinum ex contractione, non ex imitatione descendat. Alioquin non ex Adæ, sed ex diabolo fieret hoc peccatum. Sicut sermo ne. 5. 1. primæ partis sermonum Augustinus. Propter imitationem dicitur: quia primus peccauit Adam? Respondeo, prorsus non primus peccauit Adæ: si primum peccatorem quæris, diabolum vide. Et libro primo de baptismo paruulorum. cap. 12. Hoc vnius delictum si imitationem attendamus, non erit nisi diaboli. Sed quia manifestum est de Adam, non de diabolo dici, restat intelligenda non imitatio, sed propaga-

tio peccati. Hæc ille A V T H O R. Non imitatio, tæpera negatiua: non principaliter: non fontaliter: sed propagatio ipsa peccati: propter hoc quod dixit iam supra, de malis nati, & inter nequissimos educati, vel conuersati.

¶ Quod prætermissa necessitate euangelij pro percipiendo baptismo, Witleff assignat necessitatem absolutam erroneam omnium futurorum.

C A P. C V I I.

S V M M A.

- 1 Witleff, qui prætermissa necessitate euangelij pro baptisni perceptione, assignat necessitatem absolutam erroneam omnium futurorum, Augustini autoritatibus confutatur.
- 2 Necessitatum modi. Et qui fuerunt horum inuictores.
- 3 Doctrina Christiana de duplici genere falsi ex Augustino. Et plura alia contra Witleff necessitatem erroneam adducuntur.
- 4 Futurum euentum humane salutis inter tria uerisari, ostenditur. Et multa de præscientia & prædestinatione ibi.



Necessitatē ergo quandā fateatur ecclesia in suscipiēdo baptisinate. Et necessitatē istā quanuis ab intentione remoueat, tamē ad heresim suā confirmadam per nodulosas costas Witleff extorquet: vt cum ecclesia dicere videatur, quādo cōtra eā est: in prædicto. 12. V Witleff. ca. 4. dialogi. Non (inquiens) licet fidelibus supponendo baptismū fluminis, baptismum fluminis omnino relinquere. Sed necesse est data opportunitate circūstatiæ ipsum accipere. Et cum omnia, quæ eueniunt, de necessitate eueniant, dici potest, quod talis homo non potest saluari sine illo baptisinate. Hoc tamē cognoscimus solū reputatiuè postquam baptizatio est cōpleta. Hæc Witleff. A V T H O R. Ex hoc vltimo perpende priora, quæ scilicet necessitatē baptismi sacramentalis non concludit ex fide, nec ad eā oēs generaliter conatur astringere. Sed hoc (inquit) solū reputatiuè cognoscimus. Quid est, quod talis homo datus, non potest saluari sine illo baptisinate, cum tamen prius de nullo vno homine, sed de singulis sit

Augustin.

Idem.

Augustin. Quæstio.

Responso.

Quæstio.

Augustin.

Augustin.

lis sit loquutus? Quare? Quia omnia, quæ eueniēt, de necessitate eueniēt. Ideo cū fuerat per baptismū saluādus, sicut cōperimus baptizatiōe cōpleta, sine baptizatiōe illa saluari nō potuit. Nō quia dixit Christus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū Dei. Aut quia dixit Christus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salu⁹ erit, qui verò nō crediderit, cōdēnabitur. &c. Sed quia dixit Witleff, & nō Deus, Omnia quæcūq; eueniēt, de necessitate euenient. Et quia dixit Witleff, Omne possibile est verum, & De⁹ nihil potest facere, nisi quod facit, vel qđ facturus est, idcirco nō potest talis, aut talis saluari, si nō lauacro baptizetur, quanuis alij bene possint. Talis ꝑ videtur ne vocari doctor euāgelic⁹, qui necessitatū modos, quos signauit euāgelii, abijcit: & hos, quos Petrus Abelardus, & prophanus Diodorus inuenerūt, asfuit. Suprà in primo lib. notauit authorē huius necessitatis hæreticæ fuisse Petrū Abelardum. de quo Bernardus apud Innocentium papam conqueritur. Comperi tamen illum non esse primum, imò diu ante Petrum versa-tilis erat hæc quæstio inter duos dialecticos, Diodorum, & Chrysippum, vt in dialogo suo contra Pelagianos hæreticos citò post principium scribit Hieronymus. Inter Diodorum (inquit) & Chrysippum valentissimos dialecticos ista contentio est. Diodorus id solū fieri posse, quod aut sit verū, aut verū futurū sit, & quicquid futurū sit, id fieri necesse est. Quicquid autē nō sit futurū, id fieri nō posse. Chrysippus verò, & quæ nō sunt futura, posse fieri dicit, vt frangi hoc margaritū, etiam si id nunquam futurū sit. Hæc ille. A V T H O R. Partē verò catholicā sustinebat iste Chrysippus. Sic enim docuerūt logicā fidei orthodoxi patres quātūcūq; logici forent subtiles. Vnde & sic distinguit de falso in libro suo de doctrina Christiana. 2. cap. 37. egregius, & fidelis logicus Augustinus. Possumus ꝑ (inquit) diuidere, di-cetes duō genera esse falsi. Vnū eorū, quæ omnino esse nō possunt. Alterū eorū, quæ non sunt, quāuis esse possint. Nā qui dicit septē & tres esse vndecim, id dicit, quod omnino esse nō potest. Qui autē dicit Calendis (verbi gratia) Ianuarij pluuisse, tamet si falsum sit, id dicit, quod fieri potuerit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce hæc est doctrina christiana de duplici genere falsi. Vnum est impossibile, alterum factis possibile, sed est falsum. Nō ergo omne falsum impossibile, aut omne possibile crit verū. Sic enim non duo genera, sed vnū genus falsi fieret omne falsum. Hæc christianorū est logi-

ca, altera paganorū, quæ scilicet Witleff contra Augustinū & ecclesiā tenet cū Diodoro. Et in proposito de baptismo docet Augustinus Christū potuisse facere, qđ longē meliori causa dimisit. Potuit scilicet demōstratiōe mirabili aliquē, vel aliquos in ecclesia designasse, qui soli propter eminentiā sanctitatis accepissent baptizandi ceteros potestati. lib. 6. de baptismo cōtra Donatistas. cap. 11. vbi dicit. Poterat enim si voluisset domin⁹ Iesus baptismi sui potestati dare alicui, vel aliqbus præcipuis seruis suis, quos iam fecisset amicos suos: quilibet ait, Iā non dicā vos seruos, sed amicos. vt quæ admodū per virgam florentē demōstrat⁹ est Aaron sacerdos, ita in eius ecclesia, vbi plura, & maiora miracula facta sunt, per aliquod signū demōstrarentur excellentioris sanctitatis ministri, & dispensatores ministeriorū, qui soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret, quāuis eis à domino attributus, tamē ipsorum iā baptismus diceretur, sicut baptismus Ioānis fuit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce Deus potuit tales sibi seruos in eminenti miraculo ad ministrandū eligere: qđ tamē Deus nō fecit, nec melius sic fecisset. Cū autē glossam suā manulē adduxerit, dicēs, qđ si vult, potest, satis ostēsum est suprà, quod inutiliter eā ducit ad præsens, quia casus supponit eum potuisse, quod de facto nō voluit. Et itē nihil ita potest Deus quod si vult potest, secundū Augustin. in libro retractationū. Et in lib. de natura & gratia ferē ad principū, recitās quēdā erratē. Prius (inquit) distinguit aliud esse quærere an possit aliquid esse, qđ ad solam possibilitatē pertinet, & vtrū ne aliud sit. Hanc distinctionē verā esse nemo ambigit. Cōsequens enim est, vt qđ esse potuerit: non est aut cōsequens, vt qđ esse potest, etiā sit. Quia enim dominus Lazarū suscitauit, sine dubio potuit: quia verò Iudā nō suscitauit, nūquid dicendū est quod nō potuit? Potuit ergo, si voluisset. Nam si voluisset, etiam eadem hoc potestate fecisset, quæ & filius, quos vult, viuificat. Sed hac distinctione vera, atq; manifesta, quod tendat, & quid efficere conetur, aduertite. Nos. (inquit) de sola possibilitate tractam⁹ Hæc ille. A V T H. Hic ecce distinctionē quanuis errantis viri, nō tamē erroneam, sed veram esse approbat Augustinus. scilicet inter aliquid posse esse, & ipsum esse, & veram esse nemo ambigit inquit. Et post dicit istā distinctionem veram esse, atq; manifestam: & probat logicē. Quia cōsequens est, vt quod est, esse potuerit: non autem sic sequitur quod est si possit esse. Manifeste autem interimit Augustinus illā manuleam glossam Witleff:

Aliter lib. v. Augustin.

Idem.

Witleff, potuit si voluit, quia cū dicit, quod Christus Iudā non suscitauit, statim subiicit, potuit, sed noluit. Non ergo tantū potuit qđ voluit: sed etiam quod noluit potuit, & hoc eadem potestate, qua potuit etiam quod voluit, scilicet Lazarum suscitare. Stat ergo cum omni in differentia volitionis & nolitionis omnino identitas potestatis. Huius necessitatis positio, sicut est vetus, ita vetustus respirare facit errores, vtrum nullus prædestinatus potest à gratia & charitate regni finalis excidere, nec aliquis præscit⁹ eā habere perpetuō. Quilibet autem baptizatus ideo baptizatur, vt perpetuō illam possideat: secundū illud, Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Nullus ergo baptizatus prædestinat⁹ potest post quæcūq; vel quocūq; flagitia à gratia excidere sic suscepta, pro tātō, quia qui saluus erit, non saluus esse non poterit. Circa hæc rem errores quorundam veterum in lib. 21. de ciui. Dei. ca. 17. recitat Augustinus. Sūt (inquit) alij ab æterno supplicio liberationem nec ipsi saltem omnibus hominibus promittentes, sed tantummodo Christi baptismate abluti, qui participes sunt corporis eius, quomodo libet vixerint, in quacūq; hæresi, vel impietate fuerint: propter illud, quod ait Christus Iesus, Hic est panis qui de cælo descendit, vt si quis ex ipso manducauerit, nō morietur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuat in æternum. Ab æterna ergo (inquit) morte necesse est istos erui: & ad vitam æternā quandoq; perducant. Hæc ille. A V T H O R. Quantū ab istis distet Witleff, ipse exponat. Isti dicūt, quod omnes abluti Christi baptismate, participesq; corporis eius, & mēbra facti, quantūcūq; flagitiosi postea facti, perire non possunt. Nunquid Witleff concedit? Et iterum quod concludit: Ab æterna ergo (inquit) morte necesse est istos erui. Nunquid ita docet Witleff? quia qui saluandi fuerant per baptismum, ab illa gratia dicit nō posse excidere. Sequitur & alius error ponentium istud aliquantō restrictius, non de hæreticis, sed de alijs quantūcūq; impijs intra ecclesiam. Augustinus. Item sunt qui hoc nō omnibus habentibus baptismatis Christi, eiusq; corporis sacramētum, sed solis catholicis, quanuis malē viuentibus, polliceantur, quia nō solo sacramento, sed re ipsa manducauerunt carnem Christi, in ipso eius corpore constituti. de quo dicit Apostolus. Vn⁹ panis vnum corpus multi sumus. vt etiam si postea in aliquam hæresim, vel etiā in gentium idololatriam lapsi fuerint, tantū quia

Augustin.

Idem.

in corpore Christi, id est, in catholica ecclesia, sumplerunt baptismum Christi, & manducauerūt corpus Christi, nō moriātur in æternū, sed quādoq; vitā consequātur æternam: atq; illa omnis impietas quātō maior fuerit, non eis valeat ad æternitatem, sed ad diuturnitatē, magnitudinēq; poenarum. Hæc ille. A V T H. Hæc omnia fatetur Witleff esse fidelis: eo qđ nullus præscitus potest rē ipsam attingere sacramenti. Res enim vtriusq; sacramenti est in corporatio talis mēbri ad salutē æternā. Ideo dicit, vt suprà protulimus, nullum præscitum percipere verū Christi corpus, rem ipsam, sed sacramentum eius extrinsecū: nec itē rē sacramenti baptismi, scilicet salutē æternā. Lib. de fide ad Petrū. cap. 22. Augustinus. Ideo debet ad ecclesiā redire, nō vt sacramētū baptismatis iterū accipiat, sed vt in societate catholica vitam æternam accipiat. Hæc ille. A V T H O R. Vita autē æterna solis prædestinatis aptatur ex gratia, à qua (dicit) nō possunt excidere: quia tunc nō esset illa, quæ & ipsa sola est ratio mēbrationis ecclesiæ. Ergo percepto baptismō, vel corpore Christi secundū rē ipsam, nullus potest ab illa gratia incorporationis excidere, quia tūc non esset illa. Nec omnis sequens impietas, aut casus in hæresim, idololatriā, aut labyrinthum quanticūq; flagitij, præparat eū ad æternū damnationis interitū: quia talis eū tus est ei impossibilis etiam penes Deum. De præscito verò supponit econtrariō, sicut habet ter dānata cōclusio. 247. Infans præscit⁹, & baptizatus, necessariō viuat diuti⁹, & peccabit in spiritū sanctum, ratione cuius merebitur, vt perpetuō cōdēnetur: & nullus ignis potest eum cōburere pro hoc tempore, vel in stanti. Hæc Witleff. A V T H O R. Quam turpis sit hæc dictio contra fidem de omnipotentia Dei, & item de libero arbitrio hominis, quis nesciat Christianus? Sed vt opposita iuxta se posita magis appareāt: adducatur in medium, quod de hac re in lib. de bono perseuerantia. cap. 21. sententiat Augustinus. Vt (inquiens) nō dicam quoniam sit possibile Deo aduersas & aduersas in fidem suam conuertere hominum voluntates, & in eorum cordib⁹ operari, vt nullis aduersitatibus cedāt, nec ab illo aliqua tentatione superati discedant, cūm possit & quod ait Apostolus facere, vt nō eos permittat tentari supra id quod possunt. Vt ergo id non dicam, certē poterat illos Deus præsciens esse lapsuros, antequam id fieret, auferre de hac vita. Hæc ille. A V T H. Ecce tu dicis, qđ iste præscit⁹ baptizat⁹, & infans necessariō viuat diuti⁹, vt peccet ad mortem. Augu-

Witleff.

Augusti.

Augusti.

stinus planè dicit quòd nò: quia potuerit De⁹ (inquit) præsciens ipsum lapsum esse, ante quàm id fieret, auferre de hac vita. Sed dicit: & si sic fieret, nò esset præscitus. Fateor in casu illo, sed non sic fiet, ideo sustinet Augustinus effectus contingentiam, necessitatem tuã absolutam contemnens. Ex fide enim præscitus potest esse prædestinatus, quanuis sic non sit futurus. At inquis: prædestinatio Dei ergo est fallibilis. Nequaquam, sed cù certitudine prædestinationis diuinæ stat cõtingentia in effectu, sicut cù necesse esse creatoris stat vertibilitas creaturæ. Falluntur enim in hoc negotio respicientes ad pauca: & humanæ traditionis principijs, quibus semel iuuenes imbuti sunt, pronum semper mergētes aspectum. Attollat
 4 ¶ vel semel fidei oculos, & discant hunc futurum euentum humanæ salutis inter tria versari. Habet enim prædestinationem diuinã pro principio, futuritionẽ ipsam secundũ liberũ arbitrium Dei gratiæ conforme pro termino, & Dei potentiam infinitam agentem, vel deserentem semper illimitatè comitantè vtrũq;. Prædestinationi enim Dei omnino derogat, qui certitudinem eius tollit, aut vsquequaq; quòd falli possit, admittit, & æquẽ creaturam à seipsa suspendit, qui contingentia actũ admit, & vertibilitatem eius in necessitatẽ cõmutat. Potentia verò creatoris certissima sine præiudicio certæ præscientiæ, potest secundũ id ipsum, quod in creatura futurum est, aut item non futurum, vt sibi placet, efficere. Prædestinationi tamen eius nihil potest surripi: quia omnino fixa est, & secundũ eã null⁹ perire potest, qui prædestinatur ad gloriam. Et sic intelligi habet illud, quod Augustinus ait libro de fide ad Petrum. cap. 35. dicens. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnes, quos vasa misericordiæ gratuita bonitate Deus facit ante cõstitutionẽ mundi in adoptionem filiorũ Dei, prædestinatos à Deo, neq; perire posse aliquẽ illorum, quos Deus prædestinavit ad regnũ cælorum: nec quenquam illorum, quos non prædestinavit ad vitã, vlla posse ratione saluari. Prædestinatio enim illa gratuita donationis, est preparatio, qua nos Apostolus ait prædestinatos in adoptionẽ filiorum per Iesum Christum in ipsum. Hæc ille. AVTHOR, Bene dicit nò perire posse aliquẽ illorũ, quos Deus prædestinavit ad regnũ, secundũ id, quod prædestinationem ipsam respiciunt. At tamen secundũ se perire possunt, & ruere, vt idem Augustinus supponit lib. de prædestinatione sanctorum circa medium, dicẽs. Cur autem hinc tenuerit casurum iustum, quem

priusquam caderet, hinc posset auferre, iustissima oratio: sed inscrutabilia sunt iudicia ei⁹. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Deus prius potest auferre iustum, quàm cadat: sed inscrutabili iustitia eius non hoc faciens, detinet donec cadat. Si ergo sine detrimento iustitiæ suæ De⁹ iustum detinet in hac vita vsq; ad iniustitiam, quare sine detrimento prædestinationis suæ fixæ nò pòt De⁹ detinere in hac vita adoptionis suæ filiũ, quousq; sit nò filius? Inter hæc scilicet omnino fixum, & omnino contingens, illimitata semper adest diuina potentia, quæ sicut prædestinatio diuina humanis casibus nò ligatur. Idcirco in primo libro dixi longè alijs regulis vtendum esse, cum diuinæ prædestinationis, aut præscientiæ eius casibus cõuersamur, quàm in puerorũ obligationibus solebamus, propter admixtionem extraneã summi necessarij, & vltimi contingentis. Ita vt semper in responsonibus post casum inter verum de facto, & verum solũ possibile admissum in casu, fiat distinctio, vt si de facto sit verum solum futurum, quòd Ioannes saluabitur: ponatur tamen quòd peccet, & illo peccato discedat. Si proponatur: concedam cù expressa adiectione, quòd non cõcedo hoc simpliciter, sed ratione positi tãquam verum possibile tantũ, nò tamẽ sic futurũ, quia alioquin concessum simpliciter, diuinæ prædestinationi simpliciter repugnaret. Quod omnino sanæ fidei aduersari, lib. 1. de natura animæ ad Vincentiũ tradidit Augustinus. Noli (inquiẽs) dicere, noli credere, noli docere, quos domin⁹ prædestinavit ad baptismum, prædestinationi ei⁹ eripi posse, & ante defungi, quàm in eis fuerit, quod omnipotens prædestinavit impletum, si vis esse catholicus. Nescio enim quæ hinc potestas contra potestatem Dei, casibus datur, quibus irruentibus, quod ille prædestinavit fieri, non sinatur. Hæc ille. AVTHOR. Ex hoc percipi potest, quòd ars ista obligatoria diebus Augustini in materia de Dei prædestinatione vsu coaluit, & per indiscretã obseruantiam regularum cogebantur responsales diuinæ prædestinationi occurrere propter casuum potestatem. Nescio (inquit Augustinus.) quæ hinc potestas contra potestatem Dei casibus tribuatur. Omnis enim potestas diuinæ prædestinationi contraria amputatur, quando vniciq; propositioni tantũ verè possibili hæc nota coniungitur alijs, prout de facto vera sunt concessis simpliciter. Nec logicã hæc tanquam nouã rideant Witcleuistę, quousq; doceant, quare magister eorum Witcleff etiam inter necessitates suas erroneas coactus sit inter

Idem.

Augustinus

Augustinus.

Idem.

Augusti.
Aliter quoniam.

Augustin.

Aliter præsciuit.

fit inter verum de possibili, & verum de facto hac vti cautela, & dicere, si Deus voluerit. Sicut ipse dicit. 3. libro trialogi. cap. 8. Et nunquid magis pertinenter dicitur de Ioanne prædestinato de facto, quòd in casu posito est decessurus in mortali de possibili posito, quàm si Deus hoc vult? Hoc tamẽ seruato pro absolute vero, quod est de facto futurum: quia hoc diuinæ præscientiæ est determinatum obiectum, prout in fine libri contra sermonẽ Ariariorũ dicit Augustinus. Deũ se futurũ nõquã præsciuit: quid est autẽ præscientia, nisi futurorum scientia? Hæc ille. AVTHOR. Illi ergo, qui oppositũ eius, quod Deus præscit, de facto futurum concedunt in casu posito, tanquam de facto sit futurum, ipsi ad mentẽ Augustini propter possibile casualiter positum, destruant Dei præscientiã. Vnde in prædicto loco subdit contra Vincentium Augusti. Tua (inquit) ista sunt verba, habẽdam dicimus (inquit) de infantibus istiusmodi rationem, qui prædestinati baptismi vitæ præsentis antequã renascantur in Christo, præueniuntur occiduo. ergo ne prædestinati baptismi vitæ præsentis antequã ad eũ perueniant præueniuntur occiduo: & prædestinaret Deus quod futurũ non fuisse nesciuit, vt eius, aut prædestinati frustraretur, aut præscientia falleretur: Hæc ille. AVTHOR. Ex modo arguendi patet, quod propositionẽ de inesse simpliciter intellexit Augustinus: quod in principio dixerat nullos diuinæ prædestinationi eripi posse, id est, nò posse cõcedi sic simpliciter. Vnde prædestinationi eripere quis intelligat? quia sic semper de post nude arguit de inesse: vt quanuis sic ponatur in casu, & cõcedatur velut possibile absolute, tamen nò sic dicẽdũ est, quod statim præscito vero opponitur. Vt de præscito infante ad baptismũ, quanuis in casu posito præueniri possit occiduo: non tamen hoc concedo futurum, etiã post casum admissum, quia de facto eius oppositũ est verũ futurũ. Concedo tamen illud tanquam possibile futurum, & hoc Deus simul cù determinato futuro præsciuit. Et in præscientia diuina bene cõueniunt, quod Deus cognouit hoc de facto futurũ, & de possibili nõ futurũ. Vnde & neutrum illorũ futurorũ nesciuit Deus in modo suo fore futurũ, vt eius prædestinatio frustraretur, aut præscientia falleretur. Certè hæc duo simul futura De⁹ omnino nò præscit. s. hoc esse futurũ, & hoc nò esse futurũ, sed omnino alterũ illorũ De⁹ nescit esse futurũ. Et sic in hac via stãt prædicti casus Augustini de prædestinatione sanctorũ, quos ipse libenter admittit.

¶ Quòd baptismus aquæ tollit omne delictum mortale, & veniale, & omisionis quodcũq;, induens perfectè nouum hominem, qui secundũ Deum creatus est.

CAP. CVIII.

SVMMA.

- 1 Witcleff, qui dicit, quòd in baptismo nõ remittitur peccatum omisionis, confutatur. Et quomodo in hoc satagit in perfidia superare Pelagiũ.
- 2 Baptisma quòd det omnium indulgentiam peccatorum, & auferat peccata, non radat.
- 3 Peccatum quid, & quid delictum, & quomodo differant ex Augustino. Et quomodo delictum, quod est omisionis peccatũ, etiã in baptismo remittatur. Et quid de hoc dicat Augustinus, Haimo, Beda, &c.



¶ Rimus effectus sancti baptismatis in magna portione sustollitur, quãdo plena indulgentia omnium peccatorum ipsi negatur: & fit vis de venialibus omisionis. Inter cõclusiones ter damnatas. 208. Baptismus delet omne peccatum originale, vel actuale: mortale aut veniale quod inuenit, sed de veniali omisionis non oportet. Hæc Witcleff. AVTHOR. Quod ergo sacramentum est perfecta abolitio veteris hominis, si baptismus sui delicti ruinas non implet? Vbiq; satagit (sicut prædixi) in perfidia superare Pelagium. Nam Pelagiani hunc articulum pro damnato habebant, quòd non omnia peccata in baptisate tollebantur, sicut scribit in libro. 1. contra duas epistolas Pelagianorum. cap. 24. Augustinus. Eos (inquit) qui dicunt etiam baptismata non omnia peccata delere, condemnamus, quia scimus plenam purgationem per ipsa mysteria conferri. Augustinus respondit. Hoc dicimus & nos: sed paruulos quoque per ipsa mysteria primæ natiuitatis, & obnoxia successione vinculis solui, non dicitis vos. Propter quod de ecclesia Christi, quæ hoc antiquitũ tenet, oportet vt sicut alij hæretici segregemini & vos. Hæc

Idem. Witcleff. AVTHOR. Quod ergo sacramentum est perfecta abolitio veteris hominis, si baptismus sui delicti ruinas non implet? Vbiq; satagit (sicut prædixi) in perfidia superare Pelagium. Nam Pelagiani hunc articulum pro damnato habebant, quòd non omnia peccata in baptisate tollebantur, sicut scribit in libro. 1. contra duas epistolas Pelagianorum. cap. 24. Augustinus. Eos (inquit) qui dicunt etiam baptismata non omnia peccata delere, condemnamus, quia scimus plenam purgationem per ipsa mysteria conferri. Augustinus respondit. Hoc dicimus & nos: sed paruulos quoque per ipsa mysteria primæ natiuitatis, & obnoxia successione vinculis solui, non dicitis vos. Propter quod de ecclesia Christi, quæ hoc antiquitũ tenet, oportet vt sicut alij hæretici segregemini & vos. Hæc

Augustinus.

ille. AV T H. Vide nunc Witteff Pelagianos istos cōcedere, dicētes baptisma sanctū non omnia peccata delere, simpliciter cōdēnatos, quā scimus (inquiūt) plenā purgationē p̄ ipsa mysteria cōferri. At Augustinus, hoc inquit dicimus & nos. Ergo qui dicitis nō plenā purgationē, sed vix semiplenā cōferre baptisma, dū venialia omisionis excipitis, multò magis quā Pelagiani oportet de ecclesia sitis cū hereticis segregati. Nolit hoc dictū imputare catholicis, nisi mania Pelagianorū voluerit annotari. Iulianus enim Ecclausis cū suis sic imposerūt ecclesiā, quasi dixisset baptismū nō omnia peccata auferre, sed radere, ita vt radices delictorū teneātur in carne. Quod dicit p̄ cōcupiscētia carnis, quæ seminarium videtur esse sequentiū delictorū. At libro primo cōtra duas epistolas Pelagianorū. cap. 7. Augustinus. Dicūt etiā (inquit) baptisma nō dare omnē indulgētiā peccatorum, nec auferre crimina, sed radere: vt omnium peccatorum radices in mala carne teneātur. Augusti. respōdet. Quis hoc aduersus Pelagianos nisi infidelis affirmet? Dicimus ergo baptisma dare omnium indulgentiā peccatorū, & auferre peccata, non radere, nec vt omnium peccatorū radices in mala carne teneātur quasi rasorū in capite capillorum vnde crescāt iterū refecāda peccata. Nā & istā similitudinē cōperi suę illos adhibere calūnię, tāquā hoc nos sentiamus, atq; dicam⁹. Sed de ista cōcupiscētia carnis falli eos credo, vel fallere, cū qua necesse est, vt etiā baptizatus, & hoc si diligētissimē proficit, & spiritu Dei agitur, pia mēte cōfligat. Hæc ille. AV T H. Nō ergo ecclesiā patres tales abrasiones peccatorū admittūt, vt ablati maiorib⁹, minora remaneāt. Dicimus (inquit Augustin.) baptisma dare omnium indulgētiā peccatorū, & auferre peccata, nō radere. Si ergo omnium peccatorū fert baptism⁹ indulgētiā, nō pōt ibi remanere veniale omisionis: ne nō omnium, sed omnium præter taliū fiat in baptismo remissio peccatorū. Nec licet ab illa vniuersali sentētia ista excipere, nisi eadem licentia possit alius cū volet mortale omisionis excipere. Sed attendamus scripturā sanctā quid in hac re definiat. Leuiti. 6. scribitur. Sicut in peccato offertur hostia, ita & p̄ delicto vtriusq; hostię lex vna erit. Si enim genus locutionis attendimus, peccatū cōmissionis reatū intimat. Delictū, negligentię, vel omisionis culpā notat. Vtriusq; tamē lex vna erit, quia in nouo testamēto gratia Dei in sacramētis simul tollit vtrūq; saltē q̄ tollit peccatū, ea lege auferit delictū. Vnde in libro quæstionū Leui. cap. 15. di s̄soluēs prædicti textus

ambiguū, sic loquitur Augustinus. Quæritur inter delictū & peccatū q̄ sit differētia: quoniā si nulla esset, nullo modo diceretur: quomodo quod est p̄ peccato, ita & id, quod pro delicto. Quauis enim lex eiusq; sacrificiū nihil distet, quia lex est vna eorū, tamē ipsa duo, quorū vnū est sacrificiū, id est, peccatū, & delictū si inter se nihil differēt, & si vnius rei duo nomina essent, nō curaret scriptura tā diligenter cōmēdare vnū esse vtriusq; sacrificiū. Fortassis ergo peccatū est perpetratio mali: delictū aut derelictio boni: vt quæ admodū in laudabili vita aliud est declinare à malo, & aliud est facere bonū: qđ admonemur, dicente scriptura, Declina à malo, & fac bonū: Ita & in dānabili, aliud est declinare à bono, & aliud facere malū: vt illud delictū, hoc peccatū sit. Nā & ipsū vocabulū si discutatur, quid aliud sonat delictū, nisi derelictū? & qui deliquit, quid dereliquit nisi bonū? Et infra. Potest etiā videri illud esse delictū, quod imprudēter, id est, ignoranter, Peccatū, quod ab sciēte cōmittitur. Huic differētię vidētur testimonia cōsonare diuina. Delicta quis intelligit? Et illud. Quoniā tu scisti imprudētiā meā. Cōtinuō quippe secutus adiūxit. Et delicta mea à te nō sunt abscondita. velut alio modo repetēs eādē sentētiā. Nec ab eadē ratione discordat Apostoli dictū. Si præoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto. Hinc enim, q̄ præoccupatū dicit, imprudētē lapsū esse significat. Peccatū verò ad sciētē pertinere, apostolus Iacob⁹ tāquā definiēs ait. Sciēt i gitor facere bonū, & nō faciēti, peccatū est illi. Sed siue ista, siue illa, siue aliqua alia differētia sit peccati, & delicti, nisi aliqua esset differētia, nō ita loqueretur, vt diceret, Quomodo p̄ peccato, ita pro delicto lex vna est eorū. Indifferētē autē plerūq; dicūtur, vt peccatū nomine delicti, & delictū nomine peccati appelletur. Neq; enim cū dicitur in baptismo fieri remissio peccatorū, nō fit etiā delictorū: nec tamē vtrūq; intelligitur. Sic & dominus ait pro multis effundi sanguinē suū in remissionē peccatorū. Nūquid quoniā nō ait, & delictorum, ideo quæquam dicere audebit in sanguine ipsi⁹ nō fieri remissionē delictorū? Itē in eo, quod scriptū est apud Apostolū. Nā iudiciū quidē in vno in cōdēnationē. Gratia verò ex multis delictis in iustificationē. quid aliud, quā nomine delictorū & peccata cōprehēsa sūt? Hæc ille. AV T H O R. In toto isto passu quid aliud Augustinus insinuat, nisi peccata omisionis, quæ appellat delicta, eadem legis oblatione deleri, quæ peccata cōmissionis, quæ peccatorū nomine censēbantur esse deleta? Et sic in nouo

nouo testamēto eodē sacramēto baptismatis & hostia sanguinis simul nomine peccatorū omnia tollebantur delicta. Nec faciēda est vis de minoribus delictis, quæ virtute tāti sacramēti forbētur in maioribus. Lib. 6. cōtra Iulianū. ca. 11. Augustinus. Nec nos dubitamus quia baptismate delictū omne mūdatur, si renascendo quisq; mūdatur. Quæ enim non amittit nisi regeneratio, nō cessat trahere generatio. Hæc Augustinus. AV T H O R. Ecce in baptismate omne delictū mūdatur. Siue ergo delictum est omisionis piaculū, siue in eo etiā cōmissum omne peccatū includitur, sicut verū est, & Augustinus supra hoc docuit: omne veniale omisionis vitiū potius in magno omisso laxari intelligitur, quā peccata cōmissa. Peccata enim minora eiusdē generis cōuenienti⁹ includūtur in suis maioribus, quā omnino alterius generis tāta peccata. Et iterū si instet pro minoribus peccatis omisionis Witteff, quia minora sunt, rogo quomodo signabit vnū minus, quā est ignorātię peccatum in paruulo? Vnde & Psalmista. Delicta iuuentutis meæ, & ignorātię meas ne memineris domine. Et nūquid sanctitas sacramēti hoc exigit, vt & ipsa purgetur? Libro primo de baptismo paruulorū ca. 44. Augustinus. Illā recētū natorū profundissimā ignorātiā videam⁹, ex qua ad istā nō permāsurā balbutiētē fatuitatē tāquā ad sciētiā, locutionēq; tēdētēs perficiēdi venerūt. Illas, in quā, consideremus tenebras mētis vtiq; rationalis, in quibus & Deū ignorant profus, cuius sacramētis, etiā cū baptizantur, obsistūt. In has quæro vnde, & quādo submersi sunt? Sequitur. An nullū est ignorantia malū, & ideo nec purgandū? Et quid agit illa vox, Delicta iuuentutis meæ, & ignorātię meas ne memineris? Etsi enim dānabiliora peccata sunt, quæ ab sciētib⁹ cōmittūtur, tamē si ignorātię peccata nulla essent, nō hoc legeremus, qđ cōmemorari, Delicta iuuentutis meæ, & ignorātię meas ne memineris. Hæc ille. AV T H O R. Magnū igitur est istud ignorantia malū, & ideo restat esse purgandū. Nā si ignorātię peccata nulla essent, nō ad ea tergēda psalmographus sic oraret, Delicta iuuentutis meæ &c. Dānabiliora tamē peccata sunt, quæ à scientibus cōmittūtur, dicit Augu. sed nō ideo sunt ista nulla, & ideo nec purganda. Quasi diceret, si forēt aliqua, purgarētur. Quæ hostia? Sicut superior lex docuit eadē, quæ tollūtur peccata, quæ à sciētibus cōmittūtur. Eadē enim lex est peccati & delicti, cōmissi & omisi, maioris & minimi: alioquin baptizatus nō esset p̄fectē iust⁹ ex baptismo. Quo cōtrā

dicit Apostol⁹ ad Ro. 3. Nūc autē iustitia Dei manifesta est sine lege, testificata à lege, & prophetis. Dicit, Nūc autē, id est, in nostro tēpore, per baptismū. Vnde ibi in expositiōe Haymo. Iustitia in Christo est reuelata, & data sine lege, id est, sint obseruatiōe legali, quia nulli lex secūdū mysteria & sacrificia traditur tā obseruāda, sed dicitur, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. hoc est, iustus erit. Sequitur. Testificatur à lege, & prophetis. Iustitia baptismatis, quæ iustificamur, testificatur per legē, dū dicitur. In nouissimis diebus circūcidet dominus cor tuū, id est, auferet peccata tua, & iustificabit te per baptismū. Hæc ille. AV T H. Perfectā ergo iustitiā cōsequuntur homines per baptismū: p̄fectē autē iusti nō sunt, quibus potest imputari delictū. Nec est per differētiā omisionis & cōmissionis, venialis aut mortalis exēptio procuranda. Quia sic in baptimate plena sit indulgētia criminū, vt si sic baptizati decedāt, transeant ad hanc ecclesiā, vbi non est macula, siue ruga. In expositione sua super illo Iacobi. Vides quoniā fides cooperabatur operibus illius. tāgēs prædictū textū Apostoli, Beda. De hoc testimonio Paulus ad Romanos firmissimē disseruit, manifestissimē dicēs. Quia tanta est virtus fidei, vt statim perceptis eius mysterijs, iustū de impio facere possit hominē. Sequitur. Hoc quoq; tēpore si quis nuper ad fidē veniens baptismū susceperit, & proponens se toto corde Deo seruire & præceptis eius obedire, moxq; de hac luce migrauerit, iustificatus vtiq; fide sine operib⁹ emigravit: quia tēpus operādi, vnde fidē probaret, ipso, in quē credidit, Deo disponēte, nō habuit. Hæc ille. AV T H. Et in de baptismo paruulorū lib. 1. ca. 17. Augustin. Caterū quis ignorat, q̄ baptizatus paruulus, si ad rationales annos veniēs nō crediderit, nec se ab illicitis cōcupiscētijs abstinerit, nihil ei proderit, quod paruus accepit? Veruntamen si percepto baptismate de hac vita emigrauerit, soluto reatu, cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis, quod incōmutabiliter manens in æternum, iustificatos præsentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines, & Deum, quæ soluūtur Christi gratia: per quem mediatorem reconciliamur, cū iustificat impium. Hæc ille. AV T H O R. Hæc est ergo non defecta, nō semiplena, sed plena indulgentia criminum, quæ quilibet iustificatus ex fide in baptismo consequitur: cum qua scilicet iustus possit sine sordē reputari inter iustificatos illos, quos præsentia creatoris illuminat. Et quia non est

Idem

Augustin.

Peccatum. Delictum.

Augusti.

Idem.

Haymo.

Beda.

Augustin.

non est peccatum nisi separet à Deo : & sola peccata separant inter homines & Deum: nulum restabit baptizato peccatum, quin soluitur Christi gratia per eum, qui iustificat impium. Sicut æque dicit ad huc effectum Apostolus ad Romanos. 3. Iustificati (inquit) gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Vbi notanter in expositione Haymo. Gratis dicit, id est, sine vllis præcedentibus meritis. Verbi gratia. Venit quis ad baptismum, nihil boni vnquam fecit, baptizatur, statimq; iustificatur. Ecce gratis iustificatur per gratiam, id est, per donum Dei, & hoc per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, nõ in operibus legis. Redemptio nostra, qua sumus redempti, & per quã iustificamur, passio Christi est. Quæ iuncta baptismõ, iustificat hominem per fidem, & postmodum per poenitentiam. Ita enim mutuõ illa duo sunt cõiuncta, vt vnum sine altero non possit hominem iustificare. Nam neq; fides dominicę passionis sine aqua baptismatis hominem mundat, nisi fortè in martyrio, quod pro baptisate accipitur: neque aqua baptismi sine fide dominicę passionis purificare hominem valet. Iungantur ergo simul, sicq; præstabit perfectam redemptionem, perfectamq; mundationem. Ita neq; Iudæus, neq; Gentilis, suis iustificatur operibus, cum vterq; sit præuaricator suę legis: Iudæus videlicet naturalis, & scripta: Gentilis autè naturalis, sed redẽptione, qua Christus nos redemit suo sanguine, & fide, & aqua baptismatis, qua quisq; renatus, si statim obierit, saluabitur in vita. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quæ supra distinximus, in vno congregata fasciculo. Gratis iustificamur in baptisimo ab omni delicto. Si ergo remaneret veniale omissionis non gratis tollendum per gratiam Dei, sed nostris operibus, abbreviata foret in illo gratia Dei, & nostra opera gratiæ præferenda. Non est enim medium, quia aut gratia Dei, aut nostra merita per gratiam Dei tollunt delicta. Secundò habes, quod fides dominicę passionis, quæ est per te ex baptisimo flaminis, nisi iuncta baptismõ fluminis, nõ soluit delicta. Tertio item si martyrium ante baptismum mundat hominem, hoc est, quia supplet locũ baptismi, quo quisq; sic iustus redditur, sic abluitur, qd si obierit, ea forma saluabit.

Quod est aliquis Character baptismatis, cõfirmatiõis, & ordinis, vt docet ecclesia, & vbi hoc fundatur.

- 1 Character quid.
- 2 Character, seu signaculum Dei sanctum, quod ex pacto hominis cum Deo detur homini baptizato. Et ad quid. Et de signaculis & characteribus triplicis sacramenti ex Apostolo.
- 3 Pignus, & Arra in quo differant.
- 4 Character, uel signum quanuis sit gratia spiritus sancti in baptisimo, uel alio sacramẽto percepta, quod tamen non sit res sacramenti, quæ sumen tem faciat Deo gratum.
- 5 Signaculum, seu Character, quod sit aliud quid à Spiritu sancto, uel uisibili sacramẽto, uel effectu sacramenti, quod est gratia. Et quomodo sit indelebile, ostenditur.
- 6 Character uocabulum, quod sepius in libris patrum reperitur, & ad illum effectum, ut iam ponit ecclesia, Augustini auctoritatibus demonstratur. &c. Et de ratione ponendi characterẽ.



Occurrit nos semper à primæua fidei institutione mater ecclesia, quo modo ex sacramẽto rû quorũdã acceptione relinquitur in Christi mēbris signaculũ saluatoris, qd expresso nomine voluerunt appellare characterem. Sed qui fundamenta characterũ sacramẽta in montib; factis nõ diligit, parũ est, si fundationẽ, aut fructũ istorũ cõtēnat. Quarto tria. ca. 15. Quidã multiplicat in ordinibus & sacramẽtis multis characteres: sed istorũ fundationẽ, & fructũ nec in scriptura sacra, nec in ratione cõsidero. Hæc ille. A V T H. Primò vt innotescat fundatio huius signaculi, restat fixè determinare, qd sit, de quo loqui intēdim;.

Ipsũ enim est sanctitas quẽdã nostris impressa mētib; secundũ quã adepti baptismatis sacramẽtũ, à nõ suscipiẽtib; discernamur. quo fundato, de suis fructib; differem;. Hęc sanctitas, vel sanctitatis signaculũ ppter fixã & indelebile ei; morã. in anima p fortẽ impressionẽ ab agẽte causatã, & expressionẽ figurę, quã gerit, apto vocabulo, à patrib; appellatur character, q est figura p inuisionẽ ferri causata in pecore, vt indelebiliter notã exprimat possessoris. Cũ autẽ p ferro characterizãte accipitur, secũda syllaba ei; scribẽda est cũ e secunda vocali. Vnde in lib. interpretationis suę triformis. Hierony. Character ferrum coloratum, quo notã pecudibus inuruntur. Character gręcẽ, forma dicitur latinẽ. Hæc ille. A V T H O R. Aliã dicitur

Character.

V Vitaleff.

Character quid.

Hierony.

Cauterium legendum putem.

citur

icitur figura, secundum dicentes, quod vbi nos dicimus de Deo filio, quod sit figura substantiæ eius, in græco habetur, & character substantiæ. Proecedentes igitur ad fundationem eius, legibus canonum non dormamur, quibus tamen omni mente subijcitur: tantum ne cedamus locum calumnianti hæretico, quod legibus humanitatis adinuentis sacramenta nostra fundantur: & non ex Deo, sed ex hominibus baptismus noster, & fides tota depēdeat. Cum reuera non ex se, sed ex Deo, & traditione apostolorum cõtinuata vsq; ad tempora sua canones hoc sanxerunt. dicente sancto Petro in canonica. Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Quod mirum doctor verè subtilis non aduertit in hoc, sicut in alijs, nesciens (vt dicit) aliam auctoritatem scripturæ, vel antiquitatis adducere, nisi ecclesiæ sic determinatis ex nouo. Si beatus Augustinus habuisset hunc modum probandi vnicum baptismum cõtra Donatum, aut Dei gratiam contra Pelagium, aut vnum principium omnium cõtra Manichæum, aut consubstantialitatem filij Dei contra Arium, quàm facile disputasset, sed quàm difficile concludisset hæreticis. Nec tamen omnes auctoritates tam viuaces, tam claras intulit, vt non aliquis versutus, & defensor proteruus eas declinare valeret. Sed ideo valuerunt, quia robur acceperunt ab apostolorum fide primæua. Sed quomodo (inquis) ita probas tuum characterẽ? Quia sic vniuersa iam olim sanxit ecclesia, ideo ab apostolorum traditione venisse nos credimus. Sed proba scriptis, inquis. Hoc mirum est, quod iubeas: cum Damasceni scripta, vel Dionysij parui pendas, & dicis magis credendum ecclesiæ. De moribus (inquis) Manichæorum euangelio nõ crederem, nisi crederem ecclesiæ. Errore forsã scriptoris contra epistolam fundamenti volebat dixisset: tamen indubie ita credo. Et eo potius, quia ecclesia tam Augustini, quàm Damasceni, Dionysij, & priscorum patrum sensus in sententia semper tenet. Ita enim ecclesia quantumcunque grandis vno loco collecta, vel tempore, necesse habet vt i autoritate patrum, per quos ab apostolorum in temporibus fides antiqua ad se vsq; traiciat, vt nõ suo modo sensu gloriari videatur cum hæreticis: & illius satyrici voce formari decreta: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Lib. 5. contra Donatistas. cap. 27. Augustinus. Quod autem nos admonet, vt ad fontem recurramus, id est, ad apostolicam traditionem, & inde canalem

Iuuenalis.


Augusti.

in nostra tempora dirigamus, optimum est, & sine dubitatione faciendum. Hæc ille. A V T H O R. Attamen & si nusquam ita reperitur scriptum, si scripta patrum omnino non dissonet, & vniuersa, vel maioris partis ecclesiæ consuetudo sic habeat, ab apostolorum traditione venisse credatur. Ibi supra. cap. 24. Augustinus. Apostoli autem nihil exinde præceperunt: sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium suscepisse credenda est, sicut multa, quæ vniuersa tenet ecclesia: & ob hoc, ab apostolis bene præcepta creduntur: quanquam scripta nõ reperiantur. Hæc ille. A V T H O R. Magni ergo robur habet pro declaranda antiqua fide ecclesiæ ipsa consuetudo intelligendi, vel fidem tradendi, vbi scriptorum monumenta vacauerint. Magis ergo scriptum testimoniũ roborat, & auget fidem, vbi in sanctorum patrum libris sine ambiguitate prospicitur. Sed ipsa consuetudo est animata fides ecclesiæ, hæc signata. Ita ergo iuuante Christo fundamenta scripturarum aperiam ea, quæ pia fides nõ abnuet, concors sanctorum patrum, & ecclesiæ canonum cum consensu fidelium populorum attestatio roborabit. Apostolus Paulus de hoc signaculo loquens ad Ephesios ca. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. In quo textu in annotationibus Hieronymus. In quo signati estis in diem redemptionis. Symbolum spiritus sancti in die baptismi accepistis: nouũ signaculum habere cœpistis. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quod litera apostoli Pauli ad primæuos credentes signaculum illud sanctitatis commemorat eos accepisse in die baptismatis. Vnde item in expositione Haymo. In quo signati estis, id est, sigillati, & signati estis Deo in die redemptionis. Sequitur. Id est in die baptismatis. Hæc ille. A V T H O R. Ecce item sigillum, quod ante signaculum dictum erat: & expones Hieronymus vocat illud symbolum spiritus sancti: quod symbolum secundum ipsum in libro interpretationis triformis, est placitum, siue pactum hominis cum Deo. Ex pacto ergo hominis cum Deo signaculum Dei sanctum datur homini baptizato. Et ad quid: nisi ad aptandum eum gratis, & reliquis donis spiritu sancti: vt quasi per arrã ad solutionem veniat pleniorẽ, & tunc tandem ad plenissimam, scilicet gloriam beatorum: quam item sub nomine pignoris idem Apostolus exprimit populis. 2. Corinth. 1. Qui autem cõfirmat nos vobiscũ in Christo: & qui vnxit nos Deo, & qui signauit nos Deo, & dedit pignus

Idem.

Hierony.

Haymo.



pignus spiritus in cordib⁹ nostris. In quo re-
fertissimo Apostoli compilatur signacula, &
characteres triplicis sacramenti, quæ dat
Deus per se in mente credentium: quævis nõ
secundum ordinem, quem modò tenemus. Vn-
de super eum textum in expositione Haymo.
Qui vnxit nos gratia spiritus sancti, id est, qui
dedit nobis remissionem peccatorum per gra-
tiam spiritus sancti. Et subaudis. De⁹ verus est.
In veteri testamto sacerdotes & reges vnge-
batur oleo. In nouo autem omnes fideles vn-
guntur: nõ tantum oleo visibili, quãtũ inuisibili, gratia
videlicet spũs sancti in baptisate. Et p man⁹ in
positionem fiunt reges animarum, & sacerdo-
tes populorum, vt sanctificet eos. iuxta quod
Petrus ait. Vos autem estis genus electum, re-
gale sacerdotium. Et qui signauit nos sibi, dan-
do signum suum nobis. Dũ enim dixit Chri-
stus: Sicut misit me pater, & ego mitto vos: si-
gnum suum in eis posuit, & dedit pignus spi-
ritus in cordibus nostris. Pignus est proprie,
quod propter rem creditã datur. Sed hic Apo-
stolus pignus pro arra posuit: quæ ideo datur,
vt certus sit de promisso, & quod min⁹ deest,
completeatur. Nos ergo pign⁹, siue arram acce-
pimus: gratiam videlicet spiritus sancti in bap-
tisate, vt certitudinem, & securitatẽ de pro-
missione æternæ patriæ habeamus. Hæc ille.
A V T H O R. Is ergo textus Pauli monstrat
ad literam, quomodo in confirmatione, in vn-
ctiõne, siue baptisatis, siue ordinis signat nos
Deus signo illo, quod signaculum, vel symbo-
lum, quidam sanctitatem christianitatis appel-
lant: quidam characterem, sed ipsa sunt signa-
cula. Thesaurum signatum hic apostolus vo-
cat pignus, vel melius arram (dicit Haymo)
quia arra non repetitur à tradente, sed sem-
per permanet cum fumente. Pignus autem re-
petitur, debito perfoluto. Cui item Hierony-
mus consonat in cõmentario. Et prima parte
sermonum, sermone. 21. Augustinus. Eandem
quippe rem interpretes dicere voluerunt: inter
3 est ¶ tamen aliquid in loquendi vsu inter arrã
& pignus. Pignus enim quando datur: cum
datum fuerit, propter quod pign⁹ datum est,
pign⁹ auferetur. Sequitur. De ipso pretio das
aliquid, & erit arra, non pignus: quod sit com-
plendum, non quod auferendum. Hæc ille.
A V T H O R. Idcirco ¶ item hoc signum, vel
4 character, quanuis sit gratia spiritus sancti in
baptismo, vel alio sacramento percepta: non
tamen est res sacramenti, quæ fumentem fa-
ciat Deo gratum. Hæc enim gratia non con-
tinuò à fumente tenetur, vel non ab vniuersis
Corinthijs tenebatur: quorum multi pseudo-

apostolis cohærentes, ab eis item sponte ba-
ptizati sunt: nec gratiam hanc etiam in bap-
tismo certissimè receperunt. Sed nec in chrisma-
te sancto: quemadmodum tractat illum textũ
psalmi, Sicut vnguentum in capite. libro. 2. cõ-
tra Petilianum responsione. 105. Augustinus, di-
cens. In hoc vnquento sacramentum Chrisma-
tis vult interpretari. Quod quidem in genere
visibilibus signaculorum sacrosanctum est: si-
cut ipse baptismus. Sed potest esse & in homi-
nibus pessimis, in operibus carnis vitam con-
summantibus, & regnum celorum nõ posse-
suris: & ideo nec ad barbam Aaron, nec ad or-
ram vestimenti eius, nec ad vllã contextionẽ
vestis sacerdotalis pertinentibus. Hæc ille. A V
T H O R. Hæc est inquam gratia, quam vt si-
gillum pignoris dedit domin⁹ in cordibus no-
stris, siue pignus ipsum, vel arra ibi sit, siue nõ.
Ideo Apostolus post vnctionem subiecit vtrũ
que, primò dicens: qui signauit nos. & deinde
subiecit: & dedit pignus spiritus in cordibus
nostris. Quanquam ergo pignus spiritus sit
gratia baptismalis in fructu, non tamen sic est
signaculum, quo signatur, nec hanc gratiam
p vniuersos certificasset Ephesios, quib⁹ Pau-
lus ait. cap. 1. In quo & credentes signati estis
spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæ-
reditatis nostræ in redemptionem acquisitio-
nis. Vnde in expositione epistolarum Pauli
Ambrosius. Signum (inquit) habentes redemptio-
nis, atq; hæreditatis futuræ, spiritum sanctum
datum post baptismum. Redempti enim hæ-
redes designati sunt, si in regeneratione per-
durent: vt fides præuia veniam: sancta vero cõ-
uersatio perdurans cum fide coronam mereatur.
Hæc ille. A V T H O R. Ecce quomodo
credentes signati sunt per spiritum sanctum
datum post baptismum, vt puta in sacramen-
to confirmationis, & non tantum, sed in redẽ-
ptione sunt hæredes designati: vt si in regene-
ratione perdurarent, tunc fides præuia veniã
in remissionem peccatorum: sancta quoq; cõ-
uersatio, quæ est fructus confirmationis, per-
durans cum fide, coronam mereatur. Istæ con-
ditiones non essent dicendæ de gratia gratũ
faciente: quia illa simpliciter præbet veniam
peccatorum. Est ergo signum illius gratiæ, per
spiritum sanctum impressum menti baptiza-
ti fidelis, aut etiam confirmati: quæ vtq; gra-
tia concipitur quasi in sinu animæ signato
characterẽ vt sigillo. Quemadmodum textũ il-
lum Pauli. 2. Corinth. 1. Et qui vnxit nos De⁹,
& qui signauit nos, exponit Hieronymus. Signa-
uit nos (inquiens) spiritus sancto, vel chrisma-
te. Et dedit pignus spiritus in cordibus no-
stris,

stris. Illud signatur, quod aliquid intrinsecus
continet pretiosum. Pro arra Christi gratiam:
omnis autem arra pro magnitudine pretij da-
ri solet. Quantum ergo pretium est, cuius tan-
ta est arra? Hæc ille. A V T H O R. Attende
quò expositio ambulet. Illud (inquit) signatur,
quod aliquid intrinsecus continet pretiosum.
Quid est illud quod signatur? Et dedit pign⁹
spiritus in cordibus nostris. Corda ergo signã-
tur, quia continent aliquid pretiosum. Pignus
spiritus est illud pretiosũ, quod itẽ est arra. Pro
arra (inquit) Christi gratiã. Habemus hic præ-
tium contentum Christi gratiam: habemus
continens cor hominis, siue mentem: habe-
mus & signaculum continentis. Sũt ergo hæc
tria seorsum. Habemus etiam signatorem spi-
ritum sanctum. Habemus officium signaturæ
limitatum in regeneratione spiritus sancti, vel
chrismate. Habemus & pretium, quod finali-
ter respicit signaturam, scilicet gloriam vlti-
mã. His sex numeratis patet, q⁹ ¶ istud signacu-
lũ est aliud quid à spiritu sancto, vel visibili sa-
cramẽto, vel effectu sacramẽti, qd est gratia,
quæ est signaculũ gratiæ, vel sigillũ spiritus sancti
in officio mentis impressum, gratiam inesse de
signans, & gloriã repromittens: quæ etiam ca-
dente gratia nõ recedit. Sed tunc locũ habeat,
quod dæmon territus dixit, Vas vacuum, sed
signatum. Quod autem isti dicunt sigillum,
Ambrosius idem intelligens, dicit transcrip-
tionem gratiæ, epistola ad Vercellenses cito post
principium, dicens. De baptizatis vtique di-
ctum liquet. Ipsi enim accipiunt hæreditatem,
qui baptizantur in morte Christi, & consepe-
liuntur cum Christo, vt cum Christo resurgat.
Ideo hæredes Dei, cohæredes Christi sunt. Hæ-
redes Dei, quia transcribitur in eos Dei gra-
tia. Cohæredes Christi, quia renouantur in vi-
tam ipsius. Hæc ille. A V T H O R. Ecce pro-
pter hæreditatẽ Dei capiendã per baptismũ trã-
scribitur in fideles Dei gratia. Quid aliud est
characterizatur? vbi iã est quod quidã clamãt
non reperiri characterem talem in libris vete-
rum patrum, aut si inueniatur vocabulum, nõ
tamen ad illum effectum, vt iam ponit eccle-
sia? Sicut in libris contra Donatistas primo &
sexto. Audiatur modestè de libro secundo cõ-
tra Parmenianum post mediũ Augustin. dicẽs.
6 Si ¶ enim aliqui furtim, & extra ordinẽ in mo-
netis publicis aurum, vel argentum, es percu-
tendo significauerint, cũ fuerit deprehensum,
nõne illis punitis, aut indulgentia liberatis co-
gnitũ regale signum thesauris regalibus coge-
tur? Aut si quisquam, siue defertor, siue qui
nunquam militauit, nota militari priuatũ

aliquem signet: nõne vbi deprehensus fuerit,
ille signatus pro desertore punitur, & eo gra-
uius, quo probari docuerit nõquã omnino
militasse: simul secum punito, si eum prodide-
rit, audacissimo signatore? At si fortẽ illum mi-
litariã characterem, & corpore suo non militã
pauid⁹ exhorruerit, & ad clementiam Imper-
atoris confugerit: ac pace facta, & impetrata
venia, iam militare cõperit, nunquid homine
liberato, atque correcto, character ille repe-
tatur, ac non potiùs agnitus approbatur? An
fortẽ minus haberent sacramenta Christiana
quã corporalis hæc nota? Cũ videamus
nec apostatas carere baptisate, quibus vtq;
per pœnitentiam redeuntibus nõ restituitur,
& ideo amitti non posse iudicatur. Hæc ille.
A V T H O R. Aspiciatur intra cutem hæc ge-
mina Augustini figura, an nõ in delebilis cha-
racter christianorum exprimitur? Nõ inquis,
sed totum hoc de visibili sacramẽto potest in-
telligi. Trãseũter intendunt, qui sic existimãt.
Attende primum exemplum pro baptisate
positum, de signatore monetã. Secũdum pro
confirmatione, de milite. Ad militiam enim
spiritualem roboratur, qui inungitur. At in
primo exemplo tria ponũtur in ordine, signa-
tor, percussio, & regale signum, vt correspon-
deant alia tria, scilicet baptizator quanuis
perfidus, perfido signatori: baptizatio eius in
visibili sacramento, percussioni aris sensibili.
Cui respondet iam tertium, quod est regale si-
gnum. Dic rogo si nosti: aut audi iterum Au-
gustinum dicentem, quòd iste signator aurũ
aut argentum, æs percutiendo signauerit. Au-
rum vel argentum informe est homo sine bap-
tismo difformis: æs factus iam christianus, per-
cussio aris baptizatio illa visibilis. Si signum
ex percussione impressum est etiam sacramẽ-
tum: binũ ergo est ibi baptisati visibilis sacra-
mentum. Non habes quod rectè, aut ratio-
nabiliter dixeris, nisi dixeris signum ex per-
cussione, characterem ex baptizatione im-
pressum. Hic item in exemplo confirmatio-
nis est character militis, qui denuò deferto-
ri militi post indulgentiam non iteratur: quia
imperdibiliter tenebatur: dicit Augustinus.
Hæc est ergo ratio ponendi characterem. Si
enim sacramentum ex præteritione sua tan-
tũ fundaret signum huiusmodi discretiũ,
& semper sine amissione tenendum: cur sacra-
mentum altaris non statim visum à non con-
secrato pane discernitur? Cur sacramentum
matrimonij hanc foeminam statim aspectam
non prodit esse vxorem? aut cur vtrunq; repe-
tatur sacramentum? Habet ergo forte reti-
nacu-

August.

3

4

August.

Ambrosius

Ambrosius

Augustin.

6

Hierony.

naculum in mente characterem omne initerabile sacramentum, cuius vigore non amittitur vnquam, & cuius facie, quanuis inuisibili, semper proditur sacramentum. Quod ex superiori dicto Augustini satis elucet, cum dicit. An forte minus harent sacramenta Christiana, quam corporalis hanc nota? In hanc autem sacramentum non est praeteritio tantum: quia si haeret, manet: si praeterit, non expectat. Nec est in corpore, sed in mente, qua agente, non iteratur sacramentum, quia non perdebatur: etiam nec per fictionem, nec per haeresim, aut quodcunque graue peccatum. Sic non haeret aliqua gratia gratum faciens. Nec est ergo sensibilis forma sacramenti, vel actus, qui praeterit: nec est gratia fructus sacramenti qui sic inharet, sed forma sic impressa, ut impudibiler heret hanc sanctitas sacramenti. Sic enim aliam appellat Augustinus hoc idem signaculum, siue characterem. Item in eodem libro secundo contra Parmenianum citò post Augustinus. Consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corrigendam, sanctitatem autem sacramentorum in nullo esse violandam. Constat eam in peruersis, & sceleratis hominibus, siue in eis, qui intus sunt, siue in eis, qui foris sunt, impollutam, atque inuolabilem permanere. Et quòd dicuntur eam mali polluere, quantum in ipsis est dicuntur, cum illa impolluta permaneat. Sed in bonis permanet ad primum: in malis permanet ad iudicium. Hec ille. A V T H O R. In isto item processu quis non clarè viderit conditiones huius signaculi? Tam est indelebile semel impressum, ut in ipsis damnatis maneat ad vindictam, in sanctis caeli ad gloriam. Et iterum ipsa sanctitas non polluitur à prophanis. Sed cum pollui dicitur, quantum in ipsis est, intelligatur, inquit Augustinus. Hanc igitur sanctitas sacramenti, quam sic appellat Augustinus, & quidam citiores sic dicunt loco characteris, sicut Parisiensis libro de sacramentis. Hanc inquam sanctitas si sit gratia remissionis, quae est fructus, & res sacramenti, qualiter in damnatis remanet? Si est extrinsecus forma sensibilis, qualiter remanet in beatis: maximè priusquam corpora resumpserint sensibiler baptizata? Est ergo sanctitas characteris, quem Deus in baptismo impressit menti hominis, per hominem baptizati, sicut ibidem bene post dicit Augustinus. Nemo (inquit) accipit sine dante: sed quod attinet ad baptismi sanctitatem, adest Deus, qui det, & homo, qui accipiat: siue per seipsum Deo donante, siue per angelum, siue per hominem. Hec ille. A V T H O R. Huc item accedit, quod idem Augustinus

stinus in epistola ad Donatum dicit in ordine epistolarum. 44. Vos (inquiens) oves, estis oves Christi, characterem dominicum portatis in sacramento, quod accepistis: sed erratis, & peritis. Non ideo vobis displiceamus, quia reuocamus errantes. Hec ille. A V T H O R. Et in tertia parte sermonum. sermone. 117. de Petro & Paulo, qui incipit, Istum nobis diè, idè sic ait. Attendite fratres mei, Pasce (inquit) oues meas: pasce agnos meos: pasce oves meas. Nunquid dixit tuas? Pasce bone serue oves dominicas, habentes dominicum characterem. Nunquid enim Paulus pro nobis crucifixus est? Aut in nomine Petri aut Pauli baptizati estis? Ergo pasce oves, ablutas baptismo eius, signatas nomine eius, redemptas sanguine eius. Hec ille. A V T H O R. Ecce characterem dominicum oves dominicas distinguentem, & ecce iterum signaturam sub nomine domini. Signatas (inquit) nomine eius. Quid est iste character, qui iam in pereunte cognoscitur? Gratia fructus sacramenti? Non: quia in pereunte ipsa non est. Si autem sacramentum visibile est, ipsum tunc exigo sacramentum, in quo sacramentum istud accipitur, sic enim dixit, Characterem dominicum portatis in sacramento quod accepistis. Et tunc sacramentum dominicum in seipso sacramento percipiunt. Ex his in pluribus patet euidenter ratio patrum, quam tenent de characterem. Què item sic Augustinus. frequenter appellat. ut in epistola ad Bonifacium de correctione Donatistarum. Plus (inquiens) habet iuris, quòd in eis dominicus character agnoscitur: qui in eis, quos suscipimus, nec tamen rebaptizamus, minimè violatur. Sic enim error corrigendus est ovis, ut non in ea corrumpatur signaculum redemptoris. Neque enim si regio characterem quisquam à signatore desertore signetur, & accipiat indulgentiam, atque ille redeat ad militiam: ille autem esse in militia, in qua nondum erat, incipiat, in aliquo eorum characterem illere scinditur, ac potius in ambobus agnoscitur, & honore debito, quoniam est regius, approbatur. Hec ille. A V T H O R. Et ibidem per modicum ante finem idem Augustinus. Quare me (inquit) non baptizas, ut abluas à peccatis? Respondeo (inquit Augustinus.) Quia non facio iniuriam Characteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris. Hec ille. A V T H O R. Et in lib. 6. contra Donatistas de vnico baptismo. cap. 1. idè ait. Habere, & dare, & accipere baptismi sacramentum satis illuxit partibus ecclesiae catholicae toto orbe diffusae, per quos postea plenaria concilij autoritate originalis cõ-

Augusti.

Idem

Idem.

Idem.

lis cõ-

lis cõsuetudo firmata est: etiam oues, quae foris errabat, & dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus suis foris acceperat venientem ad Christianam vnitatis salutem, ab errore corrigi, à captiuitate liberari, à vulnere sanari, characterem tamen in ea dominicum agnoscere potius, quàm improbari. Quòd quidem ipsum characterem, multi & lupi & lupis infigunt. Hec ille. A V T H. Baptismi quidem sacramentum exterius, sed non vltimum fructum eius gratiam baptismalem, solet Augustinus & alij patres vltimi dicere esse infixum, sed ipsum characterem, vel signaculum baptismi impressum, vel infixum esse dicunt. Non intelligunt ergo characterem eorum alterutrum. Et lib. 2. contra Petilianum in fine Augustinus. Non vestrum est, quod destruere metui mus, sed Christi, quod & in sacrilegis per se factum est. Nam venientes à vobis recipere non possumus, nisi quod vestrum est destruamus. Destruimus enim perfidiam desertoris, non destruimus characterem imperatoris. Hec ille. A V T H O R. Ecce quod etiam in sacrilegis per se factum est, non destruimus: quia est character imperatoris, non est gratia sacramenti, quia illa non est in sacrilegis. Nec est extrinsecum sacramentum, quia cum fuerat de successiuis, iam non per se est: quia nec est. Et super canonicam primam Ioannis homil. 4. Augustinus. Ecce accepit sacramentum natiuitatis homo baptizatus, sacramentum habet, & magnum sacramentum, diuinum, sanctum, ineffabile. Considera quale & nouum hominem faciat dimissione omnium peccatorum. Attendite tamen in corde si perfectum est ibi, quod factum est in corpore: videat si habeat charitatem ut tunc dicat, natus sum ex Deo: si autem non habet, characterem quidem impositum habet, sed desertor vocatur. Hec ille.

Augustin.

Idem.

Quis est fructus talis characteris sacramenti.

C A P. C X.

S V M M A.

- 1 Characteris sacramenti fructus, quis.
- 2 Signum, quod imprimitur baptismus, unctio, & ordo, quod sit aliud, & alterius generis sanctitas, quam sit illa coniugij, aut item poenitentiae.
- 3 Circumcisionis tota ratio describitur ex Damasceno. Et quomodo typus erat nostri baptismatis.
- 4 Characteris alius fructus propter nos. Et de signo Tau plura ex Hieronymo, Anselmo, Isidoro, Cyrilliano &c. referuntur.

- 5 Sacramenta tria sola, scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quòd imprimunt characterem. Et quare illa non iterentur.
- 6 Baptismus qui non amittat, neque ius dandi, qui ab ecclesia recedit.



Verit item quis sit fructus huius signaculi, siue characteris sacramenti. Querit hunc fructum iste Witcleff, nesciens lignum bene plantatum esse, ita, ut sem-

per det fructum in tempore suo. Dicemus fructus huius signaculi, siue characteris. Quis est pater luminum. Vnum, qui disponit nos propter Deum: alium item propter nos. Fructus huius signaculi disponit nos ad Deum est, quia per modum electionis characterizat, & figurat nos ad gratiosè complenda diuina mandata, & aptat nos ad omnes sanctificationes, & sacramentales consecrationes in posterum. Vnde. 2. cap. ecclesiasticæ hierarchie Dionysius. Hoc (inquit) est initium venerandorum mandatorum sacrae operationis: & ad aliorum sacrorum sermonum, & sacrorum operum susceptibilem opportunitatem, formans animales nostras habitudines. secundum translationem antiquam. Sanctus Thomas habet sequens Vercellensem. Formas, & quasi figuram nostrum interiore homine ad susceptionem, & habitudinem aliarum doctrinarum, & operationum, & sanctificationum, & studium, & cõtemplationem diuinorum. Sequitur. Baptismus verò, qui in diuinum esse nos regenerat, principium est, & quasi fundamentum ipsius dilectionis, per quam implentur mandata. Hec ibi. A V T H O R. Baptisma ergo tanquam regeneratiuum fidelium, & dans eis primum esse diuinum, format habitudines mentis nostrae: & quod idè est, characterizat: quia secundum Hieronymum libro interpretationis triformis, Characterem graecè, forma dicitur latinè, & figurat hominem nostrum interiore ad quodlibet opus sanctum. Hec est aptior autoritas, & à sancto Dionysio pro probatione characteris, quod trinitata, & lógè quaesita, ne de prope argueret. Sic enim ponitur character impressus effectus sacramenti, disponit, & prouocat ad gratiam sanctitatis: si iam hoc dicatur dici posse de sacramento, secundum quod sic informet, & figuret animam ad gratiam sanctitatis. Et nonne istud facit Eucharistia? nonne poenitentia? secundum effectum sacramenti, disponit animam ad gratias ampliores. Et quod vnquam dixit de istis sacramentis, quod ab eis signati sumus, aut quod in die cõmunicationis, vel vnitatis extremæ, nouum signaculum habere cõ-

Fructus characteris.

Dionysius.

Bb pimus?

pimus: aut tūc signati sumus, aut pignus spiritus sit datū in cordibus nostris? Quā vnq̄ dixit Augusti. nos regis nostri portare characterē propter sacramentū Eucharistiæ, siue cōiugij? De baptismo dicit hęc Apostolus: de cōfirmatione, & ordine, q̄ in illis signatur animæ nostrę, & mētes figuratur, & accipiūt noua signacula: de cæteris sacramentis non dicit. Aliud est ergo signū, quod imprimit baptismus, vnde dicitur, siue ordo: & alteri⁹ generis sanctitas, q̄ fit illa cōiugij, aut itē poenitentiæ. Hęc enim amitti vllō modo nō potest, quia violabilis nō est: & hoc ex impressione figuræ, vel signaculi, quod suscepit. Hanc autē veritatē videtur sic intelligere *Damasceus*, dicēs. Peccatorū quidem remissio omnibus similiter per baptismū datur: Gratia autē Spiritus secundū proportionē fidei, & præpurgationis. Igitur nūc quidē per baptismū primitias Spiritus accipimus: & principū alterius vitæ fit nobis regeneratio, & sigillum, & custodia, & illuminatio. Hęc ille cap. 1. lib. 4. **AUTHOR.** Hic nobis nō dedit *Damasceus* (inquit opponens) q̄ per baptismū fiat nobis sigillum. Nec etiam dicit *Damasceus*, q̄ per baptismū fit nobis custodia, vel illuminatio, & tamē causaliter dicitur hęc tria. Non em̄ est baptismus illuminatio fidei per essentia, nec ipsa custodia præceptorū idē tice: sicut patebat in *Simone Mago*, *Anania*, & *Sapphira*. Sed baptismus causat in nobis lumē fidei, & aptat custodiam mādatorū per gratiam. Cur nō item causat, vel imprimit baptizato sigillū, cuius aspectus sit in laudē gloriæ Dei pro acquisitione istius ad fidē Christi: secundū illud Apostoli ad *Ephesios*. 1. Credētes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redēptionem acquisitionis, in laudē gloriæ ipsius. Vbi in expositione *Ambrosius*. Laus gloriæ Dei est, cum multi acquirūt ad fidē, sicut gloria medici est, si multos curet. Ideo q̄; ad gloriā Dei pertinet: quia gentes vocauit, vt salutis suę medelam cōsequerentur per fidē promissam Iudæis, signū habentes redēptionis, atq; hæreditatis futuræ, Spiritū sanctū datum post baptismū. Hęc ille. **AUTHOR.** Ille, qui nouit, quomodo Spiritū sanctus est pignus nostræ redēptionis, vel arra, solum causatiuē per gratiam, bene item nouit, quomodo baptismus est nobis signū, vel signaculū, quo signati sum⁹ Christo in laudem gloriæ ipsius. Et est congruentia valida de signaculo circūcisionis, quę fuit nostri baptismatis directā figura. Congruit enim vt figuræ ad veritatē, & vmbre ad corpus sit discreta proportio, non quidem in effectu vl-

timo omnino proximo: & sicut de remissione originalis culpæ, vel huiusmodi: sed distinctio de effectu ex ea parte, qua sacramenta sunt. Iam ex ea parte, qua circūcisio extitit sacramentum, non inuenitur conuenire nostro baptismati, nisi in impressione signaculi. Illud ergo necesse est inuenire in nostro baptismate, vt conformis sit figuræ. Fiebat enim circūcisio in corporis parte pusilla, & vili: Baptismus in toto, vel parte potiori. Fiebat item circūcisio cultro petriano, aut rigido fero: Baptismus in fluxibili elemento. In his ergo nulla proportio: sed circūcisio impressit figurā discretiuam fidelis à perfido: signum, inquam, ab ipso sacramento, & effectu eius remoto omnino distinctū, scilicet cicatricem in carne. Congruum igitur est, vt etiam baptismus imprimat signum à se distinctum relinquendum in mente. Aliās secundū se quomodo præcelleret in efficacia baptismum Ioannis: quod vtiq; signum erat in baptizatis, sed signaculum non effecit. Vnde super illum textum Actuum, Si Spiritum sanctum accepistis credentes. in expositione. lib. 1. *Beda*. Hoc est, si post baptismam manus impositionem, qua Spiritus sanctus dari solet, accepistis. Ioannes baptizauit baptismum poenitentiæ. Non hoc baptismum, inquit, remissionem peccatorum donare: sed poenitentiam tantum potuit docere. Nam sicut signum circūcisionis signaculum in patriarchis fidei, quam gerebant, extiterat: ita & hoc lauacrum populus poenitens quasi singulare signaculum suę deuotionis accepit: quod tamen ipsum figurat etiam Christi baptismum, quo remissio daretur, ostenderet. Hęc ille. **AUTHOR.** Nota, dicit, signum circūcisionis fuisse signaculū fidei: non dicit circūcisionem fuisse ipsum signaculum: quia fuit sacramentum. Baptismus verò Ioannis dicit fuisse ipsum signum deuotionis in populo, & baptismatis Christiani. Quia baptismus Ioannis non de se fuerat sacramentum, nec causauit characterem separatum. Characterizat ergo baptismus Christi in mente: sicut & circūcisio characterizat in carne. Vtrunq; sacramentum, vt susceptores suos patenter distinctos ostendat, & ea causa maximē. In cuius signū, quando erant Iudæi cum seipsis quadraginta annis in deserto, non circūcidebantur. Restat ergo necesse est, vt aliquo sacramento causetur per impressionem signaculi consimilis nota discretionis in populo Iesu Christi. Vnde. 4. libro sententiarum. cap. de circūcisione, hanc innuit *Damasceus*. Circūcisio, inquit, ante legem data est Abraham: post benedictio-

disionis repromissionem distinguens inter ipsum, & eos, qui ex ipso, & qui in domo eius generabantur, à gentibus, cum quibus cōuersabantur. Et manifestū, quoniam quando in eremo quadraginta annis Israel solus secundū seipsum conuersatus est: non commixtus alij genti, quotquot in eremo nati sunt, non circūcisi sunt. Cum autem Iesus transire fecit eos Iordanem, circūcisi sunt: & secunda lex circūcisionis facta est. In Abraham enim data est lex circūcisionis: deinde quiesuit in eremo quadraginta annis. Rursus secūdō dedit dominus Iesu Naue legem circūcisionis post transitū Iordanis: sicut in libro Iesu Naue scriptum est. Sequitur. Pro his autem constituit filios Israel, quos Iesus circūcidit: propterea, quia geniti incircūcisi fuerat per viam. Quare signum erat circūcisio discriminās Israel à gentibus, cum quibus cōuersabantur. Typus autem baptismatis erat. Sicut enim circūcisio non membrū abscidit corporis, sed superfluitatem inutilem: ita per sanctū baptismū peccatum circūcidimus. Peccatū autē manifestū est, q̄ superfluitas cōcupiscentiæ est, & nō vtilis cōcupiscentia. Impossibile est nequaquam cōcupiscere, vel finaliter sine gustu voluptatis esse: sed quod inutile est voluptatis, scilicet inutile cōcupiscentia, & voluptas, hoc est, peccatum, quod circūcidit sanctū baptismum, tribuēs signum, honorabilem crucem in fronte: nō à gentibus discriminās nos (omnes enim gētes baptismate politæ sunt, & signo crucis sigillatæ sunt) sed in vnaquaq; gente fidelē ab infideli distinguens. Veritate itaq; apparente, inutilis est typus, & vmbra. Quare superflū est nunc circūcidi, & contrarium sancto baptismati. Hęc ille. **AUTHOR.** Ecce tota ratio circūcisionis, vt per figurā stigmatis ibi relictū, posset Dei seruus à Pagano secum cōuersante discerni. Si cū nullo conuersetur: nec haberi requiritur. Ita, inquit, & baptismum peccatum circūcidimus, quod est effectus eius remotus. Tribuit, inquit, nobis signum honorabile, scilicet, crucem in fronte: & ille est effectus eius propinquus: nec tantū in illa patente corporis parte, quæ oculis p̄minet, sed magis in vertice rationis, non distinguens nos à gentibus quasi nationem, & separatā progeniem, sicut fecit Israel: sed magis infidelem separans à fidei. Et has conuenientias ex eo fundat, q̄ typus baptismatis erat circūcisio. Alius item fructus istius characteris est propter nos, vt scilicet in prospectu huius signaculi diuinas ultiones euadamus, & malignorum spirituum impetus declinemus: & rursus omnium bonorū

spirituū amicitias, & iuuamina consequamur. Hoc vtiq; ne aliquando defineret, in vtroque Testamēto, nouo, & veteri signatum est. *Ezechielis*. 9. Transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem: & signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sūt in medio eius. Et dixit illis, audiente me, Transite per ciuitatem, sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester. Sequitur. Omnem autem, super quem videritis Tau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Simile huic, *Apocalyp.* 7. Nolite nocere terræ, & mari, neq; arboribus, quousq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Vnde super prædicto *Ezechielis* in expositione in glossa *Hieronymi*. Tau, litera extrema in antiquis Hebræorum literis, quibus vsq; hodie vtuntur Samaritani: crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus frequenter figuratur, cuius munitione signatur. Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite. Omnes isti per eunt, si abiq; Christi signaculo se aliquid esse credunt. Hęc ille. **AUTHOR.** Ex quo loco scripturæ huius signaculi tam fructus annotatur, q̄ necessitas: nec tam ista, q̄ qualitas. Non tantū enim creditur esse talis character in genere, sed vtiq; figura crucis in specie, quā mente gerimus à die baptismatis per impressionē Sancti Spiritus: dicente Paulo ad *Ephesios*, In quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto. Vbi in annotationibus suis *Anselmus*. Signati, inquit, estis, id est, diuisi à grege diaboli per Spiritū sanctum, signo crucis. Hęc ille. **AUTHOR.** Hoc enim signū in initio agni sanguinis rubricatum in ædibus animarū nostrarum prospectum ab angelo exterminatore solos Christianos defendit. secundū illud *Exod.* 11. Erit autē sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis, & videbo sanguinē, & transibō vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram *Ægypti*. Et bene infra. Nullus vestrum egredietur ostium domus suæ vsq; in mane. Transibit em̄ dominus percutiens *Ægyptios*. Cūq; viderit sanguinem in superliminari, & in vtroq; poste, transcendet ostium, & non finet percussorem ingredi domos vestras, & lædere. Si autem in figura hoc contingebat illis, quid est veritas, nisi quod si signo dominicæ passionis liniuntur singuli facti in baptismate Christiani, vt ab angelo vastatore, qui vno vitio totum genus trucidauit humanum, inspecto sacrosancto characterē, tuti fiant? Sicut in eodem loco in *Isagogis* suis *Isidorus*. Sanguine agni liniuntur

Hieronymus. Tau.

Anselmus.

Isidorus.

tur Israelitarum postes, ne vastator angelus audeat inferre perniciem. Signantur ergo signo dominicæ passionis in frontibus fideles populi ad tutelam salutis: vt hi soli ab interitu liberentur, qui cruore dominicæ passionis, corde, & fronte signati sunt, qui etiam opere loquuntur, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Hæc ille. A V T H O R. Sine tali signo nouit Deus qui sunt eius, non dubiū. Sine tali item signaculo potuit certificare spiritus & tutores, & vindices, vt hos liberarent, hos punirent. Sed tamē propter nos quādoq; corporalibus signis, quādoq; spiritualibus ad monēdos signa constituit: sicut & orare, & sacrificare, & docere sensibilibus, quāuis ipse corda hominum perlustrare potuit sine strepitu corporali. Nemo igitur hoc signum dominici characteris parumpendat, qui hoc signo solo à die mala liberari desiderat. Tot em̄ scripturæ nō sinunt cassatū ire, quod prædicant, quos fructuosè satis producit in huius signi fidem contra Demetrianū versus finem sanctus Præsul Cyprianus. Succendi, & cremari alienigenas præcinit dominus, id est, alienos à diuino genere, & prophanos spiritualiter non renatos, nec Dei filios factos. Euadere enim solos posse, qui renati, & signo Christi signati fuerint, alio in loco Deus loquitur, quando ad vastationem mundi, & interitum generis humani angelos suos mittens, grauius in ultimo comminatur, dicēs, Vadite, & cædite, & nolite parcere oculis vestris: nolite misereri senioris, neq; iuuenis: & virgines, & mulieres, & paruulos interficite vt perdeantur. Omnem autem, super quem signum scriptum est, ne tetigeritis. Quod autem sit hoc signum, & qua in parte corporis positum, manifestat alio in loco dicens, Transi per mediam Hierusalem, & nota bis signum super frontes virorū, qui ingemūt, & moerent ob iniquitates, quæ fiunt in medio ipsorum. Et q̄ ad passionem, & sanguinē Christi pertineat hoc signū, & ille saluus, atq; incolumis seruetur quisq; in hoc signo inuenitur, itidem Dei testimonio cōprobatur, dicentis, Et erit sanguis in signo vobis super domos, in quibus ibi eritis: & videbo sanguinem, & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis, cum percutiam terrā Egypti. Quod autē occiso agno præcedit in imagine, impletur in Christo, secuta postmodum veritate. Vt illic percussa Egypto, Iudaicus populus euadere non nisi in signo, & sanguine agni potuit: ita & cum vastari cœperit mundus, & percuti, quisquis in sanguine, & signo Christi inuentus fuerit, solus euadit. Hæc ille. A V T H O R.

Videtur quāta sit necessitas, nō solum sacramēti, sed & signaculi baptismalis. Quia sicut non sufficit sanguinē agni fundere, nisi ex eo postes essent liniti: ita nec Christi sanguine per baptismū animā dilui, nisi retineat vestigiū huius signi. Nec ita requiritur ad salutē omnis sacramenti character habētis characterē, quā nec omnino ad salutē habentis, de necessitate requiritur sacramentū. Eius em̄ sacramēti signū exigit ad salutē, si & ipsum sacramentū sic exigitur adesse. Nec tū omne sacramentū causat in suscipiente characterē, sed solum tale, quod notanter distinguit familiā in cōparatione ad dominū: sicut habet super quartū Carmelita noster *Walsingham*. Sola, inquit, tria sacramēta characterē imprimūt, scilicet Baptismū, Cōfirmatio, & Ordo, quia triplex distinctio sufficit in exercitu bene ordinato, scilicet distinctio totius exercitus ab alijs, distinctio militū à peditibus, distinctio ducis à cæteris. Per characterē baptismalē distinguitur totus exercitus totius ecclesiæ ab exercitu diaboli. Per characterē confirmationis distinguuntur deputati ad certamē spūale contra fidei persecutores à cōmuni populo. Per characterē ordinis distinguuntur duces à reliquis, quia ordinati ad ministrandū sacramēta, deputātur vt sint duces in populo. Hæc ille. A V T H. Ex his sequitur ratio cur hæc sacramēta nō iterātur, quia manēt semper in seipsis: cū manēt in effectu suo proximo, scilicet signaculo fidei, quod est character. Attamē nō defuerūt, qui dicerēt manere baptismā, sed nō manere sacerdotiū, vel ordinem: quia ius dādi baptismā amitteret. Potuit motiū placuisse isti *Witleff*: quā talis pderet omne ius ad bona Dei, eo q̄ nihil potest dñs dare inimico suo capitali. Respōdet autē lib. 2. cōtra Parmenianū post mediū *Augustinus*. *August.* **6** Iud, inquit, quidā eorū veritate deuicti dicere cœperūt: Baptismū quidē nō amittit, qui recedit ab ecclesia, ius tñ dandi amittit: multis modis apparet frustra, & inaniter dici. Primò, quia nulla ostēditur causa, cur ille, qui baptismū ipsum amittere nō potest, ius dādi potest amittere. Vtrunq; enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrūq; homini datur: illud cum baptizatur: istud cū ordinatur: adeo q; in catholica vtrunq; nō licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes etiam præpositi bono pacis correcto errore, correcti sunt: & si visum est opus esse, vt eadem officia gererent, quæ gerebant, non sunt rursus ordinati: sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra: quia in præcisione fuerat vitium, quod vnitatis pace est correctum, nō in sacra

V Valsingham.

August.

sacramentis: quæ vbiq; sunt, ipsa sunt. Et cum expedire hoc iudicatur ecclesiæ, vt præpositi eorum venientes ad catholicam societatem honores suos ibi non administrent, nō eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos: ideoq; non manus eis in populo imponuntur: ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Hæc ille.

De sacramento Confirmationis.

Sacramentum Cōfirmationis, quomodo sit de necessitate salutis, & qualiter regulariter ministratur.

C A P. C X I. S V M M A.

- 1 Confirmationis sacramentum quod sit necessariū, contra *Witleff* ostenditur.
- 2 Spiritus sanctus quod per manus impositionem datur.
- 3 *Melchias* Papæ decretum, contra eos, qui olim in ecclesia arguebant contra sacramenti Confirmationis exigentiā.
- 4 *Vrbani* Papæ decretum pro sacramento confirmationis. Et de necessitate eius ex Concilio *Laodicensi*, & *Aureliensi*.



Onfirmati-

onis venerabile sacramentum est appropriatē quodammodo Spiritus sancti donum: in ipso enim roboratur, qui in Baptisma te nascitur. Circa quod igitur iste *Witleff* tantò periculosius errat, quantò hoc ipso contra Spiritum sanctum, cuius est signaculum, manifestius verbum dicit: nec tantum verbum, aut vnum verbū, sed quatuor, sic collecta. *Triologi* cap. 14. Non, inquit, video, quod generaliter sit hoc sacramentum de necessitate salu-

V *Witleff*.

tis fidelium. Nec quòd prætendentes se confirmare pueros regulariter hoc confirmant. Nec quòd hoc sacramentum sit specialiter Episcopis Cæsareis reseruatū. Et vltius videtur mihi, quòd foret plus religiosum, & conformius modo loquendi scripturæ, negare, q̄ nostri Episcopi dant Spiritum sanctum, vel confirmant vltius Sancti Spiritus dationem.

1 Hæc *Witleff*. A V T H O R. Ad primum dirigens oculos, de necessitate huius sacramenti, hoc vnum video dicendum, quòd in ambiguo verbisui generaliter latebras quærit: cum æstitem eum absolutam illam propositionem sine illa adiectione concedere. Saltem respondeamus, vnde ædificemus fideles tam esse Confirmationem sacramentum necessariū, quàm est charitatis diffundendę signaculum. In Baptismate enim charitas infunditur: in Confirmatione, & Episcoporum manus impositione, diffunditur. Vnde & hoc sacramentum directè intellexit Apostolus, cum diceret, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hoc enim planè sic intellectum à patribus in tertio libro de vnico baptismo, contra Donatistas. cap. 14. dilucidat *Augustinus* dicēs, *August.*

2 Spiritus sanctus, qui in sola catholica ecclesia per manus impositionē dari dicitur, minirū hoc intelligi maiores nostri voluerūt, quòd Apostolus ait, Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. ipsa est em̄, quā non habent, qui ab ecclesiæ catholicæ communionē præcisi sunt. Hæc ille. A V T H O R. Ecce Spiritus sanctus datus per manus impositionem. Cur tu dicis in 4. magis religiosum fore hoc negare, q̄ Episcopi nostri dant Spiritum sanctum? Si dicas Episcopos nostros nō dare, sed dominum per impositionem Episcopi, aliud dicas. Sic ergo intelligenda est regula illa Apostoli iuxta traditionem maiorum nostrorum in ecclesia Christi, quòd regulariter per manus impositionem Episcopi diffusa est charitas Dei in cordibus nostris per Spiritum sanctum. Quare ergo dixisti secundo, quòd prætendentes sic facere, regulariter non confirmant? Aut veritas illa apostolica non est veritas regularis, vel regulariter vera. Ecce si illud sensibile miraculum sequeretur manus impositionem iam, quòd olim regulariter sequebatur, sensum necessitate deuictus affirmares regulariter etiam nunc Spiritum sanctum dari. Sed fortior est ratio fidei, quàm sensus. Ergo si fidelis esses, de regularitate sequela iam non diffideres. In iam prædicto libro

Augustin. *Augustinus.* Neq; enim, ait, temporalibus, & sensibilibus miraculis attestantibus modo datur Spiritus sanctus, sicut antea dabatur, ad commendationem rudis fidei, & ecclesie primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat vt ij, quibus manus ad accipiendum Spiritum sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? Sed inuisibiliter, & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inspirari, vt possint dicere, Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quauis sensibilia miracula non iam testentur per impositionem manus Spiritum sanctum dari, latenter tamen intelligitur cordibus nostris dari, ita, vt possimus dicere, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Quomodo possemus sic de inuisibili Dei dono præsumere propter manus impositionem, nisi regulariter sequeretur? Nec opponas huic fidei Augustini exceptionem aliquam de contingenti crimine, vel fictione personæ, nisi dixeris, te nescire, quantum distet, semper, & omnino verum, à regulariter esse verum. Sed reuertamur ad primum, vnde huius sacramenti necessitate dicimus. Fuerunt solum in ecclesia, qui contra huius exigentiam arguebant. Aut, in quiunt, non totum Dei donum in regenerationis fonte accepimus: aut confirmatio sequens est inutilis.

Melchias. *Quibus satisfecit Melchias Papa præcessor Syluestri decreto suo secundo capite, dicens, Quia diximus, qd manus impositio, & confirmatio ei, qui in regeneratus in Christo est, conferre aliquid possit, forte cogitet sibi aliquis, Quid mihi prodest post mysterium baptismatis, mysterium confirmantis? Aut quantum video, non totum de fonte suscipimus: si post fontem, adiectione noui generis indigemus. Non ita dilectissimi, attendat charitas vestra. Sicut exigit militaris ordo, vt cum Imperator quemcumq; militum receperit in numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis congruentibus instruat pugnaturum: ita in baptizato, benedictio illa, munus est. Dediti militem: da ei adiumenta militie. Nunquid prodest, si quisquam parentum magnam paruulo confert facultatem, nisi prouidere studeat & tutor? Ita paracletus, regeneratis in Christo custos, & consolator, & tutor est: ideo dicit sermo diuinus, Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilant, qui custodiunt eam. Ergo Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocetiam: in confirmatione au-*

gmentum præstat ad gratiam: quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est. In baptismo regeneramur ad vitam: post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur: post baptismum roboramur. Hæc ille. A V T H O R. Textus antiqui huius patris apertus est, qui de tuis Episcopis cæsareis, vt tu blasphemias, eò non est, qd dotatione Cæsaris vnico succedente Syluestro præcessit. Ideo vtrunq; sacramentum est necessarium: baptismum primò, & confirmatio subsequens, vt sequens præcepta bona defendat, & roborat. Non est enim solidus cibus inutilis homini: quia prius lacte suo paruulus bonos artus, & fulcimenta suscepit. Quia solidus cibus ideo necessarius erit, quo simpliciter melius est habere fortia, & robusta, qd qualiacunq; membra. Inde in antiquiori ecclesia tanta huius sacramenti putabatur necessitas, vt plenus Christianus non cederetur, qui nondum manus impositionem accepit: sicut nec pueros teneros plenos homines, quousq; vires hominum habeant dicere afolemus. Vnde in decreto suo ca. 7. sanctus ille *Vrbanius* Papa, magister sanctæ Lucie.

4 Omnes, inquit, fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur. De Spiritu sancto accepimus, vt spirituales efficiamur: quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur. De Spiritu sancto accepimus, vt sapiamus inter bonum malumq; discernere, iusta diligere, iniusta respicere: vt malitiam, ac superbiam repugnemus, vt luxuriam, ac diuersis illecebris resistamus. De Spiritu sancto accepimus, vt amore æternæ gloriæ, & ardore successi, erigere à terrenis mentem ad superna & diuina valeamus. Hæc ille. A V T H O R. Ecce & iste Papa decimus sextus à beato Petro secundum catalogum Augustini, Cæsareus Papa non fuerat, qui pro necessitate huius sacramenti determinat, & limitat hæc manus impositionem Episcopis. Itē ex concilio Laodicēsi versus finem dicitur. Oportet eos, qui baptizantur, post lauacrum christina caeleste percipere, & regni Christi participes inueniri. Hæc ibi. A V T H O R. Trāsumpta sunt hæc capitula ex anno libro decretorum Pontificum. Itē ex concilio Aureliensi. Vt ieiunium ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneatur confessio non facere prius, vt mundi donum Spiritus sancti valeant accipere. Et quia nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit christumatus. Hæc ibi. A V T H O R. Bene notat iste cano vt nisi mundus accedat ad hoc sacramentum, spiritum

ritum suscepturus paracletum: quia Spiritus sanctus effugit omne fictum, nec habitat in corpore subdito peccatis. Ideo adulti omnes confessi procedent etiam post baptismum: & tandem confirmatione alijs scribit, qd nunquam erit Christianus, id est plenus Christianus, qui superuivuit, nisi in confirmatione episcopali fuerit christumatus. In lib. 2. de sacramentis parte. 7. ca. 3. *Hugo.* In gestis pontificalibus legitur, qd Syluester Papa eò stituit, vt baptizatum presbyter in vertice christumate liniat, propter occasionem quidem mortis: ne forte per absentiam Episcopi, & difficultatem eum consequendi, sine manus impositione baptizatum ab hac vita migrare contingeret. Quod quidem omnino periculosum esset. Quia sicut in baptismo remissio peccatorum accipitur, ita per manus impositionem spiritus paracletus datur. Illic gratia tribuitur ad peccatorum remissionem: hic gratia datur ad confirmationem. Quid autem prodest, si à lapsu erigeris, nisi etiam ad standum confirmaris? Propterea timendum est ijs, qui per negligentiam amittunt Episcopi presentiam, & non suscipiunt manus impositionem, ne forte propterea danentur, quia festinare debuerunt, dum potuerunt. Propter eos enim, qui articulo temporis præueniuntur, instituta est illa, qua sacerdos baptizatum statim in vertice liniat sacri baptismatis unctio: vt in hoc ipso ostendatur, quantum sacramentum istud ad salutem necessarium sit, cum tam sollicitè vniuersis cauetur, ne forte sine ipso ab hac vita subtrahatur. Manifestum est autem, qd primis temporibus omnis unctio christumatis per solos Pontifices fiebat. Hæc ille. A V T H O R. Quanta est ergo consequendi necessitas sacramenti, quando Syluestro, & patribus videbatur adesse damnationis periculum ijs, qui morte præueniunt, accipere sacramentum crassa negligentia omiserint? Ideoq; quantum poterant, laxabant sacerdotibus potestatem vngendi in vertice baptizatos, vt vbi principali non possent, vicaria unctio succurrerent.

Quòd sacramento Confirmationis regulariter confertur Spiritus sanctus.

C A P. CXII.

S V M M A.

- 1 Confirmationis sacramento, qd regulariter confertur Spiritus sanctus contra Wicleff.
- 2 Christus unde dicitur.



Quatum enim Nouatianæ hæresis principem quid aliud à Spiritu sancto seclufit, & spiritui subiecit immundo, nisi abbreviatus baptismus, & euacuata confirmatio eclipis? Vnde in libro ecclesiasticæ historiæ *Eusebius Cornelium Papam* introducit scribentem in epistola ad Fabianum Antiochenum Episcopum. de eodem Nouato: & est libro. 6. ca. 35. Addit hoc, qd idem ipse Nouatus in iuuentute spiritu immundo vexatus sit. Et cum tempus aliquantum consumpsisset apud exorcistas, ægritudinem incurreret grauem, ita, vt desperaretur, & qd iacens in lecto, pro necessitate perfusus sit: nec reliqua in eo, quæ baptismum sequi solent, solenniter adimpleta sint: nec signo christumatis consummatus sit. Vnde nec Spiritum sanctum unquam potuit promereri. Deniq; inquit, cum priuata quadam gratia diligeretur ab Episcopo, & vellet eum ordinare presbyterum: clerus verò omnis, & quæ plurimi ex laicis prohiberet, dicentes, non licere clericum fieri eum, qui necessitate positus in lecto, gratiam consecutus non sit: Episcopum ab omnibus specialem gratiam poposcisse, vt sibi hoc de isto vno cederetur. Hæc ille. A V T H O R. Illud autem, quod secundo adiungit, qd, vt dicit, non videat, qd prætententes se confirmare pueros regulariter hoc confirmet: Quis nesciat eum hoc dicere, quia est in hac parte plenarius Donatista: vt in capite huius libri multis claret capitulis? Et idcirco secundum ipsum potest esse duplex obstaculum, ne regulariter sacramentum comitetur effectus, scilicet ipsius ministri prætententis conferre, aut suscepturi malitia, vel forte præscientia. Sed breuiter est vtrunq; soluendum, quia ab olim vtrunq; censebatur hæreticum. Primum scilicet, ne effectum sacramenti obtruncaret malitia ministrantis, innumera penè patrum dicta condemnant. At Donatistas inuatores huius hæresis, & dictis Cypriani se tegentes, ex dictis eiusdem Cypriani, & autoritatibus, quas adduxit lib. 5. contra Donatistas. cap. 20. sic arguit *Augustinus.* Certè Ioannes Apostolus apertissime dicit, Qui odit fratrem suum, in tenebris est vsq; adhuc. Et iterum. Qui odit fratrem suum, homicida est. Cum ergo tales intus baptizant, quos in male uola dissensione fuisse Cyprianus ipse commemorat:

morat: quomodo aquam mundat, & sanctificat homicida? Quomodo benedicunt oleum tenebræ? Si autem Deus adest sacramentis, & verbis suis per qualeslibet ministratur: & sacramenta Dei ubique recta sunt: & mali homines, quibus nihil possunt, ubique peruersi sunt. Sequitur. Cur autem ad verba, quæ procedunt ex ore homicidæ, possit tamen Deus oleum sanctificare: & in altari, quod hæretici posuerunt, non possit, nescio. Nisi forte quem cor hominis fallaciter conuersum intus non intendit: *signum lignum fallaciter positum impedit foris, quo minus sacramentis suis adesse dignetur, nullis hominum falsitatibus impeditus. Hæc ille. AVTH. Hoc vltimum arguebat, propter quosdam illorum ponentium quædam scelera, propter quæ ministris talibus Deus cum sacramentare prætenderent, non adesset. Mitius errabāt isti, qui Witteless, qui nullum scelus excepit. Contra utrosque tamen currit Augustinus, dicens, Si Deus, id est, quæ adest sacramentis, & verbis suis, per qualeslibet ministratur, & sacramenta Dei ubique recta sunt: ergo tunc regulariter conferuntur. Contra hoc, inquit, dicit Euangelium. Scimus quia peccatores Deus non exaudit. Hæc ibi Augustinus. Si ergo ad hoc valet, quod dicitur est in Euangelio, Deus peccatores non audit, ut per peccatore sacramenta non celebrantur: quomodo exaudit homicidam deprædantem, vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiā, vel super capita eorum, quibus manus imponuntur? Quæ tamē omnia & fiunt, & valent, etiam per homicidas, id est, per eos, qui oderunt fratres. Etiam in ipsa intus ecclesia: cum dare nemo possit quod non habet, quomodo dat homicida ministras Spiritum sanctum? Et tamē etiam intus ipse baptizat. Deus ergo dat etiā ipso baptizate Spiritum sanctum. Hæc ille. AVTHOR. Ex ipsa autoritate Cypriani videtur concludere tanquam certum, quod Deus dat, homicida ministrante, Spiritum sanctum: & sic exaudit homicidam benedicentem oleum, & manus imponentem, quod sacramenta non sunt homicidæ, nec verba, sed Dei. Nolit ergo Witteless negare Deo regulariter effectum suum propter ministrum prætesum: sed & dicat Witteless, aut aliquis sectator eius, utrum aliquem baptizare, vel vngere poterit. Si non potest, sine causa minister sacramentorum Dei est. Si potest, & tunc nunquid peccator non est? Magister eius Petilianus sic solebat exprobrare catholicos. Oleum, inquit, peccatoris non vngit caput meum. At contra, libro. 2. contra Petilianum, responsione. 104. Augustinus. Sed dic, si audes, non sum ego peccator. Ille quippe ait, Oleum au-

tem peccatoris. Quicquid enim in te, vel leuis peccati fuerit inuentum, unde ostendis non pertinere ad id, quod dictum est, Oleum peccatoris? Quæro enim, utrum ores oratione dominica: si non ores ea oratione, qua dominus orare discipulos docuit, unde alia didicisti pro maioribus meritis tuis excedentem merita Apostolorum? Si autem sic oras, ut ille magister ore dignatus est: quomodo dicis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Neque enim de illis peccatis hoc petimus, quæ nobis in baptismo dimissa sunt. Ergo ista verba orationis, aut non te permittunt esse Dei deprecatores, aut aperiunt peccatorem. Eant nunc, & osculenter tibi caput, qui abs te baptizati sunt, quorum capita oleo tuo perierunt. Hæc ille. AVTHOR. Passim sunt ista & contra Witteless sine sollicita declaratione eo lenius audientia, quo constat clariùs contra eum sicut contra Donatistam quem libet militare. Petilianus enim, qui noluit vngi caput suum oleo peccatoris, cum tamen ipse confirmare prætenderet alios: conuincitur eorum capita oleo peccatoris inungere, aut orationem dominicam abiurare. Quo ad impedimentum sacramenti confirmationis pro peccato iniuncti facit argumentum iacobus Petilianus, quod statim submittit. Vnguentum, inquit, concordia sic in fratribus laudat David, Ecce quod bonum, & quod iucundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentum in capite &c. At ibi responsione. 105. Augustinus. Verum dicit. Nam illud sacerdotium in figura corporis Christi habebat vntionem, quod vnitatis com-
 2 page fit saluum. Nam & ipse Christus à christi-
 mate appellatur, id est, ab vntione. Hunc Hebraei dicunt Mefsiam: quod verbum Punicæ linguæ consonum est, sicut alia Hebræa permulta, & penè omnia. Et bene infra. Et in hoc vngueto sacramentum chrisimate vult interpretari: quod quidem in genere visibiliū signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus. Sed potest esse & in hominibus pessimis in operibus carnis vitam consumētibus, & regnum cælorum non possessuris: & ideò nec ad barbā Aaron, nec ad oram vestimenti eius, nec ad vllam cõtextionē vestis sacerdotalis pertinentibus. Hæc ille. AVTHOR. Iam tamen omnia diligentia notetur, quod dixerit Dei seruus. Hoc, inquit, vnguētum est sacramentum chrisimate, quod potest esse, & in hominibus pessimis, in operibus carnis ad vitam consumētibus. Ergo in flagitiosis, & mortali peccato detentis. Sed quid amplius? Et regnum cælorum, inquit, non possessuris: & ideò nec ad barbā Aaron, nec ad oram vesti-

vestimēti eius, nec ad vllā cõtextionē vestis sacerdotalis pertinentibus potest esse Chrisimate sacrosanctum signaculum. Sic enim supra exposuit, in illo sacerdotio caput Christum, barbā fortiter predicantes, oram vestimēti primitiue religiosos ecclesiæ sua omnia dimittentes pro Christo. Sed extra hos, nec ad aliquam cõtextionē vestis sancti sacerdotii pertinent, qui tamen sacrum signaculum chrisimate in se habent, qui in regnum cælorum intraturi non sunt, dic vtrū presciti non sunt. Ergo nec actualis iniustitia, nec ipsa (ut tu dicis) prescientis, vsquequaque impediunt, quo minus conferre sacramenta conantes conferant quod intendunt. Ex quibus omnibus vide, si non tam pro nobis, quam pro se bene ex prescitis statim ibi concludat Augustinus. Vbi (inquit) positurus es, quæ apostolus enumerat, manifesta opera carnis? quæ sunt (inquit) fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus &c. Sequitur. Et nulli ne apud vos luxuriosi, nulli auari, nulli pertinaciter inimicitias exercentes, nulli contentiosi, æmuli, animosi, dissensionibus studentes, inuidi, ebriosi, comestationibus vacantes, nulli ne apud vos tales vnguntur: & in his intus noti, manifestique moriuntur? Si nullo dicitis, quoniā studio contentionis aperte mentiris: vide ne de talibus ipse sis. Si autem ab huiusmodi remotus es, non corporis separatione, sed vitæ dissimilitudine, & tales turbas circum altaria vestra gemens conspicis: quid dicemus, quia oleo sancto vnti sunt, & sicut apostolus liquida veritate confirmat, regnum Dei non possidebunt? Nunquid barbæ Aaron, & ore vestimēti eius sacrilega iniuria faciendā est, ut ibi eos ponendos arbitremur? Absit. Discerne ergo visibile sanctum sacramentum, quod esse, & in bonis, & in malis potest, illis ad præmium, illis ad iudicium: ab inuisibili vntione charitatis, quæ propria bonorum est, discerne ista, discerne. Hæc Augustinus. AVTHOR. Ecce quot flagitiosi regnum Dei non possessuri, sacrosacrisimate vnti sunt: nec tantum vnti (sic enim vel à seipsis, vel à quibus vellent, possent accipere) sed sic vnti sunt, sic sacramentaliter confirmati, ut eis verè corde conuersis sufficere ad salutem. Quid ergo obest antistitibus, ne possint confirmare regulariter quod prætendunt, etiam si non finis eueniat expectatus?
 *

Qualiter Christus Chrisimate sit vntus, & fideles ex eo Christiani chrisimate vnti.
 CAP. CXIII.

S V M M A.

- 1 Witteless, qui dicit, quod Christus non fuit sic chrisimate vntus, ut nunc Christiani, & ideo non sit curandum de huiusmodi vntione, confutatur.
- 2 Christus quod fuerit vntus, & qualiter. Et quomodo ab ipso auctoritatem, & rem vntionis sacramentalis assumpsimus.
- 3 Christiani unde ducti. Et unde hoc uocabulum & nomen descenderit.
- 4 Chrisimate cõsecratio quod à Christo fluxerit, Fabiani Papæ decreto ostenditur. Et plura de hoc ibi ex Dionysio, Clemente, Augustino, Ambrosio, &c.
- 5 Vntionis extreme uirtus.
- 6 Christianum confirmari quid secundum Melchisedech.
- 7 Episcopus qualiter confirmare dicatur.
- 8 Discipuli Christi, qui non dederint spiritum sanctum.
- 9 Impositio manus ad quid fiat.



Vlt Witteless ad nihilum deducere omnes gentes in vntionibus Christianis non in sacramento cõfirmationis solum, sed baptismi, & ordinis: quia Christus non fuit sic in sua persona chrisimatus. Lib. suo. 2. de sermone domini in monte. cap. 13. Christus (inquit) Witteless: exemplar totius ecclesiæ non fuit in persona sua taliter confirmatus: nec in baptismo suo chrisima huiusmodi, sed aquam simplicem requisit: nec sic dedicauit ecclesias: sed episcopi hoc capiunt ex singulari opere Salomonis. Et sic difficultatur ecclesia infideliter propter solennizationem talis consuetudinis introductæ. Hæc Witteless. AVTHOR. Magna tamen vis eius stat in crine illius exilis aduerbiū, sic. Quid si iteratò dicam? Nec fuit Christus sic baptizatus, ut christianus aliquis post eum: quia nos omnes sumus baptizati in remissionem peccatorum nostrorum. Ipse Christus non sic: nec fuit Christus taliter natus ut nos: quia ipse de virgine, nos de corruptis. Nec Christus erat sic maritatus ut nos. Quid amplius? Ergo ne infideliter difficultatur ecclesia propter consuetudinem baptismi nostri, natiuitatis nostræ, desponsationum quoque fidelium coniugū taliter introductarū? An fidelius arguendū
 Bb 5 est?

*signum

Augusti.

Petilianus.

Augustin.

Christus.

Petilianus.

Augusti.

Witteless.

sic.

est: Caput nostrum Christus unctum est, teste scriptura multiplici, sed unguento super excellenti spiritu sancti: quo nullum attingere potest membrorum. Sed igitur quantum possumus conformemur. Curramus in odore unguentorum eius: & ex parte capiamus in mysteriis, quod nequaquam valeamus ex toto. Hoc multo fidelius dicitur: non enim caret contumacia, qui sic arguit. Christus non sic fuit unctus ut ego, ut acciperet spiritum sanctum: ergo ego istam unctioem contemnam? Christus enim non per predicationem euangelii fuit inductus ut crederet. Ego ergo per euangelii auditionem induci me volo ut credam. Sed Christus unctus erat teste Paulo ad Hebraeos primo ex illo Psal. Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiae. Et item teste sancto Petro Actuum. 10. Quomodo unxit eum dominus spiritu sancto, & virtute. Super quo textu in expositione Actuum libro. 1. Beda. Alia editio dicit, sicut unxit eum Deus. praedicauit ergo Ioanes Iesum sicut unxit eum Deus spiritu sancto. Tunc utique cum dicebat. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto. Et iterum. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam super eum. Hae ille. AVTHOR. Et deinceps describens horam unctioem Christi primam transmittit sibi sententiam Augustini. 15. de trinitate. cap. 28, ubi dicit Augustinus. Manifestius de illo scriptum est in actibus Apostolorum, quam unxit eum Deus spiritu sancto. Non utique oleo visibili, sed dono gratiae: quod visibili significatur unguento, quo baptizatos ungit ecclesia. Nec sane unctus est Christus spiritu sancto, quando super eum baptizatus velut coluba descendit. Tunc enim corpus suum. i. ecclesiam suam praefigurare dignatus est: in qua praecipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Sed ista mystica, & inuisibili unctio tunc intelligendus est unctus, quam verbum Dei caro factum est. i. quando humana natura sine viliis peccatis bonorum operum meritis, Deo verbo est in utero virginis copulata, ita ut cum illo fieret una persona. Ob hoc enim confitemur natum de spiritu sancto & virgine Maria. Absurdissimum est enim, ut credamus eum, cum iam triginta annorum esset (eius enim aetatis a Ioanne baptizatus est) accepisse spiritum sanctum: sed venisse ad illud baptismum sicut sine vilo omnino peccato, ita non sine spiritu sancto. Sic enim de famulo eius, & praecursore ipso Ioanne scriptum est, Spiritu sancto replebitur inde ab utero matris suae. quam quavis seminatus a patre, tamen spiritu sanctum in utero formatum accepit: quid de homine Christo intelligendum est, vel credendum, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritua-

lis fuit? Hae ille. AVTHOR. Intendit Augustinus manifestum efficere, quod Christus non tunc primo unctus domini fuit: verum Christus dici possit quasi chrismate unctus: quoniam spiritu sanctus in corporali colubae specie, cum baptizaret, descendit, ne sine spiritu sancto totis. 30. annis mansisset: sed cum fomento, & opere inuisibili spiritu sancti carnis indumentum assumpsit. Ipse ergo Christus nunquam sine unctioem praesens: re ipsa & dono praesens unctioem nostram. Propter hoc enim ab ipso Christo auctoritate & re unctioem sacramentalis assumpsimus, sicut in figuram huius discipulos post cenam factam in monte oliuarum legimus eduxisse. Vnde libro. 6. super Lucam. cap. 6. Beda. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum: secuti sunt autem eum & discipuli. Sequitur. Et pulchre sui corporis & sanguinis mysteriis imbutos in monte oliuarum discipulos educit: ut omnes in morte sua baptizatos, altissimo sancti spiritus chrismate consummados esse designet: qui dicere possint cum Psalmista, Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. Et de quibus apte subiungitur. A tempore frumeti, vini, & olei sui multiplicati sunt. Hae ille. AVTHOR. Christus igitur auctor legis, quibus ipse visibili chrismate per unctum non legitur, omnes tamen Christianitatis suae cultores postquam baptizati sua morte fuerint, altissimo sancti spiritus chrismate consummados instituit. Et signas locum Beda Psalmista adiungit dicentem: quod signatum est super nos lumen vultus tui domine. Non recte ergo colligunt, dicentes in confirmatioem non fuisse oleum unctioem, vel chrismatis in primitiua ecclesia, sed ad acceptioem spiritus sancti fuisse tantum manus impositas. Iam enim videri poterit: quod ab institutione Christi, unctio chrismatis ortum habet. Nec tamen propter hanc figuram, quam diximus: sed ex re ipsa comitate figuram. Vnde in exhortationibus suis. sermo. 17. qui incipit, Ut ego peccator. Caesarius. Christum (inquit) unctum interpretari sapientium fidelium nullus ignorat: unctos non nisi sanctos viros, & Deo satis dignos semper fuisse manifestum est: nec alios, quam prophetas, aut sacerdotes, aut reges. Et tam magnum fuit ipsius unctioem mysterium, ut in Iudaico populo non omnes illud, sed satis pauci de plurimis mererentur accipere: & hoc usque ad aduentum domini nostri Iesu christi. Ex quo tempore credentes illi, & illius baptismatis sanctificatione purgati, non aliquanti, sicut sub lege prius fuerant, sed omnes in prophetas, & sacerdotes, & reges ungentur. Cuius unctioem, quales esse debemus, admonemur exemplo, ut in quibus tam sancta est unctio, sit non minus sancta con-

Beda.

Augustinus.

Ioannes Baptista.

Christus.

Beda.

Caesarius.

Christiani.

uerfatio. Ex hoc sacramento enim unctioem huius, & Christi, & christianorum omnium. i. in Christo credentium, vocabulum descendit & nomen. Hae ille. AVTHOR. Ecce a tempore Christi credentes in Christum, non aliquanti, sed omnes Christiani sunt uncti: & ex hoc unctioem sacramento vocabulum christianorum fluxit, & nomen. Adhuc ut secreta panda mus, non tantum huius chrismatis unctioem, sed & consecratio fluxit a Christo. Vnde in Decreto secundo Fabiani papae & martyris. cap. vnico dicitur. In die illa, quando dominus Iesus postquam coenauit cum discipulis suis, & lauit pedes eorum, sicut a sanctis apostolis praedecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit. Ipsa enim ablutio pedum, nostrum significat baptismum, quod sancti chrismatis unctioem perficitur, atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei sollemnitatis per singulos annos est celebranda: ita sancti chrismatis consecratio per singulos annos est agenda: & de anno in annum renouanda: & fidelibus tradenda. Quod quidem sacramentum est per singulos annos in iam dicta die in nouandum, & vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Hae ille. AVTHOR. Ille est Fabianus, quem unctum cum Sebastiano solennizat ecclesia: ad quem item, ut refert Hieronymus, excusatori epistolam pro se scripserat Origenes. Et hic dicit praedecessores suos ab apostolis accepisse, quod sacramentum chrismatis in die sanctae coenae Christus instituit. Et quo ad illam traditionem ab apostolis conuenit cum Fabiano Dionysius. 4. cap. ecclesiasticae hierarchiae secundum translationem Ioannis Saraceni. ubi dicit. Vnde sicut error secundum intellectum hierarchicum ut est a Deo traditum diuini nostrae hierarchiae duces venerandissimam istam sanctificationem unguenti perfectionem ex re perfecta realiter nominat. AVTHOR. Diuinos duces intendit apostolos. unde secundum translationem Vercellensis Thomae scribit. Vnde apostoli secundum diuinam inspirationem hoc sacramentum ex re perfecta realiter vocant unguenti perfectionem: tanquam hac vocatione laudantes eam Dei perfectionem alterutro intellectu, scilicet, actu, & passiuè. Est enim Christi perfectio, & secundum, quod homo est, sanctificari: & secundum, quod Deus est, sanctificare, & perficere, quae perficiuntur. Hae ille. AVTHOR. Ecce apostoli ipsi inspirati ad hoc a Deo vocauerunt hoc sacramentum unguenti perfectionem. Nemo igitur dicat, qui vult esse fidelis, quod sacramentum confirmationis fiebat sine unctioem per solam manus impositionem a Christo & apo-

Chrismatis consecratio. Fabianus.

Dionysius.

Idem.

Fabianus.

Clemens.

Augustinus.

stolis. Non enim minus manus imponit, qui unguendo imponit. Et item hoc consequenter affirmat ibidem Fabianus dicens. Ista a sanctis apostolis, & successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hae sancta romana ecclesia, & Antiochena, a tempore apostolorum custodit. Hae Hierosolymorum, & Ephesiorum tenet ecclesia. In quibus apostoli residentes hae docuerunt: & vetus chrismata in cendi, & non amplius, quam vno anno uti permiserunt: atque deinceps nouo frui, & non veteri iu betes docuerunt. Si quis ergo his obuiaretenta uerit, omnem sibi per nos, & per omnes recte intelligentes indulgentiam aditum intelligat obferatum. Hae ille. AVTHOR. Non ergo poterit esse recens obseruantia, quam omnes istae ecclesiae apostolicae ab apostolis acceperunt, & retinent. Non facile reperies aliquem de antiquis in hac re scribentem, nisi huiusmodi statum recolat unctioem. Vnde & successor Petri in epistola tertia ad uniuersos Clemens. Accedat qui vult ad sacerdotem suum: & ipse det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni caelorum: ieiuniis frequentibus operam impendat: ac semetipsum in omnibus probet: ut tribus mensibus iam consummatus, in die festo possit baptizari. Baptizatus autem vnusquisque in aquis perennibus, nomine trinae beatitudinis inuocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum per haec consecratus, possit recipere locum cum sanctis. Hae ille. AVTHOR. Nota quod dicit baptizatum perunctum primo oleo per orationem sanctificato: ita quod ipsa consecratio chrismatis, sicut dixit Fabianus, ab ipsa primaria origine ecclesiae ortum habet. Cur autem in canone noui testamenti expresse non ponitur quae causa? nisi, ut de aliis pluribus mysteriis fidei dicendum est, non omnia ibi exprimi potuisse: & de non scriptis traditionibus hanc esse unctioem. Quod si arguas ideo non tunc fuisse oleum chrismatis in sacramento confirmatioem, sed tantum manus impositionem, quia ista passim legitur, de unctioem fletur, sic iterum argui posset, quod nec regularis erat tunc primo impositio manuum: quia ipsi. 120. homines rem ipsam (scilicet, spiritum sanctum) acceperunt sacramenti. Lib. 2. contra Parmenianum versus finem Augustinus. Ideo dixit, de meo accipiet. Exemplo suo Ioannes ipse testatur, & totum sanctum antequam Dei filius homo fieret, & postquam surrexit, & ascendit in caelum, centum viginti homines, qui simul congregati fuerant, quos nullo homine in terra manum imponente de caelo veniens spiritus sanctus impleuit. Et constituto iam ordine ecclesiae Cornelium Cetero-

nem ante ipsum baptismum, ante impositionem manus, cum eis, qui cum eo erant, eodem spiritu repletum, Petrus ipse miratus est. Nemo ergo accipit sine dote: sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem, adest Deus, qui det, & homo, qui accipiat: siue per seipsum Deo donante, siue per angelum, siue per hominem, siue per Petrum, siue per hominem iniquum. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce in tot simul homines venit gratia spiritus sancti sine impositione manus mortalis, & rem confirmationis sacramentalis induerunt. Cornelius quoque instituto iam ordine ecclesie eodem modo ante omne sacramentum suscepit effectum: sed ne iam constitutum ordinem contemnere videretur, subiit sacramenta. Nec id tantum, sed ut eundem spiritum, quem quasi gustare iam cepit, plenius in baptismo, & fortius in confirmatione sentiret. Quemadmodum dulci quodam tenore verbi nuper baptizatum alloquitur in sermone primo de sacramentis sacer *Ambrosius* dicens. Venimus ad fontem: ingressus es. Considera quos videris: quid locutus sis considera: repete diligenter. Occurrit tibi leuita: occurrit tibi presbyter. Venisti es quasi athleta Christi: quasi luctator huius seculi luctaturus. Professus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod speret: ubi certamen, ibi corona: luctaris cum seculo, sed coronaris a Christo. Hæc ille. **AUTHOR.** Et de sacramento chrismatis. libro de mysteriis circa medium idem *Ambrosius* dicit. Ascendisti (inquit) ad sacerdotem, considera quid seculum sit. Nonne illud, quod ait Dauid: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron? Hoc est unguentum, de quo Salomon ait, Unguentum ex inanimatum nomen tuum: propterea adolescentule dilexerunt te, & attraxerunt te. Quanta hodie renouata anime dilexerunt te domine Iesu Christe: dicentes, attrahe nos post te: in odore vestimentorum tuorum currimus, ut odorem resurrectionis hauriamus. Quare hoc fiat, intellige: quia oculi sapientis in capite eius. Ideo in barbam defluit: hoc est, in gratiam iuuentutis, in barbam Aaron: ut fias electum genus sacerdotale, pretiosum. Omnes enim in regnum Dei, & sacerdotium unguimur gratia spiritali. Hæc ille. **AUTHOR.** Ex quibus liquere potest virtus sanctissimæ unctionis, quantum sanctis visa est patribus pretiosa: quam insipidis hæreticis penè pareat otiosa: quia si solo baptismo quis statim emigret, saluabitur: audeo tamen dicere, quod multo tutius ab incurfione inuisibilium hostium, multoque gratius exiret hinc, se obuium faciens beatis spiritibus, si frontem panderet insignita in liquore chrismatis, signaculo viæ crucis. Et procul omne dubium, si superuieret, hoc sentiret. Inde non inutiliter monuit Christianos cap. 2. sui decreti papa *Melchides*, dicens. At si Melchides. continuo transitis sufficiunt regenerationis beneficia: victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat, mox in pacem beati seculi recipiendos. Confirmatio armat, & instruit ad agones mundi huius, & plura reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia iam non potest peccare post mortem. Hæc ille. **AUTHOR.**

6 Valde autem notandum censeo, quod iste Papa nunc dixit iam baptizatum confirmatum morte: quia iam non potest peccare post mortem. Declarat planè quid est confirmari Christianum, institui, scilicet, spiritualibus armis, ut firmatus in Christo, non peccet. Infructuosus ergo *Witcleff* in verbis, qui verbum confirmationis impingit: quasi episcopi conaretur confirmare spiritum sanctum. Vide mihi (inquit) plus religiosum, & conformius modo loquendi scripturæ, negare quod nostri episcopi dant spiritum sanctum, vel confirmant vterius sancti spiritus dationem. Hæc ille. cap. 14. **AUTHOR.** Sic intelligas & tu totam ecclesiam dicere. Verbum autem illud, quod in tua pseustis dolo didiceras, tuum est, aut illius. Nos autem dicimus hominem confirmari per sancti spiritus sacramentum, & hominis mysterium, ut in percepto dono roboretur, aut maneat. Episcopus vero si confirmare dicitur, hoc fit simul cum spiritu sancto, sicut instrumentum cum principali agente: hominem firmare sic dicitur, sicut alias dicebatur sacramenta conficere, vel alia consecrare. Sicut etiam dixit supra *Melchides* mortem hominem confirmare: cur non sic cum spiritu sancto posset episcopus? Dare autem eum spiritum sanctum, vel eius dationem roborare, pseustis tua dixit insipientis. Nam si vis audire loquentem ecclesiam, ipse tibi dicit. lib. 15. de trinitate. cap. 28. *Augustinus*. Neque enim aliquis discipulorum dedit spiritum sanctum. Orabant quippe, ut veniret in eos, quibus manus imponebant, non ipsi eum dabant. Quæ morè in suis prapositionis etiam nunc seruat ecclesia. Denique & *Simon* magus offerens apostolis pecuniam non ait: Date & mihi hanc potestatem, ut dem spiritum sanctum: sed cuiusque (inquit) imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Quia neque scriptura superius dixerat: Videns autem *Simon*, quod apostoli darent spiritum sanctum. sed dixerat, Videns autem *Simon*, quod per impositionem manuum aposto-

apostolorum datur spiritus sanctus. Propter hoc & dominus ipse Iesus spiritum sanctum non solum dedit ut Deus: sed etiam accepit ut homo. Et bene infra. In eo etiam, quod de illo scriptum est, quod accepit a patre promissionem spiritus sancti, & effuderit, utraque natura monstrata est, & humana scilicet, & diuina. Accepit quippe ut homo, effudit ut Deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro, effundere autem super alios non utique possumus: sed ut hoc fiat, Deum super eos, a quo id efficitur, inuocamus. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce peritior erat *Simon* magus iste, qui *Witcleff* se exhibet de fide catholica. Ipse nulla via secundum *Augustinum* putauit apostolos dedisse spiritum sanctum: nec ideo sua pecunia hoc comparare proposuit: sed tamen, ut quibus ipse manus imponeret, acciperent spiritum sanctum: & hæc erat recta fides. Nec usquequaque increpatur in eo. Vnde lib. de naturis rerum. 5. ca. 11. *Rabanus*. Impositio manus ideo fit, ut per manus benedictionem aduocatus spiritus sanctus inuitetur. Tunc enim ille paracletus post mundata benedicta corporalia liber a patre descendit, & quasi super baptismi aquam tanquam super pristinam sedem recognoscens requiescit. Nam legitur, quod in principio aquis superferebatur spiritus sanctus. Hæc ille. **AUTHOR.** Hic bene dicit impositionem manus ideo fieri, ut per benedictionem sanctus spiritus inuitetur, non imperiosè donetur. Et accipit hoc *Rabanus* ab illo, quod in lib. interpretationis suæ triformis ait *Hieronymus*. Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem, aduocatus inuitetur spiritus sanctus. Hæc ille.

Quod solis episcopis licet chrismate ungeri baptizatos sacramento confirmationis, & ibi qualiter errauerit *Armacanus*.

CAP. CXIII.

SVMMA.

1 Armeniorum errores circa baptismum recensentur. Et quomodo ungerentur chrismate baptizatum, confirmationis tamen sacramentum expresse re-

- nuant.
- 2 *Armacani* error circa sacramentum confirmationis, dicens baptizantem non episcopum posse confirmare. Et quomodo *Dionysius*, quem ducit in testem, sit contra eum ostenditur.
- 3 Episcopis solis quod liceat ungeri chrismate baptizatos sacramento confirmationis, multorum auctoritatibus comprobatur.
- 4 *Philippus* quod non confirmauerit *Samaritanos*, quos baptizauerit. Et quare.
- 5 *Innocentij* decretum, quod solis episcopis liceat vel consignare, vel spiritum sanctum tradere a *Beda* inseritur. Et plura ibi contra *Witcleff* adducuntur.
- 6 Spiritum sanctum quatenus det homo. Et quid ibi dicant *Ambrosius*, & *Isidorus*.



inceps autem contentionem soluendam puto, quam *Witcleff* contra antistitum potestatem instaurat: quia ipsis solis facultas adiacet confirmandi sacramentum tenus fideles. predicto ca. 14. quarti dialogi. ubi ex parte pseustis arguendo inuenerat. Si (inquit) precisè ex textu isto conuincitur, scilicet, quia *Ioannes* & *Petrus* imponebant manus super illos, & acceperunt spiritum, confirmationem esse appropriandam episcopis: oportet quod si ipsi imponant super confirmatos suos manus, spiritum sanctum acciperent, sed ista spiritus sancti acceptio nec docetur in signo sensibili, nec etiam ratione. Et tunc respondet in phrenesi. Nec, inquit, video, quod hoc sacramentum sit specialiter episcopis *Cæsareis* reseruatum. Hæc *Witcleff*. **AUTHOR.** Hinc deuotus frater & magister *Guillelmus* in libro suo contra trialogum edito: dicit eum hunc errorem sicut & multos alios ab *Armacano* emixisse *Richardo* libro suo. 11. de questionibus Armeniorum. cap. 4. ubi eum sustinere videtur quantum est ad euangelica, & apostolica dicta, inquit. Qualliter autem dicant Romana decreta non querit. Mirum autem videtur, quod Romana decreta, quomodo in apostolicis scripturis fundatur, non quarit: & Armeniensium hæresin ad scripturas sanctas, quomodo concordant satagit inuenire. In eodem cap. Habet etiam hoc tota ecclesia, inquit, *Græcorum*, & *Armeniorum*, quod omnis conferens baptismum statim confirmat. Et sic erat in primitiua ecclesia post tempora Apostolorum: sicut tradit beatus *Dionysius* in de ecclesiastica hierarchia. Hæc ille. **AUTHOR.** Ordine suo respondeamus ad ista. Primò quantum ad Armenios con-

Ambrosius

Ambrosius

Extrema unctio virtus.

Melchides.

Witcleff.

Augustinus.

Al. iunxerat. Witcleff.

Magister Guillelmus.

congruè fati facit. Nam vbi nisi inter hæreticos fundaret errorem? Veruntamen quantū repperi, Armenii chrisimate vngunt in baptismo, sicut nos, sed confirmationis sacramentū planè negant. Vnde & computatur error Armeniorum. 20. secundū q̄ scribit in libro suo de hæresibus dominus *Guido Carmelita*. Vice-primus error (inquit) q̄ ad verum baptismum vltra formam debitam verborum requiritur, q̄ baptizatus inungatur chrisimate: & sumat corpus Christi. Et ideo non baptizant paruulos suos ante octo dies. Et tunc liquefaciunt accidentia sacramenti in aqua, & vino, & ponunt intra os paruuli. Vice-primus error, q̄ variè baptizant, quidam in aqua, quidam in vino, quidam in lacte: nec formam verborū generaliter obseruant, sed aliquis dicit euangelium. Venit Iesus ad Ioannē. Alius dicit. Vox domini super aquas. & aliter prout voluerint. Negant Philippum diaconum baptizasse. Negant sacramenta confirmationis, & extremæ vnctionis. Alius celebrat cum duobus calicibus, alius cum vno: vt placuit. AVTHOR. Non igitur Armenii in baptismo confirmant: quanuis chrisimate vngant, qui sacramentum confirmationis expressè renuūt. Si ergo Græci hoc faciunt, errori eorum imputari potest: quia consuetudinem, quam in principio exigente necessitate conceperant, non deponūt. In primordiis enim ecclesiæ cunctis fidelibus penè singula licuerunt. Vnde in expositione super illo Pauli ad Ephesios. Ipse dedit quosdā apostolos. *Ambrosius*. Non inquit per omnia conueniunt scripta apostoli ordinationi, quæ nūc est in ecclesia: quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Sequitur. Deniq; apud Egyptum presbyteri consignant, si præsens episcopus non est: hæc ille. AVTHOR. Ecce de quæstionibus noui & veteris testamenti cap. 101. *Augustinus*. Nunquid & diaconos, & ministros nostros dicit episcopos? non vtique: quia multo inferiores sunt. Et infra. Nam in Alexandriam, & per totam Egyptū si desit episcopus, consignat presbyter. Hæc ille. AVTHOR. Adhuc autem factō suo videtur isti Græci, quibus errent, fateri apud episcopos esse prærogatiuam signandi perunctos, quos signare non audent præsentē episcopo, cū baptizare possint, & eucharistiam celebrare. Fateor si licitè vngerent, præsentē antistite consignarent. Cum autē dicit *Armacanus*, q̄ omnis conferens baptismum statim confirmauit, & hoc in primitiua ecclesia post tēpora apostolorum: Hoc adhuc restat probandum, si baptizans esset sacerdos, nō epus. Quod autē Dio-

nyfiū ducit in testē, cōtra eū est. Nō em̄ supponit in toto illo capitulo baptizare quēquam, nisi Hierarcham, hoc est episcopū. Vñ in cap. illius capituli *Dionysius*. Postea vngentū Hierarcha sumēs, supponit diuino altari circūelātū. 1. aliis sanctis clamātibus cūctis sanctissima voce sanctā inspiratiōis Deo acceptorū prophetarū melodiā. Et super ipsum sanctam orationē adimplens, sanctissimis sanctificandorū perfectionibus ipso vtitur ad oēm ferè Hierarchicæ perfectionis operationē. Hæc ille. AVTHOR. Hoc dicit pro sanctificatione chrisimate, quo semper vtitur episcopus in omni penè episcopali operatiōe. *Thomas*. Chrisimate episcopus vtitur penè ad omnē Hierarchicæ operationē. Et in fine capituli Ioannis Saraceni. Vñ, sicut reor, & mundatio baptismi vngentō in cruciformibus misionibus superfundens Hierarcha sub visum agit contemplatiuis oculis vsq; & ad ipsam mortē per crucē Iesum pro nostra regeneratione descendētē. *Thomas*. Episcopus in fonte baptismi superfundens chrisima in forma crucis, commemorat spiritualibus oculis dominum Iesum vsq; ad mortē per crucē se demersisse pro nostra regeneratione. Sequitur. Sed & ipsi baptizato vnctio sancti chrisimate gratiam donat per aduentū spiritus sancti. Hæc ille. AVTHOR. Igitur ita in principio, q̄ in fine patet eū semper assumere episcopū in opus baptismi, qui sanctificet primò chrisima, ac demū vtatur eo in sanctificatione fontis, & postea ad baptismum vngendū, ac penè in omni cooperatione episcopi: vt sicut dicit ibi, in sanctificandis altaribus. &c. Ita quoq; libro suo secundo de sacramentis supponit *Ambrosius*, dicens. Nūc disputemus, quid sit, qd̄ dicitur baptismus. Venisti ad fontē, descēdisti in eū. Attēdisti summū sacerdotē, leuitas, psbyteros in fonte vidisti. Et tandē in fine. Ergo meruisti. Venisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit. Deus (inquit) pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, concessitq; tibi peccata tua, ipse te vngat in vitam æternā. Vide vbi vnctus es: in vitam (inquit) æternā. Hæc ille. AVTHOR. Siue ista sit vnctio baptismalis, siue alia sacramentalis: attende quem sacerdotē assignet vngentem. Attēdisti (inquit) summum sacerdotem, leuitas, & presbyteros: alium ergo innuit summum sacerdotem ab illis presbyteris. Et in epistola ad Cyprianum *Firminus*. Quando omnis potestas & gratia in ecclesia sit constituta, vbi præsentē maiores natu: qui, & baptizandi, & manum imponendi, & ordinandi possident potestatem: hæreticum ficut

cut ordinare non licet, nec manum imponere, ita nec baptizare. Hæc ille. AVTHOR. Hieronymus item in Ioanne & in Christo figuratiuè exponit baptismum, & chrisimate vnctionem: baptismum attribuens sacerdoti minori in persona Ioannis: & vnctionem episcopo, vice Christi. in commentario Marci. textu. Et prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. vbi dicit. Quod consummatur per sp̄s, initiatur per paranymphum. Vnde catechumeni, hoc est instructi, incipiunt per sacerdotes, & chrisimantur per episcopum. Hæc ille. AVTHOR. Aliud est ergo sacramentum inchoationis gratiæ: quod potest incūbere sacerdoti: aliud sacramentum consummationis, & confirmationis in gratia, quod tanquam fortiori, & firmiori incubuit episcopo. Deinceps descendit *Armacanus* ad Philippum diaconum, vnum ex septē, & ibi inuenit eum baptizasse Samaritanos, sed nullatenus confirmasse. Quod quia ecclesiasticæ & catholicæ causæ proficit, molitur occasiōes inuenire ne faciat. Ex causa (inquit) Samaritanos noluit confirmare: quia antequam poterat eos confirmare, monitus est, vt obuiam iret eunuchō: sicut sequit̄ ibi statim Hæc ille. AVTHOR. Ista fuga mēdax est, & vana: quia nō tam repente prædicauit, & baptizauit tantam gentē: fecitq; tot miracula per dies plurimos, paralyticos curans, & claudos: ita vt gaudium magnum fieret in illa ciuitate: simulq; cū tantus populus baptizatus esset, quem antē demerisset Simon magus, tunc & ipse Simon baptizatus erat, & adhæsit Philippo. Ex toto hoc tempore quare non potuit in fine baptismi, sicut mos erat cunctis (vt dicit) tunc temporis saltem aliquos confirmasse? Non enim fuit illo raptu sic præuentus, quin multos, & post multos Simonem potuit baptizare: & post baptismum socialem cum Simone ducere comitatum. sic enim dicit textus. Cū baptizatus esset, adhærebat Philippo. Et videns signa, & virtutes magnas fieri, stupens admirabatur. Maximè cū confirmationis officium sit inter omnia sacramenta breuissimum. Cū hoc item, secundum ordinem textus antequā raperetur Philippus, venerunt Apostoli confirmare gentem Samaritæ. Et tunc demum sequitur: quomodo angelus domini locutus est ad Philippum. &c. Ideo aliter respondet. Aut, inquit, quia opus suum in illa ciuitate magna Samaritæ voluit per apostolos consummare per actum cōfirmatiōis. AVTHOR. Ita dicimus, sic voluit: & eo magis voluit, quod oportuit: quia ipse confirmare non potuit. Aut si po-

tuit, quanuis hoc noluit, cur ipse solus inter omnes baptistas illius temporis hoc officium apostolis reseruauit? Ipsa fides scripturæ hūc intellectum fudit in patribus: quanquam isti Witcleff videatur esse fundamentum satis leue. Vnde in expositiōe sua super illud actū: Miserunt ad illos Petrum & Ioannem. *Beda*. *Beda*. Pulchrè hoc Arator exponit. *Sæpe sibi socium Petrus facit esse Ioannem, Ecclesie quia uirgo placet.* Notandum autem, quod Philippus, qui Samaritæ euangelizabat, vnus de septem fuerit. Si enim apostolus esset, ipse vtique manum imponere potuisset, vt acciperent spiritū sanctum. Hoc enim solis pontificibus debetur. Nam presbyteris siue extra episcopum, siue præsentē episcopo cū baptizant, chrisimate baptizatos vngere licet: sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen fronte eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cū tradunt spiritum paracletum baptizatis. Hæc ille. AVTHOR. Hæc sanctior est expositio: hæc fides sanior, & pulchrior textui correspondens. Ideo nō cōfirmavit Philippus Samaritas, quos baptizauerat: quia ipi nō licuit iam existētī diacono potestatem usurpare maioribus reseruata. Simulq; notādū, q̄ *Beda* hīc inseruit decretum *Innocentij* illius magni, de quo tam festiuè loquitur *Augustinus*, q̄ damnasset Pelagium, cū diceret, Nam presbyteris, seu extra episcopum &c. Et est capit. 3. decreti ipsius primi ex decretis pontificum. vbi dicit. De signandis verò infantibus manifestum est, nō ab alio, quam episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes: pōtificatus tñ apicē nō habēt. Hoc autē pōtificibus solis deberi, vt vel cōsignēt, vel paracletū sanctū tradant, non solū cōsuetudo ecclesiastica demonstrat: verū illa lectio Actuum apostolorū, quæ asserit Petri & Ioannem esse directos, qui nō baptizatis traderēt spiritum sanctū. Nā presbyteris, seu extra episcopū, seu p̄sentē episcopo cū baptizāt, chrisimate baptizatos vngere licet: sed quod ab episcopo fuerit consecratum: nō tamē frontem eodē oleo signare: quod solis debetur episcopis: cū tradunt spiritū paracletū. Hæc ille. AVTHOR. Iste sanctus Papa non confirmat hūc propositum ex Romano decreto, sed nec ex sola consuetudine ab olim traducta, sed in illa serie scripturæ Actuum, quam nostri moderni vmbra tenere quærentes, non intelligunt: quia conceptus patrum dedignantur videre, vel negligunt. Deridenter obiicit Witcleff in eodem. 14. quarti trialog. Videtur enim, inquiens, si textus

Guido Carmelita.

Dionysius.

Hieronym.

Thomas.

Thomas.

Armacanus.

Ambrosius.

Ambrosius.

Augustin.

Firminus.

Armacanus.

Innocentius.

Witcleff.

textus iste adeo ponderatur, q̄ oportet ad cōfirmationem Papam loco Petri accedere: & plus speculatiuum praelatum loco Ioannis. Nec debent dedignari de isto officio, plusq̄ Petrus dedignabat̄, q̄ à cæteris apostolis fuit missus. Hæc Wicleff. **AUTHOR.** Nec dedignatio impedit, nec necessitas vrget Papā cūcta facere per se, quæ cum aliis habet communia, sed equus arbiter vniciuiq̄, quod suū est, & potestatis tribuit, & honoris. Aut nunquid dedignabatur Petrus baptizare Cornelium & domum eius: quia cū præsens esset, non ipse voluit baptizare, sed iussit fieri per ministros? Actuum. 10. Respondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari. Ecce iussit eos baptizari, non baptizauit eos per se, imò nec dedignabatur surripere ministris suum officium, exponente sic locum illum in expositione sua super epistolam primam ad Corinth. textu. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. **Ambrosius.** Deniq; apostolus Petrus credentem Cornelium cum suis iussit baptizari: nec dignatus est ministris assistantibus hoc opus facere. Si enim defuissent, ipse hoc ageret, necessitate compulsus. Quanto ergo melior his sit, quos illi venerabantur, ostendit: & non tamē hoc suo nomini decerni pmisit. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce duplicem rationem, quare Petrus non dignatus est ministraliter baptizare. Primò, vt deferret ministris suum exercitium. Secundò, vt ostenderet his extraneis fidei suæ eminentiam ad saluatoris honorem: & quanto melior, & dignior esset his, quibus iubere potuit: quos tamen illi ad venerationem habebant. Non ergo dedignantur Papa dimittit episcopis suis officium vnctionis, sed dignatur non facere eis assistantibus, qui habent hoc officium cum Papa commune. Et quātō melior eis sit, iubendo illis, quos cæteri venerantur, non arroganter ostendit: quia nō hoc suo nomini, sed Iesu Christi, cuius vice præsudet, decerni permittit. Et correspondenter ad hoc primum super eodem textu, Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. in libro annotationum epistolarum Pauli **Hieronymus.** Non vsurpauit minora facere, qui poterat officia implere maiora: sicut hodie episcopus, & suum si voluerit, & diaconi potest implere ministeriū. Hæc ille. **AUTHOR.** Potest ergo Papa baptismationis vt vnctiōis agere sacramētū, sed nō vsurpat istud munus, qui potest implere maiora. Et in pdictū textū. Nō

enim misit me baptizare. &c. in expositione sua **Haymo.** Paulus supplē maximē prædicationi insistebat, sicut alii apostoli: discipuli verò eius baptizabant. Sic legimus, q̄ Petro veniente ad domum Cornelii, postquam cecidit spiritus sanctus super omnem domum eius, præcepit eos Petrus à suis discipulis baptizari. In primordio etenim fidei omnes fideles baptizabant: & non solum viri, sed etiam & mulieres, si quando necessitas imminerebat. Hæc ille. **AUTHOR.** Sed mouere posset, quod Innocētius, hic supra scribit: episcopos tradere spiritum paracletum baptizatis: contra dixit Augustinus iam supra, q̄ nullus apostolorum dare potuit spiritum sanctum. Sed ¶ quauis non ita regulariter habeat mos scripturæ, interdū tamen, quod homo tanquā instrumentum agendi Deo coagit, etiam facere dicitur: secundum illud Christi de miraculorum operatiōe ad discipulos. Et maiora horum facietis. Bonū igitur censet secundum modum, quem habet ecclesia, castè proferre, & rarò, q̄ homo det, vel tradat spiritum sanctum, tūc maximē, cū sonare poterit ad dationem per potestatem, vel imperium, quod sonat in blasphemiam: quū interdum sic dici possit, vt sonat tantū obsequium, aut instrumentalem concursus. In libro primo de spiritu sancto cap. 6. **Ambrosius.** Deus dat spiritum sanctum. Non enim humanum hoc opus, neq; ab homine datur: sed inuocatur à sacerdote, vt à Deo tradatur, in quo Dei munus ministerium sacerdotis est. Nam si Paulus apostolus indicauit, q̄ donare spiritum sanctum ipse sua auctoritate non posset, & intātum se huic officio imparem credidit, vt à Deo nos spiritu sancto optaret impleri: quis tantus est, qui huius traditionem numinis sibi audeat arrogare? Itaq; Apostolus votum precatione detulit: non ius auctoritate aliqua vendicauit: nec imperare præsumpsit. Hæc ille. **AUTHOR.** Bene declarat sacerdos **Ambrosius** huius dationis, vel traditionis ambiguum, dicēs, quod à Deo traditur, Dei munus est, ministerium sacerdotis. Et Apostolus votum precatione detulit, non imperare præsumpsit. Hoc modo tradere dicit Innocētius: sicut etiam assumit ipse nomine tenus lib. 2. de origine officiorum. cap. vltimo. **Isidorus,** dicēs. Cum audissent autem, qui erāt Hierosolymis Apostoli, quia recepisset Samaria verbū Dei, miserunt ad illos Petrum, & Ioannem. Qui cū venissent, orauerunt pro eis, vt acciperēt spiritum sanctum. Nondum enim in vllum eorū descenderat: tantum verò baptizati erāt in nomine domini Iesu. Tunc imponebant illis manus,

nus, & accipiebant spiritum sanctum. Spiritū autem sanctum accipere possumus: sed vt datur, dominum inuocemus. Hoc autem, quod post baptismum fit, quemadmodum sanctus Papa Innocētius scripsit, subiiciam. Dicit em̄ non alii, q̄ episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem solis pontificibus debet, vt confirmet, vel vt paracletum spiritum sanctum tradant. Et q̄ id non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat: verum etiam superior illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit, Petrum, & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum. Nam presbyteri, siue extra episcopos, siue presentibus episcopis baptizent, christum te baptizatos vngere licet: sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontē ex eodē oleo signare: quod solis debetur episcopis, cū tradunt spiritum paracletum. Hæc ille. **AUTHOR.** Quam gaudenter vterque magnus doctor decretum Innocētii magni complectitur. **Isidorus,** atq; **Beda:** Et vterq; cū Innocentio auctoritatem confirmationis ministerialis appropriat solis episcopis, fundatam in illa lectione scripturæ, in qua **Wicleff,** & **Armacanus** appropriationem illam fundare nesciunt, sicut scribunt. Et quod dicit **Armacanus,** non ibi dici apostolos Hierosolymis misisse Petrum, & Ioannem, vt eos confirmaret, planè dicit **Innocētius,** q̄ sic. Illa (inquit) lectio Actuum apostolorum asserit Petrum & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum.


¶ Ad Armacani argumētum de Anania, q̄ non contulit Paulo spiritum sanctum confirmado per primam impositionem manuum suarum.

C A P. C X V.

S V M M A.

- 1 **Armacanus,** qui dicit Ananiam per manus impositionem confirmasse Paulū, & ob id arguit inferiores episcopis posse confirmare, confutatur.
- 2 **Manus impositio** correctis fieri solita, ab Augustino notatur.

- 3 **Paulus** quare, & ad quid ad Ananiam missus.
- 4 **Paulus,** q̄ per primā manū Ananiæ impositionē, ante lauacri susceptionē non receperit spiritum sanctum.
- 5 **Discipuli septuaginta duo,** q̄ per manū impositionē nō tradiderint spiritū sanctū, sed soli apostoli, & eorū successores, ex decreto Ioannis Papæ, sancti Gregorij præcessoris, ostenditur.
- 6 **Manus impositio,** quæ confirmatio uocatur, quòd solis episcopis apostolorum uicarijs debetur.
- 7 **Confirmationis sacramētū olim maius baptismū dictum.** Et quare. Et quid de hoc dicat **Melchisedes** Papa.
- 8 **Wicleff** quòd sit Donatista, & plusquam Donatista conuincitur.



Armacanus ¶ Rguit item de Anania, qui nō erat institutus episcopus, q̄ ipse imposuerit manus cōferētes sacramētū confirmationis: quia imposuit, inquit, manus Paulo, vt reciperet spiritum sanctum. Si verò quisquā dixerit, hanc impositionē manū Ananiæ super Paulū, nō fuisse sacramētū cōfirmatiōis, cū per illā fuerit repletus spiritu sancto, vt ibi dicitur: dici poterit, q̄ nec alii, quibus apostoli leguntur manus imposuisse, hoc sacramētū acceperant. Hæc ille. **AUTHOR.** Et ex hoc currit ad vidēdū, si tūc recepit sacerdotiū. Parcit iste doctor ordini scripturæ, nesciens, q̄ posset aliquis dicere, nec propter cōfirmationem, nec ordinem recepit manū impositionē pro tunc, sed potius propter sanitatem: de qua ait Christus in Marco, Super egros manus imponēt, & bene habebunt. Aut propter poenitentia agendā. Primò, quia dñs apparuit in visu Ananiæ. Vidit, inquit, virū Ananiā noīe introēuntē, & imponētē sibi manus, vt visum recipiat. Ex quo patet, nō hanc impositionē manū, quæ est cōfirmatio sacramētalis, ab Anania recepisse primariā: sed illā, quæ fuit propter doctrinā fidei consequendā iure catechumenorū, & cōpetētū, & demū propter sanitatē habendā. Vñ & sequit. Saule frater, dñs Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, vt videas. Et tunc ex post. Et implearis spiritu sancto, vt puta per baptismū. Et ceciderunt, inquit, ab eius oculis tanq̄ squama, & visum recepit. Nō dicitur hic aliqua ex parte: & impletus est spiritu sancto, saltē si res aliter habeat, aliter oportet vt probet. Pro secūda impositione manū ad poenitentia scribit. lib. 5. de vnico baptismo contra Donatistas cap. 24. quomodo manus imponebantur correctis venientibus ab hæresi, **Augustinus,** dicit **Augustinus** cēs.

cens. Manus autem impositio si non adhibetur ab hæresi venienti, tãquam extra omnem culpam esse iudicaretur. Propter ꝑ charitatis autem copulationem, quod est maximũ donum spiritus sancti &c. manus hæreticis correctis imponitur. Hæc ille. **AUTHOR.** Hæc autem manus impositio, quæ fiebat correctis, fuit tantum pœnitentialis: quia confirmationis, siue ordinis sacramenta iterare non licet, sicut nec baptismum, vt habetur supra de caractere. Quod autem iste doctor dicit inconueniens magnum, suscepisse Paulum tunc sacerdotium ante baptismũ, verum dicit. Et ita inconuenienter dixit ipsum suscepisse tũc spiritum sanctum per confirmationem. Quod autem innuit formidando, Ananiam illum laicum esse, non alicuius ordinis clericum, eo quod simpliciter discipulus dicitur: nescio quid iuuat eum. Videtur tamen in sacerdotio ecclesiæ eum fuisse, ex illo *Augustini* in quæstionibus Lucæ. quæstione quadragesima secunda de decem leprosis: vbi dicit. Deniq; & Paulus voce domini audita, Quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. ad ꝑ Ananiam tamen missus est, vt illo sacerdotio, quod in ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinæ fideiq; perciperet. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce dicit Paulum missum ad Ananiam: vt illo sacerdotio, quod in ecclesia constitutum est, perciperet sacramentum. Quomodo hoc, si esset laicus, nec sacerdos? Quod si itẽ esset episcopus: quia tunc temporis inter ascensionem domini, & prædicationem Pauli rari erant sacerdotes, nisi forent episcopi, de sacramentõ confirmationis Armacani briga suspēditur: quanuis non definitiam sacramentum cõfirmationis debere præire baptismum saltem in Paulo, sed sacramentum ab eo percepit in sacerdotio ecclesiæ constituto. Nec valet si Cornelium, & suos duxerit ad exemplum: quia hoc tunc priuilegium erat gentibus, quod nõquam reperietur euenisse Iudæis, prout asserit in expositione Actuum libro primo. textu Cecidit spiritus sanctus super eos, qui audiebant verbum Dei. *Beda*, dicens. Ne baptisma gentibus tradere dubitetur, spiritus sancti testimonio confirmat ipsas lauacri aquas, quas sancti ficare solet, nouo ordine præcurrentis. Quod semel in testimonium fidei gentium, nunquã verò in Iudæis euenisse reperitur. Hæc ille. **AUTHOR.** Non ꝑ ergo recepit spiritum sanctum Paulus per primam impositionem manuum Ananiæ, ante susceptionem lauacri baptismalis: quia hoc tantum semel factum est in testimonium fidei gentium, in Iudæis ve-

rò nunquam: quia de eorum vocatione ad fidem non erat dubium. Iudæus autem erat Paulus. Quanta verò dubitatio, & admiratio flagrauit inter discipulos pro hac vocatione Cornelij, intantum, vt cogere Petrus declarare se per illapsum spiritus sancti, testatur litera sequens. Actuum vndecimo. Et assumit Augustinus decimo quinto, de trinitate, capite vigesimo. Ex quibus liquet adhuc nec Ananiam, vel alium citra episcopos in illis ecclesiæ initiis imposuisse manus quibuscunque ad sacramentaliter confirmandum. Si autem licuisset omnibus presbyteris, aut diaconis, dicat nobis vel Armacanus, vel Witcleff, cur nulli licuit de septuagintaduobus discipulis quos Christus omnisciens elegit, quæ nõ falleret electio? Quod si ex eis alicui hoc licuit, præbent ab operis executione licentiam. Contra autem Ioannes Papa præcessor sancti Gregorii in principio decreti sui ex libro decretorum pontificum. Ioannes ꝑ episcopus vniuersis episcopis per Germaniæ & Galliarum prouincias constitutis in domino salutem. Sequitur. Perlatum est ad sedem apostolicam emeruisse, & denuò reuiuiscere prohibitum, & funditus extirpatum tam à sancto Damaso, quàm à sancto Leone viris apostolicis, eo quod quidam coepiscopi ultra modum profuissent, donum sancti spiritus per impositionem manuum tradant, & alia, quæ solis pontificibus debentur, contra fas peragant: præsertim cum nullum ex septuagintaduobus discipulis, quorũ speciem in ecclesia gerunt, legatur donum sancti spiritus per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis apostolis, eorumque successoribus proprii sit officii tradere spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet. Et bene infra. Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad illos Petrum, & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Non igitur (vt iam dictum est) aliquem ex septuaginta, licet pauci essent apostoli, ad hoc opus perficiendũ direxerunt: sed Petrum, & Ioannem apostolos ad manus impositionem miserunt: quorum vicem episcopi in ecclesia gerunt. Quod illi non fecerunt, facere nolite: ne dissimiles eis, & indigni eorum successione, & eorum ministerio esse videamini. Hæc ille. **AUTHOR.** Si huius decreti auctoritatem nec Armacanus, nec Witcleff credere ducat dignum: saltem rationi cedant decreti, aut aliter eam soluant. Proponit decretũ. 72. non sacramentaliter confirmasse. Proponit eos speciem presbyterorum sub episcopis gessisse maiorum: nõ autem diaconorum tantum, vt dicit solus Witcleff. Quod illi non fecerunt, nolint facere qui non sunt episcopi. Et sic stat ritus ecclesiæ solis præsulibus semper saluus: prout lib. 2. de sacramentis. parte. 7 colligit *Hugo*. Manus ꝑ iniquis, impositio, quæ visitato nomine cõfirmatio vocatur, qua Christianus vnctioe chrismatis per impositionem manus in fronte signatur, solis episcopis apostolorum vicariis debetur, vt Christianum cõsignent, & spiritum paraclætum tradant: sicut in primitiua ecclesia spiritum sanctum per impositionem manuum dandi soli apostoli potestatem habuisse leguntur. Hæc ille. **AUTHOR.** Congruentia verò facti est, quia inuenem instituire, potest pertinere ad iuniorem. Iam vero virum factum, ad robustum statum prouehere, non est opus alterius, q̃ potestis. Baptizandi catechumeni, ac iam nouelle fidei, sunt paruuli in Christo secundũ apostolum. Ipsos ergo formare in paruulos per baptismũ posset minor sacerdos: in virorum autem speciem robustorum quis proueheret nisi maior, siue de baptismo ad cõfirmationem, siue, quod plus est, de iam viris factis, patres plebis statuere sacerdotes? Propter ꝑ hoc igitur inoleuit antiquitus mos dicendi sacramentum confirmationis maius esse baptismo: quia à maiori potestate præstatur maioribus: prout habet in decreto cap. 2. *Melchias Papa*. De his verò, super quibus rogasti vos informari, vt rum maius esset sacramentum manus impositio episcoporum, an baptismus: scitote vtrumq; magnũ esse sacramentum. Et sicut vnum à maioribus fit, & à summis pontificibus, quod à minoribus perfici non potest: ita maiori veneratiõe venerandum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta: vt ab inuicem, nisi morte præueniente, non possint segregari, & vnum sine altero ritè perfici non potest. Nam vnũ, præueniente morte, saluare sine altero potest: aliud autem non potest. Vnde scriptum est. In diebus illis, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Aduertamus diuitias summæ bonitatis. Quod in confirmandis Neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc spiritus sancti descensio in credentiũ populos, donauit vniuersis. Hæc ille ex lib. de decretorum pontificum. **AUTHOR.** Iste, vt dixi, posset probare aliquid penes Witcleff: si

Hugo.

Ioannes Papa.

Ar. corepiscopi.

Melchias papa.

Augusti.

Beda.

Augustin.

Witcleff.

personas non acceperit: eo quod erat vltimus de pontificibus nõ dotatis. Et Christus dicit, quod sacramentum nostræ confirmationis à solis maioribus, scilicet episcopis, fit: quod à minoribus perfici non potest. Quando ergo parcat blasphemis suis Witcleff, ne dicat vltra solennitatem istam motione diaboli introductam, vt populus in fide ecclesiæ illudatur, & episcoporum solennitas atque necessitas plus credatur? Parcat istis blasphemis, credat opprobriis. Et ratiões eius vento citius disperdentur. Omnes em sunt Donatistæ: quas semper eadem forma & vno ore cuculino per nubila intonat sine fine, opere epistolari, sermone scilicet. Si episcopus in confirmatione, & ceteris suis sacramentis, quæ sine fundatione scripturæ sibi appropriat, confert gratiã: quare non simplex sacerdos, qui in merito maior fuerit apud Deum, ex maiori merito sacramenta conferens digniora? Item quilibet simplex Christianus, quantumcunq; laicus, potest mereri alteri, quantumcunq; nobili, quo ad mundum suam primam gratiam: sicut potest eundem debite baptizare. Quare ergo non cõfert illam gratiam, quæ ad spiritus sancti infusionem, & fidelis ministratiõem consequitur? Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce ꝑ Donatista, & plusquam Donatista hic. Donatus enim hominum meritis baptismum assignat: sed non passim omnibus, laicis, quis maioris meriti hominibus. Nec audit iste Witcleff vnquam fidem Christi, quomodo centies per os insonet *Augustini* dicentis. Cum enim tantum valet baptismus per hominem contemptibilem, quantum per apostolum datus: ita nec illius, nec illius, sed esse cognoscitur Christi. Hæc ille. lib. 5. contra Donatistas. cap. 12. **AUTHOR.** Iam arguas quouisq; Christo Iesu sua tuleris sacramenta. Si enim sacramenta sequerentur hominũ merita, non essent sic Christi, quin etiam hominũ sacramenta: sicut prædicatio virtuosa Ioanis, aut oratio deuota Mariæ, quas Dei gratia, & suis meritis faciunt esse suas. Sed quis vnquam dixit fidelis baptismum suum, citra Christum? aut confirmationem suam, etiam secundũ aliquam partem? Hac ergo ratione nec simplex sacerdos, nec deuotus laicus, potest, quis meritis suis maior, conferre gratiam confirmãdo, quæ episcopis referuatur. Sed si iste textus Actuum (inquit Witcleff) adeò ponderatur: videtur quod oportet ad confirmationem Papam loco Petri accedere, & plus speculatiuũ prælatum loco Ioannis. ibi in dialogo. **AUTHOR.** Quasi diceret consequenter: nullus hæreticorum Witcleuistarũ poterit esse Christi

fi traditor, nisi summus sacerdos illorū Witcleff, sicut Iudas apostolus. Sed hæ truxæ consequuntur eos, qui fidem sacramentalium administrationum humanis meritis, & nō Christi gratiæ comparant ministrorum. Vnde lib.

Ambrosi. de mysteriis cito post principium, *Ambrosius*, Non, inquit, merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. Et si merita expectes, sicut Eliam considerans, Petri merita expectato, vel Pauli, qui acceptum à domino Iesu hoc nobis mysterium tradiderunt. Ignis illis visibilis mittebatur, vt crederent: nobis inuisibilis operatur, qui credimus. Illud ad figuram, nobis ad communionem. Crede ergo adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait, *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi & ego sum*. Quanto magis vbi est ecclesia, vbi mysteria sua sunt, vbi suam dignatur præsentiam impertiri? Hæc ille. **A V T H O R.** Attende Christiane, & fidelis anima, sacram fidem, quam exponit Ambrosius. Crede (inquit) adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum: & vbi mysteria sua sunt, ibi crede dignatur suam præsentiam impertiri. Fuge ergo procul: ne audias Witcleff, cum ululat velut lupus; & dicit, quod implicatur blasphemiam, quosunque episcopos taliter confirmantes ex pactione Dei spiritus sanctum dare. in illo quarto dialogo. **A V T H.** Blasphemando mētiris: sed dicimus ministrōs eos esse, cum ex pactione Dei per quosque episcopos fideliter confirmantes, spiritus sanctus datur. Et ad hoc firmandum dixit Ambrosius. Crede adesse dominū Iesum &c. Nō, inquit, sed per boni meriti homines. Contra te exordium suum fecit Ambrosius, dicens. Nō meritum personarum cōsideres, sed officia sacerdotum. Ergo si ministrorum consideranda sunt officia, non merita, cur non per quosque episcopos taliter confirmantes, spiritus sanctus datur? Quo ad ritus in confirmatione de pello ponendo, & tollendo per sacerdotes, quos deliramēta dicit in præfatio sermone, & infundabiles in scriptura: Cur ad tātum furit impietas hominis, vt et si fiat, fieri nō possint ob reuerentiam sacramenti, aut congruentiam qualitatum contingentium sacramento? vt si propter aquam baptismi postea ablutus suscipiat vestem candidam: quid dissonat post vntuositatem sancti chrisimatis, q̄ vnctus alliget sibi peplum, & post statutos dies sacerdos vntis manibus illud resoluat: Et rationem assumat Christianus sic fidelis, quam fidelis assignat. **2. lib. de sacramentis parte. 6. capi. finali.**

Hugo. Solent, inquit, quidam querere, quā-

to tempore debeant vnctionē chrisimatis obseruare in capite, vt scilicet capita non lauent, qui accipiunt manus impositionem absq; tēpore baptisterii? Quibus respōderi potest, cōueniens esse, vt tanto tempore aduentus spiritus sancti, apud vnumquēq; qui eū accipit, celebretur: quanto tempore generaliter ab ecclesia celebratur aduentus spiritus sancti super apostolos, hoc est, septem diebus. Et merito. Quia sunt septem dona spiritus sancti, & in septem comitibus ad hospitem suum spiritus sanctus venit: dignum est, vt habeat vnusquisque diem suum, & vnusquisque in die suo conuiuium præparetur. Alium diem habet sapiētia, alium intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium scientia, alium pietas, alium timor. Talia conuiuia Christus apud suos hospites exercet. Talia & spiritus sanctus. Hæc Hugo,

De Sacramento Ordinis.

De sacramento ordinis quinque pertiti: & q̄ à primæ ecclesie fuerūt plures duobus ordinibus Christi ecclesie designati.

C A P. CXVI.

S V M M A.

- 1 Ordo quid.
- 2 Ordines ecclesie ab Origene presbytero assignantur.
- 3 Witcleff mendacium circa ordines ab autore dicitur. Et quod fuerint plures duobus Christi ecclesie designati, ostenditur.
- 4 Diaconi quod non subito eruperint ex laicis, sed prius sancti lectoratus ordine fuerint.
- 5 Subdiaconos fuisse in primæ ecclesia, ex Clementis & Anastasii paparum dictis palam fit.
- 6 Psalmistæ, qui & Lectores dicuntur. Et quomodo Christus lectoris officio functus fuerit.
- 7 Subdiaconi Nathinæi dicti, qui & apud Græcos Hypo-

Hypodiales uocantur. Et quod sit eorum officium.

8 Sacerdotum ordines duo, summorum, & inferiorū ex ueteri lege, notantur.

9 Predicandi ratio.

10 Acolytatus ordo, quod tempore sancti Pauli fuisse in Onesimo.

Ordo. **R**do est sa-



cramenta ministrantium habitudo legitima cuique; ministerij sui ratione cōueniens. Et hoc modo nō intelligitur nomen ordinis, quod vsu sanctorum etiam suppositis in religione degētibus, sicut & altaris ministris ab antiquo fuit, & est vsq; nūc generaliter applicatum, sicut scribit Homil. 2. super librum Numerorū uetus presbyter *Origenes*, dicens.

Putas ne qui sacerdotio funguntur, & in sacerdotali ordine gloriantur, secundū ordinē suū incedāt, & agant omnia, quæ in illo ordine dignum est? Similiter autē & diaconi putas secundū ordinem ministerij sui incedunt? Et inde est, q̄ sæpe audiuim⁹ blasphemare homines, & dicere, Ecce qualis episcopus, aut qualis presbyter, vel qualis diaconus? Nonne hæc dicuntur, vbi sacerdos, vel minister Dei uisus fuerit in aliquo contra ordinem suū uiuere, & aliquid contra sacerdotalem, vel leuiticum ordinem gerere? Quid autē de uirginibus dicā, aut de continētibus, vel omnibus, qui in professione religionis uidentur? Nōne si quid inuerecundū, vel petulans, si quid proteruū gesserint, arguit eos continuo Moyses, & dicit? Homo secundū ordinē suū incedat. Agnoscat ergo vnusquisque ordinē suū, & quid sit dignū eo ordine, quem suscepit, intelligat. Et ita libret actus suos: ita & sermonem suū: incessum quoque, ipsum, & habitum moderetur, vt cū ordinis sui professione cōueniat. Ne audiat dici ad se à dño. Quia propter uos nomen meum blasphematur inter gentes. Hæc *Origenes*. **A V T H O R.** Hic assignat ordines ecclesie presbyter *Origenes*, vocās ordines eorū, qui ad altaris ministerium secundū officiorū genera consecrantur, ordines itē continentiu, ordines uirginū, ordines item in religione omnium professorū: nec tamē cū istis annumerat ordinē imperialem, & militarem, quos diaconis melius his omnibus esse fundatos. Omnes hi pleno noīe ordines sunt: & secundū ordinē loqui, orare, ministrare, uestiri, & singula agere constringuntur. Oēs em̄ hi vsq; ad admira-

tionē reginæ Saba regē ambiūt Salomonem. Sed ordo primus ministrorum altaris, quorū est ordinatio sacramentorū, tractatū suū per se exigit in præsentia: maxime vt de manu exactoris soluat. Qui sint ordines religiosorum, mendo sē blasphematur Witcleff, q̄ non vsque post trecentos annos post ascensionē Christi fuerant instituti: cū iste *Origenes*, qui eos orpatulo ordines approbat, centenarium dñi uixerit secundū. Itaque menda cū eius circa istos ordines detegamus. Primū, q̄ ab institutione Christi, & apostolorū suorum eos effecit alienos: in lib. de Papa cap. 11. Modò seruatur vt euangeliū, q̄ sint .5. ordines celebrati. In tēpore autē apostoli nō erāt nisi duo ordines ad ordinationē ecclesie. scilicet diaconus, & sacerdos, vt patet legenti epistolas Pauli. Ex ueteri uero testamēto & nouo debent esse septem ordines. Ideo electio quinarum medii uidetur figurare fidelibus, q̄ primus numerus superbus. scilicet quinquarius, facit uestros præpositos taliter uariare. Et ex dialogo cap. 13. Vnū audacter assero, q̄ in tēpore Pauli in primitiua ecclesia, suffecerunt duo ordines clericorū, scilicet sacerdos, atque diaconus. Hæc ille. **A V T H.** Inter ista duo quæ dā est loquēdi distātia. Quod primū dicit in tempore apostoli fuisse nisi duos ordines ad ordinationē ecclesie, falsum est, mēdo sum est. Quod dicit secundū in tempore Pauli in primitiua ecclesia suffecerunt duo ordines clericorum: uerbum eius est dubiū. Si em̄ tempus primæ Pauli designet, & primitiua ecclesie primæ uia inuita, forsā nō ab re dicit: quia hoc item in canone conceptū est distinct. 60. Nul- lus in episcopū. Sed adhuc non diu superest Paulus, quo non affluentius prouidetur, nec prolixo tractu temporis sub hac penuria ministrorū fudat ecclesia. Scimus oēs in ipsis primæ ecclesie nec fuisse diaconos, sed ad ministrandū mēsis esse, conductos. Oīa em̄ in ipso principio promiscuè agebātur à singulis: & sicut ecclesie erant sine distinctione confusæ, sic ordinatio ministrorum ambigua. Declarat hæc omnia in expositione sua præclara super epistolā ad Ephe. super hunc textū. Et ipse dedit quosdā apostolos &c. magnus pater *Ambrosius*, dicens. Postq̄ oibus locis ecclesie sunt constitutæ, & officia ordinata, aliter composita res est, q̄ coeperat. Primū em̄ oēs docebant, & oēs baptizabant, quibusq; diebus, vel tēporibus fuisset occasio. Nec em̄ Philippus tēpus quæsiuit, aut diē, quo Eunuchus baptizaretur: neq; ieiuniū interposuit. Neq; Paulus & Silas tēpus distulerunt, quo custodē carceris apertū baptizarent cum omnibus suis. **A R.** 16. Neq; **C c 3** Petrus

Petrus clericos habuit, aut diem quæsiuit, quoniam Cornelium cum omni dono eius baptizauit. Nec ipse, sed iussit fratribus, qui cum ipso ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Vt ergo cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & euangelizare, & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa est ecclesia, cetera officia ecclesiis sunt ordinata: ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod sciret non sibi creditum, vel concessum. Et coepit alio ordine prouidentia gubernari ecclesiastica. Quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res, & vilissima videretur. Hinc ergo est, unde nunc neque diaconi in populo prædicant, neque clerici, vel laici baptizant, neque die quocumque credentes vnguntur nisi ægri. Ideo non per omnia conueniunt scripta apostoli, ordinationi, quæ nunc est in ecclesia: quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Hæc Ambrosius. A V T H O R. Sic vale dicamus dictioni Wittelessi: quod in tempore Apostoli non erant nisi duo ordines: imò in tempore apostoli Petri nisi vnus ordo. scilicet sacerdotum. Diaconi enim postmodum ordinati sunt in subsidium sacerdotum. Sed hæc inter ipsa primordia sunt confusa: postea sunt redacta ad ordinem, & per officia distincta. Et hoc honestius erat, ut sicut mundus ab esse confuso, pulcherrimus distinctus est in species: ita ecclesiastici officii inhonesti confusio decorè accipit in distinctione ordinum, & pudorem redimit vilitatis. Sic enim dicit Ambrosius. Si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res, & vilissima videretur. Nam & ipsi Wittelessi obicit orthodoxus. Nunquid non Deo, cum Deus verbo hunc creauit mundum, suffecerunt duo homines ad cultum huius mundi? Quid ergo voluit super seipsum extendere generis humani propaginem postea usque in infinitum? Et nunquid in tempore Christi, suffecerunt apostoli, & discipuli? Vt quid ergo volebant apostoli supra institutionem Christi augmentare diaconos ad onus ecclesiæ? Ægra sunt hæc motiua, & rudis populi laicatum olentia. Diceret namque vir doctus, quod quicquid facit Deus in natura creata, facit reducendo de imperfecto ad perfectum. Sic enim mundum fecit: sic facit ecclesiam: sic secundum ætates diuersas mores hominum recompensat. Vnde super Actus apostolorum textu. Deus qui mundum fecit. Beda. Paulatim enim, inquit, fides cre-

Beda.

esse crederetur. Quid enim interest quo quisque credat ordine? Non in principijs perfecta queruntur, sed de initijs ad ea, quæ perfecta sunt, peruenitur. Hæc ille. A V T H O R. Ecce qui dicis, quod in tempore Pauli suffecerunt duo ordines. Quid ergo? Et item forsitan suffecerunt quinquaginta ordinati pro toto seculo Christianis. Et nunquid modo sufficerent? Sed, quod amplius est, nunc erant principia, in quibus perfecta non habentur: sed ab illis ad ea, quæ perfecta sunt, peruenitur. In cuius signum hoc ipsum, quod defuit à perfecto, in ipso tempore apostolorum est perfectum. Nec ipse apostolus Paulus prius ab hac vita migravit. In tempore enim eius erat ordinum paucitas: & in tempore eius ordinum est instituta pluralitas. In tempore eius ministrantium erat inordinata congeries: & in tempore eius pulcherrimè vernabatur ecclesia per series ministrorum. At ubi ex textu literæ accipis diaconos institutos Actuum. 6. noli putare, quod in diaconos subito eruperunt ex laicis: sed scito eos prius sanctos esse ordine lectoratus: sicut exponit locum illum in libro Retractionum super Actus, textu. Hos statuerunt ante conspectum apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus, Venerabilis Beda. Non illi, qui statuerunt eos: sed apostoli imposuerunt eis manus. Et enim communis quidem dispensatio exigebat, ut ministri pro viduis eligerentur viri. Verum ubi inuenti sunt, qui digni ad hoc mysterium esse viderentur, crescete gradatim (ut solet) prouidentia concilij salutaris, placuit eosdem lectores ipsos altaris. quoque sacri ac dominici sanguinis, sicut & refectionis, mensæque communis multitudini credentium ministros ordinari. Hæc ille. A V T H O R. Ita ergo prius erant isti septem iam diaconi instituti in ordine lectoratus. Et probat hoc consequenter ibi in textu dicente, quod orantes imposuerunt eis manus. Quia hoc non fit, nisi prius absolutis, & electis de communi coetu fidelium: dicens. Quod probatum est verbo, quod dictum est, quod orantes imposuerunt eis manus. Hoc etenim proprium est eorum, qui de communi fidelium numero ad sacrosancti altaris promouentur officium. Hæc ille. A V T H O R. Si ergo ante ad aliquod officium altaris promoti non essent: statim nec manus impositionem diaconii suscipere potuissent. Quæ ratio Bedæ non valeret: nisi tunc in ipso Apostolorum tempore fuisset hæc ecclesiæ regula. Nec enim subdiaconus, aut quicumque eo inferior manus accipit impositionem episcopi secundum Isidorum, & Hugonem

Beda.

Beda.

Rabanus.

Clemens.

Anacletus.

nem: sed ex subdiacono in diaconum promouendus est. Et lib. de institutis clericorum capite octauo. Rabanus. Hi, inquit, cum ordinantur, non suscipiunt manus impositionem, sicut sacerdotes, & leuitæ: sed patenam tantum, & calicem de manu episcopi: & ab archidiacono scyphum aquæ cum aqua, manile, & manutergium. Hæc ille. A V T H O R. At inter lectores quia confusè omnia agebantur, potuit latere subdiaconus, tanquam lectorum eximius. Vnde & Clemens Papa successor Petri, & comes, & ipso superstitite per eum institutus est Papa: & ideo adhuc & Paulus superfluit. Ipse ibi de subdiaconis facit memoriam, epistola sua tertia ad vniuersos. Si quis (inquiens) nobis episcopis non obediunt omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, ac reliqui clerici cuncti, omnesque principes, tam maioris ordinis, quam & inferioris, atque reliqui populi, tribus, & linguæ non obtinuerint, non solum infames, sed extorres à regno Dei, & consortio omnium fidelium, ac liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt. Hæc ille. A V T H O R. Item successor eius decreti sui primi, capite secundo, Anacletus. Episcopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quam alius sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonij incremento indiget. In solennioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur: & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induit vestimentis, à fronte, & à tergo, & presbyteri à regione dextralauaque contrito corde, & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum à maleolis hominibus, & consensum eius præbeant sacrificio. Hæc ille. ex antiquo libro decretorum pontificum. A V T H O R. Si superbia Cæsarea hos gradus inuenit iuxta calumniam superbissimi Wittelessi, dicat Anacletus, dicat Clementi, dicat Apostolis Petro, & Paulo, ut enarrent quando, & quomodo super his ordinibus statuendis, dedit eis verum concilium: & interpretetur ipse nobis Cæsaream ipsam superbiam, quam mentitur episcopis. Nunquid dixisset aptius, quod gratia Dei exemplaris in veteri testamento suggestit eis formam inueniendi hos ordines? Non, inquit, in dicto de gradibus cleri ecclesiæ militantis. Quia non claret fidelibus, quod in lege aliqua fuerunt de clero alij ordines, quam diaconi, atque sacerdotes. Hæc Wittelessi. A V T H O R. Vbi ergo sunt cantores, & Psalmistæ, quos sub tanto vno numero Re-

gum, Paralipomenonque volumina nominatim exponit à Dauid in templi ministerium institutos? Vbi Nathinæi, qui & subdiaconi nostri modò, quos Esdras cum sacerdotibus & leuitis annumerat? primo Esdræ. capite septimo. Vobis notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & leuitis, cantoribus, ianitoribus, nathinæis, & ministris domus Dei huius: ut vestigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Si autem hæc laica officia computes: cur cum gradibus cleri inter ministros domini recitantur, & non sicut Paulus scænesfactor omittitur, dimittuntur? Cum cœmentarii, lignarii, & focarii, de quibus post fit sermo, his prioribus coniunguntur, qui ad ministerium templi quotidie seruiunt: disce cum nescias cantorum, & psalmistarum ministerium templi fuisse, non populi. De quibus Ecclesiasticus dicit. In Dauid stare fecit cantores contra altare: & in sono eorum dulces fecit modulos: & dedit in celebrationibus decus. Vbi in celebrationibus officium eorum est, non est vulgare, sed sanctum, & separatum. De quibus in primo prologo super psalterium. Hieronymus. Dauid filius Iesse cum esset in regno, quatuor elegit, qui psalmos facerent: scilicet, Asaph, & Eman, Ethan, & Ydithun. Octoginta octo ergo dicebant psalmos: & ducenti suppsalma. & citharam percutiebat Abiud, cum Dauid reduxisset arcam in Hierusalem post annos viginti. Sequitur. De tribu autem Leui. 278. mille viros. Ex quibus quatuor principes præesse cantionibus instituit, Asaph, Eman, Ethan, Ydithun: vnicuique eorum diuidens septuaginta duos viros succlamantes laudem domino cantionum. Et vnus quidem eorum feriebat cymbalum: alius citharam: alius tuba cornea exultans. In medio autem eorum stabat, tenens ipse psalterium. Arca autem antecedebat septem choris, & sacrificium vitulus. Populus autem vniuersus sequebatur post arcam. Hæc ille. A V T H O R. Ecce isti ministri templi seorsum à populo statuti, & electi: nisi quod in medio eorum continebatur psalmista rex. vnde & ipsi dicebantur vulgo prophetæ regis, sicut in secundo Paralipomenon. Stabant in ordine suo iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Eman, & Ydithun prophetarum regis. Vbi in Hebraicis quæstionibus Hieronymus. Ideo, inquit, prophetæ regis vocabantur: quia cum Dauid rege canebant. Hæc ille. A V T H O R. Veruntamen hunc ordinem etiam psalmistæ nostri suppleant in ecclesia: sicut in libro secundo de officiis capite

Hieronym.

Hieronym.

Isidorus. duodecimo. *Isidorus*. Psalmorum primò can-
 ticorum principes, vel authores, David, siue
 Asaph extiterunt. Isti enim post Moysem
 psalmos primi composuerunt, & cantauerunt.
 Mortuo autem Asaph, filii eius in hunc
 ordinem subrogati sunt à Dauid. Erantque
 Psalmistæ per successionem generis, sicut &
 ordo sacerdotalis. Ipsique soli continuis die-
 bus in templo canebant: candidis induti stolis,
 ad vocem vnus respondente choro. Ex
 hoc veteri more, & ecclesia sumpsit exem-
 plum nutriendi psalmistas, quorum cantibus
 ad affectum Dei mentes audientium exci-
 tantur. Hæc ille. **AUTHOR.** Isti ꝑ psal-
 mistæ lectores itē sunt (vt reor) ordinis iden-
 titate, & officio: qui nec tunc vacabant, aut
 neglectui ducebantur: ita, vt ad tēpora Chri-
 sti hic ordo permanfit in templo. Quo item
 ordine, & officio functus est Christus pro-
 pter originem Leuitarum, quam duxit ex
 matre. Tunc, scilicet, cum quodam die sab-
 bati intrauit secundum cōsuetudinam in syn-
 agogam, & surrexit legere. Et traditus est ei
 liber Esaiæ. Et vt reuoluit librum, inuenit lo-
 cum, vbi scriptum erat. Spiritus domini su-
 per me, propter quod vnxit me: euangeliza-
 re pauperibus misit me, prædicare captiuis re-
 missionem. Lucæ. 4. In quem locum libro pri-
 mo de baptismo paruulorum cap. 32. *Augusti-
 nus*. Attende, inquit, illud eiusdem prophete,
 quod de se completum, lectoris etiam fun-
 ctus officio in synagoga ipse recitat, Spiritus
 domini super me: propter quod vnxit me: eu-
 angelizare humilibus misit me. Hæc *Augu-
 stinus*. **AUTHOR.** Vide tu, quod Christus
 tunc est functus lectoris officio: quod passim
 sibi tunc sub cultu iudaici templi licere nō po-
 tuit: nec libellum quasi ad hoc assuetus ob-
 latum sibi sponte cœpisset, nisi aptitudine ge-
 neris intellecta, ex sacerdotum institutione
 polleret hoc ordine. Nō enim cunctis iudeis
 hoc in templo suo, vel synagoga publica ad-
 huc in captiuitate permittitur. Et est ista de-
 ductio Lincolnienfis in libro imputato ipsi,
 quem transtulit, qui dictus est, *Suidas*. Huic itē
 dicto *Augustini* concorditer scribit in sermo-
 ne pro synodo. *Isidorus*. Auribus, & cordi cō-
 sulere debet lector. Hoc officium dominus
 in propria persona ostendit, quando in me-
 dio seniorum, librum Esaiæ prophete aperi-
 ens distincte ad intelligendum legit, Spiritus
 domini super me: ad euangelizandū pau-
 peribus misit me, & cætera, quæ in eodem se-
 quuntur capitulo. Hæc ille. **AUTHOR.** Sub-
 diaconi ꝑ quoque nostri, sicut dixi, ministri e-

rant in tempore Nathinnei dicti: de quibus
 ibidem *Isidorus*: & sequitur eum Hugo. Sub-
 diacones (inquit *Isidorus*) qui apud Græcos
 Hypodiacones vocantur, in Eldra inueniun-
 tur: appellanturq; ibi Nathinnei, id est, humi-
 litate domino seruientes. Ex eorū ordine fuit
 ille Nathanaël, qui in euangelio Ioannis diui-
 na proditiōe commonitus Saluatorem me-
 ruit confiteri. Sequitur. Denique isti, oblatio-
 nes in templo domini suscipiunt à populis.
 Isti obediunt officiis leuitarum. Isti quoq; va-
 sa corporis & sanguinis Christi diaconibus
 ad altare offerunt. De quibus quidem placuit
 patribus, vt qui sacra mysteria sumunt, ab om-
 ni carnali immunditia sint liberi: iuxta quod
 illius propheta dicente iubetur. Mundamini,
 qui fertis vasa domini. Hæc ille. **AUTHOR.**
 Ecce isti ordines dicti sunt iuxta *Isidorum* et-
 iam in lege veteri, nec hucusq; ministerii, aut
 ordinis dignitatem amittunt. Sic enim dicit
 de psalmistis, siue lectoribus. Filii eius in hunc
 ordinem subrogati sunt à Dauid. Et de subdia-
 conibus consequenter. Ex eorum, inquit, or-
 dine fuit ille Nathanaël. Cur ergo non erāt hi
 ordines in lege vtraque? Vnde primo *Esdrae*
 vndecimo sic ordinatē scribuntur. Habitauit
 autem vnusquisque in possessione sua in vrbi-
 bus suis Israël: sacerdote, leuite, Nathinnei. Et
 infra. Præceptum quippe regis super eos erat,
 & ordo in cantoribus per dies singulos. Et in
 capite decimo tertio. Ecce ibi erant ante eum
 reponentes munera, & thus, & vasa, & deci-
 mam frumenti, & vini, & olei, & part: s leuita-
 rum, & cantorum, & ianitorum, & primitias
 sacerdotales. Omnes ergo hi tunc sicut & nūc
 ponebant numerum in ordine cum sacerdo-
 tibus & leuitis: tam quo ad ministeriū, quam
 quo ad victum. Notandum ꝑ dixi item in lege
 veteri bipertitum ordinem sacerdotum: sum-
 morum, scilicet, & inferiorum, quorum primi
 describuntur in Ezechiele seruasse excubias in
 custodiis templi: secundi in ministerium alta-
 ris ante faciem templi. Quem locum literali-
 ter scrutans vltima Homilia super Ezechielē,
Gregorius. Prius (inquit) nobis querendū est,
 qui sunt maioris ordinis sacerdotes. Vtrum
 ii, qui in custodiis excubant templi, an ii, qui
 in ministerio altaris. Sed quia paulo post sub-
 ditur: Altare erat ante faciem templi: aperte
 ostenditur, illos esse maioris ordinis sacerdo-
 tes, qui in custodiis templi excubabāt: quia
 profecto in altari, quod est interiūs, ministrāt.
 Hi autem, qui ad altare, quod ante faciem
 templi est, excubant, tantō inferiores sunt,
 quātō in exterioribus ministrāt. Hæc ille. **AUTHOR.**

Isidorus.

Ambrosius

*Prædican-
 di ratio.*

Gregorius.

Acolyti.

Argumentū.

THOR. Ecce non vnum, sed duos ordines sa-
 cerdotum in lege antiqua: quos bene distin-
 xit secundum officiorum rationes ad literam:
 quia summifacerdotes, ministrabant interiūs:
 hi verò inferiores ad altare ante faciem tēpli.
 Et hi etiam ab Apostolorum temporibus &
 institutione hæcenus in ecclesia perseverant:
 quāuis ambiguitas nominū sefellit *Witcleff*,
 ne hoc sciret. Qualiter clarè patet exponente
 nobis *Ambrosio* textum illum Pauli ad Ephe-
 sios. Et ipse dedit quosdā apostolos quidem,
 quosdam verò pastores, & doctores &c. Vbi
 dicit. Apostoli episcopi sunt. Prophetæ verò
 explanatores sunt scripturarum, quāuis in-
 ter ipsa primordia fuerint prophetæ: sicut *A-
 gabus*, & quatuor virgines prophetantes: si-
 cut continetur in Actibus apostolorum: sed
 propter rudimenta fidei commendanda. Nūc
 autem interpretes prophetæ dicuntur. *Euan-
 gelistæ* diaconi sunt, sicut *Philippus*. Quāq; ꝑ
 non sint sacerdotes, euangelizare tamen pos-
 sunt sine cathedra: quemadmodum & *Stepha-
 nus*, & *Philippus*: memoratus. Pastores pos-
 sunt esse lectores, qui lectione saginent popu-
 lum audientem: quia non pane tantum viuit
 homo, sed in omni verbo Dei. Magistri verò
 exorcistæ sunt: quia in ecclesia Christi com-
 pescunt, & verberant inquietos: siue hi, qui le-
 ctionibus incumbentes, infantes solebant im-
 buere: sicut mos iudeorum est, quorum tradi-
 tio ad nos transitum fecit, qui per negligē-
 tiam absoleuit. Inter istos post episcopū plūs
 esse intelligitur, qui propter referatum occul-
 tum scripturarū sensum prophetare dicitur,
 præsertim cum futuræ spei verba depromit:
 qui ordo potest esse presbyteri. Hæc ille. **AUTHOR.**
 Nititur *Ambrosius* sanctos ordines
 fundare in officiis approbatis orientis eccle-
 siæ. Et quāuis per anticipationem episcopos
 enumeret, non tamen in eorum subrogat lo-
 ca, sed ipsos dicit eosdem forma dignitatis ec-
 clesiasticæ, & ordinis potestate: putā episco-
 pos nostros, apostolos: presbyteros nostros,
 prophetas: diacones, euangelistas: lectores no-
 stros, pastores: Magistros scholarum, exorci-
 stas. Nec his enumeratis euacuabuntur alij,
 sed in his possunt intelligi cæteri non expres-
 si. Qualiter ꝑ ordo acolytatus tempore sancti
 Pauli fuit in Onesimo: sicut veriores codices
 habent in argumentis proœmialibus super
 primam epistolam ad Thessalonicenses, & se-
 cundam: vbi dicitur, Hos collaudat Aposto-
 lus, scribens eis ab Athenis per Titum, & One-
 simum acolytum. Et argumentum in episto-

lam secundam. Scribit hanc epistolam ab A-
 thenis per Tychicum, & Onesimum acoly-
 tum. **AUTHOR.** Similiter in canonibus Apo-
 stolorum est capitulum. 42. Episcopus, aut
 presbyter, aut diaconus alex, atq; ebrietati de-
 seruiens, aut desinat, aut certè damnatur. Et
 cap. 43. Subdiaconus, aut lector, aut cantor si-
 milia faciens, aut desinat, aut communionē
 priuetur. Hæc ibi. **AUTHOR.** Nec dedignen-
 tur *Witcleuistæ* isti hunc librum sanctorum
 canonum in hanc auctoritatem vetustatis as-
 sumere: quem sanctus *Ioannes Chrysostomus*
 inter authentica deputat, appendens magna
 veneratione sententiam quandam eius, de li-
 bro octauo canonum, vt legere potes librum
 eius super Matthæum operis imperfecti. Ho-
 milia. 53. Deprauantibus autem hæreticis san-
 ctos canones decreto ecclesiæ in epistola Pe-
 lagij liber censetur apocriphus: his quinqua-
 ginta capitalis, vt seriosè ponuntur in libro de
 cretorum Pontificum duntaxat exceptis. Tā-
 dem, ac finaliter quid dicemus ad *Witcleff*?
 cum scribit in dicto de gradibus militantis ec-
 clesiæ. Videtur, inquit, irrationabile, & infun-
 dabile, quod ecclesia militans sit cum tribus
 ordinibus: onerata. Quid, inquam, dicemus
 præter hoc? ad voluntatem sponsi, necesse est
 vt ministri numerentur ecclesiæ. Si enim pau-
 ciores esse iusserit, frequentia est tollenda. Si
 vero tot esse præceperit, quis est *Witcleff*,
 qui contra patrem familias murmuret de mi-
 nistris, cui per nouem ordines choros mili-
 lia millium ministrant in gloria, & decies cen-
 tena millia coassistunt? Consulo, si non vis
 nouem ordines clericorum in ecclesia quousq;
 sumus angelis cœquales, sponsæ Christi
 ministrare velle cum *Rabano*: saltem dum in
 hoc mundo septemplex tempore volumur,
 pro septemplex gratia Sancti Spiritus ample-
 xanda, septem ordines clericorum admittē cū
Isidoro: maxime si tibi dicat Christum spon-
 sum ecclesiæ sic mandasse. in sermone illo ma-
 gno de Synodo, qui intitulatur, De excellen-
 tia sacrorum ordinum. vbi, Hæc inquit, offi-
 cia septem gradibus sunt distincta: quia san-
 cta ecclesia septiformis gratiæ est munere de-
 corata. Hæc officia in propria persona do-
 minus noster ostendit, & ecclesiæ suę
 exhibenda reliquit: vt forma,
 quæ præcessit in capite,
 representaretur in
 corpore. Hæc
 ille.

Canon apo-
 stolorum.

Witcleff.

Isidorus.

Quod

¶ Quod tempore Apostoli distinctio fuit episcopi à simplici sacerdote.

C A P. CXVII.

S V M M A.

1. Aëriani heretici unde dicti. Et quomodo hos sequitur Witteff, non distinguens Episcopum à simplici sacerdote.
2. Episcopi à simplici sacerdote distinctio, quæ fuerit à tempore Apostoli contra Witteff, ostenditur. Et quid de hoc dicant Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus ibi.



MT probet paucitatem ordinum ecclesiæ, quam intēdit, assumit Witteff contra sacros antistites argumentum. Dico, inquiens, quod in tempore Apostoli fuit idem presbyter, atq; Episcopus. patet. 2. ad Timotheum 3. & ad Titum primo. Et idē testatur. ille profundus Theologus Hieronymus, ut patet. 59. distinctione. cap. Olim. quarto Trialog. Witteff, cap. 15. **AUTHOR.** Dixi ad ista superius libro secundo. Quia autem totiens in opusculorum suorum angulis ad mala varia ingerenda idem replicat, & complicat vernaculum argumentum: cordis venas incipit aperire, ut aliquid respondeamus blasphemij frequentatis. Incœpimus ibi dicere, quod hæresis esset olim cuiusdam Aërii sic docentis, nullam esse distātiā presbyteri ab episcopo, ut scribit Augustinus libro suo de hæresibus. Hoc autem percepto, circuit, ac quærit Witteff solvere se ab alijs vinculis. Sed malè fila præripiens, se fortius implicat. cap. 11. de Pa. Pa. in fine. Absit, inquit, logicum credere dictum illud Augustini repugnare decreto Hieronymi, quod olim idem fuit episcopus, & sacerdos. Olim enim erant pauci episcopi, atq; idonei: qui seclusi à seculo, non propter mundum, sed propter Deum, & amorem ecclesiæ, curam pastoralis officij perfererunt. Et sic error esset hodie negare presbyterum ab episcopo nulla differentia discerni: cum multi presbyteri instructi in lege domini uiuant sanctè: & multi episcopi ignari legis Dei uiuant contrariè. Ideo necesse est esse differentiam sacerdotum. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce

propter minus credentes qualiter vertit dicta sanctorum: quibus trufis quærit euadere: sapiens sibi visus, si stultus dicere videatur. Sacerdos, inquit, à sacerdote discernitur: quia laicius à continente: ab ignaro sciolus: ab idiota idoneus: & sic necesse est esse differentiam sacerdotum. quasi diceret, Ideo fuit Aërius ille hæreticus: quia dixit nullam esse differentiam inter sacerdotes in moribus. Quis vnquam pro hac hæresi damnabatur? Quis tam demens vnquam hoc dixerit? Ad stylum Augustini te verte, & vide si hoc sapiat, quod finxit: cum dicit, Aëriani ab Aërio quodam dicti sunt: qui cum esset presbyter, doluisse fertur, quod episcopus non potuerit ordinari: & in Arianorum hæresim lapsus, propria quoq; dogmata addidisse. Sequitur. Dicebat enim presbyterū ab episcopo nulla differentia debere discerni. Hæc ille. **AUTHOR.** Hic non imputat Augustinus dixisse Aëriū presbyterū ab episcopo, scilicet presbyterum à presbytero in nullo debere differre: sed presbyterū ab episcopo nulla differentia debere discerni. Debata est ergo differentia presbyter ab episcopo discernendus. Et nunquid per bonos mores, & malos mores? Et nunquid debitum est episcopo esse ignarum legis Dei: ut uiuat contrariè instructis presbyteris? Nunquid talis debet esse differentia sacerdotum, quam quia non ponebat Aërius, cēsetur hæreticus? Et nunquid item doluit ipse, quod talis nō potuit ordinari episcopus, id est, ignarus sacerdos? Presbyter enim erat, sicut Augustinus dicit. Cur ergo doluit, quod ulterius ordinari non potuit? Aut quis alius sacerdos esse per ordinationem voluit, quem ipse facere semetipsum nō potuit? Vidistis iam fatuitatem eius mendacem. Sed absit, inquit, logicum credere dictum illud Augustini repugnare decreto Hieronymi. Et ego dico: absit Christianum credere dictum illud Hieronymi concorditer dicere hæresi infamis Aërii in libro hæresum Augustini. Et iterum absit credere Hieronymum hoc sensisse cum Witteff, contra totam ecclesiam, & seipsum. Ipse enim discernere docet inter episcopum, & sacerdotem, sicut inter Aaron, & filios eius. epistola. 35. ad Nepotianum de vita clericorum, dicens, Quod fuit Aaron, & filios: hoc esse episcopum, & presbyteros nouerimus: vnus dominus, vnum templum, vnū etiam ministeriū. Et supra habuit. Esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parētē suspice. Hæc ille. **AUTHOR.** Require Exodi, Leuiticij; codices, ut meditari possis tantū, aut forsā non minorē distātiā inter Aaron summū

Aliās. 85.

Aërius.

Witteff.

Augustin.

Hieronym.

summum Pontificem, & filios eius sacerdotes minores, secundum classes vicis suæ distinctos, quantam nunc inter episcopum, & alios inferiores presbyteros videre non sustines. Monstrare volebat Hieronymus argumento legis hoc Heliodoro fuisse debitum, quod suafit, scilicet, esse subiectum suo Pontifici. Ad quod firmandum. Quod Aaron, inquit, & filios eius, hoc esse episcopum & presbyterum nouerimus: id est, sic præminere episcopum, & sic subijci sacerdotes: scilicet non tanquam seruos domino, sed quasi filios patri: & ministracionis suæ preposito. Hæc ecce tradidit nobis Hieronymus. Ipse docet episcopum uenerandum à populo iuxta præceptum Apostoli, quanuis item dyscolus sit, & proterat pedibus gregem Christi. In cōmentario super Michæam lib. 2. textu, Nolite credere amicis, neque sperare in ducibus. Hieronymus. Duces populi mei me nescierunt: filij stulti sunt, & non intelligentes. Sapientes sunt, ut faciant mala: bene autem facere nescierunt. Duces quidem (ait) mei vocabantur, & dices populi mei: sed quia nescierunt me, & opere uocabulum destruxerunt, propterea filij stulti sunt, & non intelligentes prudentiam. Ob hoc tantū scientiam habent, ut subijciant sibi simplicem gregem, & proterant pedibus suis: benefacere, & regere nescierunt populum. Nolite credere in ducibus: non in episcopo, non in presbytero, non in diacono, nō in qualibet hominum dignitate. Nec hoc dico, quod in istiusmodi gradibus in ecclesia non debetis esse subiecti. Quicumque enim maledixerit patri, aut matri, morte moriatur. Et Apostolus docet præpositis in ecclesia obediendum. Sed quod aliud sit honorare duces, aliud spem habere in ducibus, honorem episcopum, Presbytero honorem deferamus, assurgamus diacono: & tamen non speremus in eis: quia vna, & certa spes est in domino. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce gradus distinguit Hieronymus: docet distātiā, episcopi, scilicet, à simplici sacerdote: & item à diacono: & modos ponderat honorandi sub interminatione geminata sententiæ veteris & nouæ legis. Excipit tamen iuxta formam scripturæ, ne spem habeamus in ducibus, episcopis scilicet, presbyteris, aut qualibet hominum dignitate. Et per hoc reducit nos ad originalem causam distinguendi, & præficiendi episcopum multis presbyteris. Quam autem causam, ipse aperit in. 1. cap. Olim. in commentario super epistolam ad Titum. textu, Oportet episcopum sine crimine esse. ubi dicit, Idem est ergo presbyter, qui episcopus. Et ante-

Hieronym.

Hieronym.

quam diaboli instinctu studia fierent in religione, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ: communi presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabatur. Postquam autem vnusquisque eos, quos baptizauerat, putabat suos non Christi: in toto orbe decretum est, ut vnus ex presbyteris electis superponeretur ceteris: ad quæ omnis cura ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tolleretur. Hæc Hieronymus. **AUTHOR.** Distingue causas rerum, & tempora. Ipsa prima confusio sacerdotum peperit schismata: schismata blasphemias contra Christum. Sequitur distincta ordinatio sacerdotum, & eradicantur schismata. In Christi nomine resonat omnis lingua. Primum tempus ante studia schismatum. Secundum tempus vniuersalis confessionis, & laudis nominis Iesu Christi per orbem: per præferentiam super multos presbyteros vnus antistitis. Quid præfers tempus temporari, vetus nouo, periculis grauidum, liberato? Et primum dicis Apostoli: quasi non ita esset secundum. O liberator temporum inæqualis. Bonum erat cum Apostolo sentire. Sed cur tibi schismata placeant, & hæreses, quæ Apostolo non placebāt? Pro te, & tui similibus Poëta dixit,

Laudamus ueteres, sed nostris utimur annis.

Flaccus.

Quid ergo peperit primum tempus, in quo sacerdotum erat confusio? Nunquid dicit Hieronymus, quod tunc peperit instinctu diaboli, studia schismatum? Et super illud primæ Corinthiorum. Ego plantauit, Apollo rigauit. in expositione Ambrosius. Tanta, inquit, discordia in populo erat, ut multa essent studia diuersarū partium. Hæc ille. **AUTHOR.** Et hoc, quia spem ponebant in homine: sicut supra dixit Hieronymus. Et super Psalm. 75. versu, Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Augustinus. Fratres, inquit, hoc dictum est, ne quisquam vestrum velit spem suam ponere in homine. Sequitur. Qui uerò sic accessit ad Deum, ut in illo habitet Deus: displicent illi omnes, qui in illo non ponunt spem suam. Propterea datum est quoddam exemplum, cum ipsos Apostolos sibi diuiserunt: & in schismata ierunt. Quid dicebant? Ego Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, id est, Petri. Hos plangit Apostolus, & dicit eis: diuisus est Christus. Et se elegit quem apud ipsos contēneret. Hæc ille. **AUTHOR.** Hoc ecce tempus est, quod laudas, tempus calumniæ fidei, tempus surreptionis gloriæ IESU Christi, & penè ad gentilitatem usque retrogradum. quemadmodū late in expositione

Ambrosius

Augusti.

positione super illud. 1. Corinthio. Nam cum
 ambrosius
 emulatio in vobis & contentiones sint, non-
 ne carnales estis? *Ambrosius*. Indignitatis, in-
 quit, causam ostendit: quia de homine, qui spe-
 rat auxilium, carnalis est. Qui autem spera-
 tum de Deo sperat, spiritualis est: quia
 Deus spiritus est. Cum enim quis dicat, Ego
 sum Pauli: alius autem, Ego Apollo, nonne ho-
 mines estis? Sicut enim gloriantes in Deo, &
 de ipso gratiam sperantes, dii dicuntur, Deo
 adoptati: ita & in homine gloriantes, & homi-
 nes, & carnales sententia Dei concludit, atque
 ait, Ego dixi, dii estis. Vos autem sicut homi-
 nes moriemini. A sua ergo persona incipit, ne
 forte putaretur per invidiam magis personas
 illorum destruere: ostendens magnum erro-
 rem, & ad Dei contumeliam pertinere, quan-
 do Deo prædicato, gloria datur hominibus.
 Quid ergo minus est à gentilitate, dum adhuc
 aliquid de hominibus speratur? Quid igitur
 est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius,
 cui credidistis. Hæc ille. **AUTHOR**. Vide,
 quod penè gentilitatis idololatriam induxit
 hæc præsumptio sacerdotum: cum non epi-
 scopum inter se maiorem agnoscerent: & qui
 libet ad partem suam populi desipientis glo-
 riam laudis attraxit. Idcirco (dicit Hierony-
 mus) in toto orbe decretum est: ut vnus ex
 presbyteris electis superponeretur cæteris, ad
 quem omnis cura ecclesiæ pertineret: & schis-
 matam femina tollerentur. Nec hic intelli-
 gendum existiment Wicleuistæ, quod ante
 tempus istud non fuerit episcopus à presby-
 tero segregatus gradu, & officio. Alioquin di-
 cat Wicleff, cur quærat *Hieronymus*, quomo-
 do prætermisso presbytero, de episcopo ad
 diaconem instruendum præteruolauit Apo-
 stolus, primæ ad Timotheum tertio: in anno
 tationibus. textu. Diaconos similiter pudicos,
 dicens, Similiter irreprehensibiles, ut epi-
 scopi eligantur. Quæritur, cur de presbyteris
 nullam fecerit mentionem. Sed etiam ipsos
 in episcoporum nomine comprehendit: quia
 secundus, imò penè est vnus gradus. Sicut ad
 Philippenses episcopos, & diaconos scribit:
 cum vna ciuitas plures episcopos habere non
 possit. Et in Actibus Apostolorum presby-
 teros ipse iturus Hierosolymam congrega-
 uit, quibus inter cætera, Videte, inquit, gre-
 gem, quo vos Spiritus sanctus episcopos ordi-
 nauit. Hæc ille. **AUTHOR**. Ex hoc loco vi-
 detur docere Hieronymus, quod tēpore fan-
 cti Pauli fuit distinctio episcopi à presbytero
 minori: quia in vna ciuitate non tunc pote-
 rant esse multi episcopi: sed in vna ciuitate

Ephefi poterant esse multi presbyteri. Etenim
 quia presbyter secundus ab episcopo gradus
 est, aut quauis penè, non tamen plenè idem
 gradus existit. Sed quia in episcopi nomine
 propter vicinitatem ordinis frequenter intel-
 ligitur, ideò pluries vicissim alternant voca-
 bula. Quod nunquam facit diaconus propter
 remotam sui distantiam ab altero ordine.
 Qualiter in libro de quætionibus noui & ve-
 teris testamenti. cap. 101. *Augustinus*. Non e-
 nim, inquit, qualiscunq; honor est antistiti
 Dei seruire in ecclesia duntaxat. Et sacerdos
 totius honoris ecclesiastici dignus habetur.
 Maior enim ordo intra se, & apud se habet &
 minorem. Presbyter, & diaconi agit officiū,
 & Exorcistæ, & lectoris. Presbyterum autem
 intelligi episcopum probat Apostolus Pau-
 lus, quando Timotheum, quem ordinauit
 presbyterum, instruit qualem debeat creare
 episcopum. Quid est enim episcopus, nisi pri-
 mus presbyter? hoc est, summus sacerdos. Nū-
 quid & ministros diaconos nostros dicit epi-
 scopos? non vtiq; quia multo inferiores sunt.
 Hæc ille. **AUTHOR**. Maior ergo ordo, quia
 intra se minorem continet, officium eius ha-
 bet, & explet: sed non econtrario. Episcopus
 autem presbyterum continet ipsa re. Presby-
 ter non re ipsa totū episcopum, sed ordinis no-
 mine. Et in expositione epistolæ ad Ephesios
 cōcordat *Ambrosius* dicēs, In episcopo omnes
 ordines sunt: quia primus sacerdos est. Hic est
 princeps sacerdotum, & propheta, & euange-
 lista, & cætera adimplenda officia ecclesiæ in
 ministerio fidelium. Hæc ille. **AUTHOR**. Tā-
 gens verò prædictā difficultatem Hieronymi,
 quomodo Paulus omittens presbyteros de
 episcopo transit ad diaconū, cum instituit Ti-
 motheum: concordat omnino Hieronymo in
 expositione sua eiusdē epistolæ, *Ambrosius*, di-
 cens, Post episcopum tamen diaconatus ordi-
 nem subiicit. Quare? nisi quia episcopi, & pres-
 byteri vna ordinatio est? Vterq; enim sacer-
 dos est, sed episcopus primus est: ut omnis epi-
 scopus sit presbyter, non tamē omnis presby-
 ter episcopus. Hic enim episcopus est, qui inter
 presbyteros primus est. Deniq; Timotheum
 presbyterum ordinatum significat: sed quia
 ante se alterum non habebat, episcopus erat.
 Vnde & quemadmodum episcopū ordinet,
 ostendit. Neq; enim fas erat, aut licebat, ut in-
 ferior ordinet maiorem. Nemo enim tribuit,
 quod non accepit. Hæc ille. **AUTHOR**. In to-
 to isto progressu docet *Ambrosius*, quomo-
 do olim erat idem Episcopus, & sacerdos,
 quod ait Hieronymus: & tamē qualiter eodē
 tempore

tempore maior erat Episcopus sacerdos. Ideò
 idem Episcopus & sacerdos, quia ordinatione
 idem. Quia episcopi & presbyteri, inquit, vna
 ordinatio est. Sed ideò alius gradus & maior
 episcopi, quam presbyteri: quia primus inter
 presbyteros tunc erat episcopus. *Augustinus*
 dixit. Quid est Episcopus, nisi primus presby-
 ter, hoc est, summus sacerdos? Sicut Timo-
 theus eò erat episcopus, quòd nullus ante eū
 erat sacerdos. Aliter, inquit, non poterat epi-
 scopum ordinasse ad mandatum Apostoli. Et
 ratio *Ambrosij*. Quia non erat fastidit, nec li-
 cebat, ut maiorem tunc ordinaret inferior. Erat
 ergo tunc episcopus maior, & reliquus omnis
 sacerdos inferior. Et iterum. Nemo tribuit quod
 non accepit. Quid ex hoc vult, nisi, quòd infe-
 rior sacerdos non potest creare episcopum:
 quia nunquam accepit episcopatum? Non er-
 go sic idem tunc episcopus & sacerdos, quòd
 eo episcopus, quo sacerdos: sicut Wicleff ab-
 errat. Sed quid mutatum erat circa ordinatio-
 nem episcopi in sequenti tempore: quòd no-
 tat Hieronymus, cum dicit, Postquam vnus-
 quisq; eos, quos baptizauerat, etiam decretū
 est, ut vnus ex presbyteris electus superpone-
 retur. Et eum declarat in expositione sua su-
 per epistolam ad Ephesios, textu. Ipse dedit
 quosdam apostolos. *Ambrosius*. Timotheum
 presbyterum à se creatum Paulus episcopus
 vocat: quia primi presbyteri episcopi appella-
 nantur, ut recedente eo, sequens ei succederet.
 Sequitur. Sed quia sequentes presbyteri incoe-
 perunt indigni inueniri ad primatus tenēdos,
 immutata est ratio prospiciente Concilio: ut
 non ordo, sed meritum crearet Episcopū mul-
 torū sacerdotum iudicio constitutū, ne indi-
 gnus temerè vsurparet, & esset multis scanda-
 lum. Hæc ille. **AUTHOR**. Iam videtis hoc ef-
 fe, quòd Hieronymus dixit postmodū decre-
 tum esse, ut vnus à presbyteris electus super-
 poneretur cæteris. Et quòd prior consuetudo
 secundum quam non meritum, sed ordo anti-
 quitatis creauit episcopum: ut recedente prio-
 re, statim sequens foret episcopus: ita ut tunc
 idem foret esse primum sacerdotem & episco-
 pum: quia ordinatio alia nō accessit: fuit mul-
 tis populis scādali ratio, tam propter in digni-
 tatem, quam temeritatem vsurpantis. Nec em̄
 modicum scandalum plebium, nec pusilla te-
 meritas, ut docerent homines dicere, Ego Pau-
 li, Ego Apollo. Quòd, ut præhabitum est, ab
 institutione illa, & identitate episcopi, & sacer-
 dotis inualuit tunc, & inualefcit item nūc, vbi
 inter hæreticos dogmatis illius forma surre-
 xit: sicut inter Aërios Wicleuistas, dicentes

inter episcopos & sacerdotes nullam debere
 discretionem esse: dicentes sicut item in hære-
 si Nouati erratum est, & notat Eusebius libro
 6. ecclesiasticæ historiæ. cap. 33. sub authorita-
 te *Cornelij* in epistola ad Fabianum Anthio-
 chenum. vbi dicit. Cum fratribus semper iura-
 re solitus sit Nouatus, episcopatum se omni-
 no non cupere, subito ex improviso, velut no-
 uum plasma, episcopus apparuit: scilicet, qui
 disciplinam, & instituta ecclesiastica vindica-
 bat, episcopatum, quem non à Deo acceperat,
 præsumebat. Tribus nanq; episcopis simpli-
 cissimis hominibus, & omnium ignaris de re-
 mota parte Italiæ adhibitis, imò potiùs subti-
 li ab eo circunuetione deceptis, imaginariam
 magis, quam legitimam ab eis extorquet ma-
 nus impositionem. Ex quibus tamē vnus cō-
 tinuò ad ecclesiam rediit, confessus peccatum
 suum: & in cōmunionem laicam populo etiā
 pro hoc interueniente susceptus est. In loco
 verò reliquorum duorum, qui Nouato ma-
 nus imposuerant, ordinati sunt alij episcopi,
 & misi. Is ergo, qui Euangelium vindicabat,
 nesciebat in ecclesia catholica vnum episco-
 pum esse debere, vbi videbat ipse presbyteros
 quadraginta, & sex diaconos, & septem sub-
 diaconos, septē acolytos, quadraginta & duos
 exorcistas, & lectores cum ostantijs quinquaginta
 & duos, viduas cum indigentibus mille
 quingentas, quos omnes Deus alit in ecclesia
 sua. Hæc ille. **AUTHOR**. Totum recitavi ab
 integro, ne volētibus scire principium, & pro-
 gressum episcopationis huius Nouati, quan-
 uis imaginariè, quicquam deesset, & cōsequē-
 tius tunc sciretur, cur intulit, q̄ is, qui sic euan-
 gelium vindicabat, nesciebat in ecclesia catho-
 lica vnum episcopum esse debere. Quasi dicat:
 huius rei nescientia, vel forsitan incuria laxauit
 ipsi frānum erroribus. Quo contrā, quauis
 episcopus esset, vnum tamen sciuit in ecclesia
 debere esse episcopum, in expositione sua su-
 per epistolam primā ad Timotheum, textu.
 Vt scias quemadmodum oporteat te in dō-
 mo Dei conuersari. pius, & pacatus *Ambrosius*.
 Scribo tibi, ut scias, quomodo ecclesiam
 ordines, quæ est domus Dei: ut cum
 totus mundus Dei sit, eccle-
 sia tamen domus eius
 dicatur, cuius
 hodie re-
 stor
 est Damafus.
 Hæc il-
 le.

¶ Quòd

Quod non fuit quis eo in gradu, & ordine ecclesiastico altior, quo humilior, & ecclesie seruitiuior: sed ab electione, & institutione primæua ecclesie erat differentia graduum, & honorum.

CAP. CXVIII.

SVMMA.

- 1 Graduum distinctio in primitiua ecclesia contra Witticless ostenditur.
- 2 Petrus inter Apostolos primus, & caput.
- 3 Paulus quauis sollicitus, operosus, & humilis plus ceteris fuerit, q. tamen alijs non præferatur apostolis, contra Witticless, qui dicebat, q. qui foret humilior, & ecclesie seruitiuior, gradum habebat altiore. Et plura de hoc ibi.
- 4 Cesarum priscorum imperia. Et quantum distent ab Antistitibus.
- 5 Episcopi quod ordinentur per manus impositionem à prædecessoribus Dei sacerdotibus ex antiqua institutione.
- 6 Episcopi unde acceperint in consecratione unctionem suam.
- 7 Vnctionis sanctæ forma, q. non tam corporis, quam animæ sit fomentum, & à longo æuo nostris usibus reposita.



Confusionis author cur iam non confunditur dicere in tempore Apostolorum nulla fuisse distincta, non Episcopum à presbytero, non Papam in mundo ad distinctionem eius, Cardinalium quoque, ac Patriarcharum, Episcoporum? & similia in prædicto. 15. capite quarti Trialogi. Sed certum ipsi videtur, quod bone Iesu, quid Paulum distinxit à Tito in gradu? Quid Titum à Luca, vel Apollo, quando misit illos probare Corinthios. 2. Corinthiorum. 8. vbi dixit Titum socium suum: quia erat Episcopus: Lucam verò ministrum Titi, & Apollo, fratres suos. Misimus, inquit, cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sollicitum esse: nunc verò multo sollicitior est confidentia multa in vos: siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis ad-

itor: siue fratres nostri Apostolice ecclesiarum gloriæ Christi. Vbi in expositione Ambrosius. Titum ideò socium suum vocat, quia & ipse Episcopus erat, cui ministerium dedit notam in omnibus ecclesijs ipsius prouinciæ. Quibus addit & tertium fratrem probatū in multis bonis operibus, atque sollicitum. Hæc ille. AVTHOR. Hunc ministrum Titi vocat Lucam Euangelistam in illo loco: in libro annotationum Hieronymus. Missus autem cum illo est frater, cuius laus est in Euangelio, per omnes ecclesias. Hoc de Luca intelligitur, qui laudem in Euangelio conscribendo habere videtur præ cæteris: qui etiam Actus Apostolorum præter Euangelium scripsit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce distinctio graduum in ecclesia primitiua. Lucas est Euangelista præcipuus: sed quia non Episcopus, minister ordinatus Episcopi, putat Titi. Titus item quauis Episcopus, non tamen Episcopus summus, sed habet capitalem Episcopum Paulum Apostolum. Et Ambrosius ministerium istorum exprimens libro secundo de officijs. cap. 12. Quid, inquit, Eliam, atque Eliseum loquamur? Licet non expressè Eliseum minorem scriptura significauerit: aduertimus tamen, & colligimus minorem fuisse. In Actibus enim Apostolorum Barnabas Marcum assumpsit: Paulus Silam, Timotheum, & Titum. Sed illis superioribus videmus diuisa officia: vt seniores consilio præualerent, iuniores ministerio. Plerumque etiam virtutibus pares, dispares ætate sui delectantur copula: sicut delectabantur Petrus & Ioannes. Nam adolescentem legimus in Euangelio Ioannem & sua voce: licet meritis, & sapientia nulli fuit seniorum secundus. Hæc ille. AVTHOR. Biformes copulas seniorum ad iuuenes informat Ambrosius. Secundum officia quidem primam distinguit: ita vt seniores mandent, & consulant: iuniores ipsi ministrent. Sic autem assignat copulam Patriarcharum nostro Carmelitarum, Elie senioris iubentis, & Elisei discipuli ministrantis. Sic item in Actibus Apostolorum: Paulus assumpsit Silam: Paulus quoque Timotheum, & Titum, Apostolus Episcopos, senior pater, filios & ministros. Secunda copula Petri & Ioannis fuit potestate æqualium, ætate tamen imparium. Quotquot ergo tunc erant Episcopi: capitales Episcopos habebant. Apostolos primos Christi: secundum illud primæ ad Corinthios 12. Quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum Apostolos. Vbi in expositione Ambrosius. Caput itaq; in ecclesia Apostolos posuit,

Ambrosius

Hieronymus

Ambrosius

Ioannes iunior.

Ambrosius

posuit, qui legati Christi sunt: sicut dicit idem Apostolus, Pro quo legatione fungimur. Ipsi sunt Episcopi: firmante istud Petro, & dicente inter cætera de Iuda. Et episcopatum eius accipiat alter. Hæc ille. AVTHOR. Veniat blasphemus noster, & dicat, & criminetur gradus istos, quos in summo diluculo orientis ecclesie iam fundauimus. Lucas est in ministri gradu ad Titum Episcopum, quauis summus Euangelista, & comes peregrinationis Pauli per ecclesias ordinatus. Titus enim subiectus Paulo, & Apostolis tanquam capitalibus Episcopis. Inter Apostolos primus extitit, & caput Petrus, vt supra alijs est probatum. Quomodo ergo in temporibus Apostolorum non fuit adinuenta distinctio Papæ, aut Patriarcharum, Episcoporumque, vel similibus? Si certus sis, quod superbia Cæsarea hos gradus adinuenit in istis, fundent te scripturæ: dicta tua, patrum dicta corroborent, ac sanius maledicta tam crebra compescant. Scio glossam tuam: habes præ manibus, vt dicas, Hæc distinctio graduum non fuit maioritatis mundanæ secundum modernorum ambitum prælatorum: sed quicumque foret humilior, & ecclesie seruitiuior, ipse gradum altiore habebat. Falsè meretricantis hypocrisis, frons picea & depicta: vt laude virtutum ministros virtutis exterminet ad comparandum sanctos sanctis, Apostolos apostolis: si ausi simus nos prouocas. Nos autem non tracti filo, tam cito sequimur irritantem: sed sine præiudicio principum fidei de sanctorum splendoribus conferamus. Quis inter Apostolos humilior illo, qui dixit, Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ. & Vt minus sapiens dico. & In insipientia dico. Et dum loqueretur de Christi apparitionibus, Visus est, inquit, Cepha, & post hoc vndecim: deinde plusquam quingentis fratribus simul: deinde Iacobo, deinde de Apostolis omnibus. Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Vnde in sermone. 39. tertiæ partis Augustinus. Audi Paulum. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum. Et alio loco. Ego nouissimus Apostolorum, & minimus, & nouissimus tanquam simbria de vestimento domini. Quid tam exiguum, tam nouissimum, quam simbria? Hac tamen tacta mulier à fluxu sanguinis sanata est. Imò dico, iste erat magnus. In minimo grandis habitabat, & tanto minus à se magnum excludebat, quanto magis minor erat. Audi istum dicentem, Super quem requiescet spiritus meus: super

per humilem, & quietum, & trementem verba mea. Ideò altus habitat in humili, vt humilem exaltet. Hæc ille. AVTHOR. Quis ite in ter Apostolos operosior: vel (vt tecum non tam prudenter, quam militariter loquar) seruitiuior? Sicut Augustinus iocatur cum Dioscoro in epistola ad eundem. Vt militariter loquar liores libenter sufflant, inquit. Quis, inquam, seruitiuior, aut (in termino Apostoli) quis sollicitior eo, qui cum dixisset se minimum, & abortiuum, statim subiunxit, Sed abundantius illis omnibus laboraui. Et alibi. Nihil minus feci ab ijs, qui sunt supra modum Apostoli. Vnde de Homil. 3. Augustinus. Quasi enim in vniuersum mundum ipse gyrans sic perturbabatur, sic currebat, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere, docendo, pollicendo, meditando, timorando: pro ipsis, cum ipsisque supplicando: & terrendo dæmones: & corruptores animarum fugando: aliquando epistola, aliquando præsentia, nunc sermone, nunc rebus: per discipulos, per semetipsum conabatur erigere labantes, stantes verò firmare, humi iacetes attollere, sanare cõtritos, torpentes oleo exhortationis animare, inimicis insonare terribiliter: hostes viuaciter intueri, more optimi cuiusdam ducis, & medici, artis suæ instrumenta gestantis. Protector ipse bellantium. Ipse sedulus ægrotorum minister: & vnus omnium officiorum personas exercitu vbiq; custodiens. Nec in spiritualibus solum, sed in carnalibus quoque plurima sollicitudinis, ac prouidentia suæ documenta præstabat. Hæc ille. AVTHOR. Is, inquam, tam sollicitus, tam operosus in ecclesia Christi, qualiter non argumento tuo est omnibus Apostolis altior, cum sit sollicitior in labore, & non minus in omni humilitate deiectionis? Nihil minus feci, inquit, ab ijs, qui supra modum sunt Apostoli, tamen nihil sum. Non potuit pro humilitate de se metiri Apostolus. Nemo id pie cogitet. Minimus ergo Apostolorum erat Paulus: & in comparatione Pauli, alij erant supra modum Apostoli: cum tamè plus omnibus laboraui. Et nemo illorum ad tantum deiectionis vt Paulus, qui tanquam nihil est factus. Sed reuera hoc solum arguens ex principijs hostis nostri: sicut omnes Apostolos Paulo non præferimus, quorum se dixit minimum, quia vocatione postremum, vel tempore: ita Petrum, & omnes Apostolos Paulo non postponimus, quauis Paulus Petro deiectionis, & plus omnibus laboraui. Vnde in expositione sua super eundem locum. 2. ad Corinthios. 12. Supra modum apostoli. Ambrosius. Hoc erant, inquit, quod & apostolus Paulus. Hoc ergo dicit, q. minor non est Paulus,

Augustinus

Augustinus de Paulo.

Augustinus

Ambrosius

Paulus, neq; in prædicatione, neq; in signis faciendis, Apostolis præcessoribus suis: non dignitate, sed tempore. Nam si de tempore præscribendum putetur, antè cœpit Ioannes prædicare, quàm Christus. Et non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptizauit. Non ergo sic iudicat Deus. Deniq; prior secutus est Andreas Saluatorem, quàm Petrus, & nõ tamẽ primatum accepit Andreas, sed Petrus. Hæc ille. **AUTHOR.** Hoc planè mōstrat eos scripturarum ignaros, qui tollunt inter Apostolos omnem primatum Petro: nisi forsitan vocationis, aut temporis, cum constet Andream Petro suo germano vocatione priorẽ: & tamen non primatum accepit Andreas, sed Petrus, dicit Ambrosius. Ergo velint, nolint, Petrus primatatem dignitatis accepit: nec tantum virtutis primatum, vt dicit Witleff: quia humilior, aut alijs seruitior. Quia ad probandum indubiè ipsi deficit fundamentum, cum inter omnes Apostolos Andreas laudetur vt summè mitis: Paulus vt summè laboriosus. Et tamen vltra vtrunq; est Petrus primas. Est ergo alia prioritas dignitatis, quæ tamen nõ est, vt Witleff garrit, maioritas mundialis, aut quam superbia adinuenit Cæsarea. Nec etiam secundum mensuram eximie humilitatis imposita, vel iugem pensam laboris, secundum quam Petrus supra mitem Andream, dilectũ Ioannem, animosum Thomam, cognatum Christi Iacobum, & plus omnibus laborantem Paulum primatum accepit: sed secundum causam Christo cognitam ad bonum suorum fidelium. Ipse enim hos gradus inuenit, quando Petro primatum dedit super Apostolos, & omnes Apostolos prætulit Timotheo, & Tito, & Apollo deuotis Episcopis. Ipsiq; iam factis Episcopis, subiecit Lucam, & Marcum, Stephanum, Nicolaum, Philippum, & alios diaconos comministros. Miranda ergo proteruia malignantis hæretici, q̄ hos gradus non posset prospicere pro institutione distincta graduum prædictorum, sed currit ad gradus Cæsareos, quos nec nouit edicere. Nihil tẽm simile inter Cæsares quo ad institutionem eorum (dico istis gradibus) adinuenit. Cæsares se ipsos intruserunt in regna: sicut primus Iulius in senatum. Antistites eliguntur. Cæsares cruces cruentant vt regnent: isti vnguntur vt seruiant. Cæsares manus violentas in hominẽ iaciunt: Præsules sacras, & pacatissimas manus impositas eis pro benedictione suscipiunt. Quæ omnia, & similia ab antiqua sanctorum patrum, & Christi forma in sua institutione, non à Cæsarum præsumptione sequuntur. Sic

Cæsarũ primariorum imperia.

enim de manuum impositione in consecratione Episcopi. 2. lib. de origine officiorum. cap. 5. scribens *Isidorus*. Episcopum, inquit, latine *Isidorus*. superintendentem possumus dicere: vt intelligat non se Episcopum, qui non prodesse, sed præesse dilexerit. Quod si verò per manus impositionem à prædecessoribus Dei sacerdotibus Episcopi ordinantur, antiqua est institutio. Isaac enim patriarcha sanctus, ponens manum suam super caput Iacob, bendixit ei. Similiter & Iacob filijs suis. Sed & Moyses super caput Iosue manum suam imponens, dedit ei spiritum virtutis, & ducatus in populo Israël. Sic & superimpletor legis & prophetarũ dominus noster Iesus Christus: per manus impositionem Apostolis bendixit: sicut in Evangelio Luca scriptum est. Et perduxit eos trãs Bethaniam, & eleuauit manus suas, & bendixit eos: factumq; est cum bendixit illis, discessit ab eis. Et ipsi reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Et in Actibus Apostolorum ex præcepto Spiritus sancti Paulo, & Barnabæ apostolis manus impositæ sunt ad euangelizandum. Hæc ille. **AUTHOR.** Ab his inijs ecclesia formam sumpsit manus imponendi Præsulis consecratis: nusquam à Cæsare. Iesus enim Christus dominus & magister noster sic in sua persona consecrauit Apostolos suos Episcopos. Vnde in libro de quæstionibus noui & veteris testamenti ca. 97. *Augustinus*. Nemo, inquit, ignorat Episcopos Saluatorem ecclesijs instituisse. Ipse enim priusquam in cælos ascenderet, imponens manum Apostolis, ordinauit eos Episcopos. Hoc Apostolus Sancto spiritu deputat, cum dicit, Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiam domini Iesu. Hæc ille. **AUTHOR.** Vnctione quoq; suam Episcopi in consecratione, non à Cæsare, sed à sanctis patribus, & Apostolorum temporibus acceperunt. Vnde in epistola tertia ad vniuersos, *Clemens*. Primus Pontifex Aaron christate compositionis perunctus princeps populi fuit, & tanquam rex primitias, & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi plebem sorte suscepta, de mundis, & immundis iudicabat. Sed & si alius ex ipso vngueto perunctus est, virtute inde concepta, etiã ipse rex, aut Propheta, aut Pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia ab hominibus composita tantum valuit: intelligite iam quatum sit illud vngueto, quod à domino de virgulto vitæ prolatum est: cum hoc, quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates? Quid enim in præsentis seculo Propheta glorio-

Isidorus.

Manus impositio.

Augustin.

Clemens.

gloriosius? Pontifice clarius? Rege sublimius? Omnis enim Pontifex sacro christate perunctus, & in ciuitate constitutus, scripturis sacris eruditus, charus, & pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent, eiq; seruire, & obedientes ad salutem suam fideliter existere: scientes, quod siue honor, siue iniuria, quæ ei defertur, in Christum redundat, & à Christo in Deum. Audire ergo eum attentiùs oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem vitæ à presbyteris inquirere, à diaconibus verò ordinem disciplinæ. Hæc ille. **AUTHOR.** A quibus ecce exëplaribus episcoporum vnctio inoleuit, vides: quæ & dignitate eis tribuit, & in summo gradu supra mediocres presbyteros collocauit. Adhuc agebatur hæc Apostolorum temporibus. Superstitente enim Petro, & per hoc Paulo, pontificatum adeptus est Clemens. Quia si ritũ istum traxisset à Cæsare, & gentilibus: quãto citius restitisset ei Paulus in faciẽ, quàm Petro propter circuncisionis ritum, quẽ detulit à Iudæis? Hæc enim sanctæ vnctionis forma non tam corporis est fomentum, quàm animæ, & à longo æuo nostris vsibus repromissa. secundum illud Ieremias. 25. Confluent ad bona domini super frumento, & vino, & oleo. In quem locum lib. 6. sui commentarij, *Hieronymus*. Laudabunt liberatorem suum in monte Sion, hoc est, in ecclesia: & cõfluent ad bona domini, rerum omnium abundantiam: quæ non frugibus, & cibus carnis istius, sed in virtutũ varietate sentitur, super frumento, & vino, de quo conficitur panis domini, & sanguis eius: & oleo, in quo bñdictio sanctificationis ostenditur: dicente scriptura, Vnxit te Deus oleo latitiæ præ confortibus tuis. Vt aut sciamus benedictiones has nequaquam ad corpus, sed ad animã pertinere, sequitur. Eritq; anima eorũ quasi hortus irriguus. Hæc ille. **AUTHOR.** Eucharistiam, & vnctionem in hoc loco docet *Hieronymus* figuratè repromissam. In oleo, inquit, in quo benedictio sanctificationis ostenditur, nõ tam cõsignationis episcopi iam nouiter baptizati, quàm vnctionis presbyteri, & consecrationis episcopi, & omnis vsus, quem in oleo sancto frequentant ecclesia. Omnis enim hæc vnctio non ad corpus, vt olim, sed ad spiritum pertinet irrigandum. Simulq; & Witleff animaduertere potest, q̄ non intendit *Hieronymus* panem Eucharistiæ, panem materiale, cum dicat panem domini ex frumento cõfectum: quia supra dixit, q̄ hæc promissio domini nõ in frugibus, & cibus carnis istius, sed in virtutum varietate

Hieronym.


sentitur. Et posteriùs probat ex textu istas benedictiones nequaquam ad corpus, sed ad animã pertinere, per hoc, quod dicit, Erit anima eorũ quasi hortus irriguus. Hoc modo ergo Apostoli distinctos gradus in ecclesia statuerunt: inter quos episcopos vngi, & manus impositione consecrari docebant.

Quod gradualis distantia Episcoporum inter se, & aliorum sacerdotũ, & ordinum ab Apostolorum temporibus sit inuenta.

CAP. CXIX.

SVMMA.

- 1 Episcoporum gradualis distantia inter se, & aliorum sacerdotum, & ordinum, q̄ ab Apostolorum temporibus sit inuenta.
- 2 Graduum distinctiones temporibus Apostolorum, & eorũ prouidentia, tam inter Episcopos, quàm inferiores ordines, quod sint comperta, ex Apostolorum canone ostenditur. Et plura de hoc ibi.
- 3 Diaconatus ordinem in nouo testamento ab Apostolis sumpsisse exordium, probatur.



Nter hos item quosdam statuerunt cæteris altiores: sicut Petrus eminebat Apostolis: & cæteri Apostoli mediocribus eminebant episcopis. Cuius rei formã in decreto suo.

cap. 2. exprimens *Anicetus*. Nulli Archiepiscopi, inquit, primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates: quarum episcopos Apostoli, & successores eorum regulariter patriarchas & primates esse instituerunt. Nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur: cui necesse sit propter multitudinem episcoporum primatem constitui. Reliqui verò, qui alias metropolitana sedes adepti sunt, non primates, sed Metropolitanani nomenclantur. Hæc ille. **AUTHOR.** Vide iam vtrum iste *Anicetus* erat Papa Cæsareus, qui erat nonus à beato Petro secundum *Augustinum*: & an Apostoli erant Cæsarei, qui distinctos gradus episcoporum, patriarchas scilicet, primates, & metropolitanos per ciuitates, & vrbes variè statuerunt, velfecerunt institui: secundum illud Pauli ad Titum. Huius rei gratia relinqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates

D d uitates

uitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui: non quidem presbyteros inferiores, sed summos, id est, episcopos. de quibus subdit statim. Oportet episcopum sine crimine esse. Et omisissis presbyteris minoribus, transit ad diaconos, sicut exponunt, Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius, ut supra dictum est. Hoc modo statuerunt Apostoli Iacobum Hierosolymorum episcopum. Sicut enim scribit libro de temporibus. Beda. Anno decimo octavo imperij Tiberij dominus sua passione mundum redemit. Et predicaturi per Iudææ regiones Apostoli, Iacobum fratrem domini Hierosolymis ordinant episcopum. Ordinant & septem diaconos: sed lapidato Stephano, ecclesia per regiones Iudææ & Samariæ dispergitur. Hæc ille. AVTHOR. Dicat Witcleff, antunc Apostoli ordinaverunt Iacobum coepiscopum suum simplicem sacerdotem, vel fateatur cum ecclesia, etiam ab institutione apostolorum, alium esse episcopum, alium presbyterum mediocrem. De hac item Apostolorum institutione testatur liber canonum apostolorum, quem Chrysostomus venerabilem habet, ut dixi. ubi, cap. 14. dicitur, Episcopo non licere alienam parochiam propria relicta, peruadere: licet cogatur à plurimis. Nisi forte quis eum rationabili causa compellat, tãquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profecto prospicere. Et hoc non à semetipso perentet, sed multorum episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat. Et cap. 15. Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omnino demigrans præter episcopi sui conscientiam in aliena parochia commoratur, hunc ulterius ministrare non patimur: præcipue si vocatus ab episcopo redire contempserit. Hæc ibi. AVTHOR. Temporibus igitur Apostolorum, & eorum providètia distinctiones graduum, tam inter episcopos, quàm inferiores ordines sunt compertæ. Et quantumcunq; reluctentur hæretici, vel frendant Witcleuista, tam saluberrimum institutum crebris suis mēdacijs non quassabunt. Aut dicat ad hoc, quod pro distinctione gradus episcopalis à minori sacerdotio vilitatissime probat ecclesia, quod episcopi succedunt in vicem Apostolorum. Minores autem presbyteri in vicem septuaginta duorum discipulorum Christi. Quod videtur convincere contra Witcleff, episcopatum, & inferiore presbyteratum in prima radice, & in fundatione distinctos. Sed hic vagi currunt, & discursant,

lymphatici Witcleuista: & tandem post multa somniant sibi autoritate propria sua glossam, quod apostoli fuerant loco sacerdotum, & septuaginta duo discipuli loco diaconorum. At Princeps regni cepit obijcere fati catholicæ, quod Christus non ordinasset diaconos. Et ipse denuo solitis suis blasphemijs principem piuum aggrediens tractatu suo de quatuor sectis novellis. Princeps, inquit, quidam ex consuetudine antiqui mēdacij non erubescit falsum assumere, cum dicit, Status diaconi non est in Euangelio expressatus. Nam probabiliter creditur, quod septuaginta duo discipuli, de quibus Luca. 10. erant diaconi sub apostolis designati. Hæc Witcleff. Et in dicto de gradibus cleri. Videtur, quod septuaginta duo discipuli Christi, de quibus Luca. 10. erant diaconi: & duodecim principales discipuli erant sacerdotes, atque episcopi: de quibus Matth. 10. Cum ergo Spiritus sanctus non deficit suæ ecclesiæ in lege gratiæ, & tantum hos duos gradus de ordinibus cleri specificat, videur fidelibus, quod iste numerus sufficit. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ita ut quavis dicat episcopos, non alios tamē intendit, quod presbyteros qualescunq;: quia de duobus tantum vult contētare ecclesiam. Sed pro parte principis illius catholici quis non stupeat, audiens superbū hæreticū eum criminari mēdacij, qui tam publicam dixerat veritatē, & ipse in conuictionem partis veræ, solū hoc habebat autoritatis, quod partem suam dixit esse probabilem. At pro parte principis quis nescit accurrere patres ecclesiæ? Vnde in sermone in Synodo de excellentia sacrorum ordinum Isidorus. Hic, inquit, ordo in nouo testamento ab apostolis initium sumpsit: quādo, sicut legitur in Actibus apostolorum, septem viros boni testimonij, plenos Spiritu sancto, ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa, manus ei imposuerunt. Exinde instituerunt apostoli & eorum successores, ut in omni matrici ecclesia septem diaconos, circa aram Christi sublimiori gradu, tanquam columnæ altaris assisterent, non sine aliquo septenarij mysterio. In quo significatur, ut septiformis gratiæ spiritu præfulgentes, sancti sint corpore, & spiritu. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo in nouo testamento ordo diaconatus ab apostolis post ascensum Christi sumpsit initium, quomodo Christus eum tam instituit, quod septuaginta duos discipulos fuisse tales diaconos in Euangelij suis expressit? Itē in libro de origine officiorum, ca. 8. Diaconorum ordo à Leui tribu accepit exordium. Et infra. In Euangelio primordia eorum in Actibus apostolorum ita leguntur. Cōuocantes duodecim apostoli multitudinē discipulorum. Non placet, in-

cet, inquit, nos relinquere verbū Dei, & ministrare mensis. Quid ergo fratres? Considerate ex vobis ipsis viros boni testimonij septem plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus in hac rem. Nos verò erim⁹ orationi, & ministerio sermonis instātes. Et placuit hic sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanū &c. Hi steterunt ante apostolos: & cum orassent, imposuerunt illis manus. Verbūq; Dei crescebat, & multiplicabatur numer⁹ credentium. Et hinc decreuerunt iam apostoli, vel successores eorum per omnes ecclesias septem diaconos, qui sublimiori gradu essent cæteris circa aram Christi, quasi columnæ altari assisterent, & non sine aliquo septenarij numeri mysterio. Hæc ille. AVTHOR. Cōuenit cum prædictis itē in verbis: & cōtinuè probat Diaconatus ordinem ab Apostolis in nouo testamento in Actibus apostolorum sumpsisse primordium. Quomodo ergo non septem, sed septuaginta duo Christi discipuli ante eos erant diaconi, non ab Apostolis, sed à Christo primitus instituti, & in Euangelio Lucæ expressi? Cū item penè totus numerus septuaginta duorum prædictorum tempore illo superfuit, cur nullus eorum est tunc dictus diaconus, sed tantum septem, quos ordinarat apostoli? Quare concorditer cū Isidoro in lib. de institutis clericorum, cap. 7. Rabanus. Leuite, inquit, in nomine auctoris vocati de nomine Leui Leuite exorti sunt. Infra. In nouo autē testamento apostoli septem diaconos, propter sacramentum eiusdem numeri ordinarunt ad ministerium sacrum, & ad officium altaris. Hæc ille. AVTHOR. Nec iste potuit in nouo testamento diaconos inuenire statutos, quousq; prospexisset apostolos. Cur ergo es ausus o infelix hæretice, tam procaci vultu principem calūniari catholicū: quia dixit eū Euangelio, quod status diaconi non est in Euangelio expressatus? At tu nihil probas, sed probabile esse credis septuaginta duos fuisse diaconos. Hoc est tuū probabile non probatum, nec itē æquiparās quadraturā circuli: quod dicit Aristoteles scibile, & non scitum. Nos autē cum hoc principe tibi dicimus: non tantum probabile, sed probatissimū creditur apostolos nostros primitum ordinasse diaconos, & Apostolos cū Christo fuisse episcopos: septuaginta verò duos inferiores designasse presbyteros. Istud approbant omnes sancti: istud certifice credit ecclesia. Vnde ut habetur in decretis sub autoritate Hieronymi ad Euandrum. distin. 93. Legimus. Hieronymus. Sciant diaconi quare constituti sunt: legant Actus apostolorum, recordentur conditionis suæ presbyteri & episcopi: al-

terum ætatis, alterū dignitatis est nomen. Hæc ille. Et capitulo sequente, sub autoritate Cypriani. Meminisse autem diaconi debent: quoniam apostolos, id est, episcopos, & præpositos dominus elegit: Diaconos autem post ascensum domini in cælum Apostoli sibi constituerunt, episcopatum sui & ecclesiæ ministros. Hæc ille. AVTHOR. Ecce vterq; doctor remittit diaconos pro eorum institutione ad Actus apostolorum: sed episcopos, & præpositos, id est, presbyteros, dominus ipse sibi elegit hos apostolos, illos septuaginta duos discipulos. Vnde lib. 2. de sacramentis, parte. 3. ca. 11. Hugo. Presbyteri successores vicarij sunt septuaginta discipulorum, qui præcedebant dominum Iesum in omnē locum, in quem erat ipse venturus. Ita quippe presbyteri, qui adiutores sunt episcoporum, rudes populos catechizando initiant, baptizando vnitati ecclesiæ incorporat, & in omnibus sacramentis vsq; ad manus impositionē populo Dei ministrat. Episcopi verò successores sunt apostolorum: qui ex necessitate adiutorium, & supplementum sui officij in tanta multitudine populorum regendorum ministerium sibi expetunt sacerdotum, sicut Moyses in eremo septuaginta viros elegit prudentes, quorum consilio, & auxilio multitudinem tantam facilius gubernaret. Hæc ille. AVTHOR. Ecce mi Witcleff. Leua oculos tuos in montes, in istos patres ecclesiæ, quos nobiscū ad tuendam partē nostri principis, quod non mētiebatur, adduximus. Isti non dicunt probabile esse, quod Christus Iesus ante ascensionem in vno quatuor Euangeliorum diaconos instituebat expressè: aut apostolos simpliciter sacerdotū loco stetit, & septuaginta duos loco diaconorum: imò probant episcopos secundum gradum sublimitatis apostolis subrogari, & minores presbyteros septuaginta. Sic probant, sic asserunt episcopos nostros Paulo copulari, Petrū subsequi: sicut officio, sic & loco. Vnde super Psalm. 126. Augustinus. Augustinus. Quomodo ecclesia habet laborantes, ut ædificetur: sic habet & custodientes. Nam ad custodiendam pertinet, quod ait Apostolus, Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestrae mentes corrumpantur à castitate, quæ est in Christo. Custodiebat, custos erat: vigilabat quantum poterat super eos, quibus præerat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideò altior locus positus est episcopis, ut ipsi superintendant, & tanquam custodiant populum. Nam & Græcè quod dicitur episcopus, hoc Latine superintendit interpretatur, quia superintendit, quia desuper videt. Quomodo

Beda.
Canones apostolorum.

Princeps.

Witcleff.

Witcleff.

Rabanus.

Quadratura circuli.

Hieronymus.

Cyprianus.

Hugo.

Augustinus.

enim vinitori altior fit locus ad custodiendam vineam, sic & episcopis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic, vt humilitate sub pedibus vestris simus, & pro vobis oremus, vt qui nouit mentes vestras, ipse custodiat. Hæc Augustinus. AVTHOR. Modò Augustin⁹ probat, quod fecit Paulus, custodiendo, vigilando, docendo: hoc & ipsi faciunt, inquit. At qui? episcopi. Nunquid simplices quilibet sacerdotes? A loci sublimitate eos designat. Ideò, inquit, altior locus positus est episcopis, vt sic discerni possint à loco qui sunt episcopi, & q̄ summi, non infimi sacerdotes.

¶ Ad calumnias Witleff in prælatos, & clericos, quos vocat Cæsareos à Cæsare Constantino, quòd q̄; ipse, & eius sequaces sunt multò magis Cæsarei à Cæsare Iuliano.

CAP. CXX.

SVMMA.

- 1 Responsio ad calumnias Witleff in prælatos, & clericos, quos vocat Cæsareos à Cæsare Constantino.
- 2 Heretici, quomodo ut Witleff contra principes fideles & Christi milites scire consueuerunt, ostendit Augustinus.
- 3 Iulianus, & Constantinus Cæsares. Et quid de his dicat Augustinus. Et plura de hoc ibi.
- 4 Iulianus, q̄ fuerit primus, qui post dotem spoliauerit clericos, & loca sacra possessionibus, & thesauris. Et quid illi ob id acciderit.
- 5 Platonis error.
- 6 Ambrosius quid de Constantini sanctitate dicat.
- 7 Constantini fides ex quibus.
- 8 Antonius primus eremita, a d quem Constantinus literas miserit, ut pro se, ac liberis suis domino supplicaret. Et de eius fine ex Eusebio.



Imul etiã scio, q̄ isti Witleff in vltimis verbis Augustinus displicuit, q̄ scilicet summitatem episcoporum probat, & fundat: quòd altum locū, vnde prospiciat suū populum, eis assignat. Hanc ipse maioritatem seculi diceret. Hanc superbiam Cæsaream blasphemaret.

Nescit enim p̄posus hæreticus omni detractioni deseruiens in bonū exponere, sed ad deterius retorquere, quod proficit ad virtutem. Sed modò prælatos Cæsareos, modò sine Christo & apostolis per superbiam Cæsaream introducos, toties nūcupat, quoties mēdaces gerrulas calūnijs Cæsareis maritat. Cæsareis, in quā, calūnijs, q̄bus eos notat, vt didicit à Iudæis sic opinione nominis opprimere, & ad partē suā redigere diffamatos. Vñ & in sermone cōtra Iudæos, & Paganos, qui incipit, Inter pressuras. Augustinus. Quantū laborastis, vt iudicē à vestro scelere manus lauantē calūnijs Cæsareis nomine opposito opprimeretis, & vt impleretur quod fieri volebatis. Hæc ille. AVTHOR.

1 Calūnijs ꝑ ecce Cæsareis opposito nomine Iudæi oppresserunt Pilatū, vt sic manus laueret, & iudiciū daret iniustum. Ita Witleff cū suis satellitibus conformiter iudaizat calūnijs Cæsareis nomē clerici tingēs, vel episcopi: quasi statim essent nominato Cæsare ab ipsa nominis cōmunionē prophani, & vt ipso horrore calūnię cum Pilato catholicū clericatum

* deluderent. Cōstātinus, * prouentibus. Sed nō sic præualeat Witleff in clerū Christi: appellet, vt assolet, prælatos Cæsareos: Constantinum vocet Imperatorem fatuum. Et quia pijsima manu principis dotauit ecclesiam: legib⁹, & patribus instaurauit, hæreticos impugnavit, fidem seruauit: dicat impium: dicat blasphemē fecisse cōtra Christū. Quid Christi clericis, qui hoc Christi Cæsaribus Christianis? Sic

2 ꝑ agunt hæretici contra principes fideles: sic contra Christi milites sc̄uiunt. Petilianus hæreticus Donatista, sic omnes reges dicit fuisse inuidos Christi legi: sic item catholicos appellauit Macharianos à quodā Machario comite fideli: sicut Witleff nūc vocat Cæsareos. Libro. 2. contra Petilianum. cap. 7. Augustinus. Augusti.

Et dicere coeperā, ex duobus secerno Macharium. Cū enim duos proposuisses, ipsum, & Vrsatium, repetisti nomē Vrsatij, vt nobis ostēderes, quam mortē meruerit, & dixisti, Vrsatium nanq; Barbarica pugna prostratū, factis vnguibus alites, canumq; auidi dētes moribus discerperunt. Vnde satis apparet, cū de Machario maiorem inuidiam facere soleatis: ita vt nos Macharianos, non Vrsatianos appelletis: multò maximē de illo te fuisse dicturum, si de morte aliquid tale dicere potuisses. Hæc ille. AVTHOR. Ab antiquitate ergo cognato sibi passu trahunt hæretici, vt catholicorum principum nomina huc vel illuc trahant ad inuidiam, cū illos tantū appellemus à nomine sui principis Witleuistas, non autem nomina

nomina magnatum in eorum hæresi maculemus. Scimus iussum Apostoli esse. Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit. Et Christus dominus nunq̄ de nomine Cæsaris fecit inuidiam, aut sacerdotes, aut ministros Cæsareos appellauit: sed magis se humilians, potestatem promouit. Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed magister istius Witleff, Petilianus, infestus non tam in Cæsares, quàm in omnes reges, vt supra dicere coeperam, hoc eum edocuit libro illo. 2. responsione. 9. 2. vbi sic ait, Quid vobis est cū regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? Et infra. Sed vt vetera taceam, in nostris exēplis aduertite Imperatores quamplures, ac iudices nostros persecutionem vobis faciundo perisse: vt relinquam Neronem, qui primus persecutus est Christianos: Domitianum, sequentē Neronis maximā partē: Traianum, Getam, Decium, Valerianum, Diocletianum: perijt etiam Maximianus &c. quo usq; veniat ad prædictum Vrsatium, qui solus de Christianis persequentibus eos, perijt. &

3 Augusti. respondet infra Augustinus. Vobis, ꝑ qui sic arguitis, quid fuit cum rege pagano, & (quod est grauius) apostata, & Christiani nominis hoste Iuliano? à quo vobis basilicas quasi vestras reddi deprecātes, hoc in eius laude posuistis, q̄ apud eum sola iustitia locum haberet. Quibus verbis (credo enim vos latinè intelligere) & idololatria Iuliani, & apostasia iustitia est appellata. Tenetur petitio, quam vestri maiores dederunt: constitutio, quam impetrauerunt: gesta, vbi allegauerunt. Eui gilate, & attendite inimico Christi apostatę, aduersario Christianorum, seruo dæmoniorum. Talibus verbis ille, vester ille Pontius supplicauit. Itē nūc, & nobis dicite: quid vobis est cum regibus seculi? Et diu post. Profectò reges quosdam bonos, quosdam autem malos, & alios sanctorū amicos, alios inimicos sine vlla difficultate recoleres. Et infra. Cur Iuliano nec Christianitatis inuido supplicastis? cur ab eo basilicas petistis: cur apud eum solum iustitiam locum habere dixistis? Sed Christianitatis inuidus hæc audit, quid sunt, à quibus hæc audit? At verò Constantinus nequaquam Christiani nominis inuidus, sed planè Christiano nomine gloriosus, memor spei, quam gerebat in Christo, pro eius vnitatē iustissimè iudicans acceptari à vobis, nec ad se appellantis meruit. ambo iam Christiani temporibus, sed nō fuerunt ambo Christiani. Quod si ambo Christianitatis inuidi, cur ad vnum eorum sic appellastis, alteri eorum sic supplicastis? Petentibus

enim maioribus vestris, episcopale iudiciū dederat Cōstātinus, & apud Romā, & apud Arlatum. Quorū primum apud eum accusastis. Ab altero ad eum appellastis. Si autem, quod verum est, vnus eorū in Christum crederat, alter à Christo apostatauerat: cur Christianus consulens vnitati cōtemnitur, & apostata fauens diuisioni laudatur? Constantinus vobis basilicas iussit auferri: Iulianus restituit. Quid horum christianę parti cōueniat, vultis nosse? Illud fecit, qui crederat in Christum: hoc fecit, qui dimiserat Christum. Hæc ille. AVTH. Ecce Cæsar Constantinus, de quo calumniaris, omne sacerdotium, & clerum catholicum esse cæsareum. Quod quāuis in scripturis non legerim, legi tamen post regale sacerdotium: & modicum ego iudico distare, quo ad calūniā vocis: q̄ quis sit sacerdos cæsareus, aut regalis. Sed hic vocauit Augustinus duos: duos Cæsares, duos reges, vnum seruum Christi fidelem, & Christianitatis patronum: alterum Christi traditorem, & apostatā refugam. Primus, quia catholicorum semper princeps est, & defensor assiduus, ex ipso nos Cæsareos appellatis. Alter Cæsar apostata, plurib⁹ tuis mi Witleff Donatistis hæreticis, quorū sectaris in sacramentorū administratione doctrinā, sicut in capite huius libri monstrauit. Ipse, in quā, perfidus Iulianus, supplex fuit vobis indultor, & princeps propitijs. Cur ergo ingrati non item estis ab eo Cæsarei? Ipse vobis basilicas tradidit, quās Cōstātinus eripuit. Ipse Pōtium vestrū contra catholicos omnes supplicatē audiuit. Ipse solus apud se (sicut prædicastis) iustitiam solā seruauit. Quomodo ergo vultis catholicos clericos fore suo Cæsari gratiores, vt nec nomē diuidant, neq; fidem: vos autē vestri Cæsaris laudata perfidia, nomē sine causā diffamatis innocuum? In hoc autē ipso, q̄ nos sic appellas Cæsareos, sed à Constantino catholico, te ipsum, & tuos Cæsareos esse, factò conuincis: sed ab apostata Iuliano, qui solus inter principes sic obliquauit nomē Christianorū in Christi iniuriā: qui in Galilæa cōcept⁹ est, & fatus, Galilæos appellās. Quam incongruè, docet in historiæ tripartitæ lib. 6. Casiod. ca. 44. Casiodorus dicens. Post Parthicum bellum pugnam Galilæis inferre properabat. Sic enim vocabat Christianos: contumeliam nominis se eis inferre putans: cum magis debuisset eorum considerare virtutem. Nō enim Socrates licet Critias fuerit appellatus, & Pythagoras Phalaris, ex mutatione nominis quilibet sunt parte participati: neq; Nireus Theristes vocatus, naturalē pulchritudinem, quam

gerebat, amittit. Hæc ille. AVTHOR. Et tu itaq; contra morem librorum dininorū, seu proborum philosophorū, sic catholicos viros appellasti Cæsareos: quia forsan Cæsare illi Dei dono fecere catholicū. Aut vt tecū concordet: quia ipse clericis ampla dedit vitæ stipēdia, & primitiis dotis honorauit ecclesiam. Ergo sacerdotes veteris legis dici debuerāt à Salomone, qui tot, & tantis diuitiarū gazis ditauit eos in templo, sicut Regū, & Paralipomenon volumina nuntiant, Solomonei: aut à Ioas rege Ioasei: & ab Ezechia Ezechiani: de quorū opibus, & auxilijs ita instaurati sunt, vt Babyloniorū reges auri cupidos prouocaret ad spolia. Veni ad nouū testamentum, & pauperes sancti Hierosolymis degentes in templo per manus Pauli & Barnabæ: apud Macedones, Achaitas, Corinthios: imò sic totius orbis tam pingui ministerio fouebatur secundum Hieronymū, vt, scriptura teste, nullus esset egens apud eos: nec dici debuerunt à ministris suis Pauliani, aut Barnabei, aut à donatoribus, Achaitæ, Macedoniani, vel Corinthij. Sed quia ab institutione, & disciplina, quam quis sequitur, ritè quis trahit vocabulum nominis, sicut ab Abraham Hebræi: à Iuda Iudæi: à Christo Christiani, & in liberalibus à Platone Patonici: & in sectis peruersis, ab Ario Ariani: à Paulo Pauliani: à Witcleff Witcleuistæ: rectè ab Iuliano Cæsare, cuius institutiones, & mores ad tantum sectamini, velitis, nolitis, estis Cæsarei: siue ob hoc, qd (vt iam dixi) ipse primus persecutorum nomen fidelium obliquauit, nūcupans Galilæos, sicut tu clericos cunctos orthodoxos primus appellasti Cæsareos. Ipse primus post dotem spoliavit clericos, & loca sacra possessionibus, & thesauris. Vnde lib. 6. historiae tripartitæ. cap. 4. *Cassiodorus*. Omnes vero possessiones, atq; pecunias Cæsariensium ecclesiarum cum verberibus exquirens, ad medium iussit adferri. Moxq; ex eis trecentas auri libras in arario publico collocauit. Hæc ille. AVTHOR. Cæsarienses ecclesias dicit illius ciuitatis, quæ erat Cæsarea Cappadociæ. Et tu secundum hanc scholam dicis, & doces reges, & principes non tantum posse, sed debere sub obtentu præmij cælestis auferre vires ecclesiasticas possessiones, & opes, Iulianus iubet militibus spolia facere de vasis sacris in ecclesijs. Eodem libro, cap. 3. *Cassiodorus*. Interea iubentur vasa ecclesiarum sacra, fisci arario deputari: sublatisq; ianuis ecclesiæ maioris, sit cunctis accessibile sanctuarium. Ingre-diente siquidem Iuliano præfecto orientis ecclesiæ, Felix præpositus regalium thesaurorū

pariter introiuit, & simul Helpidius comes rerum priuatarum. Aiunt enim & Felicem, & Helpidium primitus Christianos tunc à pietate recessisse, impio principi parere cupientes. Iulianus itaq; præfectus impudenter contra sacrum altare minxit. Quem dum Euzoius prohibere tentaret, ille eum percussit in capite. Fertur autem dixisse, quod religio Christiana esset diuina solitudine desolata. Porro Felix videns vasorum ornamenta, quæ Constantinus, & Constantius frequenter obtulerant: Ecce in quibus, inquit, vasis Mariæ filio ministratur. Sed pro his impietatibus, vesanisque præsumptionibus non post multum poenæ exacti sunt. Nam repente Iulianus seu infirmitate detentus, visceribus putrefactis, interijt: & finium non per meatus digestibiles, sed scelestum os, quod blasphemijs ministrauerat, organum huius egestionis est factum. Aiunt enim eius vxorem fide fuisse clarissimā, eamque dixisse, Decet te marite laudare Saluatorem Christum; quoniam tibi per hæc correptionem magnitudinem suæ virtutis ostendit. Sequitur. His ergo verbis, & passionibus imminentibus, causam languoris agnoscens, rogabat Imperatorem, vt in ecclesiam quacunq; fuerint sublata, redderentur. Sed nec illum flexit: & ille terminum vitæ suscepit. Porro Felix & ille repente flagellum diuina virtute suscipiens, sanguinem tota die, simul & nocte, & ore fuso, & venis corporis vndiq; vacuatis, omniq; virtute simul expensa, & ipse celeriter est extinctus, æternæq; morti contraditus. Hæc ille. AVTHOR. Totum mecum reporto simul: vt videat præsentibus oculis suis Witcleff, qd diuinæ vltionis iudicium in rerum sacrarum raptores addictum est. Et quantum sectatores eius milites quidam moderni, per suam praxim incensi apostatæ Iuliano, & satellitibus eius conueniant, quando dicunt, vt solent. Noster debet esse thesaurus vasorum ecclesiæ. Quid illæ gemmæ & lapides pretiosi in tumultis mortuorum seruantur? Milites regio fouere debent aureæ conchæ, candelabra aurea, & aurata monilia. Hic chorus, hæc ecclesia nostras familias quasi palatia teneat: Hoc capitulum solatia generosa cognoscat. Plerunq; cum hæc audirem, & mecum tacitus cogitarem, vbi tale facinus, quod Witcleuiste variè minabantur, posset habere fundamentum rapinæ, venit in mentem diues illud ararium innumerabilibus plenum pecunijs in templo Hierosolymis, quod quia Heliodorus spoliare parabat, multis plagis, & flagris vix effugit afflictus. 2. Machab. 3. Et fugatus Antiochus,

corpore

corpore collisus à curru, vermibus scaturiuuit. Accedant iam dicti satellites Iuliani, consules Witcleff, Helpidius, & Felix, & simul coram magistris suis exponant, si sit Christo placita rapina vasorum, & vtensilium sacrorum ecclesiæ, simul & possessionum distractio violata. Quidam autem honestatem rapinæ suæ præ-tendunt pro defensione regnorum ab æmulis, vt sic committant spolijs consecrata. Id tamen sub hoc fuce conficere plus deceret idololatras: sicut prophanus Abimelech cōduxit sibi viros inopes, & vagos ex septuaginta argenti ponderibus, quæ sibi dederant Sichemita tollentes à fano Baal Berith, Iudicum. 9. Et impius rex Achaz auxilium sibi redemit regis Assyriorum muneribus sublatis auri & argenti omnis, quod inueniri potuit in domo domini. 4. Reg. 16. Occurrit item nobis philosophia Iuliani, quam Witcleff gaudet sectatur contra totam ecclesiam, qd homo totus est spiritus immortalis, qui potest successiue corporibus vniri diuersis, sicut ponit Witcleff casum de compositione hominis cap. vltimo, vt habitum est in primo. Hoc modo delirauit & Plato, ponens reuersiones animarū in corpora peregrina, Hoc item modo Iulianus insanit apostata: de quo vbi supra cap. vlti. *Cassiodorus*. Putabat, inquit, secundum Pythagoreā, Platonisq; sententiam ex mutatione corporum Alexandri animā possidere, aut esse potius in altero corpore alius Alexāder. Ob hæc itaq; causam Perfarum regis noluit preces admittere. Hæc ille. AVTHOR. Cum ergo tam præclarus princeps Donatistarum, & Witcleuistarū hæreticorū est refuga Iulianus, vt ipse vobis tot, & tanta donaret contra ecclesiam, in tot, & multo plura eius vos flagitia consentitis, & sustinetis errores: cur nō estis eius amplexu cæsarei: si vultis nos ex donatijs Constantinifore cæsareos: qui tamen nostra institutione in fide fuit verus catholicus: vos autē conformati vestro Iuliano, estis hæretici? His ostensis, nō impono tibi Witcleff coactè si nōlis esse cæsareus. Ecclesiæ filius sum, cui nō licet insistere, vt malū malo rependam. Sufficit enim si respondero exprobrātibus nobis verbum. Similiter, scio, possessiones sacras ambitis: similiter vasa sacra, loca, & personas diripere cupitis, similiter natatis in philosophia, & aliquantæ magicæ artis erroribus. In his coniuicti estis, vt videbatur etiā Augustino. Quid verò disungit ignoro. Sed quid cōtra nostrū Cōstantinū instauras blasphemias, quia cōtra vos fidem armavit: & dicis (vt supra recitau) lib. 4. Quia non credimus eum canonizandū,

vel esse eum sanctū in celo. Postea verò in maiori libro tuo de Papa. ca. 12. Postq; videris Cestrensem dicere eū haberi pro sancto in orientali ecclesia, retorques remum, fingēs tibi tres causas cur nō canonizatur in Roma: Quia (inquis pro causa tertia) hoc ideo non euenit, qd tantum onerando ecclesiam cum temporalibus, stultè tantum damnificauerat se, & clerū. Hæc Witcleff. AVTHOR. Magne Deus, cur non poenituit eum stulti facti, cum potens esset, & princeps longæuus? Aut cur tanta damnatione perspecta, laudauit eum seuerus pater *Ambrosius*, & asseruit esse beatum, & cū Deo regnantem. libro suo de obitu Theodosij post medium. vbi dicit. Nunc se augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit, quādo in regno est domini Iesu, & cōsiderat templum eius. Nunc sibi rex est, quando recipit etiam filium Gratianum, & pulcherrima, ac dulcissima sibi pignora, quos hic amiserat: quando & Flacilia adhæret fidelis anima Deo: quando redditum sibi patrem gratulatur: quando Cōstantino adhæret: cui licet baptismatis gratia in vltimis cōstituto omnia peccata dimiserit, tamen qd primus Imperatorum credidit, & post hæreditatē fidei principibus dereliquit, magni meriti locum reperit: cuius temporibus completum est propheticum illud. In illo die erit, quod super frænum equi est sanctum domino omnipotenti. &c. Quod illa sanctæ memoriæ Helena mater eius infuso sibi Dei spiritu reuelauit. Beatus Constantinus tali parente, quæ Imperatori filio diuini muneris quæsiuit auxilium, quo inter prælia quoq; tutus assisteret, & periculū non timeret. Hæc *Ambrosius*. AVTHOR. Iam nō dicitur fatuus Imperator, nō damnificas Constantinus, sed Constantinus beatus pia matre, & Theodosius sibi regnans in cælis, quando Constantino adhæret. Ad aliquid læsit *Ambrosius* Constantinū pro tanta dilatione baptismi, sed qd primus rex credidit, qd fidei principes dereliquit hæredes, prædicat eum egregij meriti. Et qd tantum damnificauit ecclesiam per dotem, inter culpas non computat. Sed nec Anglica, aut Gallica fides de tali gratia Cæsarem docuerat poenitere, vbi tamen religionem Christi participauerat Cōstantinus, sicut primo libro historiae tripartitæ. cap. 6. tradit *Cassiodorus*. Propter contentionem, inquit, contra Maxentium habitam debebat in Italia tūc, & Romana respublica turbabatur: & non erat facile, vt Britanni, & Galli conuenirent cum illis tunc, apud quos constat christiana Constantinum religione participatum, nisi dum contra Maxentium ca-

D d 4 frame

Ambrosius
De Constantini sanctitate.

Zacha. 14.

Constantini
de tali gratia Cæsarem docuerat poenitere, vbi tamen religionem Christi participauerat Cōstantinus, sicut primo libro historiae tripartitæ. cap. 6. tradit *Cassiodorus*.

Cassiod.

Cassiod.

Idem.

frametaretur, & transfret ad Romam. & post cap. 9. Gratiasq; referens (supple Constantinus) non sibi arrogans, adiecit in lege, dicens, quia ministrum opportunum eum habere dignatus fuerit Deus sui consilij, vt à Britannico mari vsq; ad loca orientis adduxerit eum, quatenus augetur Christiana religio: & qui propter culturam durabiliter permanferunt in confessione martyrij, clariores eius honoribus apparerent. Hec ille. **AUTHOR.** Talis ergo fides erat antiqua Britannia in primis primi millenarij Iesu Christi: vnde disceret Cæsar Constantinus Anglica ecclesie filius referre Deo gratias, lege scripta, q; à Britannico mari eum vocare dignaretur, vt augetur religio Christiana: nō autem vt pœniteret, quod per suam dotē damnificaretur ecclesia. Et in hac fide & religione Britanica longa felicitate protraxit imperium, quod in veltra perfidia vester Cæsar apostata syncopauit. Prædicto libro. 2. contra Petilianum, responsione. 93. ca. 6. *Augusti.* An forte quisquis vos psequitur, nisi in hac terra fuerat immortalis, quando mortuus fuerit propter vos, mortuus existimabitur? Quid si non in tam longo imperio Constantinus, & tam longa felicitate vixisset, qui primus aduersus vestrum errorem multa constituit: Et quid si non Iulianus tam citò abreptus esset à vita, qui vobis basilicas dedit: Hæc ille. **AUTHOR.** Si in tanta damnificatione tã diu Constantinus protelasset imperium, nec longum eius imperium Augustinus efferret, nec longa felicitate ipsum vixisse probaret. Sed longam tamen felicitatem dixit Augustinus, quæ vsq; ad regnum Christi beatū Constantinum perduxit, vt affirmavit Ambrosius. Et libro. 10. ecclesiasticae historiae ca. 8. transeunter notat *Eusebius.* Interea Constantinus pietate fretus, Sarmatas, Gothos, aliasq; barbaras nationes, nisi quæ amicitijs, vel dedicatione sui pacem prœuenerant, in solo proprio armis edomuit. Et quanto religiosius, & humiliter Deo se subiecerat, tanto amplius ei Deus subdebat. Ad Antonium quoq; primum eremi habitatorem velut ad vnum ex prophetis literas simpliciter mittit: vt pro se, ac liberis suis domino supplicaret. Ita non solum meritis suis, ac religione matris, sed & intercessione sanctorum commendabilem fieri gestiebat. Hæc ille. **AUTHOR.** Talia proferte semel pro vestro apostata Cæsare, qualibus spectabilis pater Eusebius penes Deum magnificat Constantinum, dicens, quod tot feras gentes edomuit, quod Deus tantò ei vniuersa subdebat libentius, quanto se Deo sub-

iecit humilius: quod meritis piæ matris, quæ Christi crucem inuenit, & intercessionibus Antonij, & aliorum sanctorum se commendabilem Deo fieri gestiebat. Et tandem quo sine longam felicitatem conclusit? Sequitur. *Eusebius.* ibi cap. 13. Interea dum hæc apud Alexandriam frustra agitantur, venerabilis Augustus Constantinus in suburbana villa Nicomediæ. 30. & primo imperij sui anno defunctus est, liberis de successione Romæ vrbs testamento hæredibus scriptis. **AUTHOR.** Hoc imperiū Constantini, talem finem adeptum laudat hinc Eusebius. Ambrosius dixit esse beatum. Augustinus prædicat felicitatem longæuam. Nihil de pessima dotatione cleri contra voluntatem Christi per fatuitatem Cæsaris, aut venenum per eius factum effusum in ecclesiam improperat Constantino: solus Deo, & sanctis eius odibilis Witleff post Iulianum apostatam, & clientes eius factum sanctum exasperat: aut si quæpiam, vel orthodoxum sciant, vel hæreticū in exprobratione dotis de Christi millenario sibi confocium, peto ducatur in medium: ne semper in nos garriat sine teste. Hæc autem in gloriam Cæsaris Constantini contra blasphemū Christi Witleff, & sanctorū eius adduximus, occasione tracti calūniæ, qua nos catholicos decolorare conatur nomine Cæsaris, dicens episcopos omnes ratione status, quem cōtinet super infimos, sacerdotes esse Cæsareos: & omnes gradus cleri præter sacerdotium suum, & diaconatum per superbiam Cæsaream introductos: quia tempore apostolorū, inquit, omnis sacerdos fuit episcopus, & duo ordines suffecerunt. Iam supra protulim⁹ ex Hieronymo, q; institutio, quæ modò tenetur episcopi, ab ipsis apostolis instituebatur in remediū schismatis, vt scilicet vnus electus, superponeret cæteris. Quo facto, cessauit studiū illud in religione: quo vnus & alter dixit. Ego sum Pauli, ego Cephe, ego Apollo. Sicut patet ex ipso textu epistolæ. 2. ad Corinth. ex verbis Pauli dicentis, In consolatione vestra magis magisq; gauisi sumus super gaudio Titij, quia requieuit spiritus eius in omnibus vobis. *Ambrosius.* Corruptos per primam epistolam audiens se velle corrigere, cōsolationem accepit. A Tito autem addiscens quia dolorē paterentur erroris sui, auctus est in cōsolatione gaudio repletus: quia voluntas eorum in opere cœperat probari, Tito hoc idoneo teste, cum lætitia animi referente. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce gaudio replebatur Apostolus, quia (vt didicit à Tito) Corinthij pleno corde cœperunt corrigi ex ijs erroribus, quos tor-

Augusti.

Eusebius.

Antonius primus Eremita.

Eusebius.

Ambrosius.

fit in eos in prima epistola. Constat autem, q; schisma prædictum fuit primus error, in quo notauit eos, & maximus: in cuius remedium moderna episcoporum institutio prouisa est. Ergo in tempore Apostoli sicut erat schisma tis occasio, ita & schismatis ordinata prouisio. Quod si episcopi, & sacerdotis identitas (vt tu dicis) scidit pacem christianam tempore Apostoli, episcopi item supra sacerdotē prouisa sublimitas pacem peperit Christianā tempore eiusdem Apostoli: fatuē nimis ergo optat iste confusionem episcopi cum simplici sacerdote, quia sic fuit tēpore Apostoli, nisi eodem voto velit optare ecclesie idololatriæ ilud schisma, qd itē fuit tempore eiusdē Apli.

¶ Contra Witleff dicentem, quod multitudo cleri est onerosa, & infundata in lege Christi, ideo minuenda esset, & ab eo purganda ecclesia.

C A P. C X X I. S V M M A.

- 1 Witleff, qui dicit, quod multitudo cleri est onerosa, & infundata in lege Christi, &c. cōfutatur.
- 2 Christi lex non scripta per homines transmissa quantum uiatores obliget.
- 3 Hæretici præcipui peccatores. Et quid de his dicat Hieronymus.
- 4 Saregallorum error tertius circa ordines religionum prælatorum, sacerdotū, diaconorum, subdiaconorum, &c.
- 5 Witleff, alter Pharao.



EXcædescit adhuc furor Witleff cōtra multitudinem ordinum, & ministrorum ecclesie Iesu Christi, qui seorsum electi à populo lauerunt stolas suas in sanguine agni. Et arguit in prædicto. 4. dialogi. cap. 15. quod si fuissent necessarii ecclesie Christi, & eius apostoli, nō in expressione eorum, & delectione eorum officij reticerent: sicut blasphemant illi, qui papalia iura magnificant vltra Christū. Officiū autē istorū clericorū capere debet catholic⁹ ex fide scripturæ, in epistolis ad Timotheum, & Titum: nec adinuationes nouas cæsareas sub poena peccati grauis debet admittere. Hæc Witleff. **AUTHOR.** Attēdat vir catholic⁹, quid is assumit, quidq; cōcludit. Assu-

Witleff.

mit enim principiū sibi generale politicum, quo vtitur in omni penē flexura cōtra sctōs ecclesie, contra episcopos: quod non sunt necessarii ecclesie, quia Christus eos nō expressit: contra religiosos, monachos, canonicos, atq; fratres, q; Christus eos non expressit fundauit, qui fuit omniscies. Ideo tanq; prætermissi à Christo, non sunt necessarii ecclesie. Etiam contra ordinatos ordines hoc assumit. Cōcludit autē, quod adinuationes vllas, quas vocat cæsareas: si sint præter epistolas ad Timotheū, & Titum, sub poena peccati grauis nullus debet admittere. Hoc accipit, hoc concludit. Accipit, q; non sunt aliqua necessaria nisi in scripturis expressa, & officiis detecta: cōcludit nihil nouū admittendū, sub grauis peccati poena. Sed Christum dñm nostrum contra hanc sententiā proferemus, & apostolū eius Paulū. Nam prima epistola ad Corinthios cap. 7. loquens apostolus matrimonio iunctis ne discendant. Hoc (inquit) præcipio non ego, sed dñs. Loquens autem coniunctis infidelibus. Cæteris (inquit) ego dico, non dominus. Iā scruatone dignū esset: quid non præcepit Paulus, sed dñs: & quid post hoc Paulus dixit, nō dominus. Hæreticus noster gaudēs se inuenisse phaleras glossæ suæ currenti pro pane materiali in sacramento altaris nō principaliter, sed corpore principaliter solo tropo, copulat sibi locum istum apostoli. 4. dialogi. cap. 21. dicēs *V Witleff.* apostolū dicere, non se principaliter, sed dñm: & sic debere nostros Phariseos declarare Ambrosium doctorem apocriphum, q; nō sit ibi principaliter panis cōsecratione peracta. Quo modo autē intelligatur Apostolus. 2. loco dicens. Cæteris ego dico, non dominus. nihil dicit. Heus bone expositor, tene stylum: si expositio ista sit apta, secundum eam texe sequentē: vbi scilicet Paulus dicit, & non dñs. Si ideo non præcepit ipse, sed dominus, quia nō principaliter ipse, sed dñs: ergo cæteris dicens non dominus, principaliter ipse dixit, nō dominus: & vbi iam est, Si quis loquitur, quasi sermones Dei &c. Sed tutiorem expositorē audiamus su per eodem loco in expolitione Apli *Ambrosij* *Ambrosius* dicentem. Nā cæteris ego dico, non dñs. Hoc dixit, vt ostēdat, quid proprio ore dñs iussit, & quid huius authoritati cōcessit: q; & per istū dñs loquitur. Ait em. An experimentum eius queritis, qui in me loquitur Christus? Hæc ille. **AUTHOR.** Et in eūdē textū Pauli etiā in expolitione eius *Haymo.* Præcipio non ego ex mea sententia: sed dominus in euangelio. Sequitur. Quare dicit, Ego dico non dominus? Nūqd nō dñs loquebatur per eū? Vtiq;. Sed ideo dixit *Dd 5* se dicere,

se dicere, & nō dominum, quia hoc præceptū non continetur in euangelio dictum à domino: sicut illud superius, quod nō debeat vir dimittere uxorem suam excepta causa fornicationis. Hæc ille. AVTHOR. Attende Witcleff, quia cū istis magnis expositio tuæ principalitatis locum non accipit. Sed alter exponit, quid ore proprio dominus iussit, quid hominis authoritati concessit. Alter penè similiter, quod hoc dominus in euangelio dixit: ideo non mea est sententia. Hoc non sic in euangelio continetur expressum: quod ideo ego dico, non dominus. In quam etiam Witcleff in eodem cap. 21. omiſſa sua principalitate consentit dicens. Patet ex serie verborum apostoli, quod intendit se in euangelio suo superaddere expressè sententiam, quam dominus in prædicto euangelio non expressit. Hæc Witcleff. AVTHOR. Iam bene dicis: iam ergo te sibus doctoribus: & teste Witcleff lex Pauli de cohabitatione coniugum conditione disparum est necessaria ecclesiæ: quam tñ Christus non expressit. Et cur ergo non est gradus episcoporum nostrorum, quā tu dicis in euangelio non expressum, sicut & ordo diaconorum, quem tu in eodem euangelio expressè fundare non poteras, licitus, & necessari⁹ ecclesiæ ex autoritate concessa apostolo: sicut ex eadem sine expressione Christi est necessaria lex prædicta? Sufficit autem nobis, quod assumptū eius primum de necessaria expressione Christi, & detectione ordinū repugnāt legi, Pauli cohabitationis impariū à Christo non expressè secundum te ipsum. Currant ut volunt eius discipuli: reuera hæreticus malitia inflammatus quid dixerit non perpendit. Nam quanuis pluries assumptum istud recolligit, tamen id ipsum penè per tota loca diuulgit. Nam libro suo de papa. cap. 11. Conceditur (inquit) quod obseruanda est laudabilis cōsuetudo ecclesiæ: licet non sit explicita, sed implicita in scriptura: quia nimis diffusa, & onerosa esset lex Christi, si omnes tales ritus, vsus, vel consuetudines forent in ea expressè. Ideo credendum est, quod spiritus sanctus necessaria expressit ecclesiæ: & leuiora sub quodā confuso inuolucro simul texit. In prima Corinth. 14. dixit spiritus sanctus per suum apostolum. Omnia honestè, & secundum ordinē fiant. In quo includuntur omnes vsus ecclesiæ in dicēdo seruitium: oēs ritus ordinū priuatorū: & breuiter omnis cōsuetudo clericalis vel laicalis laudabilis. Hæc Witcleff. Itē sic sermo ne. 28. sermonum epistoliorū, fundat istam veritatem geometricam in euangelio implici

tè. Omnis triangulus habet tres æquales duobus rectis cū sibi similibus: ibi, scilicet omnia per ipsum facta sunt. Et sermone. 6. ibidem dicit confessionem vocalem valde no ciuam ecclesiæ. Videtur tamen mihi, inquit, quod subditus debet obedienter parere traditioni prædictæ, seruata tñ semper libertate, quam Christus dedit ecclesiæ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Sic dicunt catholici, sic senioribus suis auscultantes aures accommodant, ut quod scripturæ expressè non asserunt, per patres animatam si de percipere mereatur. Tantū tñ enim obligat viatores lex Christi nō scripta transmissa per homines, quantum lex scripta, & atramento diffusata per chartas. Aliter nō dixisset Sapiens Eccle. 8. Non te prætereant narratio seniorū: & ipsi si enim didicerunt à patribus suis: quoniā ab ipsis discas intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. Non incēdas carbonēs peccatorū, arguens eos. Et ne incendaris flamma ignis peccatorū illorū. Peccatores tñ hic antonomasticè vocat hæreticos, q carbonēs defolios, quibus Babyloniorum fornacem incendunt: & stupa, & pice, & rhescina rationū, & colorum, vrentium flammās hæresum nutriunt: vnde virum ignarum doli subuertant: & si possint, deuorent sanctos Dei. Quapropter dixit Ecclesiasticus: ne incēdaris flamma ignis peccatorum. Sed qualiter flammam illā vitabimus? Iam supra commouit. Nō te prætereant narratio seniorum. Præterijt enim Witcleff, cū solam euangelij expressionē hic requirit, & ibi, & idcirco in tempore necessitatis certum non potuit dare responsum: sed variū sibi ipsi contrarium. Sic enim oportet doctorē facere doctrinas peregrinas, & varias seminātem. Apud Oseam autem prophetatū est vāgum esse à Deo abiectū. Abiecit (inquit) eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erūt vagi in nationibus. Super quo li. 2. in cōmentario Hieronymus. Hæreticos fructus nō posse facere virtutum, quia deum perdiderunt. Super quo iuxta Apostolum radicati esse debuerāt, & fundati, ut nemo dubitat. Sequitur. Isti abiecientur: imò abiecti sunt à Deo, quia non audierunt eum dicentem. Ne transferas terminos, quos posuerūt patres tui: & idcirco vagi errāt in nationibus, nunc ad has, nunc ad illas sententias transeunt, dum non eis placet, quod semel repererint: sed semp vetera mutāt nouis, & ethnicorum imitantur errores. Hæc ille. AVTHOR. Hæc sententia Hieronymi bene istū Witcleff inuoluit, qui tā celeriter currit de sententia vna in eius oppositam: nec ei placet, quod semel repererit, sed vetera mutat nouis: quandoq;

Confessio nociua.

Nota de lege non scripta.

Hæretici precipui peccatores.

Hieronym.

quandoq; dicens ordines clericorum, & claustralium obseruandos: quandoq; non, quia expressionem non habet in euangelio Iesu Christi. Quis doctor anticeimon græcè, id est, contrapositionum latinè, si Witcleff iste non sit, qui de contrario tam veloci penna volat in contrarium? Sed hæc, quod non sint ecclesiæ necessarij, iam quod sint ab ecclesia clerici minuendi, Witcleff prosequitur in libro speculi militantis ecclesiæ. cap. 17. Diminuta (inquit) multitudo cleri cæsarei, & augmentata sua virtute, vel potius conuersa in clerum Christi, ecclesia foret ab apostematibus superfluis expurgata. Hæc Witcleff. AVTHOR. Itē tñ fuit tertius error Saregallorum, de quo in lib. hæresum, Guido. Dicunt quod ordines religionum, prælatorum, sacerdotum, diaconorū, subdiaconorum, sunt in fidei detrimentum. Hæc ibi. AVTHOR. Et de ecclesia, & membris eius. cap. 5. Witcleff. Christus voluit duas alias partes ecclesiæ, non cum multitudine clericorum onerari. Sed religiones istę nouellę laborant omnino ad partes istas impropotionabiliter onerandum. Nam in 12. tribubus Israël quando onus fuit longè grauius, quam est modò, suffecerunt Hebræis tribus leui. Sed modò tam in numero, quam in possessionibus partem duodecimam ecclesiæ antecellūt. Hæc Witcleff. AVTHOR. Mendacium, quod iste iam fabricauit, quod clerus ecclesiæ cum claustralibus totam militiam & populū superarunt in numero, quis non cōuincit, qui ecclesiarum ministros in ciuitatibus, in villis: & religiosa supposita in villis, aut circa, ad totam populi multitudinem comparabit? Breuiter autem nihil in hac re tam poenitendum de numero, quam est de numero perduto Lollariorum: quē ipse nō genuit, sed generat. Proh dolor cur tam foecūda est hæresis? Cur eis tā numerosa proles? secundum psal. Oues eorū foetosa. Sup quo tex. in minori breuiario Hieronymus. Multos (inquit) habent filios: mult⁹ em̄ numerus hæreticorū est. Vñ dicitur in Osee, Domine da illis. Quid dabis illis? Vuluam sterilem, & vbera arenaria. Hoc dicitur de hæreticorum magistris, qui sibi in numero discipulorum applaudunt. Hæc ille. AVTHOR. Alter tñ Pharaon mihi videtur esse Witcleff: qui iubet breuiare populū Dei in masculis, & foeminas referuari. Fideles animæ, quæ fortes sūt per prudentiam, & alijs præsumunt per officium, quid aliud, quam viri sunt? & ecclesiæ populi cui præsumunt, quid aliud, quam foemelle? Ita em̄ præpositi regunt ecclesias, sicut viri coniuges suas, & filias. Qui ergo fortem clerum in eccle-

sia, & robustum coetum claustralium festinat minuere, ut carnalis populi portio supra modum excreſcat, quid aliud, quam mares iubet interfici, ut solæ foeminae referuentur?

¶ Quod sensibili vocatione, & manus impositione, promoueri debent ordinati.

CAP. CXXII.

SVMMA.

- 1 Ordinati, quod debeant sensibili vocatione promoueri, ostenditur contra Witcleff.
- 2 Gradualis distantia pontificatus & communis sacerdotij in persona Christi ostenditur ex Chrysostomo, & Ambrosio. Et de sensibili vocatione Christi etc.
- 3 Sacerdos catholicus quod nullus esse possit, nisi à Deo uocetur ad sacerdotium per electionem sensibilem, & humanam.
- 4 Witcleffistarum error de laicis, circa sacramentorum ministracionem. Et quomodo sit contra Apostolum.
- 5 Prædicatoris excellētia. Et quod sit eminentius prædicare, quam baptizare quinque rationibus ostenditur.
- 6 Baptizare quod non sit opus laicale, quanuis baptizaret laicus, contra Witcleff.
- 7 Ordinē alium esse sacerdotij maioris, & alium minoris ex Gregorio. Et quomodo Paulus de maiori fuerit etc.



Valiter ordinandi sunt presbyteri, aut ministri ecclesiæ iuxta Witcleff, post iam dicta scrutemur. In hoc em̄ valde toti sanctorum ecclesiæ repugnare videtur. secundo de sermone domini in monte. ca. 69. Magis (inquit) est operibus presbyteri attendendum, quam scripto episcopi ordinātis. Sequitur. Tertiò inferitur, quod siue papa, siue episcopus ali⁹ in vita iusta defuerit, Dei est non exigēte peccato ecclesię, errorē talis prælati supplere. Deus em̄ potest sine tali instrumento digno, vel indigno, personā in tali statu constituere: nec est pbabilior euidētia, q̄ ex vita. Ideo habita

V Witcleff.

V Witcleff.

V Witcleff.

bita sancta vita, & doctrina catholica, satis est ecclesie militati. Hæc Witcleff. A V T H O R. Hæc summa huius hæresis, quam duxi notare, quomodo iam in hac militante ecclesia nõ requiritur de necessitate ordinis manus impositio episcopi, vel sensibile sacramentum: sed Deo insensibiliter ordinante, sit quis ritè sacerdos, vel clericus, si assit ipsi sancta vita, & doctrina catholica. Nec excusare potest hæreticum, quod dicit, Deus potest: tum quia per eum Deus nihil potest facere, nisi quod facit, vel faciet. Tum quia quod postea dicit: his habitis satis est: potentiam illam fatetur non distare ab actu. Simul quod prædixit: deficiente episcopo iustæ vitæ, Dei est &c. Et consonat conclusio ter damnata. 95. Deficientibus prælatis vt cistris Antichristi, Christus ordinat quemcumque quomodocumque, & quancumque voluerit. Sequatur igitur in moribus: & securè potest de ipso confidere, quod deficiente prælato Cæsareo, sit à Christo legitime ordinatus. Hæc Witcleff. A V T H O R. Videamus ¶ fontem scripturæ veritatis pro hac hæresi abluenda. Non moremur, curramus ad Apostolum, interrogemus eum, si hæc ratio regularis erat pro ordinandis Christi ministris suis temporibus. Ipse enim de pontificatu Christi, & sacerdotio eius agens. ad Hebræos quinto. Omnis (inquit) pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum. Sequitur. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, quemadmodum scriptum est. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Omnis ergo pontifex iuxta hanc scripturam est ex hominibus assumendus, & pro hominibus constituendus. Quo constituitur: Nunquid seipso? Sic videtur Witcleff dicere. Sequatur (inquit) Christum in moribus, & securè potest confidere, quod deficiente prælato tali, sit à Christo legitime ordinatus. Ipse ergo sui iudex est signatus: ipse sui arbiter constitutus. Quo contra dixit Apostolus. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo: non qualitercumque, sed quemadmodum Aaron protestatione sensibili. Quod si nec quisquam, ergo nec Christus. Quod item grandi labore Apostolus ostendit ibidem. Audiamus tamen sanctos patres exponentes locum istum. Homil. enim octaua super epistolam ad Hebræos, Chrysostomus. Non ita (inquit) spiritualia imbecilliores inducebant vt corporalia. Hunc totum commoue sermonem: & considera prudentiam. A sacerdote primū

Chrysosto.

facit principium, & continuè eum pontificem vocat, & ab ipso primò ostendit differentiam. Propterea determinat primū quid est sacerdos: & ostendit, si quædam habet sacerdotis: & si quidem habet, symbola, id est, notæ fiant sacerdotum. Obuiabat autem ei quoniam neque notus erat, neque ex tribu erat sacerdotali, neque in terra sacerdos, qua igitur sacerdos ait? Hæc ille. A V T H O R. Patet ex hoc processu distantia etiā gradualis pontificatus, & communis sacerdotii in persona Christi: quia dicit: Apostolus ostendit vtrunque de Christo: & primo de sacerdotio Christi quid est, & si potuit sensibilibus cognosci fuisse sacerdos per signa euidencia ordinis. Obuiat autem apostolo (inquit) quod Christus non erat sic notus, nec de tribu sacerdotali, sed Iuda: nec videtur fuisse presbyter temporalis. Sed ista soluit Apostolus, ostendens per signa suum sacerdotium. Vnde Chrysostomus. Aliud supple signum ponit Apostolus. Ab alio (inquit) sit, & non ipse insilit, & hoc sibi & aliis commune: & non sibi ipsi quis accipit honorem, sed qui vocatur à Deo sicut Aaron. Hic aliud quid rursus curat ostendere, quoniam à Deo missus est. Quod rursus, & deorsum Iudæis disputando dicebat. Qui misit me, maior me est: & à me ipso non veni. Hic mihi videtur & Iudæorum insinuare sacerdotes: qui insiliebant, & legem sacerdotii corrūpebāt. Ita & Christus nõ seipsum glorificauit fieri pontificem. Vbi igitur inthronizatus est ait: Aaron enim inthronizatus est multoties, vt cum floruit virga: & quando ignis descendit, & disperire facit eos, qui insilire sacerdotio volūt. Vnde ergo à prophetia hoc ostendit, nihil habet sensibile, nihil visibile: propterea à prophetia: à futuris firmat. Sed qui locutus est ad eum, Filius meus est tu, ego hodie genui te. Quid igitur ad filium? hoc vtiq; aliquis ait: præ constructione, quoniam à Deo inthronizatur est: sicut in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Ad quem autem dixit hoc: aut quid est secundum ordinem Melchisedec? Nullus à Christo alius. Omnes enim sub lege erant: omnes sabbatizabant: omnes circuncidebantur. Nullus vtiq; habet, quis alium ostenderet? Hæc ille. A V T H O R. Planè detexit Chrysostomus mentem Apostoli in dicendo signa sacerdotii Iesu Christi. Et primum signum ponit, quod non assumpsit sibi honorem sacerdotalem: & hoc est commune debitum oibus sacerdotibus: sed vocatus à Deo non insensibiliter, sed vtiq; sensibilibus, vt sacerdotium

Idem.

cerdotium suum constare possit hominibus. Sicut Aaron, qui non sic erat vocatus à Deo, quin constitueretur per hominem. Et Dei vocatio fuit hominibus pro eo sensibilibus & pluries intimata: sicut virga cum florebat: & quando ignis descendit: & seditiosos exussit. Sic probat apostolus Christum fuisse à Deo patre vocatum ad sacerdotium sensibili voce in baptismo, cum diceret. Hic est filius meus dilectus. Et iterum in Psal. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. quod de solo Christo posset intelligi. Cateri enim sacerdotes legis erant secundum ordinem Aaron. Et sacerdotes noui testamenti non sunt sacerdotes in æternum: Christus ergo solus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Hanc expositionem planè consequitur in sua expositione super eodem loco textus, Ambrosius. Disputare (inquit) aggreditur, quomodo quis ad sacerdotium accedere debeat. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Hic etiam percutit sacerdotes honoris cupidos, & sacerdotii avidos: non pro salute populi, sed propter ambitionem seculi. Igitur Aaron vocatus est à Deo, signo florentis virgæ demonstratus est sacerdotem à Deo esse electum, etiam & incendio eorum, qui eius pontificatu inuidere voluerunt. Sicut ipse Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Hoc est, quod in euangelio ipse ait, Non enim à me ipso veni: sed ille me misit. Et iterum. Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est enim pater qui glorificat me. Notandum est, quod glorificare, & honorare, & clarificare: tria quidem verba sunt, sed vna res est, quod Græcè dicitur *Doxazein*. Sed interpretum est varietate aliter atque aliter positum in Latino. Quod in euangelio dictum est, glorifico, hic apostolus nominat clarificationem. Clarificatus est ergo filius à patre, quando super baptizatum vox patris audita est de cælis, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Hæc ille. A V T H O R. Totus & simul currit cum Chrysostomo, exponens semper eum eo, quomodo à patre etiam sensibilibus promotus est ad honorem sacerdotii. Et qualiter Apostolus in prædicto verbo percutit sacerdotes legales, ingerentes se, & insilientes secundum Chrysostomum anteq; vocarentur. Et quomodo Christus in oppositum huius erroris non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, non seipsum honorauit: sed ille, qui lo-

Ambrosius

cutus est ad eum. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Est ergo sacerdos Caiphaz, vel Annas, qui seipsum proprio intrudit animo ad honorem, non autem secundum ordinem Aaron, vel Melchisedec: quia seipsum malè ingerit non vocatus. Dicitur: imò vocatus insensibiliter à Deo. Vnde libro de papa cap. 2. Patet cum Deo communicat creaturæ, nõ refert siue in signo sensibili, siue inspiratione interna Deus potestatem talem communicauerit creaturæ, quia oportet omnino, quod insensibiliter comunicet, siue sacramentum sensibile affuerit, siue non. Vnde vana est cõtentio, quãdo, & quomodo apostoli facti fuerant sacerdotes. Hæc Witcleff. Quam expressè fortificat hæresim Dathanicæ usurpationis sacerdotii, per inspirationem priuatã: Non refert (inquit) siue in signo sensibili, siue inspiratione interna Deus potestatem talem comunicauerit creaturæ. Nõ ligatur lege ista apostoli: quod nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: cui nõ sufficit comunicatio potestatis per inspirationem internã vt fieret sacerdos legalis, nisi vocetur item à Deo in sensibili signo florentis virgæ. Numer. 17. Sed nec saluator noster Christus nisi in sensibili, & audibili multis viris voce paterna. Quem seipsum facit: Deum transcendit, & homines. Profectò sacerdos iste, vel pontifex Witcleuista, nullius ordinis sacerdos est, nec Aaron, nec Melchisedec, sed superstitiosè potiùs ambitionis Iuliani apostata: de quo. 6. lib. historiae tripertitæ. cap. 1. scribit Casiodorus. Huic igitur figmentum Christianitatis, quod habebat, abiecit, & dum circumiret diuersas vrbes aperiens templis idolis offerebat, & semetipsum paganorum pontificem nominabat. Hæc ille. A V T H O R. Iste ecce Deo Cæsar odibilis, iste author, & fautor vester õ Witcleuista, primò vos docuit ambire pontificium, sacerdotium usurpare: qui seipsum paganorum pontificem nominabat. Et mos iste inter hæreticos inoleuit, velut libro suo contra hæreticos, qui incipit, Cum moueat dominus. Cyprianus ait. Hi sunt, qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione præficiunt: qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt: qui nemine episcopatu iudicant, episcopi sibi nomie assumunt: quos designat in psalmis spiritus sanctus: sedentes in pestilentia cathedris: pestes, & lues fidei, serpentes ore fallentes, & corrupenda veritatis artifices, venena lethalia linguis pestiferis euomentes, quorum sermo vt cancer serpit: quorum tractatus pectoribus, & cordibus: singularum mortale virus infundit. Hæc ille. A V T H O R.

Witcleff.

Casiodorus

Cyprianus

Al. cõta-

3 AVTHOR. Certum est ergo, quod catholicus sacerdos nullus esse potest, nisi a deo vocetur ad sacerdotium per electionem sensibilem, & humanam. Vnde in glossa sua super illud verbum, Qui vocatus est a Deo tanquam Aaron, *Anselmus*. Qui recte eligitur, a Deo vocatur. Hæc ille. AVTHOR. Et hæc vocatur prophetia, iuxta Paulum ad Timotheum. 3. Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam. Vbi *Ambrosius*. Prophetia est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus. Hæc ille. AVTHOR. Et item hæc pars probationis est episcopalis, sicut idem Paulus de diaconis ibi ait. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent. Vbi in libro annotationum, *Hieronymus*. Non solum episcopi, sed & hi ante ordinationem probari debent. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo primum oportet per ordinantes eligi ordinatos: & quasi prophetatos esse pro bonis & probis viris priusquam ministrent, ne assumant sibi honorem non vocati, tanquam Aaron: quis tam audax contradictor esse potest apostolicæ huius legis, ut per vitam suam, quam somniat esse sanctam, putet se a Deo ad hoc officium inspiratum, & ultra Christum Iesum insensibiliter ordinatum? Non audio glossare volentes magistrum suum *Witcleff*, quod sic, vel sic intelligat, & quod dixerit libro de Papa, quod nullus temere debet confidere in insensibili ordinatione Dei. Scio sicut solito dixi dicta sua, & scripta semper in ambiguis esse, sicut antiquorum vatum, & Deorum oracula, ut sic intelligatur a suis, & sic possit fugere coram nostris. Audio magis Christum monentem fideles suos de his lupis cauere. A fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos. Ita denique interpretandus est *Witcleff* quid sentit in verbis, sicut practicum esse cernimus penes discipulos. Apud eos est (ut fertur) non refert, siue clericus ministret sacramenta, siue laicus: imò siue vir, siue femina. Ipse enim scripsit, ipse dixit: sequatur Christum in moribus, & securè possit confidere, quod deficiente prælato, sit a Christo legitime ordinatus. Ipse dixit, ipse scripsit de officio pastoralis capite vigesimo, quod sacramentorum ministratio est opus laicale in signis iudaicis. Quid de hoc viro dixisset Paulus, qui tantam instituit in sacerdotis ordinatione cautelam: & in ordinantis expectatione censuram. Manus (inquiens) cito nemini imposueris. Et cur non cito, cum quis ordinetur? si saltem sit bona vita, non refert. Exponit hunc locum secundo libro de officiis, capite quinto. *Isidorus*.

Anselmus.

Ambrosius
Prophetia.

Hieronym.

Al. verbis

Vitcleff
staru error
de laicis.

Isidorus.

Iam verò quod seculares viri nequaquam ad ministerium ecclesiæ assumantur, eadem auctoritas apostolica monet, & dicit. Manus cito nemini imposueris. Et iterum. Non Neophytum, ne in superbiam elatus, putet se, non tam ad ministerium humilitatis, quam ad ministracionem secularis potestatis adeptum: & condemnatione superbix, sicut diabolus, per iactantiam deiiciatur. Quomodo enim valebit secularis homo sacerdotis magistrum adimplere, cuius nec officium tenuit, nec disciplinam agnouit? Aut quid docere poterit, cum ipse non didicit? Hæc ille. AVTHOR. Quod si nec vir secularis, iuxta hanc legem apostoli, ordinari permittitur: ut ministret: quis tamen audeat blasphemare cum *Witcleff*, ut opus non iam seculare, sed penitus laicale ministracionem sanctorum sacramentorum esse pronuntiet? Audiuerim enim interim comparationem fieri inter sacramenti alicuius ministracionem, puta baptismi, & euangelii prædicacionem, & hanc secundam primæ præferri, auctoritate apostoli Pauli: quem non misit Christus baptizare, sed euangelizare. Vnde lib. 3. contra Petilianum. cap. 53. *Augustinus*. Videte quid de ipso Paulo sentiat, qui dixit, Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Huc accedit, quia incipit esse potior Apollo, qui baptizando rigauit, quam Paulus, qui euangelizando plantauit: cum sibi officium patris erga Corinthios ob hoc vendicet, nec eis, qui post illum ad eos venerunt, hoc nomen concedat. Ait enim. Si decem millia prædicatorum habetis, sed non multos patres. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Quibus alio loco dicit. Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum, & Caium, & Stephanæ domum. Genuerat itaque illos, non per se, sed per euangelium: qui etiam si sua quæret, non quæ Iesu Christi, & inuitus hoc faceret sine sua mercede, tamen pecuniam dominicam dispensaret: quam licet malus, non malam, nec inutilem bene accipientibus faceret. Sequitur. Forma sacramenti datur per baptismum: forma iustitiæ per euangelium. Alterum sine altero non perducit ad regnum cælorum. Verumtamen perfecte baptizare etiam minus docti possunt: perfecte etiam euangelizare multo difficilius, & rarioris est operis. Ideo doctor gentium plurimis excellentior, euangelizare missus est, non baptizare: quoniam hoc per multos fieri poterat: illud per paucos, inter quos eminebat. Hæc ille. AVTHOR. His quinque rationibus bene probat *Augustinus* eminentius esse prædicare, quam baptizare. Primum, quia Paulus cum

Augustin.

Prædicato-
ris excellē-
tia.

cum

cum erat eminentior cæteris, fuit missus euangelizare, aliis relictis baptizandi ministerio. Secundò, quia per euangelium fiebat Paulus pater Corinthiis, cæteri prædicatorum. Tertio, quia per euangelium datur iustitiæ forma: per baptismum forma sacramenti. Quarto, quia baptizare possunt minus docti, prædicare non nisi periti. Quintò, quia prædicare paucorum est, & virtus rara, baptizare complurium. Hic tamen non est dictum sacramenti huius ministracionem esse opus laicale: nec Apollo laicus, qui baptizando rigauit, quos Paulus prædicando plantauit. Et in expositione eiusdem epistolæ in eodem loco *Haymo*. Magis electus est ut euangelizaret, quam baptizaret: quia plus est euangelizare, quam baptizare. Omnis enim, qui euangelizat, potest & baptizare: sed non omnis, qui baptizat, idoneus est euangelizare. In episcopo omnium ordinum dignitas est. Caput enim est cæterorum membrorum. Et apostolus, qui pontifex erat, omnes gradus ecclesiasticos in se habebat: ideoque baptizare, & euangelizare poterat: sed maxime prædicacioni insistebat, sicut alii apostoli: discipuli verò eius baptizabant. Hæc ille. AVTHOR. Ecce non omnis, qui baptizat, idoneus est euangelizare: & ideo plus est euangelizatio secundum quartam causam *Augustini*, & quintam. Sed quia dicitur sacramentum esse opus laicale: tantum de baptismo legi, quod fuit commune opus laicorum: sed in primitiuis ecclesiæ. Vnde consequenter subiicit ibi *Haymo*. In primordio etenim fidei omnes fideles baptizabant: & non solum viri, sed etiam mulieres, si quando necessitas imminerebat. Sed ne tantum ministerium vilesceret, aut non rectè à simplicioribus impleretur, crescente numero fidelium per vniuersas ciuitates, & villas, decretum est à sanctis patribus, ut tantum episcopus, & presbyter baptizent: & si necessitas fuerit, diaconi. Hæc ille. AVTHOR. Hic habes ecce baptismum opus saltem operatum à laicis: & habes statim propter causas per patres presbyteris reseruatam. Nec tamen dices, si rectè proferres, opus laicale fuisse: sicut nec religiosè religiosus quisquam faceret, si te cum erraret. Ipsum enim errare, non est opus religiosum, quanuis religiosus aberret. Sic si disce mi *Witcleff* rectius loqui: & dic baptizare non esse opus laicale, quanuis laicus baptizaret. Potest item haberi prædicatio comparata ad ministracionem sacramentorum, sicut actus sacerdotii potioris ad sacerdotium eo inferius. De quibus in Ezechiele figuratè legitur. Et dixit ad me: Hoc Gazophylacium, quod

Haymo.

Idem.

respicit viam meridianam, sacerdotum est, qui excubant in custodiis templi: porro gazophylacium, quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. In quem locum hominibus vltima super *Ezechielem Gregorius*. Prius nobis querendum est, qui sunt maioris ordinis sacerdotes. Vtrum ii, qui in custodiis excubant templi: an ii, qui in ministerio altaris? Sed quia paulo post subditur: Altare erat ante faciem templi: aperte ostenditur, illos esse maioris ordinis sacerdotes, qui in custodiis templi excubant: quia profecto in altari, quod est interius, ministrant. Hi autem, qui ad altare, quod ante faciem templi est, excubant, tantò inferiores sunt, quanto in exterioribus ministrant. Querendum ergo iam nobis est, qui sacerdotes sint, qui templum custodiunt, & qui ad ministerium altaris excubare perhibentur. Sequitur. Qui itaque sacerdotes sunt, qui templum Dei custodiunt, nisi ii, qui orando, prædicando, spiritualibus actibus inuigilando, sanctam ecclesiam à malignorum spirituum immisionibus, à prauorum suasionibus, ab hæreticorum erroribus defendunt? An non custos fuerat templi, qui laboris sui passiones enumerans, dicit, In labore, & arumna, in vigiliis multis, in fame, & siti, in ieiuniis multis, in frigore, & nuditate: Et infra. Sunt autem minoris ordinis sacerdotes, qui ad ministerium altaris excubant: qui videlicet adiutorium peccata delinquentium subtiliter inuestigant, & vitam carnalium corrigunt, atque ad hoc usque perducunt, ut per lamenta poenitentix quasi incendant carnem in sacrificio, quam prius viuere permiserant in peccato. Hæc ille. AVTHOR. In hoc loco expositionis *Gregorii* potes intelligere, quod ab *Ezechiele* textu eliciebat ad literam alium ordinem sacerdotum maioris, & alium minoris. Et de maiori ordine fuisse Paulum: qui templi custodiis excubabat: & cæteros hucusque sacros antistites, qui orationibus & prædicacioni plebis insistunt: de minori verò cæteros sacerdotes, qui altari exterius ante faciem templi deferuiunt, & plebis reformationi per poenitentiam sacramentum, & per apertas correptiones, ut res petit, seipos exercent. Videat nunc *Witcleff*, utrum hoc vltimum sit opus laicale in signis iudaicis.

Contra

¶ Contra Witcleff, improban-
tem ordinationes clericorum
per episcopos: volentēq;
q̄ interna spiratione
Dei, clerici insen-
sibiliter ordi-
nentur.

C A P. C X X I I I.

S V M M A.

- 1 Witcleff, qui ualide molitur contra fidem sacra-
menti ordinis propter culpam ordinantis, consu-
tatur.
- 2 Witcleff, quod participet duplicē haresim, Mas-
silianorum uidelicet, & Achaicorum.
- 3 Apostoli, quod formam sensibilis ordinatiōis à ma-
gistro suo Christo acceperant. Et quomodo Pau-
lus instruat Timotheum, & plenam det ordina-
di regulam.
- 4 Sacerdotes omnes orthodoxi, quod sint Christi, nō
episcopi eos ordinantis. Et quomodo episcopa-
lem gratiam det Deus per hominem, quāuis pra-
uum, & simoniacum.
- 5 Forma apostolica pro sacerdotum ordinationi-
bus.
- 6 Insufflatio domini in discipulos post dies paucos
sue resurrectionis. Et quid per eam intelligatur
secundū Augustinum.
- 7 Christus, quod expresserit horam, uel formam, qua
suos Apostolos instituerit sacerdotes, contra
Witcleff ostenditur. Et plura de hoc ibi.

Molitur fortiter contra fidem
sacramēti ordinis propter cul-
pam præsulis ordinantis: tra-
ctatu de ordine christiano. ca-
pite tertio. Hinc (in quibus) sup-
ponitur, q̄ episcopi instituen-
do presbyteros, & fingendo, q̄ dant eis spiri-
ritum sanctum, non dicunt in hoc veritatem
euangelicam, siue fidem. Item secundo libro
de sermone domini in monte. cap. 2. Error in
homine ordinante posset esse tantus, q̄ Deus
non cooperaretur cum illo, dando ordines,
quos sic fingit. Sequitur in fine. Cum ergo nō
ex fide, uel ratione potest deduci, q̄ Deus cō-
currit regulariter ad perficiendum opus cuius-
cunq; prælati, & specialiter cæsarei, uide tur mi-

rabile, q̄ homines istud accipiant tanquam fi-
dem. Inter alias autem sophisticationes, qui-
bus diabolus illudit hominibus, ut falsum tan-
quam fidem accipiant, hæc est vna. Hæc Wit-
cleff. A V T H O R. Quod si qs interroget qua-
liter aliās ordinentur, Respondet in primo lo-
co: q̄ Christus per spiritum sanctum verè sine
fictitia, thesaurum spiritualem militanti ecclē-
siæ partietur. Hæc Witcleff. A V T H O R. Ut
consonet prius dictis: q̄ non refert, siue in sen-
sibili signo, siue in spiratione interna, Deus po-
testatem talem cōmunicet creaturæ: imò ma-
gis, ut patribus suis vetustis hæreticis Masilia-
nis cōueniat. De q̄bus in libro. 100. heresum.
hæresi. 80. *Damasceus*. Neq; (inquit) in bap-
tismate ecclēsiæ, uel clericorum ordinationibus
sanctum spiritum credunt omnino recipere
baptizatos, nisi ipsorum orationibus laborio-
sis communicauerint. Et accipere utiq; quan-
dam & sine baptismate sancti spiritus commu-
nicatiōem, si permanere cum ipsis uoluerint,
& illorum erudiri presbyteris: quibusdam di-
centibus ipsis: quoniam in fide spiritum san-
ctum confitemur, & non in sensu. Repromit-
ti etiam ipsis per eam, quæ cum ipsis oratio-
nem, tradendum fore sensum spiritus. Hæc il-
le. A V T H O R. Nonne ita Witcleff deponit
necessitatem baptismi, quia baptismi flami-
nis necesse est baptizari, sine quo alii nequa-
quam profunt: & iste est insensibilis? Et sic de
ordine: q̄ necesse est Deum insensibiliter ordi-
nare. Ideo modicum refert de ordinatione
sensibili, sicut Masilius iste dicit. In fide spiritū
sanctum confitemur, non in sensu. Participat
¶ Witcleff duplicem haresim, Massilianorū,
dum negat spiritum sanctum regulariter dari
in ministratiōe sensibili. Hoc iuncto, q̄ pro-
pter culpam antistitis ordinati negat spiritū
sanctum ordinatis ab eo dari, quod est hære-
sis Achaicorū à capite: ut in glossa uidere po-
tes super salutatione primæ epistolæ ad Co-
rinthios: dicentium, q̄ reputarunt se ideo me-
liores, quia à melioribus sacramēta suscipe-
rent. Et in hunc textum, Hoc autē dico, quod
vnusquisque uestrum dicit. Ego quidem sum
Pauli. &c. *Haymo*. Apud Corinthios emerse-
rant hæretici post decessum apostoli: maxi-
mè ii, qui ex circuncisione erant Iudæi credē-
tes: qui quoscunq; baptizabant, suos esse dice-
bant filios, baptizantes eos in nomine suo: &
illi, qui ab eis baptizabantur, gaudebant se vo-
cari filios eorum, à quibus baptizati fuerant.
Credentes uerò, qui erāt fidem, & doctrinam
apostoli tenentes, dicebant, Ego sum Christi.
quod utiq; bene dicebant: quia sic est dicen-
dum

dum. Similiter factum est quodam tempore,
quando exurrexit Donatus, & Nouatus hæ-
retici: qui quoscunq; poterant, ab ecclesia ex-
pellebant, & rebaptizabant, & dicebant suos
esse illos, & illi gaudebant se appellari Dona-
tistas, & Nouatianos. Hæc ille. A V T H. Vi-
des unde Witcleuistarum hæresis de laudan-
do sacramentum, si susciperetur à meliori, ha-
bet originem? Ab istis enim Achaicis primò
fluxerat in Donatum & Nouatum: demum
per Nouatum serpsit in Witcleff. Quem fon-
tem amarum per immisionem salis terræ, re-
purgat in vno riuiulo Donatistarum. lib. 5. de
vnico baptismo contra Donatistas. ca. 21. *Au-
gust.* dicens. Quomodo exaudit Deus homici-
dam deprecantē, uel super aquam baptismi,
super oleum, uel super capita eorum, quibus
manus imponitur? Quæ tamen omnia fiunt,
& ualēt, etiā per homicidas, id est, per eos, qui
oderunt fratres, & baptizant intus in ecclesia
ipsa. Cum dare nemo possit quod non habet,
quomodo dat homicida spiritum sanctum, &
tamen intus etiam ipse baptizat? Deus ergo
dat ipso baptizante spiritum sanctum. Hæc *Au-
gustina*. A V T H O R. Hæc planè conterunt
professione Witcleff, hæc asserunt exaudi-
re Deum homicidā deprecantē super capita
eorum, quibus manus imponitur: & per ho-
mucidā huiusmodi, dat Deus (inquit) spiritum
sanctum. Nūquid sine fide, & sine ratione *Au-
gusti*. hoc dixit? Et iterum tractatu. 5. super Io-
annem *Augustinus*. Non exhorreat columba-
ministerium malorum. Respiciat domini po-
testatem. Quid facit tibi minister malus, ubi
bonus est dominus? Quid te impedit malitio-
sus præco, ubi beneuolus est iudex? Hæc ille.
A V T H O R. Sed dic mi Witcleff, si non sit ex
fide credendum, quod Deus concurrat regula-
riter cum prælato ordinare conate, & dare spi-
ritum sanctum ordinatis, cur forma traditur
manus impositionis, & non precib; mysticis?
Si ista sit forma sufficiens, cur non habeat ef-
fectum? Et hoc consequenter declinat prædi-
cto loco de sermone domini in mōte. Catho-
licè (inquit) credunt, quod propterea Christus
horam, & formam, qua suos apostolos ordi-
nauit episcopos, non expressit. ca. 2. de papa.
Videtur mihi vanum nimis discutere, quādo
apostoli baptizabantur, ordinabantur sacer-
dotes, uel sacramenta alia ministrauerant, siue
repperant, ultra quod est in euāgelio expres-
satū. Scipit enim Christus, quod infideles chri-
stiani signa quærentes, ad sacramenta sensibili-
a, dimissa re sacramenti, nimis attenderent,
ideo de ministerio sacramentorum huiusmo-

di fecit modicam mentionē. Sed ut ego credo
insensibiliter sine sacramēto sensibili, tāquā
primus magister, ordinauit suos apostolos sa-
cerdotes. Hæc Witcleff. A V T H O R. Videtis
quomodo cōtra sensibile ordinationem arie-
tat, & infideles signa quærentes, quæ in eis cre-
dunt, Christianos appellat. Sed pro ordina-
tione cur apostoli formam sensibilis ordina-
tionis inuenierant, si non à magistro suo Chri-
sto ipsam acceperant? Paulus & Barnabas ma-
nus impositionē sub prece mystica tunc su-
sciperant, cū fiebant apostoli. Septem itē dia-
conis cū ordinarentur, orantes apostoli ma-
nus imponunt. Apostolus item Paulus super
hac re instruit Timotheū, dat ipsi regulā ple-
nā, cū dicit. Noli negligere gratiam, quæ est in
te, quæ data est tibi per prophetiā cū imposi-
tione manū presbyteri. Quæ exponēs super
eadem epistolæ parte *Ambrosius*. ait. Intentū uult
hūc esse, & deditū exercitio lectiōis, ut omni
& doceat. Et infra. Nō enim poterit facere, q̄
nec docere dignatur. Gratiā tamē dari ordina-
to per prophetiā & manū impositionē. Pro-
phetia est, qua eligitur quasi doctor futurus
idoneus. Manus impositionis uerò uerba sunt
mystica: quibus confirmatur ad hoc opus ele-
ctus, accipiens auctoritatem, teste conscientia
sua, ut audeat vice domini Iesu sacrificiū Deo
offerre. Hæc *Ambrosius*. A V T H O R. Perpē-
de singula ut scribuntur. Monet apostolus Ti-
motheum, ut exhortetur, & doceat: quia non
potest facere, qui nec dignetur docere, dicit
Ambrosius. & subiungit. Gratiā tamen ordi-
nato dari per prophetiam, id est, probatio-
nem aptitudinis pro futuro, & manū impo-
sitionem cum precibus institutis. Nota quod
dicit, gratiam tamē dari ordinato. Quid refert
tamen hoc quod statim prædixit, & si ordi-
nans non dignetur docere. Si transgressor fue-
rit episcopalis officij, si negligens, si torpens,
& præuaricator existens sponsonis factæ, ta-
men per gratiam traditur ordinatis, quia Dei
est ordinatio, non hominis ordinantis, sicut
dixerunt Achaici de baptismis, Ego sum illi,
aut eius. Nec dicit quisquam catholicus, Ego
sum presbyter Ioanninus, aut Petrinus, quia
à Ioanne ordinatus, uel Petro. Sed omnes pres-
byteri Witcleff, dicuntur propter haresim Wit-
cleuistæ. Orthodoxi omnes sacerdotes sunt
Christi, quia quocunq; ordinante, siue bono,
siue malo, ordinatis Christus infundit gratiā
per seipsum. Et in suo pastorali, quod est de
obseruantijs episcoporum, uersus finem *Ambrosius*,
Semel adijciens fratrem perquiro epi-
scopum

Augustin.

Augustin.

Witcleff.

Damasceus.

Ambrosius

Haymo.

Ambrosius

Witcleff.

scopum, ne quid à probamentis veridicis pre-
 termittisse videamur. Quis dat episcopale gra-
 tiam? Deus, an homo? Respondes sine dubio,
 Deus: sed per hominem tamen dat Deus. Ho-
 mo imponit manus, Deus largitur gratiam.
 Sacerdos imponit supplicè dextram, & Deus
 benedicit potenti dextera. Episcopus initiat
 ordinem, & Deus tribuit dignitatem. O iusti-
 tia, o æquitas! Si homini pecunia datur, qui ni-
 hil in ordine amplius operatur, nisi solum ser-
 vitium, quod ei creditur: cur Deo totum nega-
 tur, qui per ipsum ordinem tibi largitur? Lu-
 stum ne tibi videtur, ut feru⁹ honoretur, & do-
 minus iniuriam patiat? Et iniuste accipiat
 sacerdos pecuniam, & De⁹ patiat ab homi-
 ne iniuriã? Hæc ille. A V T H O R. Hic ecce
 supponit Ambrosius episcopum simoniacū,
 & qui pro ordinando accipiat iniuste pecu-
 niam: hoc nõ obstante, dicit, quod per ipsum
 Deus largitur & ordinem: & satis perspicue
 certo, quid facit ibi episcopus, & quid tribuit
 Deus. Signa item, quod Paulus dixit Timo-
 theum accepisse gratiam ordinationis per p-
 bationem suam, & impositionem manuum.
 Ergo paulus ordinavit episcopum cum sensi-
 bilibus signis, & verbis. Quod item signavit
 infra dicens, secunda ad Timotheum primo.
 Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per im-
 positionem manuum mearum. scilicet, ad epi-
 scopatum, dicit Hieronymus. Et hanc formam
 consecrandi presbyterum, vel episcopum tra-
 didit Timotheo: ponderans semper probatio-
 nem ordinandi, & impositionem manuum
 suarum. 1. ad Timotheum. 5. Manus citò ne-
 mini imposueris, neq; communicaueris pec-
 catis alienis. Vbi in annotationibus suis Hie-
 ronymus: Manus citò nemini imposueris, ni-
 si talem inueneris, qualem dixi: neq; commu-
 nicaueris peccatis alienis, ut non probat⁹, fue-
 rit ordinatus. Hæc ille. A V T H O R. Et in
 expositione eiusdem epistolæ super illum lo-
 cum Ambrosius. Sub testatione ergo ea, quæ ad
 ordinationem ecclesiæ mandat custodiri, præ-
 cipit nihil fieri sine præiudicio: ne facile ali-
 quis accipiat ecclesiasticam dignitatem, nisi
 prius de vita eius, & morib⁹ fuerit disputatū,
 ut dignus approbetur minister, aut sacerdos
 constituatur. Vt non postea, si reprehensibi-
 lis videatur, pœniteat fortè principem popu-
 li non ad liquidum præiudicasse quid merere-
 tur, quem improbabiler ordinavit. Nec illū,
 cuius peccata ad suspensionem veniunt, ordinā-
 dum, ne commaculetur ordinator vitijs, & de-
 licis eius. Si ergo omnino latentia sunt deli-
 cta, immunis erit rector, quia conscientia eius

Hierony.

Idem.

Ambrosius

libera est. Suspicio enim trepidum facit. Pec-
 cat enim si non probat, & sic ordinat. Hæc il-
 le. A V T H O R. Hæc est forma apostoli-
 ca pro ordinationibus sacerdotum, probare,
 & deinceps manuum impositione ordinatio-
 nis gratiam ministrare. Hanc custodiendam
 Timotheo commendat: non simpliciter, sed
 sub testatione. Testor (inquiens) coram Deo,
 & Christo Iesu, & electis angelis, ut hæc custo-
 dias, sine præiudicio nihil faciens in aliam de-
 clinando partem. Attende molem cæsura, pō-
 dus autoritatis adiectæ, ut hæc Timotheus
 non variet instituta. Hæc, inquam, quæ statim
 infert. Manus citò nemini imposueris. Sic su-
 præ dicit Ambrosius. Sub testatione ea, quæ
 ad ordinationem ecclesiæ mandat, præcipit cu-
 stodiri. Non est ergo leuis iniuria, hanc apo-
 stolicam legem de ordinando contemnere.
 Ad manus ergo impositionem episcopi ne-
 cesse est veniat ordinandus ad mentem Pauli
 sic iniungentis episcopo, Manus citò nemini
 imposueris. Aliter si vita sancta, & iusta, & se-
 qui Christum in moribus per insensibilem or-
 dinationem Christi, quam quisq; sibi finget,
 secure efficit sacerdotem: quid monet Paul⁹
 episcopū, ne citò manus imponat? qd iubet
 probare primū ordinādos, & tunc ministra-
 re permittere? Quomodo certificare potuerit
 Timotheum, quod habuerit gratiam ordina-
 tionis episcopi per prophetiam, id est, per p-
 bationem suam, quod esset bonus pastor fu-
 turus: & per impositionem manuum suarum?
 Vincitur ergo planè, vincitur hostis ecclesiæ
 Witleff, quia iuxta regulam istam apostoli,
 nemo ordinatur episcopus, vel sacerdos, aut
 item diaconus quantūcūq; sublimatus, & ido-
 neus insensibiliter reputat⁹ à Christo: nisi sen-
 sibiliter institutus ab episcopo, & impositio-
 ne manuum eius ordinationis gratiam sensi-
 biliter consecutus. Quæ itē grā regulariter mi-
 nistratur, quia alioquin exceptionem eius a-
 postolus intimasset. Maxime cum sit tam re-
 gulare, & publicum sacramentum, quod sine
 exceptione Christi instituit: ut cum secundū
 legem suam quis regulariter ordinatur, gra-
 tiam ordinationis regulariter consequatur.
 Vnde lib. de quæstionibus noui & veteris te-
 stamenti. cap. 93. Augustinus. Illud autem, qd
 insufflasse in discipulos dominus legitur post
 dies paucos resurrectionis suæ, & dixisse, Ac-
 cipite spiritum sanctum: ecclesiastica potestas
 intelligitur esse. Quia enim omnia in tradi-
 tione dominica per spiritum sanctum agun-
 tur: idcirco cum regula eis & forma traditur
 huiusmodi disciplina, dicitur eis, Accipite spi-
 ritum

6 Augusti.

ritum sanctum. Et quia verè ad ius ecclesia-
 sticum pertinet, statim subiecit dicens, Cuius
 tenueritis peccata, tenebuntur. Si cuius remi-
 seritis peccata, remittuntur eis. Inspiratio er-
 go hæc quædam gratia est, quæ per traditio-
 nem infunditur ordinatis, per quam commē-
 datiores habeantur. Vnde apostolus dicit ad
 Timotheum. Noli negligere gratiam, quæ est
 in te, quæ data est tibi per impositionem ma-
 nuum presbyteri. Semel ergo fieri oportuit,
 ut de cætero traditio ista non sine dono spiri-
 tus sancti esse crederetur. Sicut enim in saluato-
 re forma data est visibiliter, ut post baptismū
 spiritus sanctus credentibus de cætero inuisi-
 biliter dari nõ ambigeretur: ita & in supradic-
 ta causâ forma data est in principio, ut ex eo
 traditioni ecclesiasticæ spiritus sanctus infusus
 credatur. Hæc ille. A V T H O R. Gloria tibi tri-
 nitas: quæ sic inspirasti tuum seruulum Augu-
 stinū, ut sub ei⁹ calamo plene stem⁹ instru-
 qualiter vera fides sacramenti contra patrem
 mendacij, in filio eius Witleff, pleno robo-
 re perseveret. Vbi iam mendaciū Witleff,
 quod dixit Christum non expressisse horam
 vel formā, qua suos apostolos instituit sacer-
 dotes? Augustinus planè signat horam, & for-
 mam. Horam, quando post paucos dies resur-
 rectionis peractæ insufflauit discipulis. For-
 mam, quando insufflando dedit eis gratiam
 spiritus sancti, dicens, Cuius tenueritis pecca-
 ta &c. Et ideo, inquit, adhuc cum ab episcopis
 regula & forma traditur ordinatis, dicitur eis,
 Accipite spiritum sanctum. quia omnia in tra-
 ditione domini per spiritum sanctum aguntur.
 Et hæc inspiratio est gratia quædam, non qui-
 dem gratum Deo faciens, sed ut commenda-
 tiores habeantur, inquit Augustinus: secundū
 illud, Noli negligere gratiam &c. Hanc item
 gratiam semel datam dicit: ut de cætero sem-
 per in ordinatione dari non ambigeretur, seu
 dubitaretur. Et probat hoc de vtroq; sacramē-
 to confirmationis, & ordinis, dicens. Forma da-
 ta est in principio: ut ex eo traditioni ecclesia-
 sticæ spiritus sanctus infusus credatur. Neces-
 sariò ergo perfidus est, apud quem non tan-
 tum non creditur, sed negatur: non tantū da-
 tio gratiæ, sed & forma dandi: quam etiam vi-
 sibiliter dedisse, & sic sensibiliter saluatorem
 affirmat, ne per insensibilem dationem suam,
 & precatōne priuatam sui Malsilij Witleff
 nobis vnum suæ ordinationis ignarum con-
 secret sacerdotem: sicut subtili schemate simul
 ridet eos, & arguit, exponens illum textū Esaiæ
 58. Si abstuleris de medio tui catenam, in cō-
 mentario lib. 16. Hieronymus inquiens. Pleriq;

Augustini.
Iaus.

7

Hieronym.

nostrorum ad ordinationem hoc referunt cle-
 ricorum, quæ non solum ad imprecationem
 vocis, sed ad impositionem impletur manus,
 ne, scilicet (ut in quibusdam risimus) vocis im-
 precatio clandestina clericos ordinet nescien-
 tes. Qui sic intelligunt, assumat testimonium
 Pauli scribentis ad Timotheum. Manus citò
 nemini imposueris, neq; cōmunicaueris pec-
 catis alienis. Non est enim peccatum leue mit-
 tere margaritas ante porcos, & sanctum dare
 canibus, & ordinationem clericatus nequa-
 quàm sanctis, & in lege Dei doctissimis, sed
 asseclis suis tribuere, & vilium officiorum mi-
 nistris, quodq; his dedecorosius est, mulier-
 cularum precibus. Hæc ille. A V T H O R. Hic
 habes, quod non ad imprecationem vocis so-
 lam, sed etiam ad impositionem manus sacra-
 mentum ordinis adimpletur: & sic omnino
 per sensibile signum. Et se risisse dicit, quod
 vocis imprecatio clandestina clericos ordinet
 nescientes. Quantò magis insensibilis motio
 arbitrata esse per eum tantum, qui se ingere-
 ret esse spiritus sancti? Quis nisi puer insen-
 satus talia diceret? Qui enim inter homi-
 nes sensibiler ministrabit: necesse est ppter
 homines sensibiler ordinetur. Ita enim do-
 minus Iesus instituit: ita apostoli omnes ordi-
 nationis formam tenebant, & Paulus regulā
 apostolicam tradidit Timotheo. Et ita quoq;
 discipulus eius Dionysius in. 5. capit. Ecclesia-
 sticæ hierarchiæ describit ordinationem seor-
 sum episcopi, aliorum presbyteri, dicens. Hie-
 rarcha ad hierarchia ductus, ambos pedes
 inclinans ante diuinum altare, super caput ha-
 bet tradita à Deo diuina eloquia, & hierarchi-
 cam manū. Et hoc modo à perficiente ipsum
 hierarcha sanctissimo inclinationibus perfici-
 tur. Sacerdos autem ambos pedes inclinās an-
 te altare, super caput habet hierarchicam dex-
 tram, & hoc modo à perficiente ipsum hierar-
 cha sanctificis inuocationibus sanctificatur.
 Minister verò vnum pedem inclinans ante
 altare, super caput habet perficientis ipsum
 hierarchæ dextram. Vnicuiq; ipsorum autem
 cruciformis signatio fit à perficiente hierarcha,
 & secundū vnūquēq; precatō sit, & perfectiū
 osculū osculāte omni sacerdotali viro præsen-
 te, & perficiente hierarcha eum, qui ad aliqū
 dictorum sacerdotalium ordinum erit perfe-
 ctus. Hæc ille. A V T H O R. Quæ idcirco iam
 adducta sunt, ut sciri possent, apostolica forma
 traditionis ordinum esse in signis sensibilib⁹:
 vbi etiam planè patet à tempore apostolorū
 semper fuisse distinctos gradus episcopi & sa-
 cerdotis, simul & correspondisse eis formas in
 E e 2 conse

Dionysius.

Dionysius. cōsecratione distinctas. Quid autē vnūquod- que signum denuntiet, ipse *Dionysius* exponit, maxime de manus impositione quid significet, dicens. Hierarchæ autem manus impositio simul quidem manifestat perficiētis principalem protectionē, sub qua sicut pueri sancti circumsepuntur. **Thomas.** Impositio verò manuum episcopi significat, quod Christus eos, quos perficit, principaliter protegit tanquam pueros: & custodit paternē, ipsi impartiens habitum, & virtutem sacerdotale, & conterens contrarias virtutes. Hæc ille.

¶ De prælatis præscitis perpetuò suspensis ab officio ordinandi, iuxta *Witcleff* qualiter sentiendum, & loquendum.

C A P. CXXIII.

S V M M A.

- 1 *Sentiendum qualiter sit, & loquendum de prælatis præscitis perpetuò ab officio ordinandi suspensis iuxta Witcleff, & quid super hoc dicat Augustinus, & Bernardus.*
- 2 *Author quid dicat de sophistico casu Witcleff de præscito, quòd in illo casu ponitur, in quo non potest beatitudinem promereri. Et quomodo hoc sit sciens, quàm quod Pelagius intulerit.*



L St altum secretū, quod *Witcleff* sibi conseruant, vt il luc fugiant, tanquam ad arcem in necessitate tutissimā, præscientia ipsa Dei. Inter sermones epistolares, sermone sexto. Secunda conclusio. Prælatos præscitos Deus suspendit perpetuò, tã ab officio, quàm à beneficio, quod occupant in ecclesia militate. patet sic. Quicunq; tales prælati iniuste faciunt extra gratiam prædestinationis quicquid fecerint: sed Deus suspendit de iure suo quemcunq; in illo casu positum, quo non possit beatitudinem promereri: ergo conclusio vera. **A V T H O R.** Hæc est spes illorum, hanc rationem erroneam ab eorum cordibus nemo tollit. Si quis assumptas propositiones repellat, confirmant ex hoc, quod sequitur. **Witcleff.** Nam constat ex fide, quòd quilibet præscit in illo casu ponitur, in quo ex Dei absoluta

potentia non posset beatitudinem promereri: quia aliter foret possibile præscitum esse beatum. Hæc *Witcleff*. **A V T H O R.** Indubie hoc non tantum constat ex catholica fide, quantum cōstat ex sophismate. Nec tantum ex sensu euangelico, quantum pendet ex sensu composito. Quia vt puer didici, si sic concluderes, aliter præscitum aliquem possibile foret esse beatum, concederent hoc fideles. Sed soluamus logicam, & festinemus ad fidē. Soluitur enim, si propositio sancti Ioannis in medium conferatur. 1. Ioannis. 3. Omnis qui natus est ex Deo, non facit peccatum, quia semen eius in ipso manet: & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Proni essent *Witcleff* uisæ exponere semen istud de gratia prædestinationis diuinæ, & natiuitatem de amore Dei actuali cum beneplacita voluntate, vt sic confici posset, quòd nullus prædestinatus ad vitam, posset peccare ad mortē. Sed absit sensibus nostris hæc hæresis. Primò, quia si quilibet non potest peccare natus ex Deo, quomodo idem Ioannes hic dicit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus? Peccatum ergo habet, qui non potest peccare. Qui non potest peccare natus, peccatum habet in actu. Sic prædestinatus, qui ex hoc habet, ne peccare possit finaliter, potest peccare finaliter. Qualiter præscitus ex malo suo est decessurus in crimine: potest tamen, si velit, auxiliante Deo, non sic decedere. Discutiens autem hoc dictum sancti Ioannis homilia. 5. super illam canonicam, *Augustin.* Est (inquit) non parua quæstio, quomodo dicat in ista epistola. Qui natus est ex Deo, non peccat. Et quomodo in eadē epistola superius dixerit. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quid facturus est, quem vterq; sermo ex eadem epistola in medio coarctauit? Et bene post, soluit dubium. Fortassis, inquit, secundū quoddam peccatum dixit, non peccat: & non secundum omne peccatum, vt quod ait, Qui natus est ex Deo, non peccat, certum quoddam peccatum intelligas, quod nō potest admittere homo, qui ex Deo natus est. Sequitur. Quod est hoc peccatum? facere contra mandatum. Quod est mandatum? Mandatum nouum do vobis, vt vos diligatis inuicem. Hæc ille. **A V T H O R.** Hæc expositio valet ad fidem. Quantum autem ad logicam, & versutiam refellendam: vt modò paulò prædixim⁹ in lib. de natura & gratia citò post principiu, idem *Augustinus.* Illud, inquit, quod dictum est, non potest peccare, pro eo dictum esse, ac si dice-

si diceretur, non debet peccare, non improbā da mihi videtur huius assertio. Hæc ille. **A V T H O R.** Sic super prædictam canonicam Homilia. 4. exponens hunc textum. Omnis qui manet in ipso, non peccat. *Augustinus.* In quantum, inquit, in ipso manet, intantum non peccat. Hæc ille. **A V T H O R.** Et in sermone de septuagesima, qui incipit. Magna mihi consolatio. *Bernardus.* Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, id est, non permanet in peccato, conseruat illum, vt peccare nō possit ea, quæ falli non potest, generatio cælestis. Sequitur. Sed generationem illam quis enarrabit? Quis potest dicere, Ego de electis sum, ego de prædestinatis sum ad vitam æternam? Et infra. Propterea data sunt signa quadam, & indicia manifesta salutis, vt indubitabile sit eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanferint. Hæc ille. **A V T H O R.** Ecce *Bernardus* dicit, non peccat, id est, non permanet in ipso peccato. Et quauis exponat illam generationem cælestem de prædestinatione, quæ conseruat hominem, ne peccare possit, hoc dicit tamen sub conditione prædictæ permanētix, quæ indubitabiliter respicit patriam. Sic enim cōcludit, indubitabilem eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanferint, id est, quandiu permanferint. Non absolute pronuntiat eum peccare nunc, aut hoc finaliter esse impossibile: sed nō sic, id est, permanenter vsque in finem posse peccare, in quo ea signa permanferint. Et sub alijs item terminis eandem autoritatem Ioannis exponit similiter dicens. Non peccare in spe, & respectu filiationis Dei futuræ quauis peccet iā, & filius seculi sit in re. Et. 2. li. d. baptismo paruulorū. cap. 8. *Augustinus.* In cæteris verò spe sicut salui, sicut innouati, ita & filij Dei. Re autem ipsa: quia nondum salui, ideo nondum plene innouati, nondum etiam filij Dei, sed filij seculi. Proficimus ergo in renouationem, iustamq; vitam. Per quod filij Dei sum⁹, per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur, etiam illud, per quod adhuc filij seculi sumus. Per hoc enim & peccare adhuc possumus. Ita fit, vt & qui natus est ex Deo, non peccet, & si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & veritas non sit in nobis. Consumetur ergo quod filij carnis, & seculi sumus: & perficietur quod filij Dei, & spiritu renouati sumus. Hæc ille. **A V T H O R.** Bene conuenit expositioni eius prior. Inquātum in Christo manet, intantum non peccat: quia intantum filius Dei est. Nec tamen excusat eum à

tot o, quia in quantum filius seculi est, peccat, & peccare potest. Quòd si hoc etiam potest prædestinatus ad vitam, non obstante saluationis instantia, cur non sic dicam, præscitum meritorium quicquam posse facere, quauis sit præscitus ad pœnam? Non tamen propter logicos dicam sic absolute facturum in finem stante præscientiæ suæ nota, sed quòd sic absolute possit mereri, etiam vsq; in finem, opitulante Dei gratia. Horrendum nimis conseruo, imputare quocunq; modo clementissimo domino nomen implicans causam æternam dānationis humanæ. Idem quoq; videtur dicere. Iste homo saluari non potest: nec quicquam operari meritorium vitæ æternæ propter notam præscientiæ, quam contrahit ex Deo vero. Sicut quod *Manichæus* erranter dicit, omnem hominem secundum carnem originē ducere de diabolo: cum non sic faciat, nisi imitatione. secundum illud Ioannis, Qui facit peccatum, ex diabolo est. vbi *Beda.* Qui facit peccatum, ex diabolo est, nō carnis originem ducendo ex diabolo, sicut *Manichæus* impijssimè de cunctis credit hominibus, sed imitationem, vel suggestionem peccandi sumendo ab illo. Hæc ille. **A V T H O R.** Hæc dico pro sophistico casu *Witcleff* de præscito, quòd in illo casu ponitur, in quo non potest beatitudinem promereri. Certum est in eo casu, vt supra, in quantum est permanens ad mortem, & vt est filius seculi, & non filius Dei: & tamē in eo casu ponitur, in quo potest beatitudinē promereri, quia est liberi arbitrij, & potest mereri gratiam Dei: quia præscientia ipsa (vt supra dixi in primo libro) non plus necessitat eum, siue causat ad demerendum finaliter, quàm mea memoria, vel meus intuitus. **Vn-** de tertio libro de libero arbitrio cap. 3. *Augustinus.* Non (inquit) quia Dei præscientia est, necesse est fieri quæ præscierit: sed tantummodo quia præscientia est: quæ si non certa prænoscit, vtiq; nulla est. Quia (nisi fallor) non cōtinuò tu peccare cogeres, quem peccaturum esse præscires, neq; ipsa præscientia tua peccare eum cogeres, quauis sine dubio peccaturus esset. Hæc ille. **A V T H O R.** Præter hos enim errores, quos sustinet erroritem verbi *Witcleff*, & modus diræ locutionis in hac re est simplicibus vltra modum sauius, & pijs in domitus, vt patere potest videnti quicq; errorum loquentium in materia de præscientia, & prædestinatione, quos in libro de bono perseuerantiæ versus finem rectificat *Augustinus.* Quando enim dicit omnem præscitum esse in illo statu, in quo ex Dei potentia absoluta

Witcleff.

Augustin.

Vitcleff.

non potest mereri beatitudinem: quid sequitur, nisi quicquid fecerit, siue bonum, siue malum, saluus esse non poterit? Hoc autem seuius est, quam quod intulit Pelagianus quicquam dicens, siue talis currat, siue dormiat, quod eum præsciuit, qui falli non potest, hoc erit. Currit, intelligit forma dicentis Apostoli. Sic currite, ut comprehendatis. At Augustinus. Redargui inquit videtur præscientia Dei, quæ certè negare non possunt, si dicatur hominibus, siue curratis, siue dormiatis, quod vos præsciuit, qui falli non potest, hoc eritis. Dolosi autem, vel imperiti medici est, etiam vtile medicamentum sic alligare, ut aut non proficit, aut obstat. Sed dicendum est, sic currite ut comprehendatis, atque ut ipso cursu vestro ita vos esse præcognitos noueritis, ut hominis segnitia repellatur. Hæc ille. A V T H O R. Magis durum est verbum Wicleff, dicentis, etiam de potentia Dei absoluta saluus esse non poterit, quam quod Deus præsciuit, hoc erit. Hoc enim secundum quantum durum est, tamè verum est.

Primum autem non tam seuum est, quam hereticum: ideo nec dicendum: non tantum, ut hominis segnitia repellatur, sed etiam, ne fides catholica dispendium patiatur.

Quod gratia prædestinationis non est dicenda de ecclesiastico more: sed non prædestinati verè conficiunt, & vera sacramenta ministrant.

C A P. C X X V.

S V M M A.

- 1 Gratia prædestinationis quod non sit dicenda de ecclesiastico more.
- 2 Gratia, & prædestinationis differentia ex Augustino. Et quomodo separet unum ab altero.
- 3 Vocatio, iustificatio, glorificatio, quod fiant in nobis, prædestinatio autè nostra in Deo.
- 4 Responso ad dictum Wicleff, prælatos præscitos Deus suspendit perpetuò tam ab officio quam à beneficio. Et quomodo sit falsum, Augustini auctoritatibus ostenditur.



Ed transeamus ad primum, V Wicleff. ubi dicit, quod prælatos præscitos Deus suspendit perpetuò, tam ab officio, quam à beneficio. Probat hoc, quia quicumque tales prælati iniuste faciunt extra gratiã prædestinationis quicquid fecerint. Primò sciendum esset, quid gratiam ipsam prædestinationis esse velit. Ecclesiastica scilicet locutionis formam non sapit, gratiã prædestinationis prædestinationem describere, cum gratia potius sit prædestinationem consequens ut effectus. Certificat nos circa medium primi libri sui de prædestinatione sanctorum melior theologus Augustinus. Quod dixi salutem religionis huius nulli vnquam defuisse, qui dignus fuit: & dignum non fuisse cui defuit, si discutatur, & queratur unde quisque sit dignus: non defunt qui dicant, voluntate humana. Nos autem dicimus, gratia, vel prædestinatione diuina. Inter gratiam porro, & prædestinationem, hoc tantum interest, quod prædestinatio est gratiæ preparatio. Gratia verò iam ipsa donatio. Quod itaque ait Apostolus. Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis. gratia est. Quod autem sequitur. Quæ preparauit Deus, ut in illis ambulemus. prædestinatio est, quæ sine præscientia non potest esse. Potest autè sine prædestinatione præscientia. Prædestinatio quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus. Unde dictum est. Fecit quæ futura sunt. Præscire autem potens est etiam, quæ ipse non facit, quæcunque peccata. Sequitur. Quocirca prædestinatio Dei, quæ in bono est gratiæ, est, ut dixi, preparatio. Gratia verò, est ipsius prædestinationis effectus. Hæc ille. A V T H O R. Planè separat prædestinationem à gratia, tanquam causam ab effectu. Ignarus ergo Wicleff probatur huius fidei alme prædestinationis diuinæ, quando vocat eam gratiam, cum non sit gratia, nisi data. Quamquam dicat supra in sermone. 5. quod inter gratias, gratia prædestinationis est potior, cum Deus quemcumque prædestinatum semper æquè diligit, licet sit varietas in dilecto, & ab illa gratia nemo potest excidere, sicut nemo potest definire esse prædestinatus à Deo, licet ex infinitate libertatis diuinæ multi, qui de facto sunt prædestinati, possunt esse non prædestinati. & post. Et sic est duplex gratia. Vna subiectiuè in Deo, quæ est Deum creaturam rationalem gratis diligere, & illa est æterna. Alia est autè subiectiuè in creatura rationali, quæ est illam

illam esse gratam Deo, & omnem talem gratiam oportet incipere, & à priori gratia mensurari. & sic quidam intelligunt illud Ioannis primo. De cuius plenitudine nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Hæc Wicleff. A V T H O R. Istam locutionem pro parte sustineo, si paciscaris in modo loquendi cum ecclesia, si conueneris Augustino. Ipse enim Augustinus hac utitur logica, ut nolit vitam æternam, vel aliud quicquam dici gratiam, nisi ei, cui datur. Ut ergo est in Deo tantummodo subiectiuè, qualiter erit gratia? Et ideo utranque gratiam exponit in creatura subiectam, ubi dicitur gratiam pro gratia. libro de gratia & libero arbitrio. bene ante mediū Augustinus. Itaque charissimi vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia. Sine dubio & vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia est. Et ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illi, cui datur, sed illa, cui datur, tantummodo gratia est, hæc autè, quæ illi datur quoniam præmiū eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia, ut verū sit, quoniam verū est, quod reddet vniciuique; Deus secundum opera eius. Vtrū autem legerimus in libris sanctis gratiam pro gratia, forsitan queritis: sed habetis euangelium secundum Ioannem tanta luce clarissimū, ubi Ioannes Baptista de Domino Christo dicit. Nos autem ex plenitudine accepimus, & gratiam pro gratia. Ex eius itaque plenitudine accipimus pro modulo nostro tanquam particulas nostras ut bene viuamus, sicut Deus partitus est mensuram fidei: quia vnusquisque; proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic, & ipsa est gratia. A V T H O R. At tene quid dicat, ideo (inquit) est gratia, quia gratis datur, cui illa datur, & illa, cui datur, tantummodo gratia est, & ex plenitudine eius accepimus & gratiam pro gratia, quia propriū donum habet vnusquisque; & ipsa est gratia. Cum ergo sit tantum illi gratia, cui datur, quomodo erit gratia illa prædestinatio, quam subiectiuè ponis in Deo? Et re vera non in nobis, sed in Deo est occulta. Iuxta quod idem Augustinus habet super psal. 150. in tractatu ubi dicit. Prædestinatio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius præscientia. Tria verò reliqua in nobis fiunt: vocatio, iustificatio, glorificatio. Vocamur prædicatione poenitentia. Sic enim cœpit dominus euangelizare. Agite poenitentiam, appropinquet enim regnum celorum. Iustificamur in opere misericordie, & timore iudicij. Sequitur. Glorificati transimus in vitam æternam. Hæc ille. A V T H O R. Ecce tria vltima in no

bis fiunt, prædestinatio sola in Deo. Non est autem gratia nisi nobis, iuxta præcedens, non est ergo prædestinationis gratia ut est in Deo solo, imò bene distinguitur ab omni gratia, si cut ab effectu ut primò diximus omnium. Cōsonat autè Augustino tractans hunc textū Ioannis. Nullus potest venire ad me, nisi fuerit ei datum. desuper à patre meo. Chrysostomus. Non turbant me, neque stuporem inferunt, qui non credunt. Noui hoc desuper antequam factū esset, noui quibus dedit pater. Cum autem au dieris quoniam dedit, non prædestinationem simpliciter existima, sed illud crede, quoniam qui tribuit seipsum dignum ut accipiat, ille suscepit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce datum patris non vult Chrysostomus existimare prædestinationem. Omnis enim gratia datur secundum prædicta Augustini. Illa ergo, quæ est secundum te subiectiuè in Deo, non est gratia prædestinationis. Illa autem, quæ est subiectiuè in creatura data ipsi, non est prædestinatio, quia non datur secundum utrunque; doctorem. Falsa ergo est distinctio per te data de duplici prædestinatione data, & non data. Dignitas ergo huiusmodi prælati quo ad Deum, & religionis suæ salutem aptius attendatur, sicut distinguit Augustinus, penes gratiam, ut prædestinationem diuinam, quam penes prædestinationis gratiam. Et quid inferat? Quod prælatos præscitos Deus suspendit perpetuò, tam ab officio, quam à beneficio. Cur hoc? Quia iniuste facit quicquid facit extra gratiam prædestinationis. Supponatur ita esse. Sed nunquid si faciat, factum est quod prætedit? Aliud est enim non facere, aliud non bene facere, quod facit tamen. Mouet hoc dubium in posteris, & respondet. Ex isto musitat quidam, tam de seipsis, quam prælati alijs, si verè conficiunt, vel sacramenta aliqua ministrant. Ad quod solebam dicere, quod sicut fidelis non debet de talibus nimium musitare, sic non debet partem affirmatiuam talium ut fidem accipere, sed citra fidem ex bonis operibus, vel malis partem sequentem tanquam probabilem reputare. Quia certus sum, quod nec autoritas, nec ratio subducta reuelatione necessitat ad vnā partem disiectiuam, vel aliam. Hæc Wicleff. A V T H O R. Sub obscuris terminis, quantum videtur, abscondit Donatum. Ecce dubium est istud. Si musitantes isti, ceterique; prælati verè sacramenta conficiunt, vel ministrant. Respondet, aut non respondet, quando sicut musitare prohibet, ita partem affirmatiuam, quod scilicet verè conficiunt, vetat accipere tanquam fidem. Ratio, quia ipsorum

Pelagia.

Augustin.

Wicleff.

V Wicleff.

Augustin.

Gratia

Prædestina

tio.

V Wicleff.

ij. vel. v.

Augustin.

Alias præsentia.

Chryso.

V Wicleff.

V Wicleff.

prædestinatio non est de fide, si sint presciti, cum sint suspensi, nihil faciunt. Quid ergo? ex bonis operibus (inquit) vel malis debet partem sequentem tanquam probabilem reputare. Quam partem? quod scilicet sacramentum conficiunt, siue non. Iam prodijt Donatista, iam venit à tenebris, quod ex vita sua bona, vel mala sacerdotes Christi faciunt sacramenta. Et redit hæresis Corinthiorum, ut vnusquisq; dicat ordinatus ab isto vel illo, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, & hoc est eucharistia mea, illa tua, quoniam vita hominis est in causa.

¶ Adhuc ¶ ordiamur à primo, vnde in hanc voraginem lapsi sumus, & ordinatè veniam? ad ista. Prælatos inquit præscitos Deus suspēdit perpetuò tã ab officio, quàm à beneficio. Quare? quia iniuste facit quicquid facit prælati extra gratiam prædestinationis. Tolere-mus ista: petentes interea, si Cain non genuit filios, & filias, ut scriptura Genesis asserat? Aut ipsi non erant verè filij hominū, quos genuit Enoch filius eius Arad, & Irad, & reliqua generationis ei? sequela Malaël, Lamech, & Tubalcain princeps fabricorum in ære & ferro? Nunquid istum inter præscitos suspendit Deus perpetuò, tam à propagandi officio, quàm à beneficio succedendi? Et quia iniuste fecit Cain quicquid fecit extra gratiam prædestinationis, ideo penitus nihil fecit, non ædificauit primus ciuitatem, non obtulit domino fructus terræ, & cætera, quæ scriptura commemorat? Sic Esau nō est in benedictione paterna à fratre præuentus: non luētabatur in vtero, non regnauit in Edom in montibus Seir, non constituit duces multigenas imperante in terra Seir, priusquàm reges habebat filij Israël, quia præscitus erat à domino? Esau enim dominus odio habuit, Iacob dilexit. Si dicat nos extraneare materiam, quia sensibilibiter eum infringimus: placeat, ut per spiritalia procedamus. Primoq; dicat vtrū diuinus Ba-laā verā edidit prophetiam de Christo, dicēs. Orietur stella ex Iacob, & consurgat virga de Israël, & cum quinquies prophetauit in Israël, quanuis iniuste fecit quicquid fecit extra gratiam prædestinationis. Et Caiphas nonne verè exercuit pontificatus officium propheta-ndo de morte domini saluatoris? Et dic mihi cur non verè sacrificauit secundum officium, sicut veraciter prophetauit? Quia si hoc concesseris sacerdotibus veteris testamenti præscitis, quod non nihil faciunt, imò quod verè sacrificant extra gratiam prædestinationis, iniuriarum restat nobis actio, si nostris negaueris. Ideo. 4. de baptismo contra Donatistas. ca.

18. Augustinus. Nunc ergo quaritur, quomodo poterunt homines ex parte diaboli pertinere ad ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, de qua etiã dictum est, Vna est columba mea &c? Quod si non possunt, manifestum est inter alienos gemere, & intrinsecus infidiantes, & extrinsecus oblatrantes. Tales tamen etiam intus & accipiunt baptismum, & habent, & tradunt, sanctum per seipsum, nec vlla ex parte illorū malignitate violatū: in qua in finem vsq; perdurant. Hæc ille. A V T H O R. Notetur quod dicit, tales & accipiunt baptismum, & tradunt, nulla malignitate sua violatum, in qua in finem vsq; perdurant, propter quam tunc impoenitentes facti damnati recedunt. Hi ergo præsciti erant, & tamen sacramentum verum etiam intra ecclesiam & habebant, & dabant, ipsa præscientia non obstante. Aut nunquid Iudas verum euangelium prædicauit, & de loculis Christi Iesu distribuēbat egentibus verum censum, verumq; & non fictum baptismum cum ceteris dedit apostolis? Vnde super illud Psal. 10. Iustus autem quid fecit? Augustinus. Augustinus. Christum quid nobis fecit, qui eundem traditorem suum, quem diabolum nominabat, qui ante traditionem domini nec loculis dominicis fidem potuit exhibere, cum ceteris discipulis ad prædicandum regnum caelorum misit, ut demonstraret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. Hæc ille. A V T H O R. Quid planius contra Witcleff dici potest? Ecce Iudas præscitus, & quanuis alius quisquam talis ut Iudas traditor Christi, ut Iudas, diabolus, ut Iudas, præscitus, ut Iudas, ad ministrandum sacramenta, vel prædicandum mittatur, non minus dona Dei per eum ad eos perueniēt, qui cum fide accipiunt. non dicit citra fidem cum leui reputatiōe. Ergo cum fide accipienda sunt Dei dona per præscitum, quem tu dicis perpetuò suspensum ab officio, & beneficio. Et quod Deus dona sua non dat suo capitali inimico, per quem veniant ad fideles, falsā coniectura ista sua cōfinxit. Eamus ad alios. Nicolaus diaconus verum obsequium mensis impendit. Et qui occasione prædicabant, quanuis non castè, sed suscitantes pressuram vinculis Pauli, Christū tamen veraciter prædicabant. Vnde & Paulus gaudens gaudebat. Et schismatici baptizantes Corinthios, dicentes, Ego sum Pauli, ego Apollo, verum ita baptismum dabant, ut post eos baptizari non licuit. libro. 4. prædicto de vnico baptismo cap. 20. Augustinus. Aposto-lus de

lus de illis inuidis, & maleuolis christianam tamen salutem annuntiantibus. Siue occasio ne (inquit) siue charitate Christus annuntietur. Quapropter & intus, & foris peruersitas hominum corrigenda est, diuina verò sacramenta, & eloquia non hominibus tribuēda. Sequitur. Non nos concedimus hæretico baptismum, sed illius baptismum, de quo dictum est, Hic est qui baptizat, vbicunq; inuenerimus, agnoscimus. Perfidus autem etiam blasphemus si in perfidia, & blasphemia permanserit, nec extra ecclesiam, nec intra ecclesiam remissionem accepit peccatorum. Hæc ille. A V T H O R. Ecce Augustinus affirmatiuam partem vt fidem accepit: etiam vniuersalem affirmatiuam ex fide Christi probauit. Illius, inquiens, baptismum, de quo dictum est. Hic est qui baptizat, vbicunq; inuenerimus agnoscimus, sit perfidus, sit blasphemus, si sic permanserit vsq; in finem, remissionem quidem peccatorum non accipit, sed ibi tamen Augustinus verum cognoscit (vt dicit) & non tantum reputat sacramentum, quia nec diuina sacramenta, nec eius eloquia, sunt hominibus tribuenda.

Alias præsentia.

¶ Quod iudicati à Deo secundū præscientiam sic vera sacramenta dispensant, sicut ab ecclesia iudicati per sententiã.

C A P. C X X V I .

S V M M A .

- 1 Iudicati à Deo secundum præscientiam, suspensi, degradati &c. quomodo uera conficiant sacramenta contra Witcleff. Et quid de hoc dicat Augustinus.
- 2 Augustinus quid cōtra necessitates absolutas Witcleff dicat.
- 3 Iudæ præscito datur uenæ locus à domino, ut poeniteret eum facti sui.
- 4 Augustinus de prædestinatione ad fideles instructio.
- 5 Error pseudoapostolorum contra Paulum. Et quomodo in hunc uidetur Witcleff incidisse.
- 6 Præscitus quod sit nullus superstes huic uitæ, quin poenitere possit finaliter, & ignoscatur ei, etiam si manifestatus fuerit sicut Cain.



Vam malè certus est ergo Witcleff, quod nec auctoritas, nec ratio subducta reuelatione necessitat ad vnā partem, vel aliam, quod scilicet quis cōficit, vel ministrat

aliquod sacramentum, vel deficit, siue prædestinatus conficiat, vel præscitus, quia nisi reuelatur prædestinatio consecrantis, nihil est factū. Præscitus nihil efficit, quia est suspensus perpetuò. Ideo sicut nullus necessitatur credere eum prædestinatum, sic nullus, imò nec ipse conficiens, credere tenetur se conficere sacramentum. A V T H O R. Magna & indigesta perfidia, fidei antiquæ Christianitatis cōtraria, & in desperationis pelagus compulsua. Et ego dico in parte Christi, sum certus, quod nec ratio, nec auctoritas, nec diuina vlla reuelatio te necessitat ad partem istā blasphemā, sed falsa necessitas futurorum sine fundo fundata. Primò dicemus de fide certissima, in qua generaliter ministratur sacramentorum confectio. Et secundò qualis debet esse apud vnū quenq; fidelem de sua prædestinatione professio. Dicamus cum hostibus nostris, vnū quenq; præscitum iudicatum à Deo, dicam esse suspensum. Quid restat amplius? concludat quod intendat. Ergo non conficit, nō ministrat. Negamus esse consequēs, sed vt prius dixi, sibi forsā ministrat ad poenam, non autem non conficit, sed sicut iudicatus ab ecclesia, forsā suspensus, forsā degradatus ne ministrat, est prohibitus, sed tamē verum est ministerium sacramenti quod conficit, si præsumat: ita iudicatus à Deo, suspensus, degradatus, & quodcunq; aliud dixeris, quādiu ministerium vsurpat ecclesiæ, vera conficit sacramenta, & diiudicante eū Christo, contra Christi sententiam vera dona. Vnde libro. 2. contra Cresconium cap. 20. Augustinus. Si autem quæris quomodo baptizent, quos damnauit ecclesia? Respondemus eos sic baptizare, quomodo baptizant, quos damnauit Deus, ante quàm à illis quicquam iudicaret ecclesia. Qui enim mente peruersa videtur intus esse cum foris sit, ab ipso Christo iam iudicatus est. Paulus autem Apostolus dicit. Ecclesia subdita est Christo. Non ergo debet ecclesia se Christo præponere, ut putet baptizare posse ab illo iudicatos, à se autem iudicatos baptizare non posse, cum ille veraciter iudicet, Ecclesiastici autem iudices, sicut homines plerunq; fallantur. Baptizant ergo quantum attinet ad visibile ministerium & boni, & mali. Inuisibiliter autem per eos ille baptizat, cuius est & visibilis

Ec 5 le ba

le baptisma, & inuisibilis gratia. Hæc ille. A V T H O R. Discute verba doctoris, attende ca sum. Quærit vnus, vtrum, qualiter ve baptizant, quos damnauit ecclesia, propter hoc, quæ supra iam dixit. Vbi cunq; baptismum Christi inuenit, illud agnoscit, inter perfidos quoslibet, vel blasphemos. Respondet, sicut baptizant ij, quos damnauit Deus antequam de illis quicquam iudicaret ecclesia. Hoc ergo maxime præsupponit, quod damnati à Deo, priusquam de eis quicquam iudicaret ecclesia, sacramenta ministrare potuerant. Quamto magis damnati per ecclesiam, cuius iudices frequenter iudicando falluntur? Maxime cū damnati per Christū extra membra eius sunt, & extra ecclesiam, sicut sequitur ibi cap. 21. *Augustinus.* Tingere possunt boni, & mali, abluere autem conscientiam non nisi ille, qui semper est bonus, ac per hoc nesciente ecclesia propter malam & pollutam conscientiam damnati à Christo iam in corpore Christi non sunt, quod est ecclesia, quoniam non potest Christus habere membra damnata, proinde & ipsi extra ecclesiam baptizant. Omnia quippe ista monstra absit, vt omnia in membris illius columbæ vnice computentur. Absit, vt intrare possint limites horti conclusi: cuius ille custos est, qui non potest falli. Qui tamen si confitentur, & corriguntur, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arboribus horti conclusi, tunc in membris columbæ vnice numentur, nec tamen denuò baptizantur. Ita & cum ab hæreticis veniunt cum ipso baptisma te, quod foris habuerunt, sed & cum ipsa mutatione, quam intus accipiunt: vt quod defuit præstetur, quod autem non mutatum est, approbetur. Hæc ille. A V T H O R. Christus ecce non potest habere membra damnata, quia sunt omnia illa monstra præscita, quæ tamen extra ecclesiam baptizant, sicut & extra Christi gratiam. Quid igitur arguit Wicleff? quid putat concludere, quando sic sumit? præscitus est perpetuò suspensus à Deo. Placet eum esse suspensum, iudicatum, & damnatum, sed tamen conficit, & baptizat, non tamen intra ecclesiam, sed extra eam: non quid iuste, sed iniuste, sicut Ananias sedens iudicauit Paulum secundum legem, sed contra legem iussit eum percuti, Actuum. 23. Sic iste celebrans, aut ordinans secundum ordinem Christi, celebrat tamen, aut ordinat contra Christi ecclesiam, & legem Christi. Nota igitur item contra necessitates absolutas Wicleff, cum dixit Augustinus de damnatis. Absit, vt intrare possint limites horti conclusi, statim submit-

tit. Qui tamen si confitentur, & corriguntur, tunc intrant. Intelligit ergo Augustinus in his, & similibus non posse secundum suppositionem, id est, quandiu sic permanerint, non absoluto sermone simpliciter, non possunt præsciti, & à Deo damnati hortum eius intrare conclusum, & inter membra ecclesie computari. Hoc est, si non confitentur, & redeant. Si autem redierint, tunc membra vera fient, inquit Augustinus. Aliter cur expectasset dominus poenitentiam Iudæ traditoris tempore sanctæ cœnæ, si ipsum fuisset impossibile poenitere finaliter? Vnde super illud Matthæi. Vnus vestrum traditurus est. in expositione Matthæi. *Rabanus.* Omnia sic agit Iudas, vt tollatur suspicio traditoris, sed qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum poenitentie, vt cum intellexisset sciri cogitationes suas, & occulta consilia, poeniteret eum facti sui, & tamen non designat specialiter, ne manifestè coargutus, impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt agat conscius poenitentiam. Hæc ille. A V T H O R. Dat igitur locum poenitentiae dominus præscito, vt poeniteret eum facti sui, vt agat conscius poenitentiam, mittit Christus crimen in numero. Quis sensatus diceret Christum frustra expectasse poenitentiam talis præsciti, quæ item de omnipotentia sua venire non poterat? Si ergo impium est sic dicere, sed confiteri possunt præsciti, & hortum conclusum intrare possunt, & Christi membra poenitentes facti taliter esse possunt, quanuis si præsciti sunt, hoc futuri non sunt, sic temperat verba fidei in hac re de præscientia Dei, & possibili poenitentia finaliter blasphemantis. libro quarto super Lucam cap. 5. *Beda.* Qui stimulat inuidia calumniatur Christum, Deiq; verbum, & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur, neq; in præsentem seculo, neq; in futuro. Non quod negemus, si poenitentiam agere possit, posse dimitti ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, sed quod ipsi iudici, & largitori veniæ credentes, qui & se poenitentiam semper accepturum, & hanc blasphemiam nusquam dicit esse remittendam, credamus hunc blasphemum exigentibus meritis sicut nunquam ad remissionem, ita nec ad ipsos dignæ poenitentiae fructus esse peruenturum. Hæc ille. A V T H O R. Iunge principium fini, & habebis non negantem Bedam tali blasphemio posse peccata dimitti, sed asserentem non dimittenda finaliter, quia nunquam ad fructus poenitentiae dignos perueniet. Propter hoc ergo certum de facto est præsci-

præscitus ad poenam, non propter impotentiam poenitendi. Sed quæ spes restat fidelibus de prædestinatione latente? Nūquid præscientia suæ stimuli habent semper agitare cor tremulum, & de singulis sacramentis dubitare, præscientia ministrantis? Sic solet Wicleff culpate fideles, quod hæc accipiant generaliter tanquam fidem, sed citra fidem iubet ex operibus leuiter reputare. A V T H O R. Breuiter dico ad istum sicut blasphemum, sic & desperationis auctorem, quod in leuioribus causis iussit Christum fidem habere, & assequi credere quæ petamus. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, ait Christus patri habetis spiritum mutum: quasi in fide eius eijceret. Et Petrus, quia coepit mergi, de fide modica increpatur. Discipuli autem monentur accipere tanquam fidem, se satis accepturos ad victum, si cuncta relinquunt, sicut lilia vestiuntur, & passeret aluntur à patre caelesti. Quamto magis vos, inquit, modicæ fidei? Et si fidem haberent vt granum sinapis, possent montem verbo transferre. Mirabilis Deus! Nonne magis est anima, quam esca? Si ergo fides nobis indicitur ad consequendam à Deo escam corpoream, quamto magis ad prædestinationis gloriam obtinendam? Et super hoc verbū Matth. 17. Quare non potuimus eijcere illum? Qui dixit illis. Propter incredulitatem vestram. in commentario *Hieronymus.* Hoc est quod in alio loco dixit. Quæcunq; in nomine meo petieritis, credentes accipietis. Ergo quotiens non accipimus, non præstantis est impossibilitas, sed culpa poscentium. Si habueritis fidem vt granum sinapis, dicetis monti huic, transi, & hinc transibit. Hæc ille. A V T H O R. Compara causas causas, translationem montis in mare ad hoc, propter salutis effectum corpus immisum lauacro baptizare, corpus nostrum reficere pane cibario: & animam, & corpus caeli pascere sacramento, spiritum mutum, sed vnicum de obfesso filio deijcere, & auctoritate spiritus sancti vniuersa crimina remittendo septem demonia de mente fidelis expellere. Et quod ad nos pertinet, contra naturam cessibilis vnde saluum hominem ad litus euehere, & contra futuritiones necessarias, super omnes fluctus fallibilis logice mergendum inferis, per fidem, & gratiam saluatoris caeli sedibus collocare. Si prima leuia præstabit pater in fide petentibus, & hoc iubemur non citra fidem (vt perfidus dicit) sed plena fide competere: secunda, quæ sunt fidei sacramenta, & præordinationis ad gloriam, magis fideliter postulemus, & tanquam

fidem ea accipiamus esse perfecta à Deo, & concessa. Qui indiget sapientia, postulet à Deo (inquit Iacobus) qui dat omnibus affluenter, & postulet in fide, nihil hæsitans. Si fides necessariò præcedit obtentum, qualiter deesse poterit consecuto? an non eadem fide Deum oro, vt commodet, & hæreo fideliter largienti? Et iterum si hesitatio culpatur in petendo quamlibet humanam sapientiam, quamto magis confidenter orare debemus ad consequendum sapientiam æternæ prædestinationis ad gloriam? A qua hæsitatione, & desperatione dehortatur omnino fideles libro de bono perseuerantiæ versus finem *Augustinus.* Illum igitur etiam modum, quo vtendum esse in prædestinationis prædicatione nos diximus loquenti apud populum, non existimo debere sufficere, nisi hoc, vel huiusmodi aliquid addat, vt dicat. Vos itaq; etiam ipsam obediendi perseuerantiam à patre luminum, à quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere, atq; hoc faciendo, confidere non vos esse à prædestinatione populi eius alienos: quia etiam, vt hoc faciatis, ipse largitur. Absit autem à vobis ideo desperare de vobis: quoniam spem vestram in Christo habere iubemini, non in vobis. Sequitur. Hanc spem tenentes, seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quoniam de vita æterna, quam filijs promissionis promissit, non mendax Deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit ista vita, quæ tentatio est super terram. Hæc ille. A V T H O R. Istum modum instruendi populum caute & item fideliter de prædestinationis articulo tradit Augustinus, in quo non citra fidem leuiter reputare docuit nos ipsos esse saluandos, & prædestinatos ad gloriam, sed hoc datum optimum à Deo sperare, ab ipso quotidianis orationibus hoc poscere, & hoc faciendo, confidere non nos à prædestinatione sui populi alienos, de qua nemo vsque post consummatam hæc vitam potest esse securus. Ecce confidere iubet sperare catholicè, non hæreticè reputare. Hac confidentia, & spe, qua bonum est confidere in domino, & non in homine. Super Psalmum. 115. *Augustinus.* Nec quisquis secundum quendam modum dici potest angelus bonus, sic à me cogitetur, vt in eo confidere debeam. Nemo enim bonus nisi Deus solus. Et cū videtur adiuuare homo, vel angelus, cū hoc vera dilectione faciunt, ille per eos facit, q̄ eos p̄ modo eorū bonos fecit. Hæc ille. A V T H O R.

Augustin.

Augusti.

4

Wicleff.

Hieronym.

Beda.

Augustin.

2


T H O R. Sed præsto est hæreticus, expectat, scio, vt dicat, hoc de nostra prædestinatione habet vnusquisq; pro seipso confidere, sed si prælati præficti cæsareos clericos ordinent, non accipiendum est pro fide, quòd sic fuerint ordinati. **A V T H O R.** Et ¶ dicit ecclesia. Qualiter confidere debes hoc de te, & non hoc ipsum confidere de prælato: Hic erat error pseudoapostolorum contra Paulum. contra quos iterum Paulus. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. 2. Corinthi. 10. Hoc habet antistes dicere Witcleuista. cur non confidis in ordinatione Dei per manus meas? quia forsitan non confidis me de prædestinatione ad gloriam. Cur non? Quid de te confidis? Nunquid quòd solus es Christi? Noli hoc. Vnus dominus, & vna fides in domino. Hoc igitur cogita apud te ipsum, quia sicut tu Christi es, ita & nos. Super quem locum in expositione *Ambrosius*. His (inquit) loquitur, quorum tangit superbiam, qui de se presumentes inflatione animi, minus quam dignum erat, de Apostolo sentiebant, quasi non egerent præceptis eius. Quos commonet, vt si de se confiderent, quòd erant serui Christi, nõ utique deberent de Apostolo dubitare. Sed & eo quanuis impar sit, vel similiter sentire, cum utiq; magis præferre sibi deberent magistrum gentium. Sed sic humilitatem illos in se docet æquans se illis, cum esset vas electionis, & magister gentium in fide, & veritate. Hoc ergo vult illos considerare, quod utiq; clara luce videtur: quia de Apostolo nemo quærentium non plus æstimet, quam de se: quantum magis nemo minus, quam de se debeat æstimare? Hoc ergo contestatur, ac docet, ne elatione mentis, bonæ vitæ meritum perderent. Qui enim scit se aliqd esse, humiliet se, vt amplior fiat. Hæc ille. **A V T H O R.** Hoc audiant miseri Witcleuista: hanc attendant apostolicam lectionem, dimissis reputationibus friuolis Antichristi. Non reputes leuiter, imò quòd confidas in domino te Christi esse, placet apostolo, sed non te ipsum solum. Hoc enim si neges Apostolo, imò vel eius successori prælato, animi inflatione præsumis. Quia hoc de eo, scilicet, quòd Christi, quanuis impar fuerit, vel similiter, vt de teipso sentire debebis: & hoc ad minus, cum magis tibi magistrum multarum gentium antistitem tuum præferre debueras. Probat hoc, quia si non plus æstimet de eo, quam de se, quantum magis, nec minus debeat æstimare? Probat hoc, vt contestatur, & docet Apostolus, ne elatione mentis, meritum vi-

te perdat. Sed qui scit se aliquid esse, humiliet se, vt amplior fiat. Verè ergo est plurimum formidanda doctrina Witcleff, quam quoties infert, & docet sequaces alios christianos in omni actu oculi suspicari præfictos. Et si nemo illorum sic æstimat seipsum, quanuis priora opera gerat, quomodo non per superbiam suæ mentis meritum vitæ perdat, contra Apostolum hoc testantem edicat. Maxime ¶ quia nullus est præfictus superstes huic vitæ, quin poenitere potest finaliter, & ignoscetur ei, etiã si manifestatus fuerit sicut Cain: & vt fructuosè poeniteret, sub terrore dimissus. Vnde de quæstionibus noui & veteris testamenti cap. 5. *Augustinus*. Talis est causa improuidi ac paricidæ Cain, qualis & illius nequam serui, qui gratus effectus, eiciens suffocabat seruum suum, vt & de præterito ignoto sibi facinore, & de impietate in conseruum admissa, inexcusabilis damnaretur. Et tamen ad præsens non est damnatus Cain, sed confusus, & reus sub terrore dimissus est super terram, vt si poeniteret, ignosceretur ei. Hæc ille. **A V T H O R.** Ecce Cain, quãuis præfictus ab æterno, nõ tamè est pro præfenti damnatus. Et ideo expectatus in terra, vt si poeniteat, ignoscatur eidem. Quanuis autè facturus nõ esset hoc, tamen iam arguitur potuisse.

¶ Ad literas testimoniales episcoporum pro clericis ordinandis
C A P. C X X V I I .
S V M M A .

- 1 Witcleff, qui literas episcoporum testimoniales pro clericis ordinandis contemnit, confutatur.
- 2 Legis naturalis & scriptæ ex Augustino comparatio.
- 3 Paulus quòd usus fuerit literis testimonialibus pro susceptione Onesimi ad fraternitatem. &c.
- 4 Canon apostolorum, quòd Episcopi peregrini, presbyteri, aut diaconi sine commendatitijs non susciperentur literis.
- 5 Commendare quid secundum Haymonem.
- 6 Commendare quid ex Hieronymo.
- 7 Concilium Mileuitanum, quòd ordinati accipiant literas

litteras ab ordinatoribus &c.
8 Literæ quòd tradantur ordinatis ab ordinatoribus sine ambitione, ex antiqua patrum regula.



Estimonium ¶ perhibet de me, qui misit me pater, ait Iesus dominus noster. Ioãnis. 8. Qua ergo temeritate hæretica eleuabitur Witcleff super Christum, nolentem aggredi sacerdotis officium hic in terris, nisi testimonio mittentis eum patris, respuens, & contemnens testimonium sui patris antistitis consecrantis, & mittentis, cum dicat ex parte Christi, & ecclesiæ, Vade, & prædica verbum Dei populo tibi commisso? De sermone domini in monte capi. 69. Cum plus debet credi operibus, quam aramento, vel chartis episcopi, magis est operibus presbyteri attendendum, quam scripto episcopi ordinantis. Ad istum autem sensum dixit Christus Ioannis. 10. Operibus credite. Ideo patet, quòd nullæ tales literæ testimoniales darent fidem fidelibus, quòd quis sit sacerdos, siue episcopus, sed vita euangelica hoc probaret. Hæc Witcleff. **A V T H O R.** Quid ergo, si vita euangelica reperiatur in foemina, vel laico coniugato, nunquid probatur ea ipsa statim episcopus, vel sacerdos? Hoc ergo reputo te disturum. Sed in leuiori causa Tobias non commodauit Gabelo decem talenta sine testificatione chirographi. Et tamen plus credi potuit sanctæ vitæ Tobie, & pijs eius operibus, quòd crediderat talem summam: quam aramento, vel chartis Gabeli. Sæctus itaq; Ieremias non emit possidendum agrum Hanameelis sui patris in Anathoth propter septem stateres, & decem argenteos sine libro scripto, & signato, & adhibitis testibus. Ieremias. 32. quanuis vita sua euangelica iustitiam possessionis eius ritè probasset. Et tu tantum Christi populum, & agrum ecclesiæ committis episcopo emptum tanto pretio sanguinis Christi, sine autoritate scripti, vel testificatione sensibilibus sigilli, aut humanitus dati testimonij, vt liberius subintrèt falsi fratres tui, & sub vestimentis, & simulatis operibus ouium lupi tui rapaces. Hoc est quod optas, omnes nouerunt. Aut quid proficit comparatio tua straminea, qua arguis, plus debet credi operibus, quam chartis, ergo nullæ literæ testimoniales darent fidem fidelibus, quòd quis sit sacerdos, vel episcopus? Forma arguendi à Manichæo tuo ad te vsq; protrahitur. Ipse enim argumento deduxit: nullum bonum creatum esse, quia Deus fuit magis

bonum. Vnde libro contra epistolam fundamenti capitulo. 35. *Augustinus*. Quòd si dixerimus, non iam esse ista bona, quæ de nihilo facta sunt, sed tantummodo Dei naturam bonam esse, inuidemus tantis bonis, & vox ipsa est, iniuriam putare non hoc esse, quòd Deus: & ideo nolle esse aliquod bonum, quia ei præponitur Deus. Quæso patere naturam animæ rationalis aliquantò minus esse, quam Deus est, & tantò minus, vt post ipsum te melius aliquid non sit. Sequitur. Superbus es in Deum, si indignaris, quòd te antecedit, & nimis contumeliosè de illo sentis, si non ineffabiliter gratularis tam magnum bonum esse te, vt solus sit ille præstantior. Hæc ille. **A V T H O R.** Ita patere tu Witcleff chartas, & literas testimoniales episcopi esse bonas, si vitam, & opera sacerdotis præferre contendas. Superbus es, si indigneris contra literas, quia opera antecedunt. Cælum melius est terra, sol silice, myrrha mero, nõ tamen terra nulla est, filix, aut merum. Viuacior etiam est lex creatoris inserta cordibus, tanquam tabulis lapideis, siue chartis, hanc tamen Deus expressit visibilibus literis, tam ad autoritatem, quam ad manifestationem legis æternæ. Vnde de quæstionibus noui & veteris testamenti capitulo. 4. *Augustinus*, Primum ¶ lex formata in literis dari non debuit: quia in natura ipsa quodammodo inserta est, & creatoris notitia ex traduce non latebat. Nam quis nesciat, quòd bonæ vitæ conueniat: aut ignoret, quia quòd sibi fieri non vult, alij minime debeat fieri? At autem vbi naturalis lex euauit, pressa consuetudine delinquendi, tunc oportuit manifestari, vt Dei iudicium omnes audirent, non quòd penitus oblitterata est, sed quia maxima eius autoritate carebant, idololatriæ studebatur. Timor Dei in terris non erat, fornicatio operabatur, circa rem proximi auida erat concupiscentia. Data ergo lex est, vt quæ sciebantur, autoritatem haberent, & quæ latere ceperant, manifestarentur. Hæc ille. **A V T H O R.** Habeat pondus suum Augustini sententia. Comparat duas leges, naturalè, & scriptam. Prima est excellentior, non requirès secundam, si illi apud homines remansisset autoritas: oppressa est mole peccaminum. Idcirco scripta lex prodijt, vt autoritatem suam prima lex habeat, & manifestationem. Ita vita bona non est in exterioribus actibus, sed in arca cordis. Nec tamen omnis vita bona ordinat sacerdotè. Idcirco satis laicaliter dicitur, quòd ex vita, vel operibus sacerdos debet agnosci. Sed quanuis longè maior sit consecratio

VWitcleff.

Augustin.

Augusti.

Manichæ.

cratio, vel potestas interior, quam charta atramento descripta, designans episcopum, ipsa eius autoritas sine scriptura nobis manifesta non esset. Descripta ergo, & signata potestas sacerdotis exigitur, ut interna per hanc manifestetur autoritas. Et nonne legisti Christum dixisse discipulis, Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me? Et statim addit. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Ioannis. 15. Iterum nonne legisti Christum dicere, Si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei maius est? Ioannis. 5. Maius ergo testimonium habet Christus testimonio apostolorum, quando testimonium habet sancti spiritus. Cur ergo non spernit, aut cur sibi instaurat testimonium hominum quod minus est? dicens, Et vos testimonium perhibebitis. cum iam plenum testimonium Dei haberet, quod est maius. Sicut Witcleff contemnit testimonium literarum episcopi, quia plus credi debet operibus, quam his chartis. Ad rem verò est, quod Paulus apostolus non mittit nuntios cum collectis pauperum sanctorum in Hierusalem, nisi testimonio probatos per epistolas. primæ Corinthiorum. 16. Cum autem presens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Maior autem est gratia spiritualis sacerdotij, quam temporalis peculij. Non ergo nisi probatos per epistolas, vel æquivalenter, habent episcopi mittere perferre gratiam sacerdotij populis diuidendam. Et quid dicet Witcleff, cum ab eodem Paulo audierit, quod non sine literis testimonialibus de susceptione Onesimi ad fraternitatem, de seruitute Philemonis, & ministerium euangelij eundem Onesimum ad dominum suum misit? Obscuro te, inquit pro meo filio, quem genui in vinculis, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem mihi, & tibi utilis, quem remisisti. & tamen plus credi potuit vitæ, & operibus deuoti Onesimi, quam huiusmodi chartæ Pauli. Quid igitur obijcis nostris episcopis, si hunc Apostoli morem obseruent, ut nullum ordinatum, vel in euangelij seruitutem consecratum emittant sine testimonialibus literis, ne plebs incauta, aliquem inordinatum pro ordinato, laicum pro clerico, Witcleuista pseudoprebyterum pro catholico sacerdote suscipiant, aut item sibi constituent, ad morem Michæ illius idololatæ. de quo Iudicum. 17. Aediculam Deo suo separauit. & fecit Ephod, ac

theraphim, id est, vestem sacerdotalem, & idola. Impleuitque vnus filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. Et in sequentibus leuiten suscipiens peregrinum, sponse illi facta, de muneribus impleuit manum eius, & apud se retinuit sacerdotem. Hanc optat Witcleff sibi, & suis, ad perficiendum sibi presbyteros licentiam generalem. Non ergo sine causa in scriptis sanctis apostoli literas testimoniales inuenerant. Et item non citra scripturas instituerant, ut nullus peregrinus episcopus, sacerdos, vel diaconus sine commendatitijs susciperetur epistolis. ut habetur inter canones apostolorum. 34. capi. Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitijs suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiantur attentius, si prædicatores pietatis extiterint: & ita suscipiantur, quæ sunt necessaria subministrantur eis: & aliter ad communionem nullatenus admittantur. Hæc ibi. A V T H O R. Pondera canonis edictum, & rationem eius: scripta ordinationis suæ deferant ordinati, & delata, discutiantur attentius. Cur id? Quia per surreptionem multa proueniunt. Nonne ideo Christus apostolos suos signorum exhibitione quasi firma scriptura testimonio in mundum? Et ipse item Christus contra dubios potestatis suæ diuinæ allegare cepit miracula. Opera, inquit, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Et hæc erant opera, non vitæ tantum, sed signorum: de quibus Christus ait, quod tu dixeras, operibus credite, scrutare scripturas, ut aptius intelligas nec perueritas. Obijcere cupit Witcleff, quod apostolus Paulus commendatitias noluit. 2. ad Corinthi. 3. Incipimus autem iterum nosmetipsos commendare: aut nunquid egemus sicut quidam commendatitijs epistolis ad vos, aut ex vobis? quasi dicat, non. Sed ambiguitas commendationis decepit nostrum Witcleff. Est enim commendatio laudis, & commendatio traditionis. Neutram tamen contempsit Paulus ut illicitam: sed primam repulit importunam: sicut & victum euangelicum propter pseudoapostolos. Vnde in eodem loco Haymo. Commendare id est, laudare. Nunquid non se, & alios laudauit paulo superius? fecit utique; & superius: & iterum in isto loco, & in sequentibus. Sed cum sapientia dicit per Salomonem, Laudet te alienus, & non os tuum, quare se laudat Apostolus? Nimirum idcirco, ut Corinthios ab amore pseudoapostolorum retraheret ad amorem sui, aliorumque; veridico-

Canones apostolorum.

Haymo. Commendare.

dicorum apostolorum. Aut nunquid egemus quidam commendatitijs epistolis, id est, laudatitijs, siue laudatiuis, quæ ab alijs gentibus & ecclesijs ad vos mittantur, aut ex vobis ad alios, quæ nobis testimonium laudis, & sanctitatis perhibeant, sicut quidam, subaudis faciunt, pseudo, videlicet apostoli, & Iudæi, qui accipiunt a scribis, & Phariseis, pontificibusque; Iudeorum literas, ut pro sanctis, & religiosis prædicatoribus habeantur? Non indigemus vestra laude, neque epistolis laudatiuis, quæ nobis testimonium laudis perhibeant. Hæc ille. A V T H O R. Est item & alius sensus, & modulus commendandi, prout Hieronymus dicit: commendare, pro tradere, & designare quenquam accipiendum pro tali. Et sic iubet canon apostolorum & episcopum, vel sacerdotem peregrinum in partibus commendandum: & iterato populum salutandum, prout ab illa antiquitate Sixtus papa præcepit. 7. à beato Petro secundo Hieronymus de gestis Romanorum pontificum ex Damaso. vbi dicit. Hic constituit, ut quicumque episcoporum euocatus fuisset ad apostolicam sedem, rediens ad parochiam suam non susciperetur, nisi cum literis salutationis sedis apostolicæ patriarchæ, plebique; formatis. 7. Hæc ille. A V T H O R. Item ab hac antiquitate traxit concilium Mileuitanum suum decretum, cui interfuit Augustinus, & subscripsit se. cap. 14. Deinde (inquit) placuit, ut quicumque deinceps ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentibus præfulem, & diem: ut nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriarur. 8. Hæc ibi. A V T H O R. Et item quod omnes subscriptiones tales, & literæ iuxta antiquam patrum regulam, & sine ambitione tradantur, decreti sui cap. 5. instituit Gregorius papa. Antiquam patrum regulam sequens, nihil vnquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem simulatio inuenit appellatione pastelli. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit: euangelicam lectionem minister legit, confirmationis verò huius epistolam notarius scribit: sicut pontificem manum non decet, quam imponit, vendere, ita minister, vel notarius non debet in ordinatione eius vocem eius, vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo, vel pallio, chartis, atque pastello eundem, qui ordinandus est, vel ordinatus aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere, vel petere aliquid forte præsumpserit,

Hierony. Commendare.

Hierony.

Concilium Mileuitanum

Gregorius.

in descripto Dei omnipotentis examine reatui subiacebit. Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, aut petitus post acceptas chartas, & pallium offerre aliquid ex clero gratiæ tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpæ maculam gerit, quæ ex accipientis ambitu non processit. Hæc ille in libro decretorum pontificum.

Vbi displicet Witcleff continentia clericorum.

C A P. C X X V I I I.

S V M M A.

1. Continentia clericorum ubi displicet Witcleff.
2. Iouiniana hæresis circa coniugium. Et quomodo hanc amplecti uideatur Witcleff.
3. Valdensium error octauus à Guidone recensetur.
4. Augustinus quid de continentia clericorum dicat. Et quam mundi debeant esse. Et quomodo non liceat eis habere uxores.
5. Presbyteris legis ueteris quare erant ad tempus licita coniugia, & quare nostris sine illicita, ex Beda, & Ambrosio ostenditur.



Continentiamque clericorum ab apostolorum temporibus hucusque laudatam, cæterorumque religione professorum ut carlibem vitam ducant fama refert redarguisse Witcleff: secundum alios autem non eam satis laudabilem prædicasse. Fateor tamen, me sæpe vidisse in libris eius, quod laudauerit castimoniam clericorum, & carlibum. Fætor tamen sordidæ sectæ suæ, qui de gestis in conuenticulis eorum foras erumpit, authorem accusat. Vnde autem nasceretur occasio eis in libris eius, tandem reperi scriptum esse in libro de officio pastoralium. 29. vbi dicit. Quomodo versati sunt clerici ab alitibus cæli in colubros, & à discipulis Christi in phariseos colantes Culicem, & glutientes Camelum? Nam coniugium secundum legem Christi eis licitum odiunt ut venenum: & seculare dominium eis à Christo prohibitum nimis auide complexantur. Hæc Witcleff. A V T H O R. Et loquitur de sacerdotibus clericis per totum. Et lib. 3. de sermone domini

Vitcleff.

Witcleff. domini in monte ca. 11. Nec diabolus defraudat solum simplices per hos fratres, sed per se etas alias infundabiliter introductas: vt monachi, & canonici cum clero caesareo auferunt primo secularia dominia, que haberent dominum temporales: & sic ex petulantia spoliando visitant foeminas viduatas, cum Christi ordinantia, forent mariti plurimi coniugati, qui iam sunt ad claustrum infundabilis religionis tractati, vt Tarfitas, & sic corporalem fornicationem immiscet sapius vt priores. Sic ergo plena est ecclesia fornicationibus, & prauaricationibus istarum sectarum quatuor sacerdotum. Et ratio omnium istorum malorum stat in isto, quod spernitur Christi ordinantia, & statur ordinationi subdola Antichristi. Hæc Witcleff. A V T H O R. Vtrobique; ¶ videtur dicere sacerdotibus, & claustralibus secundum legem Christi licitum esse coniugium, & ex ordinatione tantum humana eis illicitum esse factum. Quod vt a suis est praesumptum, Iouinianam amplectitur hæresim, quæ conjugale commercium castitati calibum coequauit. Lib. hæresum ca. 82. *Augustinus*. Iouinianitas quoque; apud istum reperitur, quos iam noueram. A Iouiniano quodam monacho ista hæresis orta est ætate nostra, cum adhuc iuuenes essemus. Sequitur. Virginitatem Mariæ destruebat, dicens eam pariterdo fuisse corruptam. Virginitatem etiam sanctimonialium, & continentiam sexus virilis in sanctiseligentibus calibem vitam coniugiorum castorum atque fidelium meritis adæquabat, ita vt quædam virgines sacræ prouocetæ iam etatis in vrbe Roma, vbi hoc docebat, eo audito, nupuisse dicantur. Hæc ille. A V T H. Sic extendunt, vt fertur, simbrias magistrum, vt penè Valdenses sociantur. de quibus libro de hæresibus *Guido*. Decimus, inquit, octauus error, quod vrente carnis libidine inter eos omnis carnalis mistio est licita. Hæc ille. A V T H O R. Sed valde impudenter inualuit, si, vt plurimi dicunt, superat sacerdotes. Quos utique; sordidus Iouinianus non valebat euincere, sicut in prædicto loco hæresum anotat *Augustinus*, dicens. Citò tamen ista hæresis oppressa, & extincta est, nec vsque; ad deceptionem aliquorum sacerdotum potuit peruenire. Hæc ille. A V T H O R. Post hæc quid de ista hæresi dicatur sumus, quæ tot, quot facta refert, nostri clerici? personas obuoluit? nisi, quod succurrente magno ecclesie magistro Christo, dictum illud prophetæ Michæ præstolamur implendum. Hæc dicit dominus super prophetas, qui seducunt populum meum. Sequitur. Occumbet sol super prophetas, & obtene-

brabitur dies super eos. Michæ. 3. vbi in commentario lib. primo. *Hieronymus*. Hæretici vere pseudoprophetae sunt, & dicunt, Hæc dicit dominus. & dominus non misit eos. Non errabimus. Illi enim populum Dei quodam errore decipiunt, & hoc faciunt, vt comedate eos, vel simpliciter in muneribus accipiendis, vel mystice in occisione animarum eorum: & permittunt eis pacem, & regna caelestia, & dicunt, Non necesse est, vt viuas continenter & sancte. Habeto fidem quam docemus, & omnia promissa a Deo consequeris. Quæ loquentes, magis aduersus eos iram domini concitant, & sanctificant in illos prælium. Quamobrem hæretici, qui putatis vos habere prophetiam, & imitamini ecclesiam, vbi estimatis esse visum, ibi erit nox. Occidet enim sol iustitiæ super huiusmodi prophetas, & confundentur. Cumque; diuini magis, quam prophetæ fuerint comprobati, ridebuntur super somnijs suis. Et populi, qui prius ab eis decepti fuerant, loquentur contra eos. Hæc ille. A V T H O R. Proposita prophetia dicens ex parte pseudo ad suos seductos, Non est necesse, vt viuas continenter, & sancte, habeto fidem, quam docemus, & omnia promissa domini consequeris. non bene aptatur increpatorio dicto Witcleff, quod sacerdotes coniugium secundum legem Christi eis licitum odiunt vt venenum? Si enim coniugium sit eis a Christi lege tam licitum, consequens est, vt sacerdoti secundum legem Christi vxoris usum concedat, dicens. Non est necesse, vt viuas tam continenter, & sancte. Sed statim quaerunt, vbi Apostolus nuptias probauit apud Corinthios, locus illius legis, cur non licentiat sacerdotes? Respondet tibi lib. de quaestionibus noui & veteris testamenti capitulo vltimo *Augustinus*. Cum enim Corinthij exagitarentur ab hæreticis, qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant, consuluerunt Apostolum literis, an liceret nubere, aut vxorem remittere. Tunc præcepit Apostolus non debere vxorem a viro recedere, cum occasione discedendi habuerit. Sequitur. Sed forte dicatur, si licet, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet vxores habere, id est, vt ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat vnumquemque; professionem suam, & legem habere? Est enim, quod omnino generaliter omnibus non liceat. Est item, quod alijs licet, & alijs non licet: & est quod aliquando non licet. Fornicari, omnibus semper non licet. Negotiari verò, aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari: factò iam, non licet. Et cum

Et cum vxore sua aliquando conuenire licet, aliquando non licet. Propter dies enim processione aliquando non licet conuenire: quia etiam a licitis abstinentum est, vt facilius impetrari possit, quod postulatur. Vnde Apostolus, ex consensu, ait, abstinentum ad tempus, vt vacetis orationi. Nam & secundum legem in ieiunio cædi, & virgari non licet, postea licet: quia maior reuerentia debetur Dei causis. Nunquid omne, quod inter ceteros licet, ante imperatorem licet? Quamto magis in Dei causis, ac per hoc antistitem eius purior ceteris esse oportet? Ipsius enim personam habere videtur: quia necesse habet quotidie Christi vicem agere: aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solum huic non licet, verum & ministro eius: quia & ipse mundior debet esse, quia sancta sunt, quæ ministrat. Nam sicut ad comparationem lucernæ tenebræ non tantum obscuræ sed & fordidae sunt: ad comparationem autem stellarum lucerna caligo est: ad comparationem autem solis stellæ nebulae sunt: ad Dei autem claritatem sol nox est: ita quæ ad nos licita, & munda sunt, ad Dei dignitatem quasi illicita, & immunda sunt. Quamquam enim bona sunt, Dei tamen personæ non competunt. Nunquid non tunica mediocris hominis, quamuis munda, imperatori tamen fordida, & illicita est? Similiter & faccia senatori? Ac per hoc antistites Dei puriores esse debent ceteris: quia & Christi habent personam: & ministros Dei mundiores esse oportet. Nemo enim imperatori ministrat non clarus. Mundis etiam induti ei ministrant. Deus autem quia natura clarissimus est, ministros eius magis, quam vestibus mundos esse oportet. Hæc ille. A V T H O R. Absoluit doctor Augustinus insidiantium quorundam querelas, volentium contendere cum sancta. Si (inquiunt) continere decernitis sacerdotes, & ministros altaris, vt mundè ministrent: quid ergo? Nunquid vita conjugalis immunditia est? Solut Augustinus, & dicit. Et si nobis hominibus munda est, tamen comparata ministerio Dei, non est munda: sicut lucerna est lux, vel lucida: sed in comparatione solis est tenebra. Vnde si Deus eam non purificaret ministerio sacramenti, & nos eam comune quid diceremus, & immundum. Idcirco tamè Dei rebus comparata immunda est, dicente scriptura per Achimelech sacerdotem in Nobè: si mundi sunt pueri, maximè a mulieribus, manducant. Et exponit *Hieronymus* super Ecclesiasten: & item in Hebraicis quaestionibus super illum locum Regum: de mu-

lieribus non tam alienis, quam propriis, dicens. Achimelech interrogat, vtrum Dauid, & pueri sui, quos in illum locum conduxisse dixerat, mundi essent. Dauid verò ænigmaticè de seipso pluraliter respondit, dicens. Et fuerunt vasa puerorum sancta: scilicet a concubitu coniugali. Hæc ille. A V T H O R. Si ergo tanta munditia exigitur in his manducantibus vitæ etiã necessitate constrictis, vt ab ipsis coniugibus mundi forent, quantum amplior requiritur inesse presbyteris corpus domini prius vice domini conficientibus, quam manducantibus? Quanta item in ministris continuas facturus excubias ad altare non iam signorum, sed rerum? Hanc rationem, hanc necessitatem continentiam *Augustinus* desuper arguebat. Necesse, inquit, habet antistes quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere, vt puta baptizare. Et non solum ipse, verum & minister eius. Et libro primo contra Iouinianum capitulo. 11. idem *Hieronymus*. Si mundi sunt pueri ab vxoribus. Et ille respondit. Ab heri, & nudiustertius. Panes enim propositionis quasi corpus Christi de vxoribus cubilibus confurgentes edere non poterant. Et in transitu contemplandum quod dixerit. Si mundi sunt pueri ab vxoribus, videlicet, quod ad munditias corporis Christi omnis coitus immundus est. Hæc ille. A V T H O R. Hoc dixit Augustinus supra: quod quamuis munde sint nuptiæ: tamen ad Christi ministerium comparatæ, sunt immundæ. Reputo ergo præceptum castitatis in presbyteris, & diaconibus pro tempore seruitutis fuisse morale: & quod completa vice officii, potuerunt vacare coniugio. Hoc fecit necessitas temporis pro propaganda sobole ex stirpe Aaron: quia sacerdos ex illa debuit omnino substitui: sicut de Zacharia Lucæ primo legitur: & tractat in commentario super Lucam libr. 1. cap. 2. *Beda*, dicens. Et factum est vt implerentur dies officii eius, abiit in domum suam. Hoc est, quod dixi: quia vicis suæ tempore pontifices templi tantum officiis mancipati non solum a complexu vxorum, sed ab ipso quoque; domorum suarum abstinerent ingressu. Vbi nostri temporis sacerdotibus, quibus semper altari seruire iubetur, perpetuo seruandæ castitatis exemplum datur. Quia enim tunc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quaerebatur, necessario tempus substituendæ soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio, sed perfectio spiritualis inquiritur, consequenter sacerdotibus, vt semper altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum, semper

Augusti. in Iouinianas.

Guido de Valdeñ.

Augusti.

Hierony.

Augusti.

Ab Saxonia vel Saxonica.

Hieronym.

Augustin.

Beda.

FF casti-

castitas ol seruanda præcipitur. Hæc ille. A V T H O R. Accedant iam illi, qui petulantique clericorum, vnde possunt, gaudent adhibere patronos: nec pudet eos in palam dicere, quod solo humano statuto cogente tenentur renuntiare coniugibus. Græcos sacerdotes inducunt, qui vacant vxoribus. Et pro eis facere videtur, quod confessor Paphunius in Nicæno concilio decretum continentie mutilauit. Innocentium, Gregorium, & cæteros papas in crimen huius constitutionis aduocant, & subriident. Er quidem sancto patri Bedæ, quod cum eis contra libertatem sui coniugii cõspirauit, imponunt viri nescii legis Dei, sed inflatilibus stimulis conculcantis presila sciuiæ. Attendant, si possint, rationem legis, quam Beda cõduxit: & videbunt, quod non voluntarie, imò necessaria ratione ducente legis Dei non cærimonialiter, sed moraliter exponendæ, Beda continentiam illam sacerdotum nostrorum perpetuam declarauit. Ex debito, sacerdos legis necessario vice ministratiõis, & domo, priuabatur, & coniuge. Quod si perpetuò ministrasset, perpetua castitate teneretur astrictus: sed quia lex carnalis erat, & sacerdotiũ ex sequela carnale, necesse habebat ex sua carne facere successorem. Ex parte ergo, qua erat ministerii spiritualis debitor, spirituale debitum puritatis exoluit. Aliam partem impendit carnis sequelæ: cui seruitute legis illius tenebatur obnoxius. Iam autem translato sacerdotio, legis etiam translatio fit. Et sicut Beda dicit: quia nõ carnalis successio, sed perfectio spiritualis inquitur: consequenter sacerdotibus, vt semper altari queant assistere, semper ab vxoribus cõtinendum, semper castitas obseruanda præcipitur. Moralis est hæc præceptio puritatis in congruentiam diuini ministerii: quam credo nunquã in aliqua lege vacasse. Approbat suum Bedam in expositione illius loci. 1. ad Timotheum. 3. Ambrosius.

Paphunius.

Vbi fundatur necessitas continentie clericali expressæ in scriptura sacra, & à primæuis ecclesiæ obseruata.

C A P. C X X I X.

S V M M A.

1 Clericalis cõtinentie necessitas in scriptura sacra expressæ, et à primæuis ecclesiæ obseruata, ubi fundetur.

2 Witleff nouum dogma (dicens, unius uxoris uirum, sic debere intelligi, ut cum una uxore continenter uiuat) diluitur. Et plura de hoc ibi.

3 Paphunij consilium in Nicæna synodo ex Cassiodoro recensetur. Et quid synodus tunc circa coniugium cleri corum decreuerit.

4 Gregorij epistola ad Petrum subdiaconum pro castitate à diaconis Sicilianis seruanda. Et plura ibi de castitate clericorum ex Ambrosio, Hieronymo. &c.

5 A ratoris poetæ dictũ de pudicitia Pomificũ. &c. Vigilant

Ambrosius

sterii, purificati aliquantis diebus accedebant ad templum offerre Deo. Nunc autem in septem diaconos esse oportet, aliquantos presbyteros: vt bini sint per ecclesias, & vnus in ciuitate episcopus. Ac per hoc omnes à conuentu foemine abstinere debere: quia necesse est eos quotidie præsto esse in ecclesia, nec habere dilationem, vt post conuentum legitime purificentur. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si nõ quotidie, peregrinis: incolis tamen, vel bis in hebdomada, & non defunt, qui prope quotidie baptizantur ægri. Nam veteribus ideo concessum est: quia multo tempore in templo non videbantur, sed erant priuati. Hæc ille. A V T H O R. Hæc est summa ratio nis istorum sanctorum, quare nostris presbyteris conugia sunt illicita: ad hoc omnes declinauerunt a primo: quia scilicet ministerium eorum est continuum, siue in orationibus, vel oblationibus, vel sacramentorum exequitiis: quod veteribus non erat moris: quia & multo tempore non videbantur in templo (dicit Ambrosius) sed erant priuati. Hoc quoque excusationis genere forsã suspenduntur & Greci: quibus vna missa dütaxat pro vniuerso celebratur populo in die. Et eorum episcopi dicuntur conuenire frequentius, tam ad celebranda mysteria, quã ad baptizandum gētes.

Vbi fundatur necessitas continentie clericali expressæ in scriptura sacra, & à primæuis ecclesiæ obseruata.

C A P. C X X I X.

S V M M A.

- 1 Clericalis cõtinentie necessitas in scriptura sacra expressæ, et à primæuis ecclesiæ obseruata, ubi fundetur.
- 2 Witleff nouum dogma (dicens, unius uxoris uirum, sic debere intelligi, ut cum una uxore continenter uiuat) diluitur. Et plura de hoc ibi.
- 3 Paphunij consilium in Nicæna synodo ex Cassiodoro recensetur. Et quid synodus tunc circa coniugium cleri corum decreuerit.
- 4 Gregorij epistola ad Petrum subdiaconum pro castitate à diaconis Sicilianis seruanda. Et plura ibi de castitate clericorum ex Ambrosio, Hieronymo. &c.
- 5 A ratoris poetæ dictũ de pudicitia Pomificũ. &c. Vigilant



Igilanter autem insudat, qui contraria horum sentiunt, interrogantes, vbi de hoc domini scriptura precepit, si nõ tantum sit institutum humanum: nec sufficienter aduertunt, quid instruxit Timotheum Apostolus de episcopis, presbyteris, & diaconibus in suo regulari catalogo. 1. ad Timotheum. 3. Oportet episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitem, doctorem: non uolentem, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene prepositum: filios habentem subditos, cum omni castitate. Sequitur. Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt. Decem & septem ergo sunt morales articuli regulæ episcopalis: quorum sextus, & secundus pro re faciunt. Primò, quod nõ sit bigamus, sed vnus vxoris vir: & quod sit pudicus post episcopatum adeptum: & ab omni carnis alluione contineat. Hac item regula presbyter ad paria colligatur, dicente in expositione eiusdem loci Ambrosio. Post episcopum diaconatus ordinationem subiicit. Quare quia episcopi, & presbyteri vna ordinatio est: vterque sacerdos est, sed episcopus primus est: vt omnis episcopus sit presbyter: non tamen omnis presbyter episcopus. Hæc ille. A V T H O R. Pro hac regula item diaconi, ibi subiicitur in lege apostoli diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes ministerium fidei in conscientia pura. Et ij probentur primum: & sic ministrent: Diacones sint vnus vxoris viri, qui filii suis bene præsent, & suis domibus. Et in hoc articulo octonario regulari primus articulus, & septimus diaconos obligat vt presbyteros simili castitati. Diaconos, inquit, similiter pudicos, & diacones sint vnus vxoris viri. Hinc subiicit Witleff nouum dogma, dicens: vnus vxoris virum sic intelligi, vt cum vna uxore continenter uiuat, & hoc suadet episcopos facere, vt vitent luxuriam. De officio pastoralis capitulo quarto. Tales, inquit, prælati non considerantes spuma voluptuosæ libidinis quomodo officit animæ sapius plusquam opus, non attendunt ad illud verbum Apostoli primæ ad Timotheum tertio. Oportet episcopum esse vnus vxoris virum. hoc est dicere: oportet ipsum, dũ carnalis fuerit, cum vna uxore viuere continenter, & non

Ambrosius

Witleff.

in spirituali, vel corporali luxuria magis prohibitis latere absconditè contra Christum. Hæc Witleff. A V T H O R. Quid dicam ad hæreticum sic peruertentem Apostolum, nisi, quod vt satis erret, sæuos transcendit hæreticos? Louinianus enim erubescit sic dicere. vnde de libro primo capite vigesimo primo contra Louinianum Hieronymus. Ipsa inquit episcopalis electio mecum facit. Non enim dicitur eligatur episcopus, qui vnã ducat vxorem, & filios faciat, sed qui vnã habuerit vxorem, & filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris non posse esse episcopum, qui in episcopatu filios faciat: alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut perimite sacerdotibus exercere opera nuptiarum, vt idem sint virgines, quot mariti: aut si sacerdotibus vxores non licet tangere, in eo sancti sunt, quia imitatur pudicitiam virginalẽ. Hæc ille. A V T H O R. Planissimè istum Witleffiam calcat Hieronymus, quia dicit in episcopali electione nõ esse dictum, eligatur episcopus, qui vnã ducat vxorem, & filios faciat, sed qui vnã habuerit, sicut Witleff dicit, ipsum secundum verbum Apostoli, dum fuerit carnalis, cum vna uxore viuere continenter. Sed nec Louinianus, qui frãna laxauit cupidini, hoc admisit: imò si deprehensus, iuxta eum, quasi adulter damnabitur. Et in expositione epistolæ huius primæ ad Timotheum Ambrosius. Ostendit etiam istos vnus vxoris viros esse debere: vt ij ad ministerium Dei eligantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim vnã vxorem decreuit Deus, cum qua Deus benedicatur. Nemo enim cum secunda benedicatur. Qui si filios bene gubernauerit, & domos suas, id est, vernaculos, aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum, vt sciãt se posse impetrare quod postulant. iam de cætero se ab vsu foemine cohibentes. Hæc ille. A V T H O R. Nota quod dicit, iam de cætero se ab vsu foemine cohibentes: postquam scilicet ante ordinationem suam vnã duxerint. vt in eundem locũ Haymo. Vnius vxoris virum, id est, antequam ordinetur, vnã vxorem debet habere, vt non sit digamus, aut trigamus. Postea verò penitus abstinere debet. Hæc ille. A V T H O R. Ad huc nec sic intelligenda est electio episcopi, vt omnino exigatur, quod fuerit vnus vxoris vir, sicut non defuerunt qui sic exponerent: quasi qui propter Deum se ab vxore contineat, foret ex hoc ad episcopatum ineptior. Quo contrã in expositione eiusdem loci Ambrosius.

Hieronym.

Ambrosius

Haymo.

Ambrosius *broffius*. Hæc inquit signa sunt dignitatis episcopalis: si quis autem potiora sectatur, & corpus, & animam suam Deo dicauerit, ne se copulet matrimonio, tãtò dignior fiet. Ideo enim inferiorem posuit, ut de potiori nemo dubitaret. Hæc ille. A V T H O R. Potior autem est continentia Deo cõsecrata monogamia in ratione virtutis meriti. Per hoc ergo, quod monogamus ad episcopatum admittitur, de mente Apostoli nemo dubitet, quin professor continentia dignior existimetur. Et super hoc loco de diaconibus in lib. annotationum. Hieronymus. Diaconi sint vnius vxoris viri: non ut si nõ habuerint, ducãt, sed ne duas habuerint. Si enim digniorem facit vxor, cur nõ magis bigami, aut trigami ordinentur? Hæc ille. A V T H O R. Quod autem percutit quorundam conscientiam conjugalis licentia inter Græcos ex sexta synodo: & item instantia sancti confessoris Paphuntij in magno Nicæno concilio: sciendum ex textu verborum suorum non habere omnes sacerdotes Græcos in sua potestate moderna coniugium: sed eos tantum, quos ante concilium reperit vxoratos ad explendum susceptum tunc cõiugium esse permisso, ne vltra vires suas noua, & inexperta castitas, in labyrinthum lasciuia merge ret inexpertos. Quod item bis fecit Gregorius in ecclesia latinorum. Põsentur iam verba actitata Nicæni concilii. in historia triperitita *Cassiodorus*. Nicæna synodus volens corrigere hominum vitam in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem: ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerunt, non dormirent. Surgens autem Paphuntius confessor contradixit: honorabiles confessus nuptias: & castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. Suasitque concilio, ne talem poneret legem: grauem esse asserens, que aut ipsis, aut eorum conjugibus occasio fornicationis existeret. Et hoc quidem Paphuntius, licet nuptiarum esset inexpertus, exposuit: synodusque laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in vniuscuiusque voluntate, nõ necessitate permisit. Hæc ille. A V T H O R. Iã videtis quod dixi, tam ex parte instantium ad editionem canonis, quam ex obiectione Paphuntii. Videbatur (inquit) aliquibus inducere legem, ut episcopi, & ceteri cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, nõ dormirent. At contra Paphuntius asseruit grauem legem fore, quæ aut ipsis, aut eorum cõ-

iugibus occasio fornicationis existeret. Et item cauet. 6. synodus dicens. Legales nuptias amodò valere volumus, nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno. distinctione trigesima prima. Quoniam de vxoribus, quas ante ordinationem suam duxerant, totum distum est: idcirco puto adhuc Græcos sacerdotes, qui nolunt continenter viuere, vxores sibi ante ordinationem suam accipiunt, quas licenter teneant ordinati, iuxta eãdem. 6. synodum. 3. distinctione sexta. Synodus. Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Hæc ibi. A V T H O R. Ita ergo præsens capitulum, quod in fauorẽ Græcorum clericorum editum est, videtur velle eos coercere, ne post consecrationem contraherent: quanquam propter dissimulãdam eorum petulantiam, aut planè eorũ fornicationem vitandam, iam ductas vxores retinere concessit. Quod item cunctis subdiaconis Siciliæ constituit fieri per epistolam ad Petrum subdiaconum *Gregorius*. Antetrium diaconi omnium ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ ecclesiæ suis vxoribus nullatenus misceantur. Quod mihi durum, atque incompetens videtur, ut qui vsum continentia non inuenit, neque castitatem promissit, compellatur à sua vxore separari: atque per hoc (quod absit) in deterius cadat. Inde videtur mihi, ut à præsentis die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere diaconum præsumant, nisi qui se victurum promiserit castè: quatenus & præterita mala, que proposito mentis appetita sunt, violenter nõ exigantur, & futura cautè caueantur. Hæc ille. A V T H O R. Hoc ad caput præcedens pro Græcis addit *Gregorius*: ne consecretur postea quisquam diaconus, nisi qui se victurum castè promiserit. Et subdit rationem in fine. Quia nullus debet ad altaris ministerium accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Hoc enim apostolica lex præscripsit, ut antè monstrauimus. Nec in suggillationem dico Græcorum: sed non video, qualiter decretum seruent Apostoli, qui calibatam sacerdotum, quem tam planè constituit, vertunt in coniugium: quauis post acceptum sacerdotium nullus nubat eorum, ut fertur. Et fiat ratio orthodoxa. Sacerdos quotidie debet in ecclesia ministrare, aut sacramenta celebrando, aut offerendo, vel instando monitionibus priuatis, aut publicè prædicando

prædicando. Quomodo potest implere prædicta, qui propter vxorem necessariò sollicitus est circa mundum? dicente propter hanc rationem Apostolo. 1. Corinth. 7. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Dicat nunc *Witleff*: si Paulus voluit episcopos vxoratos esse: quando etiam plebeis Corinthiorum dixit se velle eos sine sollicitudine esse, quod vxores habentes iam non posse monstrauit. Imò diuisi sunt, inquit. Et paulò superius in eodem cap. fidei vxorato non cõcedit ad tempus orationi vacare, nisi careat officio coniugali. Qualiter ergo vacabit episcopus, aut sacerdos continuationi pro plebe, nisi semper ab vxore contineat? Idcirco eo loco in expositione super. 1. Timoth. 3. *Ambrosius*. Si enim plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se præcipit, ut vacent orationi: quanto magis Leuitis, aut sacerdotibus, quos die, noctuque, pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiores ergo esse debet cæteris: quia auctores Dei sunt. Hæc ille. A V T H O R. Et libro primo contra Iouinianum cap. 21. *Hieronymus*. Sed & hoc inferendum, si laicus, & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali: sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si semper orandum: ergo semper carendum matrimonio. Nam & in veteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur, ad tempus ab vxoribus separati: & vinum, & siceram nõ bibebant, quæ solent libidinem prouocare. Hæc ille. A V T H O R. Nullus ergo contemnat hoc ecclesiæ de clericali castitate decretum tanquam humanum penitus: sed sciat euangelicum esse, & à legis necessitate descendens Apostolicum institutum: sicut in decreto Leo papa semper insinuat: & omnes penè, quos hic recensui de Apostoli Pauli mente hoc exponunt, cum conformitate decreti legis antiquæ. sicut hic *Hieronymus* dixit. In lege veteri, qui hostias offerebant, in domibus suis nõ erant, purificabantur, separati ad tempus ab vxoribus, & inebriantia non bibebant. Et coram Christo sollicitiori cura continetia opus est sacrificantibus corpus & sanguinem Iesu Christi. Epistola ad Pammachiũ, quæ est. 74. *Hieronymus*. Ecce perspicue nuptias diximus concedi in euangelio: sed tamen easdẽ in suo officio permanentes, premia castitatis capere

non posse. Quod si indignè accipiunt mariti, non mihi irascatur, sed scripturis sanctis. Imò episcopis, presbyteris, & diaconibus in vniuerso choro sacerdotali, & leuitico, qui se non uerint hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali. Et in fine epistolæ. Igitur (ut dicere coeperamus) Christus, & virgo Maria vtriusque sexus virginitatis dedicauere principia. Apostoli, vel virgines, vel post nuptias continentes. Episcopi, presbyteri, diacones, aut virgines eliguntur, aut vidui: aut certè post sacerdotium in æternum pudici. Hæc ille. A V T H O R. Sic est causa sacerdotum Christi, quod hostias offerre non possunt, si operi seruiant coniugali. Ideo aut eliguntur virgines, aut vidui, aut post consecrationem in æternum pudici. Vnde & in Actus apostolorum, tractatu illo, ubi Paulus prohibitus est prædicare verbum Dei in Asia, *Arator*. *Arator*. Ecclesiæ nunc alma fides sine fine pudicos Pontifices iubet esse suos, & quærit in omni cauta tribu, quos ritè probet, nec sanguinis iste, sed meriti successus erit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce non dicit aliquid fide inferius, sed alma fides sine fine pudicos Pontifices iubet esse suos. Quo tibi displicet? Quid voluit? quid sibi vendicant sacerdotes Christi iam amplum priuilegium voluptatis, ut non Christi corpus, & sanguinem tanta honestate vitæ pertractent, quanta carnes pecudum sal, vel similia, vel flammivolum adipem iudaici sacerdotes? Illi domo propria exulabant, ut longè essent à coniuge: isti nec die, nec nocte integra volũt ferre diuortium. Ipsi purificabatur curiosa, & diligenti solertia, priusquam ad ministrandum accederent. Nostri (quod pudet dicere) quid putas requirunt, nisi ut de cubili vxoris ad altare mox properent? ubi plus de vxorum quæstibus, quam de fidelium spiritibus cogitabunt. Sic enim dicit Apostolus supra. Sollicitus est quomodo placeat vxori, & diuisus est. Diuisus & labore, & mente. plus enim quam dimidius est vxoris: nec potest ab integro dicere, Portio mea dominus. vnde lib. 3. de viduis post medium *Ambrosius*. Dicite vos Christo, & confitemini ei, ut dicatis, Portio mea dominus. Non potest hoc nupta dicere, sed innupta. Nupta enim quærit viro suo placere: innupta autem Christo placere. Illa mundi: hæc Christi possessio est. Leuita, qui nihil sibi de terrenis vendicat, Christi possessio est. Qui quærit vxorem, nõ potest dicere, Portio mea dominus. Denique Christi minister, quid ait? Argentum, & aurum non habeo: sed quod habeo, do tibi. In nomi

ne Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Hoc enim acceperat, qui aurum non desiderabat. Deniq; missus erat sine virga, sine faculo, sine pecunia. Et ideo glorificatur: quia non habebat, quod non acceperat. Non em̄ erubescere in paupertate, quem pauper redemerat. Hæc ille. AVTHOR. Bene cōiungit cælibem pauperi, ad canendum concorditer dictum versiculum, Portio mea dominus. Vterq; enim sollicitus est quæ domini sunt: non quæ seculi. Post hæc omnia cur clamosi nostri clerici personant, & strepunt tolli sibi privilegium nuptiale, libertatem cōiugii? his laudant terminis, his verbis proferunt seruitutem. Quasi sterilis continentia perpetua seruitute damnatur: conjugalis autem vita omni libertate donetur. Aut si antiquorum se, vel Græcorum autoritate defendat, semper noverint inter eos dilatum esse sacrificium, & quod non quotidie ministrare teneatur ut nos. Vnde de libr. 1. de officiis versus finem *Ambrosius*. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse conjugia frequentauerit? Inoffensum autem exhibendum, & immaculatum ministerium, nec villo conjugali coitu violandum cognoscitis, qui integri corpore, incorrupti pudore, alieni & ab ipso consortio conjugali, sacri ministerii gratiam recepistis. Quod ea non preterij gratia, quia in plerisque; abditioribus locis cum ministerium gererent, vel etiam sacerdotum filios susceperunt: & id tanquam usu veteri defendunt, quando per intervalla dierum sacrificium deferebatur: & tamen castificabatur & populus per biduum, aut triduum, ut ad sacrificium purus accederet: ut in veteri testamento legimus: & lauabant vestimenta sua. Si in figura tanta obseruantia, quanta in veritate: Dicite sacerdos, atq; leuita, quid sit lauare vestimenta tua: ut mundum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibeatur accedere ad hostiam suam: tu illo tempore pariter & corpore, aude pro aliis supplicare: aude aliis ministrare? Non mediocre officium Leuitarum: de quibus dicit dominus, Ecce eligo ego Leuitas de medio filiorum Israël pro omni primogenito aperiente vuluam in filiis Israël. Redemptiones eorum erunt: isti mihi Leuitæ erunt. Hæc ille. AVTHOR. Ab omni, ecce opere conjugali necesse est istos esse liberos, quos dominus ab omnibus elegit sibi in sanctos. Quid istos ad Valerium mittam? Quid item ad sapientem benedicentem Deum, qui se de mulieris eripuit seruitute: Cur non audiunt Apostolum. 1. ad Corinth.

Ambrosius

7. præter necessitates forinsecas, carnis tribulationes innumeras: sub unius verbi testeo & faceto compendio copulare? Si acceperis (inquiens) uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Hostem vnum credunt excludere, dum septem assumunt. Ignem volunt extinguere, cum adipem flammis aspergunt. An non cum exercitio carnis, crescit molestia? Cunctas conjugalis vitæ pende molestias, & fatearis si possis, solutus, an vxoratus vter est liberior? Certum est ad coniugii vitandas poenas, prædicator ille coniugii Iovinianus vitauit coniugium. teste libro de hæresibus *Augustino*. Non sanè ipse vel habebat, vel volebat habere uxorem, quod non volebat propter aliquod apud Deum maius meritum, in regno perpetuæ vitæ futurum: sed propter præsentem prodesse necessitatē: hoc est, ne homo conjugales patiatur molestias disputabat. Hæc ille.

Augustina.

De Sacramēto conjugij, seu matrimonij.

Coniugium quid sit: & quod non includat de necessitate sacramenti, copulam carnalem ad propagationem prolis.

C A P. CXXX.

S V M M A.

- 1 Coniugium præuè ab *Witcleff* quid sit describitur.
- 2 Coniugium *Mariæ* & *Ioseph*.
- 3 Coniugium, quod non includat de necessitate sacramenti copulam carnalem ad propagationem prolis.

Coniu-



Coniugium.

Vitcleff.

Coniugij Mariæ.

Beda.

Ambrosius

¶ siue matrimonium describit *Witcleff*, dicens. 4. lib. ter. damnati dialogi. cap. 2. quod coniugium sit legitima copulatio: qua secundum Dei legem licet eis sine crimine filios procreare. Ordinavit enim Deus, quod Adam, & Eua, & per consequens quod cuncti duo coniuges in procreatione carnali taliter copulentur: Hæc *Witcleff*. AVTHOR. Nescio tamen si immemor fuit vir iste sacri illius coniugii *Mariæ* & *Ioseph*, quod utique non sine ordinatione diuina, & primo instinctu spiritus sancti, sponsaliter contraxerunt: & postea eodem Deo monente per angelum detinebant. Cui tamen non ordinavit Deus per legem suam, quod in procreatione carnali taliter copularentur: imò ne taliter copularentur, instituit. Nec ipsi coniuges talem copulam proponebant, dicente *Mariæ* ad angelum, cum iam desponsata fuisset, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco: id est carnaliter non propono. Vnde in eodem loco in commentario *Beda*. Propositum suæ mentis reuerenter exposuit: vitam videlicet virginalem se ducere decreuisse. Quæ quia prima feminarum tantæ se virtuti mancipare curauit, iure singulari præ cæteris foemina beatitate meruit excellere. Hæc ille. AVTHOR. Aut ergo inter istos non erat verum coniugium: & mentitus est angelus de cælo, dicens ad *Ioseph*. Noli timere accipere *Mariam* coniugem tuam, aut quandoque in procreando foetum erant carnaliter copulandi ad sensum *Heluidii*: aut quod utique verum est, definitio in eius sensu hæresim sapit de quidditate coniugij: non propter hoc solum, sed quia euacuare conatur *Apostolum*. 1. ad Corinth. 7. Quid enim si coniuges hoc haberent in voto, quod ait *Apostolus*, Tempus bene est. Reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & perpetuo tempore à procreandis liberis promitterent abstinere? Nunquid contra legem fidei facerent implendo *Apostolum*, & coniuges esse desinerent: quia iam non licet eis sine crimine filios procreare? E contra dictante *Christo* non licere dimittere uxorem, nisi propter fornicationem? Pro concepto autem *Apostoli* facit in expositione eiusdem loci *Ambrosius*. Ut & qui habent uxores ita sint quasi non habentes: quia enim mundi finis in proximo est, non debere ad generandum esse sollicitos: neque ad usum illum deditos, ut prope flores, & vigilantiores in diuinis operibus ex-

ercitati circa curam legis imminente præliore repugnent. Hæc ille. AVTHOR. Ex intentione ergo coniugatos vocat *Apostolus* ab officio generandi: & sic vult eos habere uxores tanquam ad propagationis usum non habeant: nec tamen minus tales, & fide coniuges, & sacramento. Quia nec mulier si à viro discedat, desinit esse coniunx, sed potest reuerti ad virum, dicente *Apostolo*. His autem, qui in matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed dominus, uxorem à viro non discedere. Quod si discesserit, manere in nuptiâ, aut viro suo reconciliari. Vir ergo eius, quæ discessit, adhuc est: cui iure vxoris reconciliari posse conceditur. Non ego tamè in his dictis nego prolem magnum bonum esse coniugij: sed circumstantiale bonum non omnino necessarium, sine quo non erit coniugium, sicut sunt, aut fides, aut etiam sacramentum. Qualiter intèdit *Witcleff*: cum in descriptione notificat, dans viam modernis erroribus, qui clam in quibusdam *Cantiæ* finibus feruntur erumpere. Iam enim à triennio fateri solent, cum vir, aut mulier, aut infirmitate quacunq; perpetua, aut ætatis excursu propagationis annos excesserit, coniugium esse soluendum. Fauet eis, quod in definitione coniugij *Witcleff* procreationem prolis expressit. Fauet amplius, quod in eodem capitulo iam prædicto respondendo ad secundam instantiam formatam sic. Nihil est licitum, nisi possibile: sed multi copulantur matrimonialiter factis licite, qui non possunt filios procreare: ergo descriptio est minus valida. Videtur (inquit) mihi probabile, quod tales, qui non possunt procreare carnaliter, quodammodo illicite copulantur. Vnde antiqui, qui ex cupiditate temporalium, ex spe mutuum iuaminum, aut ex causa excusandæ libidinis, licet desperent de prole, copulantur adinuicem, non verè matrimonialiter copulantur. Hæc *Witcleff*. AVTHOR. Ergo fornicantur, qui sic carnaliter copulantur. Necesse est enim in omni tali contractu fornicationem esse veram, vbi matrimonium non est verum. Et si desperatio, vel non intentio principalis ad prolem est in causa, nec excusari potest infirmitas tali coniugio: malè probauit *Apostolus* tam præteritum coniugium, dicens. Propter fornicationem autem vnusquisq; suam uxorem habeat, & vnâquæq; suum virum habeat. & iterum. Reuertimini in id ipsum, ne tentet vos *Satanas* propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam: non secundum imperium. Et iterum. Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis, si sic permanserint: sicut

Vitcleff.

& ego. Quod si se non continent, nubant. Melius est enim nubere, quam vri. 1. Corinth. 7. Vbiq; ꝑ ecce laxat nuptiarum sinus principaliter propter fornicationem vitandam, & sub sacramento tegendam, de procreatione prolis non dicit. Non enim ait. Propter prolem gignendam, vnusquisq; suam vxorem habeat, quanuis sit in officio coniugali affectus eximius, sed planè, Qui non potest continere, nubat. & Ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Isti iam in casu Witcleff quibus desperent de prole, volunt secundum indulgentiam Apostoli nubere, vt non vratur. Ergo Apostolus indulget eis falsa connubia: quia secundum ipsum non verè matrimonia- liter copulantur. Sed exponens Apostolum libro suo de bono coniugali citò post principium, *Augustinus*. Quicquid (inquit) coniugati immodestum, verecundum, sordidumue gerunt, vitium est hominum, non culpa nuptiarum. Jam in ipsa quoq; moderatione ex actione debiti carnalis, quam eis non secundum imperium, sed secundum veniam concedit Apostolus, vt etiam præter causam procreandi, sibi misceantur: et si eos prauis moribus ad talè concubitum impellunt, nuptiæ tamen se ab adulterio, seu fornicatione defendunt. Neq; enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. Hæc ille. **AUTHOR.** Apostolica fides est ista, quam Augustinus exponit. Nō enim sunt criminabiles nuptiæ, si quæ tuncq; vitiosum, aut sordidum contrahentes non impossibilem nuptiis gerant affectū. Et specificat misceri sibi volentes præter causam procreandi: & propter nuptias (inquit) mixtioni ipsi ignoscitur: quia & ipsam secundum veniam concedit Apostolus. Quamquam enim coniugium ipsum ad prolis procreationem ab exordio constitutum sit, quantum ad officium: tamen post primæuum peccatum, excusandæ libidinis prouisum est remedium. Vnde libr. 5. expositionis suæ super Ecclesiasten tractans hunc textum. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. **Hugo.** Castis, inquit, amplexibus tempus datum est, vt seminetur caro in propagatione, & humani generis seges, quæ quotidie per totum mundum morte metitur, studio generationis reparatur. Partem enim institutionis primæ, quo ex carne caro sumenda erat sine carnis cōtagio, post peccatum primæ præuarcationis in carnem peccati per indulgentiam confirmatur, non solum pro explendo officio, sed & pro conferendo remedio: ne, scilicet, motus carnis immoderatus iam efferuēs, turpius in

omnem præuarcationem proflueret, si licite nunquam laxari potuisset. Præscribitur itaq; meta vsquequo se sine pudicitie damno extēdere possit carnis effectus: vt quod in matrimonij castimonia per concessionem agitur, et si ad infirmitatem pertineat, ad turpitudinē tamen non imputetur. Hæc ille. **AUTHOR.** Hoc vitium Hugonis audiant Witcleff: quod in matrimonij castimonia per concessionem agitur, supple Apostoli, et si ad infirmitatem pertineat, non tamen ad turpitudinē imputetur. Quid aliud ad infirmitatem pertinet, nisi quod supra dixit, motus carnis immoderatus iam efferuens? Et ad hoc confirmatur indulgentia non solum pro explendo officio partus tantum, sed etiam pro conferendo remedio. Quæ duo sunt in coniugio diuersis modis & temporibus instituta: sicut libr. 2. de sacramentis parte. 1. capite. 3. idem **Hugo.** Officium autem coniugij, hoc est carnis commixtionem, ante peccatum non ad remediū infirmitatis, sed ad multiplicationē prolis institutum est. Post peccatū autem idem ipsum ad remediū infirmitatis concessum, beatus *Augustinus* testatur his verbis, dicens. Vtriusq; sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè honestate nuptiarum excipitur: vt quod sanis esset officium, sit ægrotis remedium. Hæc ille. **AUTHOR.** Alia ergo causa est officij in nuptijs, alia remedij infirmitatis: & vt tu dicis, excusandæ libidinis: & vtraque pura, & honesta quantum est ad ipsum coniugij sacramentum. Sub sancto & illibato tegumēto veniam suscipit inhonestus affectus, quando posthabito prolis effectu, libidinosus ardor veniam meretur ex nuptijs.

¶ Quod inter steriles, vel sanctè continentēs, absque spe sobolis, est verum coniugium.

C A P. C X X X I.

S V M M A.

- 1 Coniugium quod sit verum inter steriles, uel sanctè continentēs absque omni spe sobolis ostenditur. Et plura de hoc ibi ex Hugone & Augustino.
- 2 Coniugium seu matrimonium quid sit.

Peccat



Eccat̄ igitur, & atrociter peccant, contra bonum coniugij, qui solum officium propagandæ prolis excipiunt, quod ante peccatū præscriptum est: & sine ipso fidem & fœdus nuptiale dissolunt: veterum matrimonia dissolunt, & diu rata calcant coniugia, nescientes, quod ipsa societas non verborum tantum, & morum, vt ciues, ac domestici in domo conueniunt: sed corporū ipsorum diuersitate sexus indiuidua est res in ipsa maritali cōnexionē omni carnali cōmixtione etiam prolis ratione præclarior. In prædicto loco **Hugo.** In coniugio aliud esse, & alterius rei sacramentum esse ipsum coniugium: & aliud esse, & alterius rei sacramentum esse ipsum coniugij officium: idem ipse *Augustinus* in libro de bono coniugali testatur, dicens. In coniugio aliquid boni esse videtur: non solum propter propagationem filiorum, sed etiam propter naturalem in diuerso sexu societatem. Alioquin iam nō diceretur cōiugium in senibus, si vel amississent filios, vel nō genuissent. In quibus & si emarcuerit ardor carnis, viget tamen ordo charitatis. Item in nuptijs plus valet sanctitas sacramenti, quam focūditas ventris. Vnde quidam non intelligentes hoc, quod dictum est: Illa mulier non potest pertinere ad Christi & ecclesiæ sacramentum, cum qua noscitur nō fuisse carnale commercium: existimant sacramentum coniugij esse non posse, vbi commissio carnalis non fuerit. Nesciunt enim, quod officium coniugij in carnis commixtione illam, quæ inter Christum, & ecclesiam per carnis susceptionem facta est vnionem, figurat. Propterea Christi, & ecclesiæ sacramentum esse non possit, vbi commercium carnale non fuerit. Coniugium tamen verum, & verū coniugij sacramentum esse, & si carnale commercium non fuerit subsecutum. Imò potius tantò verius & sanctius esse, quanto nihil in se habet vnde castitas erubescat, sed vnde charitas gloriatur. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce verius, & sanctius coniugij sacramentum, vbi nō interuenit carnale commercium: vel si desperetur de prole: vel si mutuo consensu in primo ingressu connubij carnis suspendant officij, & sanctæ societatis indiuiduum seruent affectum. Falsum ergo est, hæreticum est, quod dixit Witcleff: quod si spe mutuorum iuuaminum sine spe prolis copulentur adinueniam, non est verum matrimonium. Falsum est, hæreticum est: quod syluestres hæretici consequenter aberrant, dicentes iam vetulorum ta-

Witcleff.

lium soluendum esse coniugium. Pro inconuenienti enim non ferendo hoc intulit Augustinus. Alioquin, inquit, iam non diceretur coniugium in senibus. Dicantque cur nō soluit Abraham Saræ coniugium, quod centenarius expectauit in sterili. Et Isaac similiter cur duxit sterilem, nec dimisit. Et vterq; quantum possent humanitūs debuerant desperare de prole. Et ideo inter eos secundum Witcleff, quantum eorum erat: nec fuit verum coniugium, & per consequens tanto tempore frequens fœda commixtio. Quid item dicturi sunt de Baptistæ parentibus Zacharia, & Elisabeth vsq; ad atatem penè decrepitam infocundis? Sed talium sanctorum coniugium societati probatæ testatur diuinum ad eos beneficium in fine temporum, reddens eis sobolē pretiosiore millibus de sinu gratiæ supra vires naturæ iam marcidæ. Idcirco libro de bono coniugali *Augustinus*. Semel initum connubium in ciuitate Dei nostri: vbi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam sacramentum nuptiæ gerunt, nullo modo potest, nisi alicuius illorum morte dissolui. Manet enim vinculum nuptiarum: etiam si proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate nō subsequatur: ita vt scientibus coniugibus non se filios habituros, separare tamen se, vel ipsa causa filiorum, atq; alijs copulare non liceat. Quod si fecerint, eis, quibus se copulauerint, adulterium committūt. Ipsi autem coniuges manent. Hæc ille. **AUTHOR.** Et ibidem iterum paulò supra *Augustinus*. Tantum valet illud sociale vinculum coniugum: vt cum causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi soluat. Possent enim homo sterilem dimittere vxorem, & ducere de qua filios habeat, & tamen non licet. Et nostris quidem iam temporibus, ac more Romano nec superducere, vt amplius habeat, quam vnā. Et vtiq; relicta adultera, vel relicto adultero, possent plures nasci homines: si vel illa alteri nuberet, vel ille alteram duceret. Quod tamen si non licet, sicut diuina regula præscribere videtur: quem non faciat intentum, quid sibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum quoddam sacramentum adhiberetur: quod deserentibus hominibus, atq; dissoluerent cupientibus, in cōcussum illis maneret ad poenam. Hæc ille. **AUTHOR.** Et item. 2. libr. de adulterinis coniugijs, post medium, idem *Augustinus*. Hos alloquor, vt quod facere deberent, si haberent coniuges diuturno languore

*Rebecca.

Augusti.

Idem.

Idem.

Ff 5 mar.

marcentes, vel loco sibi inaccessibili absentes, vel animositate illicita continentes: hoc faciāt, si habuerint coniuges adulterina in quinatione lordētes. Non alia querant coniugia: quia non erunt coniugia, sed adulteria. Hæc ille.

AVTHOR. Intelligere tamē possumus post prædicta quo ad Witcleff: q̄ inter contrahentes, exclusa spe prolis per sterilitatem affectatam, vel procuratā, nuptiæ non sunt veræ, nec verum coniugium: si coniuges tamen concubere non desistant. Adulterina est enim illa complexio, vbi fides datur simul ad explendam libidinem, & ad extirpandam sobolem.

Augustin.

Libro de bono coniugali Augustinus. Solet etiā queri, cum masculus, & foemina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, sibi nec non filiorū procreandorum, sed propter incontinentiam solius concubitus causa copulantur, ea fide mediante, ne ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, vtrum nuptiæ sunt vocandæ? & potest non absurdè fortasse illud appellari coniugium, si vsq; ad mortem alterius eorum id inter eos placuerit: & prolis generationem, quauis non ea causa coniuncti sunt, non tamen vitauerint: vt vel nolint nasci sibi filios: vel etiam opere aliquo malo, ne nascantur, agant. Caterū si vel vtrunq; vel vnum horum desit, non inuenio quemadmodum has nuptias appellare possumus. Hæc ille. AVTHOR. Ad hunc casum attendat Witcleff, & ponderet partes eius. Prima pars est, quod si legitime contrahentes, non filiorum procreandorum causa, sed ad vitandam incontinentiam solius causa concubitus fide indissolubili citra mortem, nunquid nuptiæ sunt vocandæ? Respondet non absurdè dici coniugium: directè contra Witcleff, dicentem non esse verum coniugium: cum tamen per eum, si esset non reale, sed imaginarium aliquid tropicè, vel figuraliter sacramentum, verum coniugium diceretur. Secundò addit in casu Augustinus. Quod si in conuentione non solum non intendant prolem, sed vitent, ita vt nolint, vel aliquo opere malo id agant, ne prole habeant, si cōcumbant, prorsus tunc quomodo nuptiæ appellari debeant, non agnouit. Nec mirum: quia naturalem actum à naturali sine diuertunt: scilicet, concubitus carnis ab effectu prolis. Secus autem esset, si propter orationem omni carnis commixtioni simul renuntiarent, & proli. Quod ita intra ipsum coniugium sanctum est, vt viduitati, vel si sint cælibes, virginali laudi non indignè respondeat. Eodem libro citò post, Augustinus. Coniugalis concubitus generandi gratia non ha-

bet culpam. Concupiscentiæ verò satiandæ, sed tamen cum coniuge, propter thori fidem, venialem habet culpam. Adulterium verò, siue fornicatio, lethalem habet culpam. Ac per hoc melior quidem est ab omni cōcubitu continentia, quam vel ipse matrimonialis concubitus, qui sit causa gignendi. Sed quia illa continentia meriti amplioris est, reddere verò debitum coniugale nullius est criminis: Exigere autem ultra generandi necessitatem, culpæ venialis: Fornicari porro, vel mœchari, puniendi criminis: Cauere debet charitas coniugalis, ne dum si bi querit vnde amplius honoretur, coniugi faciat vnde damnetur. Hæc ille. AVTHOR. Recitatis vitæ differentijs, quæ contingunt vniuersim in coniugio, meliorem dicit omnium immunitatem ab omni concubitu: & hoc inter coniuges, quod patet per hoc, quod subdit: quod cum melior sit ab omni cōcubitu continentia etiam, quam matrimonialis concubitus causa gignendi: cauere tamen debet charitas coniugalis, ne sic querat vnde amplius honoretur, vt coniugi faciat vnde damnetur. Et infra versus finem libri Augustinus.

Augustin.

Hæc omnia bona sunt, propter quæ nuptiæ bonum sunt: Proles, fides, sacramentum. Nec prolem autē carnalem iam hoc tempore querere: ac per hoc ab omni tali opere immunitatem quandam perpetuam retinere, atque vni viro Christo spiritualiter subdi: melius est vtiq; & sanctius: si tamen ea *vocatione sic vtantur homines, quemadmodum scriptum est: vt cogitent quæ sunt domini: quomodo placeant domino, id est, vt perpetuam cogitent continentiam: ne quid minus habeat obedientia. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quod coniuges continentes ab omni carnis copula meliores, & multo sanctiores extollit Augustinus super propagantes, addendo, si tamen perpetuam cogitent cōtinentiam: & ad hoc voto se astringant, velut Maria & Ioseph. Et istitunc erunt inter omnes perfectissimi coniuges, quorum coniugio descriptio Witcleff præ sui nimia breuitate nō conuenit: cum nec istis liceat præfirmata cogitatione perpetuæ continentia filiorum propagationi vacare. Ponamus ergo meliorem, & melius artificatam descriptionē

* vacatio ne.

2 Hugonis. Coniugium fess cōsensus masculi & foeminae legitimus, indiuidualem vitæ consuetudinem retinens. Hæc ille. lib. 2. de sacramentis, parte. 1. AVTHOR. Si verò instetur, q̄ antiqui patres non concesserunt coniugium, vbi non intercessit carnale commercium: dicitur, quod de illo particulari loquebantur coniugio propagandæ prolis: quod dispensatione pri-

Origenes.

ne prima incipitur, sed carnis commercio cōsumatur. Et consequenter tale carnis coniugium parentibus Christi negant: sed non illud perfectissimum, quod optima connubia non excludit: sicut in Homilia Euāgelij, Cum esset desponsata Ioseph. Origenes. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Coniugē audiens, non expauescas, non conturberis: nō tu, nec quisquam sequentium vsq; in consummationem seculi. Coniugem eam dico propterea, vt diabolo virginitatem eius occulte, vt Iudæorum prauitatem excludam, vt legis instituta non destruiam. Et in consequentibus demonstrato, quod ista ne coniunx tua secundum consuetudinem coniugij habeatur, nec iste, qui generatur, tuus filius esse credatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce coniunx: sed non secundum consuetudinem coniugum.

Quod coniugium celebrandū est in signis sensibilibus, & cum verbis simplicibus de præsentis.

CAP. CXXXII.

SVMMA.

- 1 Witcleff, qui signa sensibilia, quæ sunt de ratione ecclesiastici sacramenti, suspendit à sacramento matrimonij, consultatur.
- 2 Witcleff dictum cōtra uerbum de præsentis, quod hæc cōuertuntur (Te accipio in uxorem, & Te accipiam in uxorem) multorum auctoritatibus diluitur.
- 3 Deus creator omnium, quomodo ad producendum res primarias præelegerit uerbum de præsentis.
- 4 Nuptialis obligatio quod non sit sola promissio, ut Witcleff delirat, sed actualis traditio sui corporis, & alienatio suæ potestatis &c.

1.



Witcleff.

Ignat verò sensibilia cū sint de ratione ecclesiastici sacramenti: cur ab hoc sacramento suspendit Witcleff, nisi quia negligit sacramentum: Dicit enim. 4. ter damnati Trialog. cap. 22. Veritas quidem mihi videtur, quod assistente cōsensu coniugij, & domino approbante, subducto quocunq; signo sensibili, foret satis. Id eō lex conscientia, & instinctus domini in bene viuentibus in contractu huius-

modi rectissime regularet. Hæc Witcleff. AVTHOR. Qui quocunq; signum sensibile tollit contractui coniugali, dicat qualiter potest consensus coniugū alterutri esse notus? Quod si consensus mutuus ignoretur ab eis, qualiter potest vtriq; coniugum, coniugium esse notum? Si verba suspendant, quia contrahentes fortè sunt muti: si non adsit sensibile signū nutus, vel vultus, qualiter cognoscent se coniuges sine mutui expressione consensus: hoc ne inter bestias quidem, vel volucres fœdere copulatas sine signo sensibili erit satis. Quomodo ergo assistente consensu coniugij, & domino approbante, subducto quocunq; signo sensibili, erit satis ad contrahendum dico coniugium? Caterū inter signa sensibilia tollit primitus verbum præsens, vbi iam supra consequenter. Dicēdo, inquit, capio te in vxorem, potest esse, q̄ mens dicat oppositum, propter complendam voluptatem carnalem. Cū ergo verbū mentis sit præponderantius verbo oris, & ad verum matrimonium requiritur cōsensus, videtur, q̄ nō sit matrimonium per verba huiusmodi de præsentis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Obijciamus huic Simonem magum: quem scripturæ Actuum asserunt baptizatū, cum tamen ficta mente, & opposita sacramentis, suscepit: quia non propter gratiam, sed propter quæstum: & tamen verum accepit baptismum. lib. 1. de vnico baptismo contra Donatistas. cap. 16. Augustinus. Etenim Simonē Magum per baptismum ipsa pepererat, cui tamē dictum est, q̄ non haberet partem in hereditate Christi. Nunquid ei baptismus? nunquid Euāgelium? nunquid sacramēta defuerunt? sed quia charitas defuit, frustra natus est: & ei expediebat fortasse non nasci. Hæc ille. AVTHOR. Et qualiter cum dissensu mentis potuit iste Simon secundum extrinsecum sacramentum, quauis non secundum spiritum Christo coniungi: & iste coniunx fictus secundum extrinsecum sacramentum nō rectè iudicabitur delusæ foeminae maritari? Quia non sic est ex iudicio legis Dei, inquit: & ideò iudices, qui ex nudis verbis iudicant pro matrimonio, iudicant contra iudicium legis Dei. Sed maledicta sit lex huiusmodi: qua iudex coarctabit per censuras suas fictas iugum personarum, vt faciat cōtrariè legi Dei. Hæc Witcleff. AVTHOR. Iam dixi tibi, quod ficta mente baptizatus, tamen baptizatus est quo ad extrinsecum sacramentum: nec si confiteatur, habet denuò baptizari: quare non iste, qui ficta mente contraxit, verè censetur vxoratus, saltem secundum exterius sacramentum, propter exterius

Augustin.

Witcleff.

Idem.

exteriorum verbum formans consensum? Propter fictionem, inquis. Sed non tale reportabit emolumentum ex dolo dolosus: sed deponat fictionem, & firmum erit coniugium. Et quanuis secundum mentem, quam praesenter gerit, conformes Deo non sunt, qui secundum verbum oris eius dijudicant, secundum tamen mentem, quam deberet habere, omnino in iudicando Deo conueniunt: qui ex verbis suis eum conuincunt. Sic enim Saluator Luc. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam. non dixit, ex mente. Et alibi. Sicut audio, iudico. debuit enim verbum habere cum mente conubium. Qui ergo verbum sponte adulterat, sibi ipse solus praedudicium generat. Aut quid peccauit Christus, qui iudicat Iudam amicum in verbo, hostem in mente: quem sustinebat amicum in osculo, in animo traditorem? Sic enim publica publicis, & secreta iudicia responderent occultis. Sed ista sunt dicenda alibi. Audiamus quid amplius dicat contra verbum de praesentibus. Haec conuertuntur, ut hic supponimus. Te accipio in vxorem, & te accipiam in vxorem. cum ergo secundum sit certius, & minus imbricabile, videtur, quod ipsum sit eligibilis ad homines matrimonialiter copulandum. ² Haec Witcleff. AVTHOR. In his verbis distortis videte si vnum aliquod verbum sit verum. Haec, inquit, conuertuntur: te accipio in vxorem: & te accipiam in vxorem. Quis creditor sic sustinet debitorem: si dicat, iam soluo tibi: quia postea soluam? conuertuntur enim & idem valent per Witcleff. & iste puer est iam Papa, vel Episcopus: quia post annos quadraginta permittitur esse futurus. Iam facta principia de longo suo esse in primo libro detexi. Quae quam confidenter supponit, tam confidenter orthodoxorum clerus respuit, & condemnat: & contra naturalem intelligentiam rerum totum humanum genus esse pronuntiat. Vnde Augustinus nescit aliquo modo dicere solem exortum esse in aurora, quae solis ortum praedit. ^{Augusti.} lib. 1. i. confessionum, post medium, Augustinus. Intueor, inquit, aurora, oriturum solem praenuntio. Quod intueor, praesens est, quod praenuntio, futurum. Non sol futurus, qui iam est, sed ortus eius, qui nondum est. Tamen ortum ipsum nisi animo imaginarer, sicut modo cum id loquor, non praedicere eum possem. Sed nec illa aurora, quam in caelo video, solis ortus est, quanuis eum praecedat. Nec illa imaginatio in animo meo, qua duo praesentia cernuntur, ut futurus ille ante dicatur. Futura ergo nondum sunt: & si nondum sunt, non sunt: & si non sunt, videri omnino non possunt: sed praedici possunt ex

praesentibus, quae iam sunt, & videntur. Haec ille. AVTHOR. Quam planis verbis negat Augustinus suppositionem tuam! Non conuertitur apud eum: sol oritur, & sol oriatur: quia differunt sicut praesens, & futurum: sicut ens, & non ens: sicut aliquid, & nihil: quia futura quamuis praedici possunt ex praesentibus, quae iam sunt, tamen quia nondum sunt, simpliciter non sunt. Sic enim dicit, Futura nondum sunt: & si nondum sunt, non sunt. Quomodo ergo conuertuntur haec duo, Accipio te in vxorem, & accipiam te in vxorem? Si enim de futuro puro accipies: futuritio illius acceptionis excludit iam te accipere: quia futurum illud si sit pure futurum, non est: quia nondum est. Et si iam accipis, acceptio tua est, quia praesens est, & ideo sola est, non illa, quae tantumlibet est futura. Immo, inquis, in tempore suo est. Certum illud non est, quia tempus suum est futurum. Vnde cito post Augustinus. Quod autem nunc liquet, & claret: nec futura sunt, nec praeterita: nec proprie dicitur, tempora sunt tria: Praeteritum, Praesens, & Futurum. Sed fortasse proprie diceretur, Tempora sunt tria: praesens de praesentibus, praesens de praeteritis, praesens de futuris. Sunt enim haec in anima tria quidem: & alibi ea non videbo. Haec ille. AVTHOR. Ecce si futurum sit, quia in tempore suo est, tempus autem futuri temporis non aliud est, quam futurum: ergo adhuc in nullo tempore est: quia sic dicit Augustinus, quod nec futura sunt, nec praeterita: ideoque nec proprie sunt tria tempora, quanuis in collatione animae tria sint: & alibi ea non videt Augustinus. In nulla quoque parte magni temporis sunt, quae partes nec ipsae sunt. Quod item addit concludendo errorem intentum dicens, cum secundum sit certius, & minus imbricabile, scilicet futurum, quam praesens: accipiam te, quam accipio: videtur, quod ipsum sit eligibilis ad homines matrimonialiter copulandum. Sic concludit Witcleff ad meta inopinabilis sponte veniens, non adductus. Nam quis hominum tam imperitus, aut naturali destitutus est ingenio, ut saltem facto ipso non contentiose contrarium, syllogizet? Quis seculi homo non se certius existimet habere, quod iam habet: quam quod nondum habet, sed est habiturus in posterum? Aut ubi habent res dubiae loca sua, nisi nidificent in futuris? In libro de breuitate vitae dicit Seneca. In tria tempora vita diuiditur, quod est, quod fuit, quod futurum est. Ex his, quod agimus, breue est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum est: hoc est, in quod fortuna ius perdidit, quod in illius arbitrium reduci

reduci potest. Haec ille. AVTHOR. Item lib. Tullius. de senectute Tullius. Horae quidem cedunt, & dies, & menses, & anni: nec praeteritum tempus vnquam reuertitur: nec quid sequatur, potest sciri. Haec ille. AVTHOR. Et ut de sacris literis doceamur, sapiens ait Prouerbiorum. 27. Ne gloriaris in castinum, ignorans quid superuentura pariat dies. Et in eundem textum Beda. libro. 3. super Prouerbia, Beda. Ne securus sis aliquando de futuro tempore: quia & si hodie te domino seruire conspicias, qualis esse in futurum possis, quomodo vitam finire, profus videre non praueales. Haec ille. AVTHOR. Ecce cuncti seculi sapientes, & catholici quasi primam animi conceptionem dijudicant res futuras ex futuritione ipsa esse res dubias: & res solas certas, praeteritas, vel praesentes. Si autem omnino Witcleffica nuptiae sunt eo certiores, & minus imbricabiles futurae, quam praesentes: semper ergo desiderent eas esse futuras, ut semper sint ad contrahendum matrimonium certiores. Creator omnium Deus ad producendum res primarias praelegit verbum de praesenti, dicens, Fiat lux: Congregetur aqua: Crescite: Faciamus hominem, & similia. Imperatium praesens assumpsit: sicut & aeternitatem suam voluit enuntiare verbo de praesenti, non futuro. Hoc est nomen meum. Qui est, misit me ad vos. Non dixit, qui erit. ^{Augustin.} Vnde libro. 1. i. confessionum Augustinus. Praecedis omnia tempora praeterita celsitudine semper praesentis aeternitatis, & superas omnia futura: quia illa futura sunt, & cum venerint, praeterita erunt. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Anni tui nec eunt, nec veniunt. Isti enim nostri, & eunt, & veniunt. Ut omnes veniant, anni tui simul omnes stant, quoniam stant: nec euntes a venientibus excluduntur. Sequitur. Anni tui dies vnus, & dies tuus non quotidie, sed hodie: quia hodie nus tuus non cedit crastino, neque enim succedit hesternum hodiernum tuum aeternitas. Haec ille. AVTHOR. Ecce, anni domini simul stant, & dies eius non est crastinus, sed hodiernus. Et nunquid dicit Witcleff, quod beati Petrus & Paulus, & caeteri caeli ciues fuerint multo certiores beatitudinis suae futurae, quam sunt praesentis, quando in hoc exilio vitam praestolabantur non sine afflictione futuram? Et si securitas sit maior pars beatitudinis sanctorum: maxima pars beatitudinis eorum amputatur per translationem futuri in praesens, minus certum, & multo magis imbricabile, quia praesens. Quae uetus inania Witcleff, ista sustinet, ut omnis idiota eius experietur insaniam: Te-

damus nos ad fundandum verba matrimonialia de praesenti in primo humanae propagationis connubio sine errore, aut vitio intra fores consistentis adhuc innocentiae maritalis. Ipse dominus Deus noster author coniugij adduxit mulierem, quam fecit, ad Adam. Et statim Adā ille primus in verba matrimonialis contractus Spiritu sancto spirante prorupit, dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. His dictis, suscepit vxorem, accepit eam in coniugem. Vnde sine interpolatione subiunxit. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suae. Quae verba non tam ex se, quam ex ore domini protulit, Christo hoc dicente in Euangelio Matth. 19. Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum & foemina fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & c. Quem locum nempe exponens lib. 9. super Genesim, ad literam, in fine, Augustinus. Euigilans, inquit, Adam, tanquam propheta plenus, cum ad se adductam costam mulierem suam videret, eructauit continuo, quod magnum sacramentum commendat Apostolus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hoc vocabitur mulier, quoniam de viro sumpta est: & propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suae, & erunt duo in carne vna. Quae verba cum primi hominis fuisse scriptura ipsa testatur: dominus tamen in Euangelio Deum dixisse declarauit. Ait enim. Non legistis: quia qui fecit ab initio, masculum & foemina fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suae, & erunt duo in carne vna? ut intelligeremus propter extasim, quae praecesserat in Adam, hoc eum diuinitus tanquam prophetam dicere potuisse. Haec ille. AVTHOR. Haec ergo verba primi matrimonij tam prophetica, & inspirata a Deo, ut & ea dominum Deum locutum esse Saluator asseruerit, dicat Witcleff, si sciat ea corrigere, & aptiora formare, tam ad matrimonialiter contrahendum, quam ad omnes leges, tam carnalis, quam spirituales coniugij exprimendum. Et haec sunt verba planissime posita in praesenti: imo & determinata cum aduerbio de praesenti. Hoc nunc os ex ossibus meis. Ab his verbis origo coepit omnis coniugij. Vnde libro. 2. de sacramentis, parte. 1. Hugo. In coniugio haec primum consideranda sunt, & discernenda: origo, & institutio cum modo, & causis: & eius secundum tempus, & locum, & ritus variatio. Coniugij Deus author est. Ipse enim coniugium esse decreuit, quando mulierem ad propagationem generis humani homini in adiutorium fecit. Adam

Adam verò in spiritu cognoscens ad quem
vsum mulier facta esset, cum adducta fuisset
ad eum, dixit, Hoc nunc es ex ossibus meis,
& caro de carne mea. Propter hoc relinquet
homo patrem suum, & matrem suam, & adhæ-
rebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hæc
ille. AVTHOR. Adhuc arguit Witleff, si ac-
cipio te in vxorem, tunc per ante est verum,
quòd te accipiam in vxorem, & si sit verum,
te accipiam in vxorem, tunc pro tempore suo
est verum, quòd te accipio in vxorem. Cum
ergo cum verbis de futuro sit consensus com-
possibilis, & verba illa sint vera, atq; à domi-
no ordinata, quomodo licet verba illa frustra
re per verba sequentia de presenti, quæ non
sunt tantæ efficacæ? Hæc Witleff, vbi prius.
AVTHOR. Planū est sensatis omnibus, quā-
tūm deliret. Hæ sunt scripturæ, quas iacetat se
habere eontra ecclesiam: hæ rationes. Sicut
Manichæus promittit omnia plana, & tandē
loco scripturæ loquitur mēdaciā cum pseu-
do dicens, sed nunquam probans, hæc ordina-
ta à domino in verba coniugij. Et loco ratio-
nis adducit vnus inueterati philosophi anti-
quam versutiam, quam vnā cum alijs Aristo-
teles abiicit in fine primi Perihermenias: &
tandem definit non esse de contingentibus fu-
turis ad vtrumlibet veritatem aliquam deter-
minatam. Quis ergo potest cum verbis inde-
terminatæ veritatis, determinata inire coniu-
gia? Nec iste scit iam inter statim data, & pro-
missa discernere. Nam qui consentit ditaturū
me cras, non me ditat factō, sed solo promif-
so. Qui autem statim ditat, factō ditat. Et nun-
quid ideò vxor mea est, quia dico erit? Nun-
quid ideò accipio ius in eam, quia promitto
me accepturum eam post viginti annos in cō-
iugem? Aut si omne promissum est debitum,
ideò omne promissum est impletum? Ideò lo-
co iam dicto, cap. 7. Hugo. Considera, quòd lon-
gè aliud est promittere, atq; aliud facere. Qui
promittit, nondum facit. Qui autem facit, iam
facit quod facit. In eo, qui promittit, si non fa-
cit quod promittit, mendacium est. In eo au-
tem, qui facit: etiam si post factum poenitet, ta-
men factum omninò est, quod factum est.
Qui ergo promittit se vxorem ducturum, non
dum tamen vxorem duxit. Et quæ spon-
dit se nupturam, nondum nupsit, nec coniu-
gium adhuc fuit, sed futurū esse debuit. Cum
autem postea & ille vxorem duxit, & illa ma-
rito nupsit: iam coniugium sit vtrinq; & non
poterit dissolui, quod factum est: etiam si id,
quod promissum fuit, non est impletum. Præ-
cedens ergo mendacium, poenitentia corrigē

dum est: sed sequens coniugium dissoluēdum
non est. Non autem sic est, quando sacra-
mentum coniugij non quidem mutua sponsione
futurum promittitur, sed præsentis assensus at
testatione firmatur. Hæc ille. AVTHOR. Be-
ne dixit Hugo, distinguendo naturas contra-
ctuum nudi promissi, & veri dati, vel facti. Nu-
ptialis ergo obligatio non est sola promif-
sio, vt Witleff delirat: sed est actualis traditio
sui corporis, & alienatio sui potestatis: secun-
dum illud Apostoli, Mulier sui corporis po-
testatem non habet, sed vir: & econtrario.
Ideò non dicit cum verbo de futuro, habebit,
sed de præsentis, habet, vel non habet. Quia sta-
tim factus vir, habet vxoris suæ traditam po-
testatem. Nec prius est vxor, quàm corporis
sui viri præsentem potestatem habeat, non nu-
de futuram. Et sub his verbis Christus singula
statuit sacramenta conferri, vt in baptismo nō
instituit Christus dicere de futuro. Ego te ba-
ptizabo in nomine patris, & filij, & Spiritus
sancti: sed, ego te baptizo. Nec, Accipietis, &
comedetis: hoc erit corpus meum. Sed præ-
senter dixit, Accipite, & comedite: hoc est
corpus meum. Nec dixit, prædicabitis Euan-
gelium omni creaturæ: sed cum eos mitteret,
Prædicate, inquit, & accipite Spiritum sanctū.
Non dixit ibi, accipietis. Ideò collatio sacra-
menti verbum præsens requirit, vt quis per-
cipiat sacramentum. Sed item sophisticat Wit-
cleff: si per verba de præsentis sit matrimoniū,
tūc sequitur oppositum in adiecto: quia cum
vox, quando definit esse, non est: verba ista
de præsentis non faciunt matrimoniū, nec
sunt sibi composibilia. Hæc Witleff. AV-
THOR. Iam frequenter absolui istud sophis-
ma indignum audientia, in primo libro, & ali-
bi. Nam Christus ait, Beati, qui audiunt ver-
bum Dei. Aut ergo quando verbum illud est,
aut quando non est? Non quando est, quia sta-
tim definit esse: nec prius potest beatificare, q̄
sit verbum prolutum. Nec quando non est,
quia tunc non ens faceret esse beatum. Et bea-
ta virgo audiendo sermonem angeli, turbata
est: sed non prius audiuit sermonem comple-
tum, quàm desijt esse, ergo nihil turbauit eam.
Sed & responde tu pro verbis tuis de futuro.
Ipsa enim si futura sunt, nondum sunt: & ideò
non sunt. Dixit Augustinus supra: ergo nec
faciunt matrimoniū. Si dicas, imò sunt in tē-
pore suo. Et hoc item dicis de verbis nostris
præsentibus, quia quādiu præsentia sunt, sunt:
& per hoc efficere matrimoniū nostrū pos-
sunt. Cum item sunt lapsa in præteritum, ad-
huc in tēpore suo sunt, & multò certius, quàm
futura:

futura: ergo coniugium verum efficiunt. Hoc
contra te prouidisti sophisma: sed fides instau-
rat suis docibilibus verum dogma. In sensibili
verbo Gabrielis, & sensibili verbo virginis
Spiritus sanctus eam patri copulauit in virgi-
nem: & nato imprægnauit in matrem: nō qui-
dem futuro, vt dicis, sed præsentis, & ipso indi-
uisibili, quia non stat. Vnde libro. 18. Mora-
lium Gregorius. Nuntiante angelo, & adueniē-
te spiritu, mox verbum in vtero, mox intra
vterum verbum caro, & manente incommu-
tabili essentia, quæ ei est cum patre & Spiritu
sancto coæterna, assumpsit inter virginea vi-
scera. Hæc ille. AVTHOR. Elige iam, si ver-
bum prius desijt, quàm hæc fecit, dum tamen
sciant fideles verbum domini tali sensibili ve-
ro vestitutum, non sic, vt vox corporis de-
fluit, repente perire, dicente Homilia vltima
super missus est, Bernardo. Siquidē apud Deū
nec verbum dissidet ab intentione, quia veri-
tas est: nec factum à verbo, quia virtus est: nec
modus à factō, quia sapientia est: ac per hoc
non erit impossibile apud Deum omne ver-
bum. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo nec factū
disidet à verbo Dei, quia virtus est, verbum
definens esse in sua essentia, constanter rema-
net in virtute. Facit ergo verbum coniugium
verbum lapsum in præteritum per suam essen-
tiam, sed remanens per virtutem. Et item ante
hoc potest tale verbum expectare per speciem
genitā, & præsentem agere per virtutem. Hanc
philosophiam exponit libro. 11. confessionū
versus finem Augustinus. Deus creator omnium.
Versus iste octo syllabarum breuib; & lon-
gis alternat syllabis: quatuor itaque breues,
prima, tertia, quinta, septima, simplæ sunt
ad quatuor longas: secundam, quartam, sex-
tam, & octauam. Hæ singulæ ad illas singu-
las duplum habent temporis. Pronuntio, &
renuntio: & ita est quantum sentitur sensu ma-
nifesto, breui syllaba longam metior, eamque
sentio habere bis tantum: sed cum altera post
alteram sonat, si prior breuis, longa poste-
rior, quomodo tenebo breuem: & quomo-
do eam lōge metiens applicabo, vt inueniam,
quòd bis tantum habeam? Quando quidem
longa nisi breuis sonare destiterit, ipsam quo-
que longam vnde præsentem metior, quan-
do nisi finitam non metior. Eius autem fini-
tio præteritio est. Quid est ergo quod me-
tior? Vbi est quam metior, breuis? Vbi est lō-
ga, quam metior? Ambæ sonuerunt, auola-
uerunt, præterierunt. Iam non sunt, & ego
metior. Sequitur. Non ergo ipsas, quæ iam
non sunt, sed aliquid in memoria mea metior,

quod infixum manet. In te anime meus, tem-
pora metior. Noli mihi obstrepere quod est,
noli tibi obstrepere turbis affectionum tua-
rum. In te, inquam, tempora metior. Hæc ille.
AVTHOR. In his altercationibus sophisma
tuum Witleff tangitur, qualiter scilicet sylla-
ba breuis metiri potest, quando non est. Re-
spondet, est: quia animo metiente eam, est
passum in agente. Auolauit per essentiam la-
bilem: manet per speciem. Ita præsentia ver-
ba coniugij præterierunt per essentiam, infi-
xa manēt mētibus per speciem: virtutē operā-
tur matrimonij illapsa cordib; per cōsentum.

De varijs signis, & ritibus, sub
quibus est celebrandum con-
iugium cum benedictione sa-
cerdotis in ecclesia.

CAP. CXXXIII.

SVMMA.

- 1 Coniugium, quòd fieri debeat in facie ecclesie coram testibus. Et quare. Et quomodo si clam fiat. licet in re sit perfectum, quæ mala inde oriri possent, ex Hugone referuntur.
- 2 Euaristi decretum pro ritibus sanctis in coniugio seruandis.
- 3 Benedictio nubentium sacerdotalis in ecclesia unde traxerit ortum. Et quid de illa decernant Cyriacus & Calixtus Papa. Et plura alia de ritibus nuptialibus.



Non solum cōtra sensibilia si-
gna verborū de præsentis co-
natur Witleff, sed omnia cō-
tendit in irritum ducere, qua-
si possent homines nubi, vel
nubere: sicut angeli existētes
in celo per locutionem internā priuati con-
sensus: sicut supra dixit pro veritate sibi vide-
ri, q̄ assistente cōsensu cōiugij, & domino ap-
probate, subducto quocunq; sensibili, foret fa-
tis. Et particulariter loquens in eodē cap. 22.
4. ter dāti Trialogi. Qualis, inquit, regula
foret, idem matrimoniū bis completū? Primò
in contractu coniugium per se factō: & secun-
dò in solenni ritu ad ostium ecclesie à sacerdo-
te per verba nugatoria, & falsa cōmuniter ce-
lebrato. Hæc Witleff. AVTH. Et transit silēs,
quasi dicat nulla. Primò igitur ad quaestionē
dicamus in forma: & tandē ad id, quod quæ-
stio im-

Witleff.

Gregorius.

Bernardus.

Witleff.

Augusti.

Hugo.

Witleff.

ffio implicat de rituum istorum ratione fundanda. Si igitur coniuges clam contrahant sine teste: stat perfectum esse coniugium in re ipsa: sed factum in facie ecclesie coram testibus completum, robur accipit firmitatis. Audiatur casus. Vnde lib. 2. de sacramentis. parte Hugo. 11. Hugo. Quidam vxorem duxit clanculo sine presentia testium: solo adinuicem maritali consensu firmato, deuotans (vt nonnunquam fieri solet) aliqua de causa conscientiam alienam. Postea breui tempore interiecto priusquam consensum occultum facto manifesto probasset, de facto poenituit, & eam, quam in hunc modum vxorem duxerat, dimisit. Alia duxit celebri apparatu manifeste coram ecclesia, fortassis cum parentum traditione, cum sacerdotis benedictione, nuptias fecit, filios genuit. Venit prior illa ad ecclesiam: iudicium interpellat, iustitiam postulat, iniuriam sibi illatam palam exponens. Negat ille, nec sunt testes, qui possint probare quod occultum est. Hic quaeris quid facere debet ecclesia: & vtrinque inconueniens aliquod incurrere videtur. Si enim illi mulieri, quae quidem verum dicit, sed tamen occultum est, nec probatum quod dicit, sine legitimo testimonio propter solum dictum suum creditur, & pro eo, quod incertum est, & occultum id, quod certum est, & manifestum dissoluitur, poterit deinceps quilibet, siue quaelibet in alium, vel aliam quodcumque; voluerit, fingere, vt sibi simili ratione credatur. Quod si admissum fuerit, confusio magna sequetur: neque deinceps in ecclesia aliquid firmum stabit. Si vero propter auctoritatem ecclesiae conseruanda, coniugium, quod primum factum est, scinditur, & adulterium, quod secundo presumpsum est, confirmatur: aliud malum magnum est, quando non solum libertas datur, sed etiam necessitas indicitur homini, vt maneat in peccato suo. Hic ergo consilium quaeris? Sequitur. Si quis putauerit propter huiusmodi mala vitanda talem consensum, qui nullo testimonio probatur, neque facientium mutua confessione firmatur, irritum esse debere, neque in eo coniugium vllatenus stare posse: facilius inconueniens declinat. Sed soluit dubium infra. Dubium non est: quia id, quod ecclesiae probari non potest, ecclesia ipsa iudicare non potest. Et rursus dubium non est: quia id, quod legitimo, & manifesto ecclesiae iudicio factum est, sine legitima, & rationabili, & manifesta causa rescindi non potest. Ratio nos vrget. Ista mulier dicit, quia pari consensu cum viro illo matrimonium fecit: sed quod dicit, nec ipsa probare potest, nec ec-

clesia, quod probatum non est, approbare potest. Non potest ergo pro eo, quod occultum est, id, quod manifestum est, infirmari. Quapropter vt secundam copulam, quae iudicio ecclesiae legitime facta est, ecclesia iudicet ratam esse debere. Haec ille. AVTHOR. Soluat hunc casum, & perplexitatis eius omnis Witcleuista, si sciat, aut adulterium approbabit, aut quotlibet adulterij viam dabit. Probabit, si non restituat virum: viam dabit, si restituat: quia simplici verbo foeminae non probantis adhaesit. Sic enim alius dicit se matrem vxoris nouisse, vt Hugo ibi recitat. Haec dicit se ab eo cognitam priori viuente marito. Quauis praeter ista sine mille millenis adulteris non erit ecclesia, si licenter admittatur priuata tractare connubia: & iterum nec sine tot diuortijs omni anno. Quid putas facturi sunt magistri ecclesiae, patres plebis, sequaces, & haeredes Petri, cui pro omnibus dictum est, Pascere oues meas? Ipsae se pascere nesciunt: si quocumque; voluerint, pergant, errabunt, aut cadent in foueam, aut ruent praecipites. Nunquid ergo peccant, si vt boni pastores Pauli sequantur regulam, docentes oues suas prouidere bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus? Ad Romanos. 12. Si bonum sit illorum coniugium, si legale, si sanctum, prouideant fidem eius bonam fieri, non tantum coram Deo, sed coram omnibus hominibus. Fatue, vt videtis, videbatur Witcleff satis esse de consensu, & approbatione domini sine omni signo sensibili: aut fatue iussit Paulus prouidere nos bona nostra, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Scio ipsius Pauli iustam esse conscientiam, & dominum ipsam approbasse: & tamen non reputat sibi satis probationem domini in priuato, & conscientiam in priuato: nisi etiam prouideret, in publico suae famae, dicens, Prouidemus, inquit, bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. 2. Corinth. 7. Cur ergo vbi restant tot semina scandalorum prouidere non debent haec ipsa ouibus suis patres, quae necessaria iudicant sibi ipsis? Scio ipsum Paulum instituisse perpetuam regulam episcoporum, & sacerdotum, vt testimonium bonum habeant etiam ab ijs, qui foris sunt, id est, haereticis, & schismaticis. 1. Timoth. 3. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. Similiter & diaconos iubet ordinare, habentes ministerium fidei in conscientia pura: & ultra hoc, & hi, inquit, probentur primum: & sic

& sic ministrent. Textum priorem exponit Ambrosius libro suo pastorali, circa medium, Ambrosius. Concludens regulam, & episcopalem formam ad extremum intulit, dicens. Oportet illum autem & testimonium bonum habere ad hos, qui foris sunt, id est, haereticos, seu schismaticos, qui extra ecclesiam sanctam catholicam conuenticula sibi profana praeficiunt: quos tamen Apostolus testimonium dicit debere habere bonum de immaculata vita sancta episcopi conuersatione, ne forte accipiant locum episcopo obtrectandi, & infamare incipiant catholicum dogma. Haec ille. AVTHOR. His ergo non debet satis esse sana conscientia & diuina secreta probatio, nisi testimonium forinsecum habeant perfidorum. Ratio est, ne infamare incipiant catholicum dogma. Hac item causa coniuges testimonium habeant nuptiarum, ne sub earum pallio stupra lasciuant. At vt omnes videant, quid propter huiusmodi ritus sanctos contra emergentia mala ab initijs ecclesiae sit prouisum: audiatur quid in decreto suo primo. ca. 2. cecinit Euaristus. Similiter, inquit, custoditum, & traditum habemus, vt vxor legitime viro iungatur. Aliter enim legitimum, vt a patribus accepimus, & a sanctis Apostolis, eorumque; successoribus traditum inuenimus: non sit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam foeminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, vxor petatur: & a parentibus propinquiorebus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotally, vt mos est, cum precibus, & oblationibus a sacerdote benedicatur: & a paronymphis (vt consuetudo docet) custodita, & sociata a proximis tempore congruo petita legibus detur, & solenniter accipiatur: & bido, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, vt bonae soboles generentur. Sequitur. Quapropter filij charissimi, & merito illustres, fide catholica suffragante ita peracta legitima scitote esse coniugia, aliter vero praesumpta non coniugia, sed aut adulterina cotubernia, vel stupra, aut fornicationes potius, quam legitima coniugia esse non dubitate: nisi voluntas propria suffragata fuerit: & vota succurrerint legitima. Haec ille. AVTHOR. Hic sanctus papa de * appari- tione. pertione monet coniugij, subiiciens singula, quae faciant votum esse, dationem scilicet vxoris ab habentibus potestatem, petitionem viri, benedictionem sacerdotis, custodiam proximorum quousque; ducatur, dotem &c. Sine his vero praesumptum adulterium esse, vel stuprum: nisi voluntas propria suffragata tunc fuerit. Quae quidem exceptio, quid velit, decla-

rat praedicto loco Hugo. Potest etiam quod di Hugo. etum est supra: furtiuos consensus non coniugia esse, sed adulterina cotubernia, vel stupra, nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima: propter hoc dictum putari, quia huiusmodi consensus, qui in occulto fiunt, coniugium non sanciant: nisi iidem ipsi, qui sibi in occulto consenserunt, eundem consensum suum vtrique; voluntarie in manifesto profiteantur. Tunc siquidem voluntas propria suffragatur, & vota succurrunt legitima: cum id, quod in occulto fecerunt, sponte vtrique; in manifesto profiteantur. Haec ille. AVTHOR. Percepi tamen in libello cuiusdam heretici, eos de isto Euaristo cautos esse: & cum abijcere quasi humanitatis, non diuinitatis statuentem, hortor tamen eos sollicito videre quis sit iste Papa, & quid dixerit. Est vero inter primos Papas quintus a beato Petro: secundum calculum Augustini, epistola ad Generosum, qui ideo antiqua statuta ecclesiae aptius posset * edicere. Dixit autem non ex se, sed vt a patribus accepimus, inquit, & a sanctis Apostolis, eorumque; successoribus traditum inuenimus. Et quam contumax est filius, qui talium, & tantorum patrum, & temporum rudimenta conculcat? Sed si omnino contendat pro decreto diuino, sciat benedictionem sacerdotalem in ecclesia ab ipsa diuina benedictione in paradiso nubetium sumpsisse initium, & deinceps in lege seruata: & sic deinceps transfusam ecclesiae: teste libro quaestionum veteris & nouae legis. cap. 127. Augustino. Omnia enim, Augusti. quae facta sunt, Dei nutu multiplicata, & meliora sunt super terram. Nec enim aliter possent crescere, quam Dei voluntas, & benedictio decreuit feminibus. Sequitur. Cui rei traditio & in synagoga mansit, & nunc in ecclesia celebratur, vt Dei creatura sub Dei benedictione iungatur, non vtrique; per praesumptionem, quia ab ipso auctore sic data est forma. Haec ille. AVTHOR. Iam eat Witcleff cum Witcleuistis deliberare quid dicat Augustino: quia nihili pendit solennes ritus nuptiarum in ecclesia. Non vtrique; per praesumptionem sunt a presbyteris benedicientibus, inquit Augustinus, quia ab ipso auctore sic data est forma. Quae rit haereticus: vbi hoc? Respondet Augustinus, vbi Dei benedictio decreta feminibus. Et libro. 2. de origine officiorum. cap. 19. Isidorus. Nam quod in ipsa continentia coniugia a sacerdote benedicuntur, hoc a Deo in ipsa prima conditione hominis factum est: Sic enim scriptum est. Fecit Deus hominem ad imaginem Dei: & fecit eum masculum, & foeminam, & be-

& benedixit eos, dicens, Crescite, & multiplicamini. Hac ergo similitudine fit nunc in ecclesia, quod antè factum est in paradiso. Hæc ille. A V T H O R. Sequitur Isidorus patrē suū Augustinum, exprimens benedictionis diuinæ verba. Crescite, inquit, &c. Et nūc idem geritur in ecclesia, quod antè fiebat in paradiso.

Augusti. Vnde. 14. de ciuitate Dei. cap. 21. Augustinus. Hos autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari, & implere terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit creādo masculum, & foeminam, qui sexus euidentis utiq; in carne est. Huic quippe operi Dei etiam benedictio ipsa subiūcta est. Nam cum scriptura ipsa dixisset, masculum & foeminam creauit eos, continuo subdidit. Et benedixit eos Deus, dicens, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius &c. Hæc ille. A V T H O R. Hęc est ecce benedictio nuptiarum à domino Deo dictate in paradiso: & ab hac forma nostræ benedictionis profluxit in ecclesia, quam nubētes transgredi fas, nō est sine grādi sacrilegio. Vnde in decreto suo ca. 4. Papa trigessimus sextus à beato Petro Cyricius. Benedictio illa, quā nuptiaris sacerdos imponit apud fideles, cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur. Hæc ille. A V T H O R. Quod quidem sacrilegium nō facilius dicitur esse, quā est, in tanto, vt omnis in casti pollutionem, & maculam ab antiquo includat infamiam. Vnde in decreto suo secundo, cap. 7. Calixtus Papa & martyr decimus quintus à Petro. Quisquis ergo nō est legitime coniunctus, absq; dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus: sacerdotes vel legitime coniunctos criminari, vel in eos testificari minimè potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est. Hæc ille. A V T H O R. Hęc ex libro decretorum Pontificum inseruntur: vbi tamen alij ritus nuptiales habentur ad pondus, vt dotalis titulus, & alij. Pro quibus si primū aspiciatur mundi coniugium, pauci admodum erūt ritus, qui non inde videbuntur exorti: vbi tamē extra nupturos, Deus erat pro omnibus. Ipse pater sponsi, & pater sponsæ: quia ipse pater, qui possedit, fecit, & creauit te. Ipse igitur pater sponsæ, sponsam tradidit viro suo, dicens scriptura, q̄ adduxit eam ad Adam. Ipse paranympheus foeminam virginem custodiuit. Ipse sacerdos benedixit eos verbis celestibus, simul insinuantibus nuptis officium: atq; fructum adiiciens, Crescite, inquit, & multiplicamini &c. Vir item coniugem accepit sub ver-

bis de præsentī, dicens, Hoc nunc os ex osibus meis. Ipse vir loco dotis nomen suum vxori dimidiat, vocans eam à viro viraginem, vel, vt in Hebræo habetur, ab isisam, prænuntians certa lege, q̄ iam in viri potestate celsit, iuxta illud, Et erunt duo in carne vna. Vnde & nūc vsq; mulieres parētum suorum nomina dimittentes, virorum nomina partiuntur: hæc q; solennibus nuptijs declarata testes accipiunt paradisi Deum, & angelos, vt plus solennitatis, plusq; authoritatis haberent nuptiæ hominū, quā copulæ bestiarum: quarum coniugijs, quāuis castis, & foecundis, nihil talis solennitatis adesse describitur. Vnde vt coniugium hominū vltra copulam & cōsensum, testificatio nem necessariam haberet nuptiarum, hoc declarat, q̄ dominus noster Iesus nō de coniuge tantum, sed vt nō careret pudoris testimonio, de nupta nascebatur, & ducta. De quo lib. 2. super Lucam, cap. 1. Ambrosius. Nec te moueat, q̄ scriptura frequenter coniugem dicit. Non enī virginitatis exceptio, sed coniugij testificatio nuptiarum declaratione celebratur. Denique quā nemo accipit, nemo dimittit. Et ideò qui volebat dimittere, fatebatur acceptam. Hæc ille. A V T H O R. Ecce acceptam dicit matrem Christi à sponso suo, & hoc in solennibus nuptijs: quia coniugij testificatio, dicit Ambrosius, nuptiarū testificatione declaratur. Dicat ergo Witcleff ritum necessarium nuptiarū solennium intra ecclesiam instar status innocentie, vt sibi ipsi cōueniat alibi, quādo dicit attribuendam Christo mēditatem, imitatuam, nō verbalem, quia est similior statui innocentie: ita, vt concedat coniugibus benedictionē sacerdotalem in ecclesia cū attestatione fidelium post primum cōtractum, quibus honestas eorum coniugalis distet à stupris, quia sic erit similior secundum statum innocentie nuptijs paradisi. Eoq; ritu secūdas nuptias cēso nō benedicēdas, quia Deus eis benedixisse nō legitur: sed quia nuptiæ sunt, & item legitime, sunt in ecclesia celebrandæ. Sic enim Apostolus ait. 1. Corinth. 7. Si mortuus fuerit vir eius, liberata est. Cui vult, nubat, tātūm in domino. Beatior autē erit, si sic permāserit, secundum consilium meum. Vbi in expositione Ambrosius. Cum dicit, nubat, lege loquitur naturali, quāq; & de Deo primæ nuptiæ sunt: secūdæ verò permissæ sunt. Deniq; primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrātur sublimiter. Secundæ autē & in præsentī carent gloria: concessæ autē propter incontinētiam: & quia solēt viduatum iuniores incurrere: ac per hoc cōcedit & secūdas. Hęc ille. A V T H O R. Atq; ne quid huius

Is & issa.

Ambrosius

* inimituam

Ambrosius

huius solennitatis in benedictione sacerdotali proportionē vacaret, etiam velamen in benedictione primò nubentium adesse requiritur. Vnde epistola. 1. libri. 8. epistolarum ad Vigilium Ambrosius. Nam cum ipsum coniugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, vbi non est fidei concordantia? Hęc ille. A V T H O R. Ipsum enim velamen operimentum pudoris designat: in vnus fidei professio ne concordiam.

Ambrosius

De illicitis, & licitis coniugijs, & quæ sint hæc, & illa.

C A P. C X X X I I I I.

S V M M A.

1. Connubia quæ in Leuitico prohibita, recensentur.
2. Connubia quæ prohibita appareant ex decalogo secundum Augustinum.
3. Coniugio sibi copulari vsq; quorū generationem fideles debeant cum propinquis. Et utrum noueris, & cognatis liceat copulari coniugio.
4. Ioannis martyrium.
5. Calixti decretum, ne cōsanguineorum coniunctiones fiant, recensentur.
6. Theodosius Imperator, quomodo patruelēs fratres & consobrinos prohibuerit inter se coniugij nomine conuenire, ex Ambrosio.
7. Cognatio secundum consuetas durationes humanorum affectuum quantum se protendat.
8. Fratres & sorores quare tempore primi hominis nuptias inierunt, & non sic hodie.
9. Witcleff, qui sanctorum patrum nuptijs nostras fatagit cōequare, culpatur. Et quid contra illius & similitum temeritatem dicat Augustinus.



T autem debitum fortiatur terminum tractatus iste, de Christianorū coniugijs, non recedamus, donec quæ sint legitima connubia, & quæ soluenda diuortio, videamus.

Witcleff.

Cap. 20. prædicti quarti aduersarij veritatis. Non, inquit, delector in multiplicatione causarum diuortij, cum multæ sint infundabiliter humanitūs ordinate, vt patet specialiter de cognatione. Nam tempore primi hominis fratres, & sorores fuerunt ex ordinatione diuina

taliter coniugati. In tempore patriarcharum, vt Abrahæ, Isaac, & talium satis propinquè cognati. Nō subest ratio, quare nō sic liceret hodie, nisi humana ordinatio, quæ dicit, nō solū ex cognatione, sed ex affinitate amorem inter homines dilatari. Sed causa hæc hominum est nimis debilis. Hęc ibi Witcleff in phrenesi. A V T H O R. Iam dat plana portenta suæ hypocrisis, eo q̄ scripturas sanctas tam apertè caleātes ista cōnubia, nō appendit. Num vox eius solet esse, Ducatur testimoniū legis Dei? Non credo legibus nisi diuinis? Et iam leges domini plenas aures insonantes tam nō audit in isto, vt cunctis sit euidentis super professionem eius hæreticam, nec ipsum curare scripturas. Adhibeatur liber Leuitici, voluatur ad de cimo octauum capitulum. Quid dicit ibi scriptura de cognatis coniugatis simul, & affinitibus? Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi, morte moriatur & mœchus, & adultera. Qui dormierit cū nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriatur ambo: sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, utriq; moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. Qui supra vxorem, filiam duxerit matrē eius, scelus operatus est, viuus ardebit cum eis: nec permanebit tātum nefas in medio vestri. Qui acceperit mortem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illaq; conspexerit fratris ignominiam, nefariā rem operati sunt: occidentur in conspectu populi. Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ nō discooperies: qui hoc fecerit, & ignominia carnis suæ nudabit, portabunt ambo iniquitatem suā. Qui coierit cum vxore patru sui, vel auūculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ: portabunt ambo peccatum suum: absq; liberis morientur. Qui duxerit vxorem fratris sui reuelauit, absq; filijs erit &c. Simul confero omnia, prout in lege ponūtur, & rem nostram aspiciunt. Quod si Witcleff ista dicat in lege ista nō esse commixtionem prohibitam fratris cum sorore vtriusq; parentis, & ideò de lege concessam: Respondeatur ei, quod ad patrum quendam cōnātem filio suo copulare neptem ex filia: libro. 6. epistolarum, epistola 5. respondet Ambrosius. Prætendis, inquit, in literis tuis, q̄ permissum hoc diuino iure cōnubium huiusmodi pignoribus existimetur, eo q̄ non sit prohibitum. Ego autem & prohibitum assero: quia cum leuiores interdicta sint de patruelibus fratribus, multò magis hoc, quod

Ambrosius

arctioris est plenum necessitudinis, Interdictū arbitror. Qui enim leuora astringit, grauiora nō soluit, sed alligat. Quod si ideo permissum putas, quia specialiter nō est prohibitum: nec illud prohibitū sermone legis reperies, ne pater filiam suā accipiat vxorem. Nunquid ideo licet, quia non est prohibitum? Minimè. Interdictum est enim naturæ iure. Interdictū est etiam in inuolabili præscriptione pietatis, titulo necessitudinis. Quanta huiusmodi inuenies non esse interdicta lege per Moysen edita, & tamen interdicta sunt quadam voce naturæ? Hæc ille. AVTHOR. Argumentū istud catholici Ambrosij sumptū à maiori, eneruat per omnes fines licentiam præsumptam nostri hæretici: quia si prohibebatur lege quod leuius est, multo magis quod grauius est, non est legiferi taciturnitate concessum. Sed forsitan dicitur: legis veteris iam abolitæ has esse iudaicas obseruantias, ideo in lege euangelicæ libertatis non esse curandas. Contra istud fecit Ambrosius, cum diceret, Ego autem & prohibitum assero, loquens de illo, quod non in se, sed in suo maiori est ibi prohibitum. Intendebat igitur probare Paterno legem illam vim prohibitionis habere supra intentum filij & neptis suæ coniugium. Beatus item Augustinus reducit tabulam illam ad decalogum, dicens omnia illa mandata in decalogo præccepta. libro quaestionum super Leuiticū. quaestione 53. Ad vxorem proximi tui non dabis concubitum seminis tui inquinari ad eam. Ecce ubi rursus prohibet adulterium, quod cum aliena vxore committitur, quod etiam in decalogo prohibetur. Vnde apparet illa prohibita, ut etiam mortuis viris suis, non ducantur vxores, quorum prohibet turpitudinem reuelare. Hæc ille. AVTHOR. Vnde dicit: scilicet ex decalogo apparet illa connubia esse prohibita, quorū prohibet turpitudinem reuelare. quod probat à pari: sicut ex eodem loco adulteriū prohibetur, in quinto scilicet mandato, & nono. Ad quod facit, q̄ in capite istarum inhibitionum vocat nō caremonias, sed præcepta: & in fine leges, atq; iudicia. Custodite, inq̄ns, præcepta mea, & facite ea: ego dominus, qui sanctifico vos. Et subdit. Custodite leges meas atq; iudicia, & facite ea. Quod si subtiliter secundum expositiones istorum patrum tabula inhibitionum ibi pensetur, fundationem plenariam facit pro diuortijs, & copulis per ecclesiam ad quartum gradum vsq; taxatis: hac ratione. quia quarto gradu prohibet copulari: ergo omnis gradus superior versus primū est

prohibitus: à maiori. Vnde prædicto loco parum supra Ambrosius. Quid enim est, quod dubitare queat, cum lex diuina etiam patruales fratres prohibeat conuenire in copulam conjugalem, qui sibi quarto sociantur gradu? Hic autem gradus tertius est, qui etiam civili iure à consortio conjugij exceptus videtur. Hæc ille. AVTHOR. Ita ergo patet ex Ambrosio, quod lex ista obligat nos sicut & Iudæos secundum suam substantiam: quia sic est quid morale, & de præceptis decalogi, etiam ad totum gradum quotum figit ibi pro limite, puta quartum: quanuis fuerit purè iudiciale quoad pœnam, & idcirco est faciendum diuortium. Quid iam habet Witleff, vnde probet ex humana tantum ordinatione fratres ne copulentur sororibus esse prohibitos? Iam probet quod dixit, aut contra planam legem Christi se fateatur errasse. Scio Sanctum Gregorium in responsione ad quintam interrogationem Augustini pro coniugijs veterum Anglicorum, legem istam affirmare diuinam, etiam contra quandam humanam. Vsq; quotam generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari? & noueris & cognatis si licet copulari coniugio? Gregorius. Quædā terra na lex in Romana republica permittit, ut siue frater, & soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius, & filia miscetur: sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, ut diuina lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, ut iam tertia, vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda, quam diximus, à se omni modo debet abstinere. Cum nouerca autem misceri, graue est facinus, quia in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neq; enim patris turpitudinem reuelare potest: sed quia scriptum est, Erunt duo in carne vna: qui turpitudinem noueræ, quia vna caro cum patre fuit, reuelare præsumperit: profecto patris turpitudinem reuelauit. Cum igitur cognata quoq; misceri, prohibitum est: quæ per coniunctionem priorem caro fratris fuit facta: pro qua re etiam Ioannes Baptista capite truncatus est, & sancto martyrio consummatus. Cur non est dictum ut Christum negaret, & pro Christi confessione occisus est: sed quia idem dominus dixerat, Ego sum veritas, quia pro veritate Ioannes occisus est, utique pro Christo sanguinem fudit. Hæc ille. AVTHOR. Vsque ad hæc tempora Gregorij, ut videtis, obligauit hæc lex diuina fideles, ne contraherent vsque ad quartum gradum cognata

Ambrosius

Questio Augustini Epi scopi Anglicani.

Gregorij Pontificis responsio.

Ioannis martyrium.

gnata coniugia. Hoc item dixit pro tempore suo Ambrosius. Hoc idem repetit Augustinus in mandatis decalogi. Quomodo autem exprauit lex ista in aduentu Witleff, ne amplius diuina esset, sed humana conditio, hoc edisserant Witleuista. Nec tatum tunc, sed ab initio fidei per succedentes patres lex ista censetur ligare diuinitus. Vnde decreto suo. 2. cap. 4. vetus Papa decimus quintus à beato Petro secundum Augustinum Calixtus. Coniunctiones autem consanguineorū fieri prohibete, quia has, & diuinæ, & seculi prohibent leges. Leges ergo diuinæ & hæc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, nō solum eiciunt, sed etiā maledictos appellant. Leges verò seculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos verò sequentes patres nostros infamia eos notamus, & infames esse censemus: quia infamie maculis sunt aspersi. Hæc ille. AVTHOR. Et iste sanctus martyr leges diuinas protestatur in hac re sequens, ut dicit, patres suos. Nec omittit inniti legibus humanis, ubi diuinis legibus obsecundant: quod incius bonorum Witleff habet opprobrio. Cum tamē edita gentium beatus Paulus pro hac parte protulerit. 1. Corinth. 4. Omnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec intergentes. Et in epistola ad Paternum præfatam legem à Calixto tacitam explanat Ambrosius, dicens. Si diuina te prætereunt, saltem Imperatorum præcepta, à quibus amplissimum accepisti honorem, haudquaquam prætereire te debuerunt. Nam Theodosius Imperator etiam patruales fratres, & consobrinos vetuit inter se coniugij conuenire nomine: & seuerissimam pœnam statuit, si quis temerare ausus sit fratrum pia pignora: & tamē illi inuicem sibi æquales sunt tantummodo, quia propinquitatis necessitudine, & fraternæ societatis ligatur, vinculo pietatis eos voluit debere, q̄ nati sunt. Hæc ille. AVTHOR. Pondus habere debet, quod ibi submisit Ambrosius, voluit debere, q̄ nati sunt. sibi inuicem enim consanguinei amorem debent ex eo, q̄ nati sunt. Superinducere verò nouum amorem, contractum est obliterare primæuum, quem Deus eis succo naturæ virefcentis infudit, vel erit mixtum amorem confusio, sicut & nomen, & quotidiana pugnae fomentum: ut si plus velim natum ex vxore diligere, quia filius meus est, minus tamen filio debeo eum diligere, quia ex sorore nepos est. Et in eadem epistola Ambrosius. Tu copulare paras filium tuum & neptem ex filia. Hoc est, ut accipiat sororis suæ filiam, diuersa licet matre, quam focrus editus. Interro

Calixtus.

Ambrosius

Idem.

ga nominum religionem: nempe auunculus iste illius: illa huius neptis vocatur. Nec ipse te reuocat sonus nominum: cum hic auum refonet: illa hoc nomen auunculum, quod ad auū referat. Quanta deinde etiam reliquorum confusio vocabulorum? auus & focer vocauerunt eam: ea quoq; tibi neptis & nurus diuerso nomine nuncupabitur. Mutuabuntur etiam fratres diuersa vocabula: ut illa focrus fratris sit: iste gener forori: nubat auunculo suo neptis: & immaculorū pignorū charitas illecebrosam amore limitetur. Et infra. Quid tam solene, quam osculū inter auūculū & neptem? quod iste quasi filia debet, hæc quasi parenti. Hoc igitur inoffensæ pietatis osculum suspectū facies de talibus cogitādo nuptijs: & religiosissimi sacramentū charis pignoribus eripiens. Hæc ille. AVTHOR. Ut sic intelligatur Ambrosius: ubi natura nō horrebit amplexus, ibi necesse est oscula sint suspecta. Facientq; tales nuptiæ, ut nec sine suspitione pudoris frater sororem suam osculari possit, nec auunculus suam neptem. Et sacramentum etiam religiosissimū charis pignoribus eripiens potest intelligi, q̄ sacramentum coniugij, sub quo nati sunt, repetit eripietur pignoribus. Quia ibi necesse est coniugium amoris, & naturalis educationis, quæ sunt sequelæ sacri coniugij, finē ponat, ubi nouū potest incipere. Idcirco em̄ caro vna, & turpitudine fratris in scriptura dicitur, q̄ quandiu protendit se virtus coniugij, tādū quasi propriæ carnis suæ pudorem habere tenentur. Plus enim carnē propriam, quam alienam pudet hominem reuelare. Reus ergo naturalis pudoris est, qui sanguinis sui carnem pudendam tanquam alienam reuelat. Quantum igitur se protendit talis cognatio secundum consuetas durationes humanorum effectū? Lex diuina quartum gradum taxauit, lex humana vel vsq; ad septimū. Ex decreto synodali ca. 11. Nicolaus. Et de consanguinitate sua nullus vxorem ducat vsq; ad generationem septimam, vel quousq; parētela cognosci poterit. Hæc ille. AVTHOR. Saltē inconueniens est, & indelebile humano generi, si consanguineos vicissim, ut iste supponit, admisceri patiantur. Vnde & ipse Witleff inconueniens attulit, quod non soluit, in eodem cap. 20. Si, inquit, quilibet prolificus ex qualibet, quæ sibi placuerit, procrearet, foret consanguinitatis confusio, hæreditatis paternæ destructio, parentū inhonoratio, hominum contentio, atq; occisio. Hæc Witleff. AVTHOR. Ista inconuenientia si non ex tuis coniugijs sequantur, fratris cum sorore sua, aut aui cū nepte: peto ut

Nicolaus.

8 abfoluas. Quòd autem arguis, qui à tempore primi hominis fratres & sorores nuptias inierunt: & tempore patriarcharum fati propinquè cognati: nec vides rationem quare nò sic hodie: Dicitur tibi, quia post còditionem primi hominis paucitas contrahentium in utroque sexu cognationis deferre non potuit, & necessitas multiplicandi humanum genus ipsam temerare còegit. Tempore quoque patriarcharum hoc idem causa fidei seruandæ vnus Dei fecit, & in paucò populo fideli, quod primò fecerat paucitas hominum totius speciei: idèd licuit potiùs nubere cognatis, quàm idololatriis. Sicut in principijs fidei dixit Apostolus, Cui vult, nubat tatum in domino, id est, sociato sibi per fidem. Vnde epistola prima libri. 7. epistolarum ad Vigilium *Ambrosius*. Propè nihil grauius, quàm copulare alienigenæ: vbi & libidinis, & discordiæ incètiua, & sacrilegij flagitia conflantur. Sequitur. Cùm oratio communis esse debeat: quomodo inter dispares de uotione potest esse coniugij communis charitas? Sæpe plerique capti amore foeminarum fidem suam prodiderunt: vt patrum populus in Beelphegor. Vnde Phinees arrepto gladio interfecit Hebræum, & Madianidem foeminam: & mitigauit indignationem diuinam, ne totus populus extingueretur. Hec ille. AVTHOR. Ad vitandum ergo malum perfidiæ potiùs licuit legem laxari, & iungi cognatis, quàm perfidis. At postea multiplicata fideli plebe, lex iterum cognationis fines immunes decreuit à nuptijs. Sic item in ecclesia nuptias tales tolerat, si eas ante susceptam fidem coniunctas in uenerit, vt in casu prædictæ interrogationis Augustini ad Gregorium de nuptijs veterum Anglicorum gradibus prohibitis. vbi *Gregorius*. In hoc enim tempore sancta ecclesia quædam per feruorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, vt sæpe malum, quod auersatur, portando, & dissimulando compescat. Omnes autem, qui ad fidem veniunt, admonendi sunt, ne tale aliquid audeant perpetrare. Si qui autem perpetraverint, corporis, & sanguinis domini communionem priuadi sunt. Quia sicut in ijs, qui per ignoratiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda est, ita est in ijs fortiter insequenda, qui nò metuunt sciendo peccare. Hec ille. AVTHOR. Quod igitur arguis de nuptijs antiquorum: propter arctitudinem temporis priuilegium tantum fuit, quod legi communi nunquam derogat. Vnde epistola prædicta ad Paternum *Ambrosius*. Sed dicis, alicui relaxatum: verum hoc legi non præiudicat. Quod enim in commune statuitur, ei tan-

tum profecit, cui relaxatum videtur. Longè diuersa inuidia. Illud tamen licet in veteri testamento legimus, vt aliquis vxorem suam sororem duceret. Istud inauditum, vt quisquam neptem suam in vxorem accipiat, & coniugè ducat. Hæc ille. AVTHOR. Attamen nouerit Witleff se culpandum, quod sanctorum patrum nuptijs nostras satagit còæquare, quasi suspicans in illis intemperantiæ alicuius modum, quia tales elegerint, aut nos còæquados eis, vt tales nuptias eligamus. Contra hanc temeritatem insistit libro de bono còiugali, versus finem *Augustinus*, dicens. Nos autem, qui coniuges habent, in quantum possumus, admoneamus, ne secundum suam infirmitatem de illis sanctis patribus audeant iudicare, comparantes, vt ait Apostolus, semetipfos semetipsis: & idèd non intelligentes quantas vires habet animus iustitiæ contra libidinem seruiens: ne carnalibus huiusmodi motibus acquiescat, eosque in concubitu vltra generandi necessitatem prolabi, aut progredi sinat, quantum ordo naturæ, quantum mori consuetudo, quantum legum scita præscribunt. Hoc quippe idèd de illis patribus homines suspiciatur: quia Christi nuptias elegerunt: vel coniugibus intemperanter vtuntur. At verò còtinentes mares, qui defunctis vxoribus, vel foeminæ, quæ defunctis viris, vel vtrique, qui pari consensu continentiam Deo vouerunt, sciant sibi mercedes quidem amplius deberi, quàm coniugalis castitas poscit: sed sanctorum nuptias, qui propheticè iungebantur: qui neque in concubitu nisi prole, neque in ipsa prole nisi quod in carne venturo Christo proficeret, requirebant, non solum pro suo proposito non còtemnunt, verumetiam in suo proposito sine dubitatione præponant. Hæc ille. AVTHOR. Ex his prædictis patet ratio, quæ Witleff non subfuit, vt dixit, quare patres cognatis, aut sororibus simplicibus, aut geminis, aut multis vtiebantur vxoribus: priuilegium temporis fuit, cui inuidere non licet, secundum *Ambrosium*, & propheticè iungebantur in figuram futuri, dicit *Augustinus*, nec propter hæc animus iustitiæ seruiens nostros in concubitu vltra generandi necessitatem progredi sinet, nisi quantum ordo naturæ, morum consuetudine, aut legum scita præscribunt.

¶ De Pœ-

De sacramento Pœnitentiæ.

De Pœnitentia, & Confessione sacramentali, qualiter sit in antiqua lege fundata.

C A P. C X X X V.

S V M M A.

- 1 Witleff, qui dicit confessionem auricularem esse hæresim inductiuam, & in scriptura infundabilem, confutatur. Et quomodo auctoritatem, & exemplum sumpsit confessioni ecclesiæ detrahendi ab apostata Iuliano, Masilianis, & Iacobitis.
- 2 Iacobitæ unde dicti, & de eorum errore circa confessionem.
- 3 Hugonis dictum contra eos, qui admoniti ut confiteantur, dicunt, Date nobis auctoritatem, quæ hoc scriptura præcipiat. &c.

POENITentiæ sacramentum non audeat Witleff cum sua Alathia describere, propter æmulos captiosos, vt dicit, sed audeat destruere

eam, dicens secundam partem confessionis auricularis hæresim inductiuam, & infundabilem in scriptura. Et sermone. 9. tertiæ partis. Duplex est, inquit, Confessio, humana, scilicet facta meritorie soli Deo, vel facta Deo, & eius sacerdoti. Prima vocatur confessio generalis, & secunda auricularis. De prima loquitur scriptura. De secunda verò nisi institutio papalis, cum vsu ecclesiæ, vt patet primo decretalium. de pœnit. & remis. Omnis vtriusque sexus. Sequitur. Nec dubium quin sine confessione secunda peccatum dimitti poterit. Et subdit infra. Idèd licet inter alia statuta humana talis confessio & absolutio multum proficit, tamen multum nocet ecclesiæ: & multas hæreses, & contentiones circa factum, & quæstum temporalium introducit. Idèd non tantum prodest ecclesiæ, quantum profuit traditio Scarioth. Hæc Witleff. AVTHOR. Obserua lector,

quod supra dixi, istum Witleff esse ab apostata Iuliano Cæsareum sacerdotem; à quo auctoritatem, & exemplum sumit detrahendi confessioni ecclesiæ. Vnde lib. 6. triperitiæ historiæ. cap. 2. *Cassiodorus*. Fertur itaque; mox in ipso principio Iulianum sic apertè & impudenter negasse Christianam fidem, vt quibusdam sacrificijs, & inuocationibus, quas expeditiones Pagani vocant, & sanguine immolantium, nostrum baptismum studeret abluere, & abrenuntiarum ecclesiasticæ confessioni. Ex illo enim tempore tam secretim, quàm publicè, & in tēplis licenter Pagani sacrificia celebrabant. Hæc ille. AVTHOR. Auscultasti mi Witleff tuum Cæsarem Iulianum: multum in argumentis eius blasphemis, & mendosis inuolucris sermonum inanum impendisti tibi solatium: qui toto nisu studens abolere fidem, viam tibi præbuit irritandi sanctum baptismum, & confessionem ecclesiæ sacrosanctam. Ipse tibi vetus est author: ipse Euangelium tibi descripsit: tu se quax eius, tu discipulus, tu pugil, tu dulcis alumnus, cuius sine te fuisset dogma desertum, & obliuio nis tumulto circumtectum. Nefas fuisset audire abrenuntium esse ecclesiasticæ confessioni. Tu autem affirmas dicens, quod multum nocet ecclesiæ: & hæreses introducit: nec tantum prodesse ecclesiæ, quantum traditio Scariothis. Attamen sic memor tui magistri, quando probamus in posteris confessionem istam auricularem nò ab Innocentio tertio inchoatam, quia nec Cæsar tuus ei abrenuntiare fuisset sollicitus, nec retulisset rem gestam *Cassiodorus*, quorum vterque diem mundi multis nò vidit annis: post quos *Innocentius tertius*. exorsus est viuere. Commemoratur item hæresim Masilianorum Damascenus vobiscum irritantium auctoritate sacerdotum in pœnitentijs peccatorum. In libro suo de hæresibus. 80. *Damascenus*. Seruos à domino fugientes proptè recipiunt: & eos, qui à diuersis peccatis ad ipsos adueniunt, sine fructu aliquo pœnitentiæ, sine sacerdotum auctoritate, gradibusque pœnitentiarum taxatis à facris canonibus, peccatoribus veniam re promittunt: nisi confessio facta sacerdoti necessaria videretur, & opposita diebus illis assertio hæresis tunc mulenda. Quibus item *Iacobitæ* succedunt, à quodam Iacobo hæresiarcha sic dicti: de quibus in libro hæresum noster *Carmita Guido*. Secundus, inquit, error eorum est, qui dicunt non esse confitendum de peccatis hominibus, sed soli Deo. Vnde iuxta se ponunt ignem, & incensum, quando faciunt confessionem Deo, in signum, quod Deus in tali confessione consumit peccata eorum. Hæc ille. AVTHOR.

G g 4 THOR

THOR. Ab istis, & similibus perfidis traxit hæc hæresis Witleff cōtra confessionem vocalem suam originem. Sed cum ipsi improperent ecclesie, q̄ sine fundatione confessionem istam induxit: auctoritatem eius pro modulo nostro pandamus. Valide nanq; obstat Witleff, & instat, vt in. 3. sermone domini in monte. cap. 3. Videtur, inquit, istum sanctum, scilicet Chrysostomum, innuere, q̄ graue est, & infundabile presbyterum audire cōfessiones populi, modo, quo Latini vtuntur, vt allegatū est libro. 2. Chrysostomum necessariū debere dicere. Sequitur. Quantum ad fundationē huius priuata confessionis declarat Ioannes de Deo satis clarè, q̄ ex scriptura sacra nō habet originem. Hæc Witleff ibi. & cap. 2. 4. Trialogi. AVTHOR. Videte qualiter auctoritatem & fundationem insequitur confessionis sacrata. Vnde lib. 2. de sacramentis. parte. 14. Hugo. Multa est malitia hominis. Nemo quādo malè agere vult, auctoritatem quærit. Quādo autē dicimus hominibus, vt bona faciant, & vt confiteantur mala, quæ fecerunt, dicunt nobis, Date auctoritatem, quæ hoc scriptura præcipit vt confiteamur peccata nostra? Si ergo scriptura peccata confiteri non præcipit: respondete modò, si scripturam habetis, quæ peccata iubeat tacere. Si ergo confiteri nō vultis, quia auctoritatem confitendi nō habetis: quare tacere vultis, cum auctoritatem tacendi non habetis? Tamen quia auctoritatē quæritis, accipite auctoritatem. Antiqua lex peccata confiteri iubet, & homines ad sacerdotes mittit, vt confiteantur peccata sua, vt indulgētiam accipiāt. Illic ergo præuaricatio legis cōfessione, & oblatione aboletur, quando adhuc vmbra fuit, & adhuc confessio criminis pœnam potius timere debuit, quàm misericordiā expectare. Hæc ille. AVTHOR. Iam ergo auctoritatem confessionis Witleff exigit: quia bene facere se existimat esse cogendum, pro non confitēdo militat, sine auctoritate decernat, & eam inuocat libertatem. Notandum tamen inter cætera, quibus Hugo in antiqua lege confessionem vocalem fundat, iubete confiteri peccata: sicut Leuit. 15. de Aaron, & hircu emissario. Postq̄, inquit, emundauerit sanctuarium, & tabernaculū, & altare, tūc offerat hircū viuētē, & posita vtraq; manu super caput eius, cōfiteatur omnes iniquitates filiorū Israël, & vniuersa delicta, atq; peccata eorum. Quæ imprecās capiti eius emittet illū per hominē paratum in desertum. Vbi quod dicitur sacerdotē confiteri debere omnes iniquitates filiorū Israël, & vniuersa delicta, atq; peccata

eorū, scire donauit: quia filij Israël peccata sua prius ei debuerant confiteri. Ex populi enim cōfessione distincta, surgere aptè potest sacerdos in generalē, vel specialem confessionē pro populo. Vñ de cōfessione populi videtur Ambrosius exponere locū illum: epistola. 3. primi libri epistolarū ad Simplicianum. vbi dicit, In causa prophetiæ confertur Moyses sicut propheta: vbi autē causa, & munus, & officium sacerdotis est, præfertur Aaron sicut sacerdos. Tractemus ergo ipsum locū. Immolatus erat hircus pro peccato, & oblati in holocausto. Sequitur. Nihil peccare, solius Dei est emendare, sapiētis est: & corrigere erratū, & pœnitentiā agere peccati (quod tamē difficile est in hac vita) hominum. Quid em̄ tam rarū, quàm vt inuenias virum, qui seipsum coarguat, & factū cōdemnet suum? Rara itaq; cōfessio de peccato, rara pœnitentia, rara in hominibus verbi eius assertio. repugnat enim natura, repugnat verecūdia. Natura, quia omnis sub peccato: & qui carnē gerit, culpæ obnoxius est. Ergo repugnat, natura carnis, & illecebra seculi innocentie integritati. Repugnat ergo verecūdia, quia rubescit vnusquisq; propriā culpam fateri, dum præsentia magis, quàm futura cogitat. Hæc ille. AVTHOR. In hoc processu exponens Ambrosius confessionē filiorum Israël, de confessione peccatorū priorum facta, homini loqui videtur: dicens rarum esse inueniri virū, qui seipsum arguat, & factum cōdemnet suum. Et subdit, q̄ rara est confessio de peccato, rara pœnitentia: quia repugnat natura: repugnat verecūdia: quia rubescit vnusquisq; propriam culpā fateri: sed fateri propriam culpā soli Deo, vel in generali corā hominibus, nullus, aut rarus videtur rubescere. Et sequitur in fine epistolæ Ambrosius. Ita sunt duo hirci: vnus, qui ad sacrificiū utilis est: alius, qui in desertum dimittitur: hic nulli vsui, neq; edendus, neq; epulandus sacerdotū filijs. Sequitur. Non placebit ergo domino, si māducet sacerdos sacrificium, in quo fraus sit oblationis, nō sedulæ confessionis sinceritatis. Hæc ille. AVTHOR. Non putet Witleff se locum inuenisse calumniæ contra fundationem istā Ambrosij pro confessione vocali facta in veteri lege coram homine: quia forsan in multis dissidet à confessione nostra moderna, quia sic nō contingit resurrectionem Christi vel sepulturam in Iona fundare prophetice: nec sacramentum Eucharistiæ in manna, vel agno, nec Christum in lapide: breuiter nec quicquā nouæ legis in veteri. In multis enim tot occurrunt dispares rationes signorum, vt subtilis scriptu-

Ambrosius

Idem.

scripturarum videns omnino dissimilitudinē suam possit arguere: sicut apud nos eorum in stinētū torui faciunt Witleuistæ. At synceris studentibus filiis Apostolorum, & primæ ecclesie tāta lux piæ cognitiōis irradiat: vt statim visa rerum compagine, gaudēter occurrant: quia iam granum fidei reperiunt, qd̄ sciunt diu tecum esse sub palea. Quid obuiat hanc ipsam materiam esse iam formis suis per sex dies distinctam: quæ olim fuit in principio mundi confusa? Nonne ipsa est & eadem ipsa? Et fides trina personæ diuinæ: quæ nunc distincte creditur à modernis: nonne eadem erat, qua prius confusè quodāmodo credebatur à patribus Deus vnus & ipse trinus? Et qualiter disputaret apostolus, q̄ patres nostri oēs bibebāt de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus: si non omnia sacramenta nostra sint eadem, quæ apud eos erāt: non ipsa specie, sed figura: & modo illi temporari congruente gustata?

Qualiter cōfessio ecclesie fundatur ex facto Danielis, & sciorū eius, & sic vsq; ad baptizatos à Ioanne.

CAP. CXXXVI.

SVMMA.

- 1 Confessio ecclesie, quod fundatur ex facto Danielis, & sociorum eius, ostenditur.
- 2 Confessionis definitio secundum Hilarium.
- 3 Cyprianus quid de exomologesi, seu confessione criminis occulti apud sacerdotes fienda, dicat.
- 4 Augustinus quid de Daniele & de eius confessione referat.
- 5 Exomologesi quid. Et de duplici huius nominis significatione secundum Isidorum.
- 6 Augustinus quid de fide Cypriani in baptismo dicat.
- 7 Iudæis quod cōsuetudinarium quid erat priuatim confiteri delicta. Et quomodo hic mos ad baptismum vsq; Ioannis durauerit.
- 8 Confessio priuata quod cadat sub præcepto, ex verbis Chrysostomi ostenditur. &c.



Rustra aliter scriberent patres, frustra Cyprianus eliceret cōfessionem nostram auricularē distincte fiendam homini de necessitate legis

Dei, à confessione Danielis, & comitum eius. in libro exhortatiōis ad lapsos, post medium. liber incipit. Pax ecce dilectissimi fratres. vbi sic dicit beatus Cyprianus. Ananias, & Azarias, & Misael illustres, ac nobiles pueri, quo minus exomologesi in Deo facerent, nec inter flammæ camini exarsuantis incendio quieuerunt. Sequitur. Loquitur scriptura diuina. Stans (inquit) Azarias, precatus est, & aperuit os suum, & exomologesi faciebat Deo simul cum sodalibus suis in medio ignis. Daniel quoque post fidei atque innocentie suæ multiplicem gratiam: post dignationem domini circa virtutes, ac laudes suas sæpe repetitam, ieiuniis adhuc promereri Deum nititur: in sacco, & cinere volutatur, exomologesi faciens, & dicens. Domine Deus magnus, & fortis, & metuendus, qui seruas tentantium, & miserationem eis, qui te diligunt, & conseruant imperia tua: peccauimus, facinus admisimus, transgressi sumus præcepta tua, & iudicia tua non audiuimus, pueros tuorum prophetarum, qui locuti sunt in nomine tuo super reges nostros, & omnes gentes, & super omnem terram. Tibi domine, tibi iustitia: nobis autem confusio. Hæc mites, hæc simplices, hæc innocentes in promerenda Dei maiestate fecerunt: & vnde satisfacere, & Deum rogare detrectant, qui Deum negauerūt? Hæc ille. AVTHOR. Ecce quod confessionem vocalem de necessitate faciendam pro commissio crimine Cyprianus arguit ex confessione Danielis facta pro populo, quauis confusè. Et super psalm. Beati immaculati. vers. Vias meas pronuntiaui, & exaudisti me. dicit Hilarius. Huic prædicto consentiens, illud videtur, quod dictum est, Pronuntiabo aduersum me iniustitias meas. Et rursum, Iustus in exordio sermonis ipse sibi accusator est. Ergo pronuntiabo quod dicitur: non laudatio est, sed confessio viarum suarum, id est, peccatorum suorum pœnitens professio. Et propheta vt esset dignus spiritu prophetie, vias suas, id est, peccata antè confessus est: vt post hanc pronuntiationem eorum, doctrinæ iustificationum Dei capax esset. Quod vtrunq; absolute docetur. Nam cū dicit, pronuntiaui, confessionē hanc præteriti temporis esse demonstrat. Cū dicit, doce me, oratio est de futuro. Quia confitendum antè est de peccatis, & exacta confessione dicendum. Hæc ille. AVTHOR. Propheta ecce Daniel confessus est peccata sua, vt spiritum prophetie mereretur accipere. Et confessioem definit Hilarius, dicit, q̄ est peccatorū suorum

Cyprianus.

Hilarius.

Gg 5 pœni-

penitens professio. Et ante orationē confitē dum dicit, & peccatum exacta confessione dicēdum, id est, plenaria secundū circumstātiās. Iam ut reuertamur ad Cyprianū: instabit forsitan Witcleuista perpenso ordine libri, q̄ hoc faciat tantū pro maioribus culpis: sicut hic pro apostasia, & idololatria palām admissa: & quid hoc pro occultis? Sed pro occultis confitendis agit prius, & post confirmat doctrinā illam ex facto Danielis in scripturis. Superius enim dixit Cyprianus. Denique quanto & fide maiore, & timore meliore sunt, qui quanuis nullo sacrificij, ac libelli facinore constricti: quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt: ipsum hoc ad sacerdotes Dei dolenter & simpliciter exomologesin conscientiae faciunt, animi sui pondus exponūt: salutarem medellam paruis licet & modicis vulneribus exquirūt: sciētes scriptum esse: Deus nō deridetur. Derideri, & circūueniri Deus nō potest: nec astutia aliqua fallēte deludi. Plus nimio delinquit, qui secundū hominem Deū cogitans, euadere se poenam criminis credit, si non palām crimen admittit. Et infra. Consiteantur singuli, quāso vos fratres, delictum suum: dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti cōfessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per sacerdotes apud Deum grata est. Conuertamur & ad dominum mente tota, & poenitentiam criminis veris doloribus exprimentes, misericordiam deprecemur. Hæc ille. AVTHOR. Iam declarauit intentionem suam de exomologesi criminis item occulti fienda apud sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter, id est, nudē, & distinctē. Et iterum hortatur vnūquemq; confiteri delictum suū, dum est in seculo: & admitti potest eius confessio, & satisfactio per se: & remissio facta per sacerdotes, apud Deum grata est. Ita q̄ nō dubitat apud Deum hæc esse grata, si fiant dum sit in seculo. Et pro hoc processu fundando pro scriptura, currit continuē vsq; ad Danielelem: sicut itē fermōe. 29. primæ partis de excidio vrbis Romæ Augustinus. Quantum sit commendatus Daniel, ex hoc apparet: q̄ vnus ex illis tribus meruit nominari: & tamen confitetur peccata sua. Cuius superbia non contremiscat? cuius inflatio non resideat? cuius tumor, & eleuatio non cohibeatur? quis gloriatur se mundū esse a peccato? Et infra. Nunquid tu sapiētior quā Daniel? Audi ergo illum confitentem peccata sua. An fortē cū confitebatur, mentiebatur? Hinc ergo habebat peccatum: quia de suis peccatis Deo mentiebatur. Hæc ille. AVTHOR. Et hic sanctus cum patre suo Cypria-

no & facto Danielis confessionem fundat ecclesie, cōmemorans, & laudans eius exomologesin, id est confessionē, super psal. 74. versu, Quia neq; ab oriēte, neq; ab occidēte. Vbi dicit. Quid ergo modō faciemus? præueniamus faciem eius in cōfessione. Exomologesin confessio dicitur. Præueni eum in confessione: veniet mitis, quem culpa fecerat iratum. Hæc ille. AVTHOR. Et lib. 9. etymologiarum Isidorus. Exomologesin ꝑ græco vocabulo dicitur: quod Latine confessio interpretatur. Cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio: sicut est, Confitebor tibi domine pater cæli & terre &c. Aut in denudatione peccatorum, cū quis confitetur sua peccata ab eo indulgenda, cuius indeficiēs est misericordia. Hæc ille. Et assumit Rabanus de institutis clericorū: & idem de naturis rerū. AVTHOR. Hoc volo sciāt Witcleff, & discipulus eius author Floretij: q̄ cōfessio nostra sacramentalis ecclesie nō caret fundatiōe scripturæ, siue quo ad necessitatē suā, siue itē quo ad frequentia: si iam putet se eā Cyprianus in scriptura fundasse. Ipsi. n. notior erat sensus scripturæ, quā istis omnibus: & cū ipsi nouam suam negatiuam erroneam fundare non current, nobis exultiment satis esse, si vetusta cura Cypriani & sensu affirmatiuam Christi ecclesie tali modo fundemus. Sicut in simili casu de baptismo contra aduersarios authoritati Cypriani adhefit Augustinus. Cyprianus ꝑ est, quem in manu sumpsi, antiquus episcopus sedis huius. Quid senserit de baptismo paruulorum: imō quid semper ecclesiam sensisse monstrauerit, paululum accipite. Parum est enim quia differunt, & disputant nescio quas impietates nouas, & nos conātur arguere, q̄ aliquid nouum dicamus. Ad hoc ergo lego sanctum Cyprianum, vt videatis quomodo sit intellectus canonicus, & catholicus sensus. Recitato dicto Cypriani, inquit. Hoc de fundamento ecclesie sumpsit ad confirmandum lapidem nutantem. Hæc ille. prima parte sermonū, sermone. 51. de baptis. contra Pelagianos. AVTHOR. Quod dicit Augustinus iam fide Cypriani in baptismo: cur ego non dicam de cōfessionis sacramento? Quid ipse senserit, imō quid semper ecclesiam Christi sensisse monstrauerit, potestis accipere: vt ita videatis, quomodo sit intellectus canonicus, & sensus eius catholicus. Quia quod dixit, de fundamēto ecclesie sumpsit, ad confirmandum lapidem nutantem: de scriptura scilicet Danielis: ad confirmandum lapidem iam nutantem de confessionis articulo. Nec modicus pudor incutitur

titur Witcleuistis tam sedulo mentientibus de fundatione sanctæ cōfessionis in veteri testamento. Quando ꝑ enim scripturas diligenter aduertimus, satis est planum, q̄ consuetudinarium quid erat Iudæis priuatim confiteri delicta: vt interdum dolor ipse pudorē abrumperet, & nec in publico parcerent confiteri. Qui mos durasse cognoscitur vsq; ad baptismū Ioannis: sicut dicitur Matth. 3. Et baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua. vbi in imperfecto Homil. 3. Chrysostomus. Cōfessio peccatorum, est testimonium conscientie timentis Deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata sua confiteri non erubescit. Qui autem erubescit, non timet. Perfectus enim timor omnem pudorem soluit. Illic enim trepidatio confessionis aspicitur, vbi poena futuri iudicii non creditur. Nunquid nescimus, q̄ confessio peccatorum pudorem habet: & q̄ hoc ipsum erubescere, poena est grauis? Sed ideo magis iubet Deus cōfiteri peccata, vt verecundiam patiamur pro poena: nam & hoc ipsum pars iudicii est. O misericordia Dei, quem totiens ad iracundiam excitamus! Sufficit enim ei & solus pudor pro poena. Hæc ille. AVTHOR. Hic agit Chrysostomus ex toto de cōfessione pudorē habente: qui non est, nisi cū occulta produntur. & subdit. Ideo magis iubet Deus confiteri peccata nostra, vt verecundiam patiamur pro poena. Quis ꝑ negat iam ex hoc loco confessionem priuatam cadere sub præcepto? Iubet (inquit) Deus confiteri peccata. & qualiter: vt verecundiam patiamur pro poena. Quam ex confessione baptizatorum sub Ioanne producit, & probat tam vt baptizentur adulti, q̄ vt dignè communicent baptizati: sicut exponit eundē locū Matthæi opere perfecto secundū Auianum Chrysostomus. Tempus siquidem confessionis incumbit iis quidem, qui baptisma consecuti sunt. Aliis quidem, vt post patentia criminum vulnera poenitentia interueniente curentur, & ad sacra mysteria redire mereantur. Aliis verò, vt eam, quam post lauacrum cælestite conceperunt maculam diluētes, ad dominicam mensam munda iam conscientia, securaq; veniāt. Absistamus igitur ab hac fluida, dissolutaq; uita. Nequeunt enim omnino, nequeunt aliquando in vnum & confessionis lachrymæ, & corporis conuenire delicia. Hæc ille. AVTHOR. Et hic dicit Chrysostomus, q̄ tempus incumbit confessionis, & hoc generaliter, si expositio conueniat literæ. Et ideo exponens eundem locum Matthæi Rabanus. Exemplum enim (inquit) iam tunc confitēdi

peccata, ac meliorem vitam promittendi eis, qui baptisma accipere desiderabant, dabatur. Sic etiam post ascensionem domini prædicante Paulo in Epheso multi credentium veniebant, confitentes, & annuntiantes actus suos: quatenus abdicata vitæ veteri, renouari mereantur in Christo. Hæc ille. AVTHOR. Iste doctor clarè dicit ex ista confessione baptizatorum à Ioanne, baptizandis nostris suæ confessionis datum exemplum: & ad tempus noui testamenti sub sancto Paulo reduxit cōtinuē. Propter hoc, q̄ noster Witcleff dixit, quod si veritas articuli nostri staret de confessione vocali, tunc omnes mortui à tempore ascensionis Christi vsq; ad Innocētium tertium forent damnati: supponens, quod nō essent vocaliter in specie sic confessi. Hic autem videtis & auditis oppositum de confessionis sancto Paulo: & plura talia videbuntur.

¶ Confessionis ecclesiasticæ necessitas regularis fundatur in ritibus, & vaticinijs legis antiquæ.
CAP. CXXXVII.
SVMMA.

- 1 Confessionis ecclesiasticæ necessitas regularis, quod fundatur in ritibus, & vaticinijs legis antiquæ.
- 2 Alexandrinorum ciuium confessio, cum crucis character in templo Serapidis diuinitus apparuisse.
- 3 Aeneum mare ante fores templi ad abluendas ingrediendum manus. &c. quid denotet ex Gregorio.
- 4 Confessionem sacramentalem tenere in ecclesia locum circumcisionis antiquæ ex Lactantio ostenditur. Et quanta necessitate ad hanc confessionem nostram constringimur.
- 5 Ecclesia quæ uera.
- 6 Confessio uocalis ex Iob dictis fundata ostenditur.
- 7 Author in Viennam missus, quid de Iudæorum confessione audierit.



Ec̄ item ibi verū dixit Witcleff, q̄ non esset talis confessio regularis obseruanda: sed quibusdam vt eis vtile videretur. Quia ipsa planities textus regulariter factam cum vniuersali-

Cyprianus.

Augustin.

Isidorus. Confessio.

Chrysosto.

Rabanus.

Augustin.

Chrysosto.

Rabanus.

V Witcleff.

uersitate denuntiat sub Ioanne. Tunc exibat, inquit, ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane, cōfitebatur peccata sua. Hic sine cunctatione omnes venientes sicut baptizabantur, ita confitebantur. Si istud non arguit regularitatem: exceptionem aliquam restat vt probet. Imò tam regulariter confessi dicuntur, quam regulariter baptizati. Quod in adultis hætenus seruat ecclesia. Vnde Alexandrini ciues tempore Theophili episcopi videntes crucis characterem diuinitus apparuisse in templo Serapidis, ad confessionem volauerunt ecclesiæ. Lib. 9. historie tripertitæ cap. 29. sub autoritate Socratis.

² *Cassiodorus.* Cūq; ꝑ per has literas, quæ apud eos sacræ dicuntur, indicaretur terminum habiturum Serapidis templum: quando character crucis apparuisset: qui vitâ superuenturâ sine dubio declararet: multo plurimi ad Christianitatem festinabant: & peccata confitentes baptizabatur. Hæc ibi. A V T H O R. Quasi sicut non sine baptismo possent intrare regnum cælorum: ita nec sine confessionis officio. Ita vt mare æneum ante fores templi situm accipiat: id est amara cōfessio ante regni cælestis ingressum, vel ad fores baptismi, vel eucharistiæ sacramenti. Vnde libro primo registri. epistola ad Ioannem Constantinopolitanum, Eulogium, Gregorium, quæ incipit, Consideranti mihi, *Gregorius.* Ante ꝑ fores templi ad abluendas ingredientium manus mare æneum & luterem duodecim boues portant: qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid nanque duodecim bobus, nisi vniuersus pastorum ordo signatur: de quibus Paulo differente lex dicit. Non obturabis os boui trituranti. Quorum quidē nos aperta opera cernimus, sed apud districtū iudicem, quæ illos posterius maneant, in occulta retributione nescimus. Qui tamen cū descensionis suæ patientiam abluendis proximorum confessionibus præparant, velut ante fores templi luterem portant. Vt quisquis intrare æternitatis ianuam nititur: tentationes suas menti pastoris indicet: & quasi in boui luterere cogitationis, vel operis manus lauet. Hæc ille. A V T H O R. Notetur sanctus Gregorius: qui diu præcessit Innocētium tertium: qui dices, quomodo ante fores templi pastores plebis luterem portant, subdit, vt quisquis intrare æternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastoris indicet: & quasi in boui luterere cogitationis, vel operis manus lauet. Ergo de necessitate salutis æternæ fideles tentatio-

nes suas cogitationis vel operis menti pastoris indicare tenentur. Absolutè enim dicit, quisquis, non qui vult, aut cui videtur vt melius: sed quisquis intrare æternitatis ianuam nititur: in quo regularis confessio priuarum culparum simpliciter explicatur. Quomodo iam dicit ad ista Wicleff? qualiter probaturus est, quod Ioannes de Deo satis clare declarat, quod penitentialis cōfessio Latinorum in scriptura sacra non habet originem? Non insisto iam videre, quomodo Ioannes de Deo sic dixerit: aut qua inde libertate sic scripserit, si scripsit. Sed insisto mirari, qualiter noster Wicleff iam auctoritati istius Ioannis tam sedulo se submittit: quem alibi totiens dicit rudem grammaticum, ignarum philosophum, & profundum hæreticum. Si huiusmodi Magister sit Ioannes de Deo, qualis est discipulus eius Wicleff sine Deo? Si hæc prædicta non sufficiant Wicleffis probare confessionem ecclesiæ traxisse originem à scriptura, accedat antiquus pater *Lactantius*, si possit hoc Wicleffis probare, quod victoriosè potuit suadere gentibus. Libro quarto diuinarum institutionum, capite decimo septimo, dicens. De circuncisione soluenda Esaias ita prophetauit. Hæc dicit dominus viris Iuda, qui habitant Hierusalem. Renouate inter vos nouitatem: & ne feminaueritis in spinis. Circumcidite vos Deo vestro: & circumcidite præputium cordium: ne exeat ira mea sicut ignis: & non sit qui extinguat. Item Moyses ipse. In nouissimis circumcidet dominus cor tuum ad dominum amandum. Item Iesus Naue successor eius. Et dicit dominus ad Iesum. Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos: & sede, & circumcide secundò filios Israël. Secundam circuncisionem futuram esse dixit: non carnis, sicut fuit prima, qua etiam nunc Iudei vtuntur: sed cordis, ac spiritus, quam tibi Christus, qui verus Iesus fuit, ostendit. Non enim propheta sic ait: dixit dominus ad me: sed dixit dominus ad Iesum, vt ostenderet, quod non de se loqueretur, sed de Christo: ad quem tunc Deus loquebatur. Christi enim figuram gerebat ille Iesus: qui cū primò Ausus vocaretur, Moyses futura præsentens, insit eum Iesum vocari. Vt quoniam dux militiæ delectus esset aduersus Amalech, qui oppugnabat filios Israël, & aduersarium debellaret per nominis figuram, & populum in terram promissionis deduceret. Et idcirco etiam Moyse successit: vt ostenderet nouam legem per Christum Iesum datam, veteri legi successuram, quæ data per Moysen fuit. Hæc ille. A V T H O R. Hoc totū præmi-

Lactantius

Ioannes de Deo.

Lactantius.

Iesus Naue

promisit Lactantius de circūcisiōe carnis: vt ostenderet, quod iam statim infert de circūcisiōe cordis: quæ dicit sacramentū nostræ cōfessionis ecclesiæ: vt sicut lex noua successit antiquæ, Iesus Naue Moyse defecturo: ita confessionis sacramentū in lege noua successit sacramēto circūcisiōis carnis in lege Moyse quadā originali sequele. Vñ subdit *Lactantius*. Nō illa carnis circūcisiō caret vtique; ratione. Quia si Deus id vellet, sic à principio formasset hominem, vt præputium non haberet. Sed huius secundæ circūcisiōis figura erat, significans nudandum esse peccatū, id est, aperto, & simplici corde oportere nos viuere. Quoniam pars illa corporis, quæ circūciditur, habet quandam similitudinem cordis, scilicet glandula pudendorum. Et ob hæc causam Deus denudari eam iussit, vt hoc argumento nos admoneret, ne inuolutum peccatū haberemus, id est, ne quod pudendum facinus intra conscientiæ secreta velemus. Hæc est cordis circūcisiō, de qua propheta loquitur: quam Deus à carne mortali ad animam transfudit: quæ sola mansura est. Volens enim vitæ ac salutis nostræ pro æterna sua pietate consulere, penitentiam nobis in illa circūcisiōe proposuit: vt si cor mundauerimus, id est, si peccata nostra confessi Deo satisfecerimus, veniā consequamur: quæ contumacibus, & admissa celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, sicut homo: sed intima, & arcana pectoris intuetur. Hæc ille. A V T H O R. Iam ꝑ aperte docet Lactantius confessionem sacramentalem tenere in ecclesia locum circūcisiōis antiquæ: quæ sicut fuit circa pudenda publica corporis: ita confessio circa pudenda cordis. Quæ vtique homini pudenda non sunt, nisi cū exterius prædeunt: ita vt in audientia hominis circūcidatur pudendum cordis occultum: sicut coram hominum visibus agebatur circūcisiō corporis. Alioquin non diceret, quod per penitentiam, & confessionem veniam consequamur, quæ contumacibus, & admissa celantibus denegatur. Celare enim dicimus, quicquid corde firmiter detinemus. Vnde psalmista. In corde meo abscondi eloquia tua. Et Iob. 10. Licet hæc celes in corde tuo: tamen scio, quia vniuersorum memineris. Et in superioribus dixit. Ob hæc causam Deus pudendam partem corporis nudari præcepit: ne quod pudendum facinus intra conscientiæ secreta velemus. Simulq; notandum: quod oportet intelligere confessionem istam, quæ circūcisiōi succedit carnali, pari efficientia sacramēti: nō quæ pariter coexistit. Ideo si cordis interna

confessio soli Deo vel generalis simul in voce frequentabatur à patribus veteris testamenti, longè alia erit: quia circūcisiō cordis erit: succeditq; circūcisiōi carnis: sed in testamēto nouello. Quanta verò necessitate ad hanc confessionem nostram constringimur, item monstrant prophetiæ: quas pro hac circūcisiōe cordis sub interminatione diuinæ iræ produxit. Quia cuius caro præputii circūcisiō nō fuerit, peribit anima illa de populo suo. Et circumcidite præputium cordium; ne exeat ira mea sicut ignis, & non sit qui extinguat, secundum Esaiam. Et secundum hanc annotanda est ecclesia Christi à coetibus hæreticorum: sicut in eodem quarto capitulo. Vltimo dicit *Lactantius*. Quia singuli quisq; coetus hæreticorum se potissimum Christianos, & suam esse ecclesiam catholicam putant: sciendum ꝑ est illam esse veram: in qua est confessio, & penitentia, quæ peccata, & vulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Hæc ille. A V T H O R. Eia ergo qualis est ecclesia hæretica nostri Wicleff, quam iactat se habere præcipuam: si ibi non inuenitur confessio, & penitentia, quam tantoperè à se repellit, & ad illam tertiam inter penitentias attendendum nimis hortatur? Nō est ecclesia, vbi nos est confessio vera. Vnde & mihi videtur ex hac acceptione proprietatis ecclesiæ secundum Lactantium vniuersos illos hæreticos, qui nō præcesserunt, semper confessione carere. Accedat item iam dictis sanctus Iob, si forsan mēti eius quicquam pro fundatione huius tertie penitentia, & cōfessionis vocalis spiritus sanctus infudit. Ipsi enim verba sunt secundum literam Augustini. Verba sunt sancti Dei mei, quod tempus meum est, vt sustineat anima mea. Super quem locum in libr. annotationū super Iob, *Augustinus*. Quia non alia dixit, quæ audiuit à Deo: idem de homine generaliter propheta: quia auxilio indiget in cōfessione. Quæ tēpus meū vt sustineat anima mea, quia immineat morte, terrētur homines, vt couertantur, & cōfiteatur Deo putredinē peccatorū: cuius cōsideratione se cogi dicit ad confessionem. Hæc ille. A V T H O R. Obseruat Augustinū hæreticus: scio quod obseruat eū in hoc verbo, & cōfiteatur Deo putredinē peccatorū: quasi non sit vtitatū in ecclesia dicere eos cōfessos Deo, qui ritè cōfessi fuerint sacerdoti. Idcirco subsequenter dicit, se nolle celare peccata: quia nō esset filius vite. Textu Iob. Couulsa sunt cōpagines cordis mei. *August.* Couulsa sunt cōpagines cordis mei, vt nō celē peccata mea. Iob. Si sustinuerō inferi erūt domus mea. *Augustinus.* Si

Lactantius Ecclesia vera.

Augustinus

Augustin. Iob.

Augustin. Si

Iob. Augustin. Si pertulero peccata mea ut non confitear. *Iob.* Interitum appellauit patrem meum. *Augustinus.* Nō ero filius vitæ. Hęc ille. **AUTHOR.** Quis ergo dicat: non hæc dicta de confessiōe facta vocaliter: nō tantū Deo mentaliter: quādo dicit conuulsum esse cor suum ut non celet peccata? Alioquin ea corde celare, & non proloqui, esset confessionem irridere, non facere. Sicut post exponit dictum illud *Iob.* Ecce rideo opprobria, & non loquar, *Augustinus.* Vtilitatem dicit confessionis: quia si vellet ridere peccatum suum, & non illud proloqui, clamaret, & non exaudiretur. Hęc ille. **AUTHOR.** Ecce non oportet ridere peccatum suum, sed proloqui: nec in corde celare peccata, ut non confiteatur: quia aliter faciendo, in feri domus eius esset, nec esset filius vitæ, sed interitus. Et hoc generaliter *Iob* prophetat de homine: cuius consideratione, scilicet mortis, cogi se dicit ad confessionem. Quomodo ergo his collatis nō fundatur in sancto *Iob* per instinctum spiritus sancti exponente *Augustino*, vera necessitas coactiōis generaliter omni homini facultatem habenti ad confitendum vocaliter, & proloqui peccata sua sub pœna mortis secundæ: sicut iam testari solet ecclesiæ? Quid iam dicit *Wicleff* cū sua sobole viperina? Nunquid adhuc dicturus est, sicut prius horridè est mentitus, confessionē tertiam pœnitentiam infundabilem in scriptura? Aut somniauit *Augustinus*, quando eam secundum necessitatem suam fundauit in *Iob*? Aut *Lactantius*, qui eam fundauit in circuncisione secunda per *Esaiam*, & sine ipsa dixit nō esse ecclesiam, sed cœtum hæreticorum satellitum? Aut sanctus *Papa Gregorius* somniauit, quādo fundauit eā in litore maris ænei: sine quo non intratur ecclesiam? Aut sanctus *Cyprianus*, qui eam in *Daniele* fundauit, & eius sodalibus? Aut nunquid errauit *Ambrosius*, qui eā in confessione reperit sacerdotis: cū super hircum emissarium manus suas exponeret? Aut sanctus pater *Chrysostomus*, qui eam sic extulit laudibus in confitendo peccata eorū quos baptizauit *Ioannes*? Aut si deliquit *Rabanus*, quando in factō illorum exemplū nostræ confessionis asseruit, & vsq; ad tēpus sancti *Pauli* in actibus Apostolorū adduxit. Ita ut pateat ante ecclesiam confessionem vocalem etiam occultorum consuetudinariam esse *Iudæis*, & eam sanctum *Paulū* docuisse gentiles. Quid si autem mihi contigit ab vno (ut videbatur) dicto *Iudæo*, aure percipere, refero. Quia cum iter agerem in *Vienna* præclara ciuitate *Austriæ*, cum iam venissem illuc iturus

ad regem *Poloniæ* ex nuntio regis *Angliæ* illustri *Henrici quinti*: & obuiam habere gregē *Iudæorum* in vico: processi de medio sociorum, qui me tum bono numero comitabantur: petens, & instans informari, si adhuc haberent de more confiteri vocaliter sacerdoti. Ipse verò deliberatus respondit, quod sic, maxime in tribus casibus. scilicet priuato adulterio, homicidio æquè occulto, & occulta blasphemia magni *Dei* nominis, siue legis. Interrogauit vtrum sacerdos iniungeret pœnitentiam sic confesso? dixit quod sic: & pro vnoquoque scelerum pœnam suam. Et vnde seruaretur ritus iste à tanto tempore per captiuos, si non fuisset eis magni ponderis de longa cōsuetudine suæ legis? maxime cū multa sacrificia iam dimittant pro ipsa captiuitatis pressura impleri iussa per legem.

¶ Cōfessio vocalis ecclesiæ qualiter in noua lege fundatur.

C A P. CXXXVIII.

S V M M A.

- 1 Confessio uocalis ecclesiæ quod in noua lege fundatur.
- 2 Confessio quod debeat fieri uocaliter sacerdoti, & quomodo ecclesia non debeat commentari de contritione cordis, & confessione facta soli Deo, ex *Augustini* dictis ostenditur.
- 3 Confessio nostra ubi fundatur. Et plura de hac ibi.



Loquens adhuc amplius *Wicleff* contra confessionem catholicam, dicit verbum cōtra spiritum sanctū libello de confessione cap. 1. Si rationabile fuerit (inquiens) videtur spiritum sanctū negligēter sacramentū tam necessarium omisisse. Nam Actu. 2. & infra: legitur Apostolum *Paulum*, & ceteros Apostolos multa millia populi conuertisse: & non recolo aliquē conuersum istud nouum sacramentū à sacerdote aliquo accepisse. Nec *Christus*, nec *baptista*, nec aliquis apostolus ista sacramentali pœnitētia (quantū nos cognoscimus) usus fuit. Ideo dicit doctor decretorum *Ioannes*

V *Wicleff.*

nes de *Deo*, quod istud sacramentum à quadam cōstitutione *Papæ* capit originem. Hęc *Wicleff*. **AUTHOR.** Congruè mittimur ad patres noui testamenti, & *Christum* authorē eius, & *Ioannem baptistam* præconem eius, si quomodo ex eo loco sanctę confessionis origo poterit enarrari. Nouerint omnes periti catholici aliud esse rem in sua substantia, aliud in circumstantia eius: sicut aliud est hominem esse, aliud ambulare. Hoc quod moneo vos, stolidus *Wicleff* non aduertit: sed dum vult excæcare ignaros, rem, quam oblatrat, inuoluit: & nunc de re secundum se, nunc de proprietate eius hac vel illa querelam agit, brigam mouet: & clamās, & vlulans causatur nō esse rem illam, si mutauerit apparatus: quasi non esset idem *Christus* coram licitoribus benedicto corpore suo nudus, & chlamyde cocinea prius vestitus. Iste modus eius est penē generalis vbiq;: ideo dicit originem cleri ecclesiæ modernæ à *Papa* deinceps non fundatam à *Christo*, vel *Petro*: quia post *Syluestri* dotem admisit: nec ordinem fratrum, aut perfectorum quemcunq; esse ordinem *Christianū*: quia addit cæremonias, ad quas *Christus* neminem obligauit. Sic de confessione latino rū moderna, laicaliter satis obijcit: ne sit *Christi* lege fundata, si mutetur in ritu aliquo minimo: vel iam sub alia circumstantia varietur: quasi non sit idem homo, si alio veniat tectus capitiō. Ad hoc enim trahit eum logica sua de aggregatis artificialibus eius per accidens, quam in hac re pœnitentiali non recipiūt orthodoxi: eo quod ea seruata, nihil nouē possent in antiqua lege probare. Quomodo nec potest probare eucharistię sacramentum ecclesiæ esse à *Christo* fundatum: quia illud suū dicit paucis verbis euangelicis consecratum: nostrum precibus pluribus, & ornatu vestiū sacrarum cum accensione luminum, & signorum. Mimi, & ioculatores sic oculos incautorum agili saltu agibilibus digitorum illudunt. Astuti autem, & præfundati theologi nobiscum in euangelio *Christi*, si bene rem confessionis secundum puram eius substantiam demonstremus, agnoscunt, & probant. Sufficiet enim, si sanctos imitemur apostolos, probantes aduentum *Christi*, resurrectionēq; & ascensionem eius in cælum, & aduentum sancti spiritus in *Ioele*, & prophetarum oraculis, aut in gestis, & verbis domini saluatoris: iuncto semper testimonio sanctorum patrum in antiqua fide ecclesiæ *Christi Iesu*. Quid dicit *Wicleff* de pœnitentia ista tertiā quam fundatio nem exquirat. cap. 2. 3. quarti dialogi? Mihi vi

V *Wicleff.*

detur (inquit) quod foret ecclesiæ vtilius: ut de prima pœnitentia, quæ est solum in animo, & insensibilis, qua contritus domino confitetur: & secunda, quæ est aggregata ex illa, & expressione vocali singulariter facta Deo ecclesia cōtentetur. Et infra. Sed leges de confessionibus in scriptura expressę iam mille annos, & amplius suffecerunt: quomodo ergo est lex de pœnitentia tertiā tam improbabili introducta? Hęc *Wicleff*. **AUTHOR.** Attendamus euangelium ¶ & ibi quid *Christus* instituit circa confessionem vocalem presbytero exprimendam: vtrum sit impossibilis, & mille annis inutilis videamus. *Matthæi*. 16. cū author vitæ *Iesus* venisset ad partes *Cæsarię*, & *Petri* sententiam de filio hominis accepisset, tandē traditis ipsi clauibus pro tota ecclesia, subdidit, Quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcūq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Hęc est potestas vniuersalis ecclesiæ condonata pro suis sacerdotibus ligare, & soluere. Quis *Wicleff* ista perfrustrabitur eam? *Saluator* nēpe subiecit. Et portæ inferi nō præualebunt aduersus eā. Sed si quilibet apud seipsum cōfiteretur Deo, frustraretur *Petro* collata potestas. Vnde in sermone. 75. tertię partis sermonum ad cōiugatos, qui incipit. Audite charissimi. & accipit decretum de pœnitentia distinctione prima. *Augustinus*. Si præter vxores vestras cum aliqua concubistis, agite pœnitentiam: qualis agitur in ecclesia: ut oret pro vobis ecclesia. Nemo si dicat: occultè ago: nouit *Deus*, qui mihi ignoscit: quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est, Quæ solueritis in terra, soluta sunt in cælo. Ergo sine causa sunt clauē data ecclesiæ *Dei*: frustramur euangeliū: frustramur verba *Christi*. Promittimus nobis, quod ille negat. Nōne nos decipimus? *Iob* dicit. Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea. Talis iustus thesauri diuini aurum obrysum: talis camino probatus ista dicit. Et resistit mihi filius pestilentię: & erubescit genu figere sub benedictione *Dei*. Superba ceruix, mens tortuosa. Fortassis (imò quod nō dubitatur) ppter ea *Deus* voluit, ut *Theodosius* maior Imperator ageret pœnitentiam publicā in cōspectu populi: maxime quia peccatū eius celari nō potuit: & erubescit senator quod nō erubuit imperator? Quæ est ista superbia? Nōne sola sufficit gehēnæ: etiā si adulterium nullum esset? Hęc *Augustinus*. **AUTHOR.** Si mihi nō credas exponenti scripturas, velis, nolis audies *Augustinum*. Tu dixisti hanc cōfessionē nostrā improbabile: & ecclesiam

Augustin.

Author in Viennam missus.

clesiam debere contentari de contritione cordis: & confessione facta soli Deo. Augustinus arguit. Ergo frustramur euangelium: ergo frustramur verba Christi. Ergo sine causa dixit Christus, Quaecunque solueritis in terra, soluta erunt in caelo. Tu ergo frustraris euangelium Christi, & verba Christi: in quibus probatur dicta poenitentia tertia. Ecce tibi fundatur non frustra confessio, ubi Christus dixit: quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Quomodo? quia frustra est potentia, quae nunquam executioni mandatur. Si autem tibi, & mihi, & unicuique sufficeret confiteri soli Deo, nunquam solueret super terram, & frustraretur verbi potestas. Quod si nec unquam est frustrandum euangelium: nunquam solutus est in caelo: ligatus in terra: nisi per potestatem illam Christi: quae solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Ista deductio est Augustini de sententia saluatoris. Nemo, inquit, sibi dicat: occulte ago, vel in corde ago. Sed specificans poenitentiam ecclesiae consuetam. Agite (inquit) poenitentiam: qualis nunc agitur in ecclesia. Ergo falso asseruisti, quod poenitentia prima & secunda sine tertia, quae est vocalis sacerdoti confessio mille annis fidelibus Christi sufficit. In tempore ecce Augustini non sufficit: & sanctum Iob vocat in teste, & Theodosium publice poenitentem coram sacerdote Ambrosio: propter crimen notorium. & increpat. ceruicem tuam superbam, & mentem tortuosam. Quae est, inquit, ista superbia ipsa sufficienter per se sufficit damnare gehennae. Sed dicit Wicleff, est inquit ex suppositione necessaria aliquibus, quos Deus pordinat taliter confiteri. Haec Wicleff. AVTHOR. Ergo si Deus ex tibi dubio pordinauit oes fideles aptos taliter confiteri, tu contra ordinationem Christi scripsisti, quam indicas non obferuandam a singulis. Ideo Augustinus supra, nullum ab hac ordinatione Christi excipies, Nemo (inquit) dicat, occulte ago: si nemo hoc finitur dicere, ubi sunt omnes illi paucis exceptis, privilegiati per Wicleff, qui dicant, ego occulte ago, & ego & ego? Sed reperiat mihi Wicleff: ubi Christus unquam dixit, aut quicquam eius apostolus: Aliquis est soluendus in caelo, qui noluerit a vobis solui super terram. Vbi unquam dixit: Quorum vos retinueritis peccata, retenta non erunt? Aut quorum remissa non sunt peccata, sine vobis remittentur in caelo. Vbi dixit scriptura talia pro parte Wicleff haeretica, ipse se fundet. Nos habemus, pro fide catholica, Quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Quod verbum

Christi ne sit frustrabile: nemo permittitur dicere. Ego occulte, aut in corde meo poeniteo: & Deus, qui nouit, ipse ignoscit. Promittimus, inquit, nobis, quod ille negat: Nonne nos decipimus? O ergo quot decepit Wicleff, permittendo eis quod negauit Christus? Quid negauit Christus? Solui peccata sine clauibus: sine confessione praestita sacerdoti. Ergo negatio illa Christi in illa affirmatiua, Quaecunque solueritis super terram, includitur. Beatus ite Ambrosius fundat hanc poenitentiam in illo verbo Christi ad discipulos post resurrectionem. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. libro de poenitentia contra Nouatianos ad principium, dicens. Aiunt se domino deferre reuerentiam: cui soli remittendorum criminum potestatem referent. Imò nulli maiorem irreuerentiam faciunt, quam qui eius volunt mandata rescindere, & commissum munus refundere. Nam cum ipse in euangelio suo dixerit dominus Iesus: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis peccata, retenta erunt: Quis est qui magis honorat? vtrum qui mandatis obtemperat: an qui resistit? Ecclesia in utroque seruat obedientiam: ut peccatum & alliget, & relaxet. Haec ille. AVTHOR. Ecce in his verbis Christi: quorum remiseritis peccata remittentur eis: potestatem absoluendi peccatores accipimus sacerdotes. Et magnam auctori, & datori istius potestatis reuerentiam facimus, quoties exequendo concessam: absoluimus delinquentes. Sed quomodo in latibulum peccatorum intramus, nisi per clauem scientiae praestemus aditum: & peccator circumstantia labiorum ac commodet aditum? Aut nonne humanae leges necessitate quadam decernunt: ut cuiusque potestas aliqua iurisdictione committitur, omnia videantur illi committi, sine quibus expleri non potest? Committit dominus sacerdotibus suis potestatem vicariam quorumcunque remittendi peccata: si tamen se humiliant: si (vt necesse est) exponant crimen, si se reformare promittant. Ista ergo necesse habet adimplere peccator, si noluerit potestatem irritare Christi: sine quibus commissa potestas impleri non potest.

Ambrosius

Armacan.



Is forte praedictis obstabit Wicleff in verbo Armacan. lib. 1. de quaestionibus Armeniorum: dicentis, & definiētis, quod nec hic post resurrectionem Christi, aut ante. Matthaei. 18 acceperunt Apostoli potestatem istam sacramentaliter dimittendi peccata: sed in prima institutione ad apostolatam: quia aliter (dicit) recepissent sex sacramenta ordinis. Quasi ite multos recepissent spiritum sanctos: quia pluries dicitur de eis, quod spiritum sanctum susceperunt. Et tamen ab exordio sui discipulatus acceperunt spiritum sanctum: & iam post resurrectionem: & post quinquaginta dies in solennitate Pentecostes. Et nunquid unum & eundem spiritum: sed in pluribus donis suis. Vnde in epistola ad Edibiam quaestione. 9. Hieronymus. Ego audacter, & tota libertate pronuntio: & ex eo tempore, quo apostoli domino crediderunt, semper eos habuisse spiritum sanctum: nec potuisse signa facere absque spiritum sancti gratia: sed pro modulo, atque mensura. Haec ille. AVTHOR. Hoc nota, quod dicit eos a primo suae fidei tempore habuisse spiritum

Hieronym.

Obie-

Obiectio Wicleff ex Armacano: & refellitur sententia Armacani.

CAP. CXXXIX.

SVMMA.

- 1 Responsio ad obiectum Wicleff ex Armacano, Et refellitur Armacani sententia, dicentis, quod Apostoli non receperunt potestatem dimittendi sacramentaliter peccata post resurrectionem, sed in prima institutione ad Apostolatam. Et quid de hoc dicat Hieronymus.
- 2 Apostoli quod primo in die resurrectionis acceperunt sancti spiritus gratiam, qua cuncta dimittenti peccata, non autem ut facerent signa, ex Chrysostomo.
- 3 Christus quomodo perfectioribus discipulis spiritum sanctum insufflauit, ut per eos ad reliquos illa gratia perueniret.
- 4 Peccatorum remissio quod ab initio fuerit promissa, & nuntiata, sed in fine donata.
- 5 Christus quare non similiter praecipit dedit hominibus peccata sua confitendi, sicut discipulis potestatem dedit confitentium peccata dimittendi.

sanctum: sed pro modulo, atque mensura: iam ad minus, iam ad maius, iam ad hunc effectum, iam crassius ad maiores: sicut in principio quaestioni scribit ibi Hieronymus. Huius quaestio- nis perfacilis solutio est: si docete Paulo apostolo spiritum sancti diuersas gratias nouerimus. Scribit enim in prima ad Corinthios epistola. Diuisiones donorum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alij quidem sermo sapientiae, alij sermo scientiae, secundum eundem spiritum: alij gratia sanctorum in uno spiritu. &c. Haec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Haec ille. AVTHOR. Sicut ergo vnum & eundem spiritum, & non septem spiritum sanctos receperunt Apostoli temporibus varijs in distinctis donis: ita idem sacramentum ordinis indiuisum receperunt apostoli a prima institutione, & deinceps potestate sextuplici variatum. Pellatur ergo argumentum caecum de via, vt gressum liberum possit tenere scriptura: in qua dicunt sancti concorditer, quod fuisse apostolis remittendi peccata a primo commissa potestas in praedictis verbis. Vnde iam supra consequenter Hieronymus. In fine euangelij secundum Ioannem, eo die, quo resurrexerat: id est, die dominico, clausis ianuis apud Apostolos introisse narratur: & dixisse eis secundum: pax vobis: & intulisse, Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Primo ergo die resurrectionis acceperunt sancti spiritus gratiam, qua peccata dimitterent, & baptizarent, & filios Dei facerent, & spiritum adoptionis credentibus largiretur: ipso domino dicente. Quorum remiseritis peccata, & reliqua. Die autem pentecostes amplius repromissum est: vt baptizarentur spiritum sancto, & induerentur virtute, qua Christi euangelium cunctis gentibus praedicaret. Et infra bene post. Non ergo Ioannes, Lucasque discordant: vt quod ille prima resurrectionis die datum esse significat: hic die quinquagesima venisse describat, sed prouentus apostolicus est: vt qui primo remittendorum peccatorum gratiam acceperant, postea acceperint operationes virtutum, & cuncta donationum genera, quae ab apostolo de scripta commemoramus. Haec ille. AVTHOR. Ecce, quod primo ipso die resurrectionis acceperunt sancti spiritus gratiam, qua cuncta peccata

Hieronym.

Hieronym.

Hh ta

ta dimitterent. Alioquin iuxta argumentum tuum: si in prima institutione sua suscepit hanc apostolicam potestatem: & si hoc sacramentum ordinis indiuisum: hoc die nihil acceperunt, cum diceret Christus. Accipite. &c. Quorum remisistis. Respondet Armacanus, quod nullam apostolicam potestatem nunc acceperunt de nouo: sed maiorem gratiam, & precipue ad plenariam remissionem peccatorum suorum: ut & aptius, & benignius acceptioni illi se sancti spiritus conformarent. Sic pari modo dixerunt quidam: quod nec spiritum sanctum tunc acceperant Apostoli, sed apti facti sunt ad recipiendum in posterum. Sed hos reliquit inanes ibi in expositione sua

2 *Chrysofomus*. Quem admodum in quibus, quis rex, principes mittens, eis potestatem in carcerem immittere, & dimittere dat: ita & hos euntes hac circum operit virtute. Qualiter ergo ait in coena Christus: Si ego non abiero ille non veniet: & utique spiritum dat? Quidam quidem aiunt, quoniam non spiritum dedit, sed aptos eos ad susceptionem per insufflationem constituit. Si enim angelum videns Daniel excessum mentis passus est: quid ineffabilem gratiam illam suscipientes, non utique passus essent, nisi discipulos aptos prius constituisset? Propterea non dixit, ait: Accipite spiritum sanctum: sed accipite. Nequaquam autem quis peccabit, & tunc suscepisse eos dicens potestatem quandam spiritualem, & gratiam, non ut suscitent mortuos, & virtutes faciant, sed ut dimittant peccata. Diuersa enim sunt charismata spiritus: ideo induxit: Quorum dimittitis, dimittuntur, ostendens quam speciem dationis daret. Illic vero post quadraginta dies: eam, quae signorum est, acceperunt dationem. Ideo ait. Accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos: & eritis mihi testes. Testes autem per signa fiebant. Hae ibi. AVTHOR. Ecce & iste pater tenet eos hoc resurrectionis die accepisse spiritualem potestatem dimittendi peccata: non autem ut facerent signa. Periculosa ergo temeritatis est propter unum phantasticum argumentum sic exprobare scripturam. Permittitur uterque istorum suo iudicio, & totam simul scripturam illam exterminat. Iste apud Chrysofomum, quod non acceperunt spiritum sanctum: iste Armacanus, quod non acceperunt potestatem dimittendi peccatum. Christo praeuente dicente. Accipite spiritum sanctum: quorum dimiseritis peccata, dimittentur eis: & eisdem e contrario gloriosantibus: nec accipite spiritum sanctum, nec potestatem illam, ut quorum dimiseritis pecca-

ta, dimittantur eis. Sed ibi iterum arguit Armacanus. Ergo Thomas caruit potestate illa, qui tunc non erat cum eis. AVTHOR. Quid si iterum arguamus: ergo nec Papa, vel quisquam sacerdos noster nunc in ecclesia potestate habet dimittendi peccata: quia nec quis illorum erat tunc intus cum eis, quando venit Iesus? Sed si Petrus tunc caput ecclesiae accepit pro ecclesia, ut testantur omnes: cur non pro Thomas coapostolo? Perfectioribus enim discipulis Christus insufflauit, ut per eos ad reliquos illa gratia perueniret. Vnde in fine expositionis Lucae *Ambrosius*. Spiritum sanctum vel illis. 11. quasi perfectioribus insufflauit, & reliquis postea tribuendum esse promittit: vel eisdem ibi insufflauit, hic spondit. Nec videtur esse contrarium: cum diuisiones sint gratiarum. Alij enim datur sermo sapientiae: alij sermo scientiae secundum eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu: alij gratia curationum: alij genera linguarum. Ergo alia insufflauit ibi operationem: hic aliam pollicetur. Ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum: quod esse videtur angustius. Et ideo insufflatur a Christo, ut credas spiritui Christi: & credas de Deo spiritui. Deus enim solus peccata dimittit. Hae ille. AVTHOR. Quam concorditer spiritus loquitur in his patribus? Et iste item dicit cum praecedentibus varia dona esse spiritus sancti, & aliud in potestate sacerdotali iam accepisse Apostolos: scilicet gratiam remittendorum criminum: aliud vero post: scilicet, gratiam signorum. Aliam (inquit) insufflauit ibi operationem: non dicit maiorem gratiam in eadem operatione: & hic aliam pollicetur. Ibi remittendorum gratia tributa est peccatorum: quod esse videtur angustius, scilicet, quae generalis datio spiritus sancti: sicut etiam potestas dimittendi peccata hic est arctior: quia tantum ad gratiam sacramentalem. Matthaei. 18. Quodcunque ligaueris super terram: multo confusior. Sed haec secunda prior quo ad institutionem, prima distinctior ad executionem. Vtraque ista potestas est remittendi peccata. Quae tamen quidem remissio ab initio promissa, & nuntiata est: sed in fine donata: sicut sermo. 11. de verbis domini habet *Augustinus*. Primum ergo in nos ad accipiendam vitam aeternam, quae in nouissimo dabitur de bonitate Dei munus venit ab initio fidei remissio peccatorum. Illis enim manentibus manent quodammodo inimicitiae aduersus Deum: & ab illo alienatio, quae nostro malo est: quoniam non mentitur scriptura, dicens. Peccata vestra separant inter Deum vestrum, & vos. Sequitur. Iam vero, quod dominus Iesus sic in spiritu sanctum

Armacan.

Ambrosius

Legendū vt detur angustius: licet angustius placeat auctori.

Augustinus

sanctum peccata dimittit, quem admodum in spiritum peccata eiecit: hinc intelligi potest, quod postquam resurrexit a mortuis, cum discipulis suis dixisset, Accipite spiritum sanctum. continuo subiecit. Si cui dimiseritis peccata, dimittentur eis: si cui retinueritis, retenta erunt. Hae Augustinus. AVTHOR. Ecce munus illud remissionis peccatorum venit ab initio, sed peruenit ad Apostolos secundum actum in fine dierum. Et secundo libro de sacramentis parte. 14. Hugo hanc patrum definitionem de datione potestatis obseruat: simulque & mouet, quare non Christus pari expressione obligauit alios ad confitendum: dicens. Demum ut dispensationis gratia largius multiplicaretur: Deus homo, homines, qui puri homines erant, participes fecit potestatis suae: ut officium eius implerent, poenitentium confessionem suscipiendo: & potestatem eius exercerent poenitentibus, & confitentibus peccata dimittendo. Accipite (inquit) spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Ergo Christus hoc ipso discipulis suis vicem eius agentibus in terra potestatem dedit dimittendi peccata. Sed dicitur fortassis. Quare non similiter praecipit Christus dedit hominibus peccata sua confitendi, sicut discipulis potestatem dedit confitentium peccata dimittendi? Audi quare. Voluit Christus, ut a te ipso surgeret: ut non quasi extorta, vel coacta videretur confessio tua. Idcirco quod ad se pertinet officium suum discipulis suis peragendum iniunxit: ut medicorum more aegros venientes exciperent, & sanarent. Medicis ergo dixit ut curarent: sed infirmis non dixit, ut ad medicos curandi venirent. Hoc quasi certum esse voluit, quod aegri libenter salutem quaerent: seque curandos offerrent, si medicos inuenirent. Propterea solos medicos monuit. Infirmum enim ipse morbus suus sufficienter admonet: neque opus praecipito habet, si dolet. Hae ille. AVTHOR. Bene competit Hugo patribus suis, probando potestatem dimittendi peccata sacramentali confessione detecta donatam pure hominibus in verbis illis. Quorum remisistis peccata. &c. Beneque dubitationem absoluit: quare Christus confitentibus non praecipit: sed nec absoluentibus ibi praecipit. tantum enim potestatem commisit. Intelligit Hugo, quod non manifeste praecipit: imò suae curae reliquit, si salui esse velint. Et hoc est insinuare praecipit obseruari veteris in autoritate nouella: sicut vetus praecipitum non occidit, in noua non irascendi. Nec tantum hoc hic: sed ali-

Hugo.

quid gratius sub obtentu noui remedii, & vitandi mortis ex morbo: venire scilicet ad medicum, quem signauit. Hoc enim primo fecit in lege noua. Confessionem vero sceleris in veteri testamento constituit: sed medicinam sanantem vulnus non tunc adhibuit. Distulit enim eam, quousque veniret medicus animarum: in cuius ore non est inuentus dolus: cuius ite liuore sanati fumus: & ipse substituit suae vicarios potestatis.

¶ Quod Christus non minus praecipit confitendum, quamuis Apostolis non expressit: sed magis consuetudinem roborauit antiquam.

C A P. C X L.

S V M M A.

- 1 Christus quod non minus praecipit confitendum, quamuis Apostolis non expressit, sed magis consuetudinem roborauerit antiquam, ostenditur.
- 2 Iudae confessio. Et quomodo si facta fuisset Christi discipulis, meruisset ueniam.
- 3 Iacobus quod scripsit ad memoriam sacramenti, in firmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiae. &c. quod ex consuetudine poenitendi descendit.
- 4 Iacobus quare dixerit, Confitemini alterutrum.
- 5 Absolutionis officium quod ordini sacerdotum sit appropriatum. Et quomodo haeresis hac sibi potestatem uendicare non possit, ex Ambrosio ostenditur.



¶ Lanè tamen nec oportuit iam iterum Christum mandare, quae ab usu communi non excidit: sed supplere quod defuit. Secundum quae modum tres maiores apostoli, Iacobus, Petrus, & Ioannes, dederunt dextras societatis Paulo, & Barnabae in gentes ire: tantum ut pauperum memores essent ad Galath. 2. Et nunquid constituere per ciuitates presbyteros: sicut fecerunt Mileti, & Ephesi, fuit contrauenire dextris societatis in ita? Nunquid euangelizare Derbar, & Iconio, & claudum sanare Listris, quia tunc pauperum memores esse iubetur? Sed quia ista, & talia

& talia plura facere, vel ex mandato Christi, vel ex lege poterant scire statutum esse, solū illud iam cōmendatur eis, qđ erat in eorū professione notandū. Vñ in expositione eiusdē epistolæ *Ambrosius*. Hoc solum tamen inter se cōuenisse scribitur: *supple*, vt quod non ex pcepto, vel dono dñi fuerant instructi: quia facile erat hoc ex lege agnoscere: hos, quibus prędicabant, pauperum memores esse iuberent: vt & misericordiam, per quā à Deo redēpti sunt, colerēt. Hęc ille. **AUTHOR.** Conformi ratione scripturæ solam auctoritatem remittendi cōfessio sua delicta Christus indulget apostolis: ad quā, nec ex pcepto, vel dono dñi fuerūt specialiter instructi: relicta expressiōe eius, quod facile eis erat ex lege agnoscere, nec erat apud eos aliquā intermissum: quod erat scilicet vocalis secreta, vel publica cōfessio peccatorum: sicut patet in baptismo Ioannis, de eis, qui cōfitebātur peccata sua ad vocē Ioannis, dicētis, Pœnitentiā agite, & sic ad vocem Petri, pœnitentiā agite, & bapti. Actū. 2. Et Judas proditor ex consuetudine approbata, tā legis, q̄ Christi, cū esset pœnitentia ductus, peccatū statim spontanea voce cōfiteatur, dicens, Peccauit tradens sanguinē iustū. quæ cōfessio si fuisset facta Christi discipulis, meruisset veniā: vt dicit Augustinus in lib. de vera & falsa pœnitentia. Et ex hac consuetudine pœnitendi descēdit illud, quod Iacobus scripsit ad memoriā sacramēti. Infirmitur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eū. Sequitur. Et si in peccatis sit, dimittētur ei. Iacobi vltimo. In expositione eiusdē canonice *Beda*. Multi propter peccata in anima facta, infirmitate, aut etiā morte plectunt corporis. Vñ apostolus Corinthiis: quia corpus dñi indignē percipere erant soliti: ait. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Si ergo in peccatis infirmi sint: & hęc presbyteris ecclesiæ fuerint cōfessi, ac perfecto corde ea relinquere, atq; emē dare fategerint, dimittētur eis. Neque em sine cōfessione emēdationis peccata queūt dimitti. Hęc ille. **AUTHOR.** Notētur verba *Beda*: si infirmi cōfessi fuerint presbyteris ecclesiæ, & ea corde reliquerint, dimittētur eis peccata: neq; sine huiusmodi cōfessione queūt dimitti. Aut *Beda* extorquet hanc expositionem à nudis verbis apostoli? At erat de mēte sancti Iacobi necessitatē vocalis cōfessionis indicare faciendā presbytero cunctis fidelibus. Nō quidē per auctoritatē suā sic instituētis: sicut nec Petrus baptismū instituit, cū diceret, Baptizetur vnusquisq; vestrū. Nec ipse Iacobus

pceptū de non iurando, per seipsum instituit, cū diceret, Ante omnia fratres mei nolite iurare. sed quod dñs obseruandū insinuauerat: qui nō venit legē soluere, sed implere: ipse ex parte dñi obseruare iubebat, & scribebat. Et cōstrue necessitatis verba in textu Iacobi: vñ eā eripit *Beda*. Cōfitemini alterutrū. & subdit: vt saluemini. nō tñ orate vt saluemini: sed magis cōfitemini vt saluemini. Sic accipit expositionē *Hugo*. Propterea ergo cōfitemini alterutrū pētā vīa. ad qđ vt saluemini. Cōfitemini vt saluemini. Quid est cōfitemini vt saluemini? Hoc est, nō saluemini, nisi cōfiteamini. Hoc fortassis tu audire noluisti, qui latebras quæraris, & abscondis scelera tua, vt non iustificeris. Nō tibi placet, qđ dicitur: qđ ij, qui cōfiteri nolūt peccata sua, saluari nō possunt. Propterea fortasse conaris ad aliud dictum Apostoli intorquere: vt intelligatur confitentibus quidē promississe saluationē: tamē non cōfitentibus nō negasse iustificationē. Audi ergo quid *Augustinus* dicit. Nō potest quis iustificari à peccato, nisi cōfessus fuerit ante peccatū. Hęc ille. **AUTHOR.** Nec velit itē quis abbreviare scripturam Iacobi, extendens eam ad solos infirmos: quia hīc infirmos alloquit, sciens, qđ conexus illi versiculus generaliter habeat. Cōfitemini alterutrū peccata vestra: & orate pro inuicē vt saluemini. *Beda*. In hac autē sententia illa debet esse discretio: vt quotidiana, leuiāq; peccata alterutrū corā qualibus confiteamur: eorūq; quotidiana credimus oratione saluari. Porro grauioris lepræ immunditiā iuxta legē sacerdoti pandamus: atq; ad eius arbitriū qualiter, & quanto tēpore iusserit purificare, curemus. Hęc ille. **AUTHOR.** Bene declaratur quare dixit, alterutrū, propter peccata venialia: quorū cōfessio corā qualibus fieri potest: & facit eos timidos per exemplū: & seipfos mundos propter consciētiam. Quod si nō dixisset, alterutrū, sed sacerdotibus ecclesiæ: sicut suprā: nec licuisset corā qualibus confiteri quicq; textus dedisset intelligi. Sed modō sub eodem verbo concernit vtrūq;: & confiteri quotidiana leuia proximis: & grauiā ex necessitate legis ecclesiæ sanctę presbyteris institutis. Et patet, qđ *Witcleff* peruertit textū Iacobi, quando dixit eū intelligendū de cōfessione generali: putā solū de illa. Tractatu de confessione cap. 3. De illa cōfessione generali videtur loqui Iacobus, quādo dicit. Cōfitemini alterutrū peccata vestra. & aliter vsus ecclesiæ, qđ sacerdotes confiteantur peccata sua, tam viris, q̄ foeminis, ipsis existentibus quandoq; solis in missarum suarum initiis foret culpabiliter


ter introductus. Hęc *Witcleff*. **AUTHOR.** Sed falsē palliat textum illum, quando confessionem priuatam grauium delictorum excludit, quam sanctiori sensu *Beda* in apostolico illo textu inuenit, & cum hoc solis faciendam presbyteris. Ipsorum enim præ cæteris fidelibus munus extat, & priuilegium sacerdotū: sicut in. i. li. de pœnitētia citō post principū *Ambrosius*. Ius, s̄ inquit, hoc solis permittitur est sacerdotibus. Rectē igitur ecclesia vēdicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ veros sacerdotes non habet. Non vendicando autem ipse de se pronuntiat, qđ cū sacerdotes nō habeat, ius sibi vendicare non debeat sacerdotale. Ita impudenti cōtumacia putentem cernimus cōfessionem. Specta etiam illud: qđ qui spiritum sanctū accepit, soluendi potestātē peccati accepit, & ligandi. Sic enim scriptum est. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittētur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. Ergo qui soluere non potest peccatū, nō habet spiritum sanctū. Munus em spiritus sancti est, officiū sacerdotis: ius autē spiritus sancti in soluēdis, ligādisq; criminibus est. Quomodo igitur munus eius vendicāt, de cuius diffidēt & iure, & potestātē? Hęc ille. **AUTHOR.** Quā speciosē, q̄ probē exponit hoc absolutiōis officiū super cōfessio criminum sua appropriatū ordini sacerdotū? Non negasset *Nouatus*, nō quisquā hæreticus, qđ facultātē remittēdi peccata solus sacerdos haberet: sed qđ post baptismum haberet aut iterata peccata. Sanctus antistes *Ambrosius* bene dicit cum ecclesiā quotienscūq; remittit peccata: sed ius hoc solis pmissum esse sacerdotibus, quibus Christus dixit, Accipite spiritum sanctum: quorū remiseritis peccata, remittentur eis. & ex hoc munus spiritus sancti est: officium sacerdotis. Nec à memoria hominum excidat verbum illud *Ambrosij*: qđ hæresis hęc sibi potestātē vēdicare non potest: quia veros sacerdotes non habet. Mirabar, fateor, & penē supra modū stupui: quo iure ductus: qua ratione cōuictus reppulit à societate suorum *Witcleff* confessionis sanctę tam probatum, tam antiquum legibus sacramentum. Et ecce mentem meā, & prospectum reificauit *Ambrosius*, quasi vno telo configens ipsum, & magistrum eius *Nouatum*. Hęc *Witcleff* inquit non vēdicat: quia veros sacerdotes non habet. Et non vendicando ipse (puta *Witcleff*) de seipso pronuntiat: quod cū veros sacerdotes non habeat, ius sibi non potest vendicare sacerdotale.

Qualiter in antiqua ecclesia ad confitendum vocaliter sacerdoti erant astricti fideles nō tantū Latini, sed & Græci.

CAP. CXLI.

SVMMA.

- 1 *Cyprianus martyr, & Africę primas, quomodo à lapsis confessionem peccatorum antequam ad sacram communionem peruenirent, uendicabat.*
- 2 *Philippus Imperator in primæuis ecclesię confiteri coactus, recensetur.*
- 3 *Cypriani obiurgatio aduersus sacerdotes, qui admitterebant quosdam sine confessione præuia ad communionem.*
- 4 *Græcorum amiquissimus confitendi mos. Et quomodo leui quadam causa fuerit sublatus.*
- 5 *Ecclesia catholica per orbem diffusa, quod tribus modis probetur existere ex Boëtio.*



Am video, iam experior: hęc est ratio, quare sic *Witcleff* à cōfessione catholica libertauit sequaces, libro de confessione. cap. 3. Obseruet Christianus hanc libertatem taliter confitendi: qđ confiteatur taliter sacerdoti: si & quatenus profit sibi atq; ecclesię: & istam libertatem habet concessam à domino, quam Papa non potest destruere, neq; dare. Et suprā. Papa non habet potestatem condēdi hanc legem: sicut nec Deus vult ipsam condere: cū concessit libertatem homini, pœnitentię huiusmodi repugnantem. Hęc *Witcleff*. **AUTHOR.** Scio breuiter ecclesiam vēdicare aliam libertatem in filiis: vt scilicet confiteantur, & remissionem accipiāt: & sicut *Petrus* dicit in canonica: vt sint quasi liberi: non quasi velamen habentes malitię libertatem: sed sicut serui Dei. Erant enim tales antiquis diebus nolentes confiteri grandia scelera: sed cum libertate *Witcleff* stantur volentes communicare corpus dominicum: sed obstitit omni animo *Cyprianus*: vendicans in eos remissionē peccatorum fieri prius sub manibus sacerdotum: in epistola ad fratres cōsistentes in plebe: quæ incipit. Ingemiscere vos. &c. Vbi dicit. Audio qđ quosdā de presbyteris. nec euā-

geliij Cyprianus

Ambrosius

Hugo

Ambrosius

Augustin

Beda

Beda

Witcleff

gelij memores, nec quid ad nos martyres scripserint, cogitantes: nec ipsi honorem sacerdotij sui, & cathedræ referuantes, iā cū lapsis cōmunicare cœpisse: offerre pro illis: & eucharistiam dare: quando oportet ad hæc per ordinem perueniri. Nam cū in minoribus delictis, quæ non in Deū committuntur, pœnitentiā agatur iusto tēpore, & exomologesis fiat, inspecta vita eius, qui agit pœnitentiā: nec ad cōmunicatōnem venire quis possit, nisi prius illi ab episcopo, & clero manus fuerit imposita: hæc magis in his grauisissimis, & extremis delictis cautè omnia, & moderatè secundum disciplinam domini obseruari oportet. Quod quidam nostros presbyter & diaconi monebant: ut commendatas sibi oues forerent: & diuino magisterio ad viam deprecādo salutis instruerent. Hæc ille. AVTHOR. Ecce sanctus Cyprian⁹ martyr primas Africæ vëdicat à lapsis exomologesin, id est, cōfessionē peccatorum priusquam ad cōmunionem sacram perueniāt: quia & in minoribus delictis dixit inuolabile fuisse cōsuetudinem de cōfessione peccatorum: & iusto tempore, & inspecta vita pœnitētis ad cōmunicatōnem venire non potuit, nisi prius illi ab episcopo, & clero manus fuit imposita. Et nota, quod dicit in iusto tempore: & subdit ad cōmunicatōnem venire non potuit, nisi prius &c. Si ergo cōmunicabāt ter in anno, aut pluries, sicut solebāt antiqui, ter in anno vëdicabat à plebe sacerdos exomologesin peccatorū, & per cōfessionem vitā inspiciere confitentis. Si semel in anno cōmunicabāt in pascha, vt nūc, tunc semel in anno cōfessionem fecerant de peccatis secundum Innocentij decretalem. Vides ergo ne quantò mentitus est Witleff: totiens dicens cōfessionem istam non ab hominibus conseruatam vsq; ad Innocentiū tertium: cū Cyprianus circa annū domini. 256 rexit: & diu ante eum hoc semper docuit, & vendicauit ecclesiam? Lege ꝑ historias temporū: & reperire potes de Philippo Imperatore, qui Gordiano successit, qualiter ad hanc obseruatiam cogebatur. Libro sexto ecclesiasticæ historiæ. cap. 27. Eusebius. Et Gordiano cū per sex annos Romanorū gubernasset imperiū, Philippus vna cū Philippo filio succedit. De hoc traditum nobis est: quod cū Christianus fuerit, in die paschæ, & in ipsius vigiliis cū interesse voluisset, & cōmunicare mysterijs, ab episcopo loci non prius esset permiffus, nisi confiteretur peccata sua, & inter pœnitētes staret: nec vilo modo copiam sibi mysteriorū futuram, nisi prius per pœnitentiā culpas,

Eusebius.

quæ de eo ferebantur plurimè, diluisset. Ferūt igitur libenter eum, quod à sacerdote imperatum fuerat, suscepisse: diuinum sibi inesse metum, & fidem de religioe plenissimam rebus, atque operibus comprobātem. Hæc ille. AVTHOR. Ecce iste imperator in primæis ecclesiæ coactus fuit semel in anno, scilicet in celebritate paschæ, crimina confiteri: & obiecta sibi scelera publica satisfactioe diluere. Quo ergo tempore regnauit illa libertas, quam tuis donasti sequacibus? quam, vt dicis, Papa non potest destruere, neque dare: quæ item pœnitentiæ repugnat ecclesiæ? Ipse ꝑ enim Cyprianus cōmunicatōnem talem sine cōfessionē præuia sacerdoti facta, semper putat obesse ecclesiæ: & ob hoc sacerdotes hoc patientes obiurgat, libello suo ad lapsos hortatorio. & incipit. Pax ecce dilectissimi. Cyprianus. Oportet domini sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere, sed remedijs salutaribus providere. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus, manu parcente, cōtrestat: & in alijs recessibus viscerum virus inclusum dum seruat, exaggerat. Aperiendum vulnus est, & secandum, & putaminibus medela fortiore curandum. Vociferet, & clamet, licet & conqueratur eger impatiens per dolorem, & gratias agat postmodum, cū senserit sanitatem. Emerfit enim fratres dilectissimi nouum genus cladis: & quasi parum persecutiōis procella sæuierit, accessit ad cumulum sub misericordix titulo fallens, & blanda pernicijs. Contra euangelij vigorem, contra domini, ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis cōmunicatio irrita: & falsa pax, periculo fadantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quarunt sanitatis patientiam, nec verā de satisfactioe medicinam. Pœnitentiā de peccatoribus excussa est, grauisissimi, extremique delicti memoria sublata est. Operiuntur mortis vulnera: & plaga lethalis altis, & profundis visceribus infixata, dissimulato dolore contegitur. Hæc ille. AVTHOR. Cur planctum istū conficit Cyprianus, iterum verba volue, si nefcis. Quia sine cōfessione ecclesiæ, quam vocat exomologesin, episcopi, & ecclesiarum rectores, peccatores publicos, & extremos ad cōmunionem sacram non timebant admittere. Et quidem tēpus periculosum instabat: plenum principum persecutiōibus: & præ timore multi fideles retrocesserunt à fide. Vnde pastores mitius agebant cum plebe, Cypriano vero recordia non placebat: imò duplex persecutiō videbatur. Nouum genus cladis est, inquit: & quasi parum persecutiōis procella


Cyprianus.

procella sæuierit, accessit ad cumulum sub misericordix titulo fallax, & blanda pernicijs. Quando scilicet sine cōfessione sceleris admitterentur passim perfrui sacramentis. Sed idcirco cū quæstio moueretur ab alijs, si aliquibus lapsis, vel alijs sceleratis mors immineret, aut repentinum periculum vt ad ecclesiā conuolare non possent: maxime ij, qui à martyribus libellos ad ecclesiā deprecatorios fecerunt: qualiter foret cōfessione vtendum: respondet in epistola presbyteris & diaconibus directā, quæ incipit. Legi literas vestras, dicens. Qui libellum à martyribus acceperunt, & auxilio eorum adiuuari apud dominum in delictis suis poscunt: si premi infirmitate aliqua, & periculo cœperunt, exomologesis facta, & manu eius à vobis in pœnitentiā imposita, cum pace à martyribus sibi promissa ad dominum remittantur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo damnabiliter, & fallaciter liberavit sectam suam Witleff, à cōfessione ecclesiasticā iugo: ad quam sub tanta necessitate constrinxit fideles Cyprianus: etiam in extreme necessitatis articulo. Ista ergo lex ecclesiæ erat tot centenis annis ante Innocentium tertium: nec per Cyprianum firmari potuerat, si ipse primitus edidisset. Imò Cyprianus asseruit eam esse de lege euangelij supra, cū dixit. Contra euangelij vigorem: contra dominum, ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis cōmunicatio irrita, & pax falsa: quia scilicet sine cōfessione expressa sacerdoti præmissa. Vt siue Witleff, siue Ioannes de Deo, sciat eius exercitium, sicut & auctoritatem ab ipso euangelij fonte manasse simul, & cultu. Veruntamen glossator ille, qui dicit super principium quintæ distinctiōis de pœnitentiā: quod non emanauit ab auctoritate legis veteris, vel nouellæ, sed ab vniuersali aliqua traditione ecclesiæ (salua eius pace) temere valde scripsit: & tantò à veritate decidit amplius, quantò minus has tot, & tantas auctoritates, & tam robustas scripturæ, & patrum vidit: & in alienas à facultate sua literas profiliit indiscussas. Ipsum enim pœnitere debuit, qui sic de pœnitendo glossauit: dans viam erroribus, & hæreticos prouocans ad latratum. Debuit enim scire, quod sciēs quilibet, habet vti principijs proprijs, ea verò probare, vel fundare non sui est, sed altioris scientiæ. Et quid facit ratio eius? Si (inquit) scripturæ esset excerpta noui testamenti etiam, vel antiqui, obligaret & Græcos. Sed non est vniuersalis ecclesiæ traditio, dicit. Et nōne vniuersalis ecclesiæ traditio obligat Græcos, sicut & Latinos occi-

duos? Aut non est traditio vniuersalis ecclesiæ, si ecclesia Græcorum sit ecclesia? Et iterum restat probare, quod Græcos non obliget. Et credat, quod ab initio obligata est ecclesia Græcorum ad hanc obseruatiam pœnitentialiter confitendi: quauis aliqua occasione eorū leuitas rem dimisit. Vnde & nono libro historiæ tripertitæ capitulo trigesimo quinto Casiodorus. Porro ꝑ Constantino poli presbyter super pœnitentes fuit vsque ad illud tēpus, quod quædam mulier nobilissima dum peccata sua fuisset confessa, & ei à presbytero præceptum vt ieiunaret, & Deo operibus supplicaret: dū hoc obseruaret: crebrius in ecclesia cum diacono se concubuisse confessa est. Hæc dū populus agnouisset, sæuiebat super sacerdotes: quasi per eos iniuria facta fuisset ecclesiæ. Tūc Vectarius episcopus remouit diaconum sceleratum: & quibusdam suadentibus, vt singulos ad cōmunicandum iudicio conscientix suæ relinqueret, etiam presbyterum nequam super pœnitentes esse præcepit. Et ex illo antiquitatis consuetudo sublata est: dum (vt arbitror) minora peccata pro pudore cōfessionis, & subtilitate examinantium pateretur. Hæc ille. AVTHOR. Videat ex isto glossator, & æmulus eius Witleff: quod plus quadringentis annis ab incarnatione Christi viguit apud Græcos vocalis cōfessio: & videat quā leui causa sublata est sub vno Vectario: qui ex prætore, & tandem catechumeno episcopatum accepit neophytus tēpore Theosij, vt scribit Eusebius. Sciat autem eosdē Græcos referentibus multis eandem cōfessionē iam renouasse consultè, quā incōsultius abstulerunt. Sic enim Casiodorus supra scribit: quod ex illo antiquitatis consuetudo sublata est. Quomodo iam arguit glossator nō fuisse fundatam cōfessionem de lege Dei: quia tūc obligasset & Græcos, ipse nunc viderit. Quomodo item non obligasset Græcos, si auctoritate emanasset vniuersalis traditionis ecclesiæ, ipse dicat. Respondeatq; ad illud, quod libro de trinitate in fine scribit Boëtius. Ecclesia ꝑ catholica per orbem diffusa tribus modis probatur existeret. Quicquid in ea tenetur: aut auctoritas est scripturarum: aut traditio vniuersalis: aut certè propria & particularis instructio. Sed auctoritate tota constringitur. Vniuersali traditioe maiorum nihilominus tota. Priuatis verò constitutionibus, & proprijs in formationibus vnaquæq; vel pro locorū varietate, vel prout cuique bene visum est, subsistit, & regitur. Hæc ille. AVTHOR. Hic ergo discat: quod sicut auctoritate scripturæ to

Casiodorus.

Boëtius.



ta tenetur ecclesia: ita vniuersali traditione maiorum nihilominus secundum extensionem tota: latinitas dico, & Græcia. Et ideo ad hoc cōcinit capitulum allegatum per eum. In his rebus. In ipso enim Augustinus cauet, quod sicut præuaricatores legum diuinarum: ita cōtemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Quid ergo separat glossator, quos textus in pœna, & obligatione coniungit? Sed sciat tantum interesse: quod consuetudo confitendi, quæ à Christi, & Apostolorū temporibus per Cyprianum, Hilarium, Ambrosium, & alios patres vsque ad nostra tempora seruata est incolomis: à Græcis ad modicum post quadringentos annos, & leuiter interrupta: & iterum sentientibus illis dominicam vitionem sagacius reassumpta. Nō enim debuit derogare dominico sacramento humana & personalis iniuria.

¶ Pro autoritate illa euangelica, Ite, ostendite vos sacerdotibus.

C A P. CXLII.

S V M M A.

- 1 Witleff, qui arguit, quod propter anteriorationem sanationis leproforum, quibus Christus dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus. ista ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis noue, confutatur.
- 2 Leprosi ritus quando mudandus erat. Et quid super hoc dicat Augustinus.
- 3 Christus quare miserit leprosos ad sacerdotes non emundandos, sed iam emundatos. Et plura de hoc ibi contra Witleff ex Augustino, Hieronymo, Beda, Ambrosio, &c.



Arma ferrea fugiet, & irruet in arcum æreum, inquit Iob de viro hæretico. Arma, quæ ex euangelio Iesu Christi assumpti vetus ecclesia & ipsa ferrea: fugiens Witleff, arcum conterit, & confringit arma: putans coram laicis suis se posse euadere: cum tamen in arcum æreum irruat, & calamitatem vero sonoram.

¶ Witleff, libello de confessione capite sexto. Replicat

(inquit) quidam perexiles argutias: quæ non forent dignæ memoria, nisi stultitia fuerit per diabolium introducta. Ideo vt ecclesia cautiùs caueat de illa intoxicante stultitia, videtur rationabile pro imprudentibus, quod ista argutia per ordinem salutentur. Arguitur enim primò per illud Luca: decimo septimo dictū decem leprosis. Ite, & ostendite vos sacerdotibus. Cum Christus omnia talia dixit in figura, videtur quod ex hoc dicto figura uit, q̄ leprosi spiritualiter sunt à sacerdotibus confitendi: & sic introducitur sacramentalis confessio vsitata ex autoritate euāgelii. Sed pro solutiōe istius oportet supponere incisio: quomodo est quadruplex sensus: literalis autem secundum principia Augustini habet summam autoritatem: alii autem sensus non nisi de quanto fundantur in illo, vel euidentia rationis: quia aliter quilibet posset moralizare, vel trahere autoritatem scripturæ ad sensum, quem vellet habere. Concedenda est ergo historia euangelica supradicta: & dicitur, quod ex illa nō infertur fideliter, quod homines debent in tempore gratiæ taliter confiteri: sed hoc videtur probabiliter concludi, quod sicut in lege veteri leprosi debuerant se sacerdotibus ostendere: sic Christus author vtriusque legis approbat pro suo tempore veterem istam legem: & docet per anteriorationem sanationis, quod ista ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis nouæ. Hæc Witleff.

1 A V T H O R. Attendamus in breuibus rangam istam: exiles argutias vocat, sicut sunt hæreticorum argutiæ iuxta Origenem iam supra: & indignas memoria, & de intoxicante stultitia esse cauendum. Concedit historiam, sed negat sequelam: imò per anteriorationem sanationis dicit Christum velle ostensionem istam cessare pro tempore legis nouæ: sumens sensum suum ab errore præterito: quem recitat libro secundo de sacramentis parte decima quarta, Hugo. Quod de mundatione leprosi opponunt, minimè eorum opinioni suffragatur. Quasi ideo peccator ante confessionem absolui credendus est: quia leprosus mundatus est ante demonstrationem. Eadem ratione peccator post compunctionem ad sacerdotem ire non debet peccatum suum plangere, sed iustitiam demonstrare: quia & ille ad sacerdotes missus est, nō vt sanitatem reciperet, sed vt sanitatem demonstraret: quod omnino fides Christiana abhorret. Hæc ille. A V T H O R. Sed inquiramus eū ad fundamentū, q̄ iactat. Ipse supponit incisio quadruplicem sensum. Ecclesia Christi sibi supponat incisio legē ignotā: q̄ anteriora-

Hugo.

teriorationem sanationis lepræ dicit Christum velle ostensionem sacerdotibus in noua lege cessare: quam voluit obseruari in veteri. Imprudens homo, qui iactas scientiam legis, legem attende. Et vide, si non anterioratio sanationis fuit apud sacerdotes antiquæ legis: sicut apud eos in Christi presentia. Leuitici. 14. sic habet lex. Locutus est dominus ad Moysen, dicens. Hic est ritus leprosi, quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem: qui egressus è castris cum inuenit lepram esse mundatam, præcipiet ei, qui purificatur, vt offerat pro se. Sequitur. Purificatusq; ingredietur castra: ita duntaxat, vt maneat extra tabernaculum suum. Quid hic audisti? Nōne quod sacerdos inuenit lepram esse mundatam: & quod præcipiat ei offerre, qui purificatus est? Non cum lepra venit, vt mundet eam sacerdos: sed si purgatam sacerdos inuenit, purgatum pronuntiet. Vnde in libro questionū Leuitici, questione. 38. Augustinus. Purgabit eum sacerdos, id est, purgatum pronuntiabit à suspitione lepræ: non quod habuerit lepram, quam iam non habet: sed quoniam lepra nō fuit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce lepram non habuit, qui purgationem à sacerdote, cui ostensus est, consequitur. Ergo anterioratio sanationis in lege debuit esse signum nō ostensionis eiusdem. Aut rationem signorum variam assignabis, quam nondum signasti: O ergo quam prædignus glossator legis Dei: quia dum signum daret differentiæ, signa conformationis assignat. Voluit, inquit, Christus ostensionem fieri sacerdotibus veteris legis: iam autem sacerdotibus nouæ legis vult eam cessare: signo anteriorationis sanationis optimè hoc docente. Cum autem ij, quibus ostendebantur cum anterioratione sanationis erant nō nouæ legis, sed veteris sacerdotes: talis glossa si fieret in scriptura, paleam cum triumpho mereretur, non palmam. Sic enim in eodem loco expositionis suæ super Leuiticum, Radulphus. Misit vtique ad sacerdotes leprosos, non vtique emundandos: hæc vtique virtus folius Dei est: sed iam emundatos, tantum, vt eorum sanitas, iuxta quod lex constituerat, sacerdotum testimonio probaretur. Hæc ille. A V T H O R. Fallitur ergo glossator iste, putans, q̄ sacerdotes legis veteris tanta Dei virtute præeminerent, quod ipsi lepram mundarent, nulla eius sanitate præuenti: nostri sacerdotes anteriorati sanatione sequantur. Tantum ideo tunc fiebat, vt eorum sanitas sacerdotum testimonio probaretur. Quod item attendat Witleff, dicens: solum sensum literalem autoritatem

Augusti.

Radulphus

Witleff.

habere, non mysticum. Certum est, quod mysticus sensus non necessariò fundat rem sic gerendam: sed ratio finis eius, verbi gratia. Sicut percussa petra dabat aquam latissimam: ita pulsatus Christus sapientiam. Non tamen cogit nos secundum rem hæc percussio ad pulsandum: sed proportio rationis: dicente Iacobo. Postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. Res enim rem non appellat: nec sensus sensum, sed ratio sic sensandi. Ita ostensio ista sacerdotibus more legis non cogit fideles sic ostendere: sed ratio ostendendi. Quia quia moralis erat: vt sanitas hominis non suo probaretur arbitrio, sed sacerdotum testimonio firmaretur: dominus Iesus, qui non venit legem soluere, sed adimplere, non sustulit, sed probauit. Libro. 10. super Leuiticum cap. 1. Radulphus. Leprosus à castris eijs, & à populo Dei sequestrari præcepit: quam tamen separationem sacerdotali commisit iudicio, vt tanta contumelia non statim afficeretur quemcunq; vulgaris opinio infamasset: sed quem certa, & legitima examinatio sacerdotum leprosum deprehendisset. Sicut autem separationis, sic & reconciliationis potestas eis attributa est. Iustum siquidem erat, vt qui de morbo iudicabant, de sanitate quoq; iudicarent: & quorum diligentia creditū fuerat, ne quis excluderetur immeritus, ad eorum etiam cautelam pertineret, ne quis reciperetur indignus. Hæc legem dominus Iesus soluere noluit, sed potius adimpleuit, dum discipulis suis ligandi, & soluendi potestatem attribuit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce non iam ipsam legem: quia lex est: sed rationem legis attende firmatam. Leprosus sacerdoti ostenditur, vt eius examinatus arbitrio, reconciliari debeat, vel excludi, ne aut multitudinis contumelia distrahat, aut si suo iudicio sisteret, sibi in mentem contrahat honestatem. Vnde in libro de tranquillitate dicit Seneca ad Serenum. Familiariter domesticum aspicimus: & semper iudicio fauor officit. A V T H O R. Morale est ergo provide de iudice neutro, qui partes diiudicet. Et ideo hoc morale Christus, qui non venit sic legem soluere, perimpleuit, cum discipulis potestatem soluendi, & ligandi commisit: vt dicit Radulphus. Hoc enim erat dicere populis, Ite, & ostendite vos sacerdotibus. quod, Quæcunq; ligaueritis super terram: ipsis apostolis. Idcirco ite, & ostendite, secundum conceptum ecclesie: Christi præceptum est, tam in legis tempore, q̄ gratiæ. Qualiter clarè loquitur sermone, lib. 2. de visitatione infirmorum edisserit Augustinus. Sunt, inquiens, quidam, qui sus-

Radulphus

Seneca.

Augustin.

H h 5 ficere

ficere sibi ad salutem existimant, si soli Deo, cui nihil occultum est, & quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, & erubescunt, siue dedignantur ostendere se sacerdotibus: quos tamē inter lepram & lepram discernere per legistatorem constituit dominus. Sed nolo ut ipsa decipiaris opinione: quatenus confundaris confiteri coram domini vicario, tabescens præ rubore, vel tremulus præ indignatione. Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quem dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotem: & fac eum conficiendarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium illa superstitio, quæ musitando confirmat: quia saluat, sacerdote inconsulto, ad Deum peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus, quin sit ad Deum frequenter referenda peccatorum confessio. (Beatus enim, qui tenebit, & allidet paruulos suos, vel maximos ad petram. Petra autem erat Christus.) Sed testamur, testatur & illa sana doctrina, non nisi applaudentium faciens auribus: quoniam prius egesset sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuum salubri iudicio. Alioquin & sub lege, & sub gratia, Ite, ostendite vos sacerdotibus, responsum diuinum quo consummaretur? Et, Confitemini alterutrum peccata vestra: quo completeretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter de te adhibeatur presbyter, & recte reuela ei vias tuas, & iste tibi exhibebit antidoton reconciliationis. Hæc ille. AVTHOR. Hic Augustinus expressè bis impugnat errorem Witcleff de confessione soli Deo, excluso homine. Et quia quidam putant sibi sufficere ad salutem, Augustinus hortatur fidelem, ne seducat illum somniantium illa superstitio: inferens, quod alioquin responsum illud Christi sub lege, & sub gratia, Ite, & ostendite vos sacerdotibus, in nullo consummaretur. Et illud Iacobi, Confitemini alterutrum peccata vestra, in nullo completeretur. Ex intentione ergo concludit Augustinus illud præceptum Christi obligare ecclesiam modernorum fidelium, Ite, ostendite vos sacerdotibus modo, quo iam illud complet ecclesia: ostendendo, scilicet, actus nostros nudè, & vocaliter arbitro sacerdoti: & hoc fuisse præceptum à Christo sicut sub lege, sic sub gratia. Sub lege, inquit, & sub gratia, Ite, ostendite: quomodo consummaretur? Ad hoc nescit respondere Witcleff, quanuis petat fugam. cap. 3. de Confessione. quod homo necessitatur confiteri peccata sua secundum formam, quam Deus ei limitat, sed non semel in

Witcleff.

anno, omnia peccata proprio sacerdoti. Sed quomodo tunc libertavit Deus ecclesiam suam, quod ex sua gratia, & cordis contritione fidelium sine ista poenitentia sint saluati: sicut ibi dicit cap. 2. hoc dicat satisfaciens Augustino. Et quod item dicit in tertia parte sermonum, sermone nono ad eundem effectum, quod in signum sententiæ Samaritanus custodiens libertates ecclesiæ, & præcepta euangelica non iuit ad sacerdotes legis veteris: sed ad Christum laudabiliter est regressus. Hæc Witcleff. AVTHOR. Quod de tuo sensu supra textum abundans, debuisti doctorem catholicum, vel expositorem congruum adduxisse. Quod quousque perficias: cum nobis talis aliquis non occurrat, videbitur te potius hoc finxisse mendaciter, ut per inuidiam obuias ecclesiæ, quam coniecisse veraciter. Nam quanuis Samaritanus esset, & non coüteretur Iudæis, potuit tamen esse profelytus: quia coüterebatur eis de facto: ut patet ex textu. Sed si custodiuit præcepta euangelica, ut dicis, quomodo præteriuuit mandatum illud euangelicum, quod recenter audiuit, Ite, ostendite vos sacerdotibus: non iens, nec ostendens se, sed, ut dicis, laudabiliter est regressus contempto præcepto? Reuera quod dicit Euangelium, quod ut vidit se mundatum, regressus cum magna voce, non ante ostensionem sociorum esse potuit: quia si irret facturi quod iussit: ipso non eunte: non ante factum increpasset eos Iesus ingratiitudinis, dicens. Nonne decem mundati sunt: & nouem ubi sunt? cum iam in ostendendo tenerentur: ut iussit. Ergo si non priusquam socij ostendissent se ille reuertebatur: unde cognoscere potes, quod à retro stetit, non ostendens se sacerdotibus, ut Christus præcepit? Tutius arbitrator dicere, quod compleuit mandatum Christi cum alijs, propter rationem ostensionis, quam Christus intendit: sicut in mundatione leprosi. Matthæi. 8. in commentario Hieronymus, dicens. Varias ob causas mittit eum ad sacerdotes. Primum propter humilitatem, ut sacerdotibus deferre videatur. Erat enim in lege præceptum: ut qui mundati fuerant lepra, offerrent munera sacerdotibus. Deinde ut mundatum videntes leprosum, aut crederent Saluatori, aut non crederent. Si crederent, saluarentur. Si non crederent, inexcusabiles fierent. Et simul ne quod in eo sapissimè criminabatur, legem videretur infringere. Hæc ille. AVTHOR. Ex his rationibus secundam dedit causam potissimam, ut ostenderetur sacerdotibus. Quia si aurum purgatissimum facere vellet quis, ad probationem eius diceret,

Hieronym.

Fer

Fer ad artifices, quorum interest esse peritos auri, & omnis proprietatis, aut possibilis fictionis. Ita volēs Christus se omni suspitione purgare, vtrum essent verè à sua lepra, an simulate purgati, iussit adire sacerdotes, qui huius curæ per quotidianam experientiam sumpserunt peritiā. Leuitici. 13. Vir, & mulier, in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute: sciat non esse lepram. Et si in caluitio rufus color fuerit exortus: sacerdos videns condemnabit eum. Et si humilior fuerit locus carne reliqua: & capillus flauus solitoque subtilior: contaminabit eos: quia lepra capitis ac barbæ est. Et talia signa plura supponebantur industriæ sacerdotis. Et idcirco item signa curæ eius iudicio sacerdotis aderant cum oblatione solenni: & tunc dicebatur iure purgari. Asperget illum, qui mundandus est, septies: ut iure purgetur. Leuitici. 14. Et hoc valde notandum existimo, quod non sufficeret purgatum esse de facto, nisi etiam iure purgetur. Quomodo ergo prædicat Witcleff: sufficere viro fidei, quod soli Deo confiteatur: & ab eo curam impetret spiritualis lepræ: nec curare debere, quod iure purgetur coram homine sacerdote: quando in leuiori causa corporalis lepræ non sufficit? Idcirco certè sciat secundum Augustinum, & doctores præhabitos, quod præceptum istud secundum morale inclusum continuauit Christus ad nouæ legis suæ fideles: ut in sanatione spiritualis suæ lepræ eant, & ostendant se sacerdotibus: ut si contritione cordis, & gratia Dei, sint de facto purgati, item innocentia sacerdotis iure purgentur: ut multis exemplis libro quæstionum Luca, quæstione. 42. Augustinus ostendit: & Beda. accipit Beda in commentario. capit. 6. quinti. dicens. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Nullum dominus eorum, quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leproso: quia videlicet sacerdotium Iudæorum figura erat futuri sacerdotij regalis, quod est in ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi, & veri principis sacerdotum. Et quisquis vel hæretica prauitate, vel superstitione gentili, vel iudaica perfidia, vel etiam schismate fraterno quasi vario colore per domini gratiam carere voluerit, necesse est ad ecclesiam veniat, colorem fidei verum, quem acceperit, ostendat. Cætera verò vitia tanquam valetudinibus, & quasi membrorum animæ, atque sensuum per seipsum interiùs in conscientia, &

intellectu dominus sanat, & corrigit. Et hic habet Augustinus. Doctrina verò vel imbuendi per sacramenta, vel catechizandi per sermonem sanantem, atque lectionem, ubi color quidem intelligitur verus, atque sincerus: quia in promptu est, & foris eminentissimus: non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operibus aguntur: ecclesiæ proprie contributa est. Denique, & Paulus voce domini audita, Quid me persequeris? Ego sum, quem tu persequeris. ad Ananiam tamen missus est: ut illo sacerdotio, quod in ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinæ fideique perciperet: & verus approbaretur eius color. Non quia non potest per seipsum dominus omnia facere: nam quis alius hæc facit etiam in ecclesia? sed ut ipsa societas congregatorum fidelium, approbando inuicem, atque communicando veræ fidei doctrinam in omnibus, quæ dicuntur, verbis, vel signantur sacramentis, tanquam vnam speciem veri coloris obducatur. Cornelius etiam cum elemosynæ eius acceptæ, & preces eius auditæ illi ab angelo nuntiantur, propter doctrinæ tamē sacramentorumque unitatem ad Petrum iubetur mittere: tanquam illi, & suis diceretur, Ite, ostendite vos sacerdotibus. Nam & cum irent, mundati sunt. Iam enim ad eos venerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptismatis sacramento, nondum spiritualiter ad sacerdotes peruenerant: & tamen infusione Spiritus sancti, & admiratione linguarum eorum mundatio declarata est. Hæc ille. AVTHOR. Ecce fictor somniorum Witcleff quid iam dicit? quod anterioratio sanationis docet, quod ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis nouæ: non attendens, quod præceptum missionis post sanitatem adeptam docet: quod ostensio sacerdotibus continuari debet pro tempore legis nouæ. Probat hoc Augustinus in Paulo, qui post correptionem domini ad Ananiam mittitur ostendendus. Probat in Cornelio, qui cum esset Spiritu sancto plenus, & elemosynas eius, & orationes angelus de cælo nuntiallet acceptas, tamen pro comunione sacramentorum ut ostendatur sacerdoti, mittitur ipsi Petrus. Ecce anterioratio sanationis spiritualis in istis non excludit ostensionem sacerdotibus in ecclesia constitutis, sed exigit. Tanquam illi, & suis diceretur, inquit Augustinus, Ite, & ostendite vos sacerdotibus. Ita ut adeptio sanitatis à Deo non sufficiat sic sanatis: nisi per ostensionem sacerdoti, cõstet ecclesiæ. Sanat dominus hominem per seipsum, nulli dubium: sed ut societas ipsa fidelium bona habita approbando communicet: in omni exerci-

Pro processu euangelico de suscitacione Lazari per dominum Iesum, & solutione per discipulos.

CAP. CXLIII.

SVMMA.

1. Lazarum de monumento suscitatum, quod dominus obtulerit soluendum discipulis, quid denotet. Et quid de hoc dicant Augustinus, & Ambrosius.
2. Lazari solutionem remissionem esse peccatorum contra Wicleff ostenditur.
3. Lazarus quod per Christum excitatur, & per discipulos soluitur, quid significet.



Lazari per dominum suscitati solutio: in probationem ecclesiasticae potestatis imperata discipulis: expositione sinistra alium suscipit alieum, quem Wicleff instituit: ut velut Cyrus Euphratem fluvium transferat paradisi. Tertia illa parte sermonum, sermone nono. De Lazaro, inquit, patet Ioannis. 11. quod fuit suscitatus a morte per Christum, & postmodum instituit, quibus ligatus fuerat, per apostolos est solutus. Ideo nihil blasphemius, quam quod peccatum viantis non tollitur, nisi Romanus Pontifex, vel eius vicarius secundum adinventiones modernas reu absoluerit. Hæc Wicleff. **AUTHOR.** Potius conclusisset oppositum: quia ideo nihil blasphemius, quam quod peccatum viantis satis realiter tollitur, quamuis Romanus Pontifex, vel nullus Christi apostolus secundum ritum eorum, reum absoluerit: quod est suum. Patet autem hæc illatio: quia alias quid ista conueniunt: quod sine Christi sacerdotibus reus absoluitur: quia non nisi per Christi apostolos Lazarus soluebatur? Et conuincit libro de vera & falsa poenitentia, cap. 9. *Augustinus*, dicens. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere: plus confitentibus parcere: quibus crimen remittit dominus. Lazarum tamen, quem de monumento iam suscitauit, obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdoti. Dixit enim. Quodcumque solueris super terram, soluetur in caelis. Hoc est, ego Deus, & omnes ordines caelestis militiae, & omnes sancti in

Et in mea ecclesia laudauit vobiscum, & confirmat quod ligatis, & soluitis. Non dixit, quod putatis ligare, & soluere, sed in quos exercetis opus iustitiae, aut misericordiae. Alia autem opera omnia in peccatores non agnosco. Hæc ille. **AUTHOR.** In hac sententia Augustini innuitur plena authoritas, quam dominus super peccantes commisit ecclesiae: quia dominus ipse prius soluit reum potestate sua: non sic ut tollat ecclesiae soluendi potestatem, sed conferat: quia nisi ipse prius peccatori ad aperendum scelus sua potestate inspiraret anhelitum, non posset sacerdos soluere non concessum. Ideo Lazarum iam suscitatum, inquit, obtulit discipulis soluendum: ostendens per hoc potestatem soluendi concessam sacerdoti. Cui utique sententiae conuenit expositio illa *Ambrosii* in eundem locum Euangelij, libro. 2. de poenitentia, post medium, ubi dicit. Videns itaque graue onus peccatoris, illachrymat dominus Iesus. Solam enim flere non patitur ecclesiam: compatitur dilectae suae, & dicit defuncto, veniforas. Hoc est, qui iaces in tenebris conscientiae, & delictorum tuorum sordibus, & quodam reorum carcere: exi foras. Delictum proprium prode, ut iustificeris. Ore enim confessio fit ad salutem. Si confessus fueris a Christo vocatus, claustra rumpentur, & omnia soluentur vincula: & si corruptelae corporeae foetor grauis sit. Sequitur. Quantumlibet ergo mortui foetor sit, aboletur omnis, ut sacrum redoluerit unguentum: & surgit defunctus: & soluere iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato fuit: tollere velamen de facie eius: quod veritatem gratiae, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est, reuelare faciem, aperire vul tum iubetur. Non habet enim quod erubescat, cui peccatum remissum est. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce si confessus fuerit a Christo vocatus, omnia soluentur vincula: & surgit defunctus: & soluere iubentur eius vincula, qui fuit in peccato. Qui iubentur soluere? Nunquid sacerdotes? Qua potestate? Ea, qua dixit Augustinus supra, Quodcumque solueris super terram, soluetur in caelis. Ea ergo est potestas, quam iussit eis Christus, dicens, Soluite eum, & finite abire. Hic autem ingerit se lata difficultas apud haereticos Wicleuistas, quae sit ista potestas soluendi. Et iterum si dicatur esse potestas remittendi flagitia: nunquid nobis dernis committi videbitur, sicut Petro, & suis condiscipulis? Primum dicit Wicleff de confessione. cap. 6. quod sit potestas exhortandi peccatorem ad dimittendum vitium assuetum. Vbi ad argumentum de suscitacione Lazari,

sic inquit. Arguentes ab imprudenti similitudine, debent attendere, quomodo Iesus prius tempore viuificauit Lazarum: & fecit eum surgere de sepulchro foetido, atque stare. Sequitur. Et postmodum fideles presbyteri debent soluere ligamenta: scilicet consuetudinem peccandi sancta praedicatione: quibus post deletionem peccati per dominum sunt ligati. Hæc Wicleff. **AUTHOR.** Ecce qualiter declinat a communi expositione sanctorum patrum ex primordiis orientis ecclesiae, dicentium hanc solutionem esse remissionem peccatorum. sicut super Psalmum. 101. tractatu. 2. in principio *Augustinus*. Soluitur unusquisque a vinculis cupiditatum malarum, vel a nodis peccatorum suorum. Remissio peccatorum, solutio est. Quid enim prodesset Lazaro, quia processit de monumento, nisi diceretur: soluite eum, & finite abire? Ipse quidem voce de sepulchro suscitauit: ipse clamando animam reddidit: ipse terrenam molem sepulto impositam abiecit: & processit ille vincetus. Non ergo pedibus propriis, sed virtute producentis. Fit ergo hoc in corde poenitentis. Cum audis hominem suorum peccatorum poenitere, iam reuixit. Cum audis hominem confitendo proferre conscientiam: iam de sepulchro eductus est, sed nondum solutus est. Quando soluitur? A quibus soluitur? Quae solueritis, inquit, in terra, soluta erunt & in caelo. Merito per ecclesiam dari solutio peccatorum potest: suscitari autem ipse mortuus, nisi intus clamante domino non potest. Hoc enim Deus interiorius agit. Loquimur ad aures vestras. Vnde scimus quid agatur in cordibus vestris? Quod autem intus agitur, non a nobis, sed ab illo agit. Hæc ille. **AUTHOR.** In omni penè verbo huius processus Wicleff caditur. Quomodo dicit hanc solutionem esse praedicationem nostram, per quam soluere debemus reum a ligamentis consuetudinum delinquendi, ita ut Deus soluat a peccato suo horum, quod est minus, & nunc tradat eum nobis ad soluendum eum ab inueteratis delictis plurimorum annorum, quod est maximum? Et nunquid praedicatione nostra, saltim foris, soluit vtrumque: intus verò neutrum: sed miseratio tantum diuina? Sic dicit Augustinus. Loquimur ad aures vestras. Quod autem intus agitur, non a nobis, sed ab illo agitur. Qualiter ergo soluent consuetudinem: Christus verò delictum? Quin potius neutrum soluent, sed Christus soluit vtrumque. Aut, quod manifestius verè dicitur, Christus soluit vtrumque: principaliter sine eis: & ipsi sacerdotes vtrumque ministerialiter vice Christi. Quae solutio non tantum praedicatione est,

exercitio sacramenti, siue baptizando, siue ordinando, siue poenitendo dicitur ex ore domini suis fidelibus. Ite, ostendite vos sacerdotibus. quia leprosus de facto purgatus, maius necesse habet, ut iure purgetur. Vide quod ipsi Dauid culpa remissa est in dolore animi: & tamen superaddit pro remissione eius confessionem homini: sicut in Apologia de Dauid notat *Ambrosius*, dicens. Peccatum remissum sibi ipse edocuit: sicut scriptum est, Delictum meum ego agnosco: & iniustitiam meam non operui. Dixi, pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem cordis mei. Si dixit, pronuntiabo, & veniam meruit antequam pronuntiaret: quanto magis ubi de se pronuntiavit, dicens, Iniustitiam meam ego agnosco: & delictum meum contra me est semper: remissum est ei omne peccatum? licet specialiter de hoc Nathan propheta responderit. Et dominus traduxit peccatum tuum. Ergo & remissionem meruit iniustitiam, & textit charitate, atque aperuit peccata sua. Hæc ille. **AUTHOR.** Nota quid arguebat *Ambrosius*. Si veniam meruit antequam pronuntiavit: quanto magis, quando pronuntiavit, remissum est ei omne peccatum? Si ergo Deus absoluat nos antequam confiteamur sacerdoti, hoc est, quia dicimus, id est, corde proponimus confiteri. Quo facto, tunc plene est omne peccatum remissum. Quare etiam libro de vera & falsa poenitentia. cap. 9. *Augustinus*. Quem igitur poenitet, omnino poeniteat, & dolorem lachrymis ostendat. Praeueniat iudicium Dei per confessionem. Praecipit dominus mundatis, ut ostenderent ora sacerdotibus: docens corporali praesentia confitenda peccata: non per scriptum, non per nuntium manifestanda. Dixit enim: ora monstrate, & omnes, non vnus pro omnibus. Non alium statuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus a Moyse statutum, sed qui per vos peccatis, per vos erubescatis. Erubescetia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hac praecipit dominus, ut neminem poeniteret in occulto. Hæc ille. **AUTHOR.** Quo igitur actu mentis criminatur Wicleff hanc expositionem Euangelij, quam tot, & tanti sequebantur patres ecclesiae: abducendo fideles in aliam suam haeresi consonantem? Simul & contra ipsum est, quod dixit ibi Augustinus dixisse Christum leprosis: Ora monstrate: & omnes, non vnus pro omnibus: nec alium nuntium statuatis. Vbi plene dat intelligere, Samaritanum de sua regressione laudari non debuisse: si alium de socijs nuntium statuisset: nec adisset praesentialiter sacerdotes: qui erat vnus ex omnibus, quibus Christus mandauit.

Ambrosius

Augustinus

Wicleff.

Augusti.

Wicleff.

Augusti.

to est, sed peccatorum remissio: dicente Augustino. Remissio peccatorum solutio est: quia Lazaro non prodesset, quod prodijt, nisi diceretur, soluite eum. Confitendo profert homo conscientiam, sed nondum solutus est. Quando soluitur, & a quibus? Ab eis, inquit, quibus dictum, Quae solueritis super terram, erunt soluta in caelo. Et quod non eis ita incumbit haec solutio, sed per eos ecclesiae Christi ministris, subdit. Merito per ecclesiam dari solutio peccatorum potest: suscitari autem nisi clamante Christo non potest. Placet, quod Lazarus suscitatur, & uiuit prius tempore, quam soluunt discipuli. Ita dominus suscitatur peccator prius, quam soluunt sacerdotes. Sed quid proderit Lazaro uiuere, si non dicatur: soluite? Augustinus interrogat: id est, peccata remittite. Fit, inquit, hoc in corde poenitentis. Ergo nec Christi uiuificatio proderit peccatori, si non soluant eum postea, remittendo peccatum eius in conspectu ecclesiae Christi ministri. Sic prosequitur item istum processum de solutione Lazari, sermone. 18. primae partis, super hunc versum Psalmi. 51. idem Augustinus. Eleuatus est Lazarus: processit de tumulo, & ligatus erat: sicut sunt homines in confessione peccati agentes poenitentiam. Iam processerunt a morte: non confiterentur nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto, & a tenebroso procedere est. Sed quid dicit dominus ecclesiae suae? Quae solueritis in terra, erunt soluta & in caelo. Proinde Lazaro procedente: quia impleuit dominus misericordiae suae bonum producere ad confessionem mortuum latentem, putentem iam, caetera impleuit ecclesiae ministerium. Soluite illum, & finite abire. Haec ille. AVTHOR. Ecce ubique, fatagit Augustinus hunc processum de confessione peccatoris exponere: dicens peccator procedere, sicut Lazarus processit, & ipsum confiteri. Et hoc intelligens de confessione ad hominem, statim subdit. Quid dicit dominus ecclesiae suae? Quae solueritis in terra, erunt soluta & in caelo. Ideo intelligendum, quod duo ista praecipua Christi figurata per totam adhuc efficaciter currunt ecclesiam. Ite, ostendite vos sacerdotibus: quo ad peccatores confitentes. Soluite, & finite abire: quo ad presbyteros audientes, & manus peccatoribus imponentes. Nec tantum appendit Christi in his uerbis factorum historiam, quantum appendit per ea gratiam figuratam: sicut nec est cura Deo de bobus, iuxta Paulum Apostolum. Ideo erranter satis obliquat Wicleff sensum sacramentalis confessionis in utroque mandato, recurans ad conceptum suum so-

Augusti.

liuagum: & omni scriptori extraneum orthodoxo. Attendatque hanc rationem euangelicam contra eum. Qualiter namque distinguenda est potestas Christi, & discipulorum eius a potestate Ioannis, & discipulorum eius, si potestas solutionis, quam Christus iniunxit iam discipulis, non sit remissionis, sed praedicationis, ut de consuetudine antiquata reus poeniteat? Ad hoc enim uenit Ioannes praedicare poenitentiam, sed non dare remissionem. Matthaei. 3. In diebus illis uenit Ioannes Baptista praedicans in deserto Iudaeae, & dicens, Poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum caelorum. Et caeteri Euangelistae. Praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Libro. 1. cap. 9. commentarij super Lucam Beda. Cunctis legentibus liquet, quod Ioannes baptismum poenitentiae non solum praedicauit, uerum etiam quibusdam dedit: sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque, quod dicitur, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: quoniam baptisma, quod peccata solueret, quia dare non potuit, praedicabat. Ut sicut incarnatum uerbum patris praecurrebat uerbo praedicationis: ita baptisma poenitentiae, quo peccata soluuntur, praecurrebat suo baptismo, quo peccata solui non possunt. Haec ille. AVTHOR. Vides quod Ioannes praedicare in poenitentiam, & baptizare in poenitentiam potuit: in remissionem peccatorum illud non potuit, id est, illam dare. Vnde in eodem loco Rabanus. Ioannes non spiritu, sed aqua baptizatus: quia peccata soluere non ualens, baptizatorum corpora per aquam lauat: sed mentem per ueniam non lauat. Sequitur infra. Fortis quidem ille est multum, qui in confessionem peccatorum: sed fortior qui in remissionem baptizat. Fortis, qui Spiritum sanctum habere dignus est. Fortior, qui tribuere. Fortis, qui regnum caelorum uenit praedicare. Fortior, qui hoc solus potuit dare. Haec ille. AVTHOR. In his dictis perpende, quod Ioannes, & discipuli eius habebant potestatem baptizandi, confessiones criminum audiendi, & praedicandi poenitentiam in remissionem peccatorum: sed non in aliquo modorum istorum peccata remittendi. Si ergo Christi discipuli in praedictis etiam praedicare possent hominibus poenitentiam solum: non autem soluere a peccatis: non autem peccata dimittere, nihil accresceret potestatis Christi discipulis Andreae, & Petro, supra quam dedit eis priusquam uenirent ad Christum Io-

nes

nes Baptista. Et esset dicere, soluite eum, & finite abire: non soluite, sed ad solutionem praedicate. Adhuc hortor Wicleff, ut exprimat nobis si sic soluere est praedicare: quid est ligare? Nunquid praedicationem negligere? Quae est haec potestas ecclesiae? Cum tamen in utroque; par est eis facta donatio: ligare sicut & soluere: retinere, & peccata remittere. Adhuc ite quaero ego a Wicleff, quid erit in extremo uita positum soluere: & qui solam, & certam mortem semiuuuius expectat: qui pressus poenis, & mortis nexibus totam uitam odit, quae praeterijt? Aut si istum Christi Apostoli soluere non possent, quamquam Lazarum iam soluerint rediuuuium: hunc tamen soluere Augustinus hortatur sacerdotes ecclesiae, dicens in libro de uisione infirmorum in fine. Dico itaque omnibus, dico tandem confitentibus, dico confis confulentibus, ne confessi desperent: ne sacerdotes post mortem aliquos lugeant: imo, cum suo Iesu dicant, Soluite eum, & finite abire. Melius enim est, ut talis profit, uel non noceat absolutio, quam obsit indiscreta ligatio. Nec praetendant sacerdotes de fallaci securitate occasionem: quoniam melius est morientem in manus misericordissimi Dei committere, quam desperantes cum quibusdam fabulis induciantur a regno Dei eliminare. Nam quomodo dicit sacerdos pro defuncto, quem ipse ligauit: Absolue domine animam famuli tui: uel caeteras absolutionum eulogias? Haec ille. AVTHOR. Hic uocat Augustinus expresse solutionem a criminibus in confessione: & de hac exponit uerbum Christi de Lazaro. Soluite eum, &c. non autem de praedicatione dimittendi consuetudinem delinquendi, quae in hac hora inutilis esset, & onerosa migrati. Valde item notandum uidetur, quod Augustinus hic supponit sic migrantem a seculo sine absolutione sacerdotis eliminandum a regno: cui sola defuit in hoc casu absolutio sacerdotis. Sic enim dicit, quam desperantes a regno Dei eliminare. Desperantes dicit, ligatione ecclesiae, qua non soluuntur. Vnde subdit. Quomodo dicit sacerdos pro defuncto, quem ligauit: Absolue domine animam famuli tui: uel caeteras eulogias? In hoc cogendus est Wicleff, uelit, nolit, confiteri potestatem ecclesiae, qualigati tenentur soluti a Deo: & pro solutis habentur a Deo ligati. Pro qua sententia ne uideamur usurpare indebitum, repetendus semper est processus ille de suscitatione Lazari ad uitam: sed nondum liberi: quousque; soluat per ecclesiam. Scio enim Wicleuistas instare uelle ut petat: si iam coram Deo mundus est, quid post hoc

Augusti.

Beda.

Rabanus.

facit ecclesia? At ego interrogo. Si Lazarus suscitatur per Christum ad uitam, quid agent Apostoli? nunquid solutionem? Vnde sermo ne. 8. de uerbis domini, Augustinus. A mortuo, uelut qui non sit, perit confessio. Quis eum suscitabit, nisi qui remoto lapide clamauit, dicens, Lazare ueni foras? Quid est autem foras prodire, nisi quod occultum erat, foras prodire non posset, nisi uiueret: uiuere non posset, nisi suscitatus esset. Ergo in confessione, sui accusatio, Dei est laudatio. Dicit ergo aliquis. Quid prodest ecclesia confitenti? Cui ait dominus, Quae solueritis in terra, soluta erunt & in caelo. Ipsum Lazarum attende. Cum uinculis liber ambulabat uinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia, cui dictum est, Quae solueritis, soluta erunt? nisi quod ait dominus continuo ad discipulos, Soluite eum, & finite abire. Haec ille. AVTHOR. Ecce non est ista difficultas prima Wicleff: alij ante eum erronei, eam effoderunt. Augustinus autem eam absoluit. Praesupponit peccatorem iam Christi resuscitatione, & sua contritione uiuentem. Praesupponit confitentem non occulte coram Deo: quia iam foras prodit. Qui confitetur, inquit, foras prodijt coram hominibus. Et quid iam prodest ecclesia? inquit aliquis. Et iam supra. Quid prodesset Lazaro, quod processit de monumento, nisi diceretur, soluite eum? interrogat Augustinus. Nihil ergo proderit uita confitenti, quam donat Christus: si contemnatur solutio, quam iussit Christus. Ipsum Lazarum attende, inquit. Cum uinculis prodit. Quibus illis, cum quibus coram hominibus uinculatur, quamuis uixerit Christo Deo. Iam uiuebat confitendo: sed nondum liber ambulabat: nec etiam coram Deo: Quid ergo facit ecclesia amplius? Quod dominus continuo ait, soluite eum, & finite abire. Quae enim solueritis, soluta erunt. Et tertia parte sermonum, sermone. 115. Augustinus. Quatriduano mortuo dicitur, Lazare prodi foras. Et prodijt de monumento instans ligatus manibus & pedibus. Excitat dominus, ut mortuus de monumento prodeat: sed cor tangit, ut peccati confessio foris exeat. Dominus ergo postquam exijt Lazarus de monumento, ad discipulos suos, quibus dixerat, Quae uinculis solueritis in terra, soluta erunt & in caelo: Soluite, inquit, eum, & finite abire. Per se excitauit, per discipulos soluit. Haec ille. AVTHOR. Nota quod dicit, Per se excitauit, per discipulos soluit. Est ergo suscitatio solius Dei ad uitam: restat tamen alia solutio

Idem.

Idem.

olutio per presbyteros ad libertatem: quae item potestas Dei est: sed communicata hominibus propter praesentem vitam. Nondum enim fumus ut angeli Dei in caelo: ubi cuncta fiunt, & consummantur interius. Descendit filius Dei in virtute, sed carne apparens propter homines. Et quanvis oranti dixerit, pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi: ipse tamen orantibus imperat, Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Ut ergo glorificetur Deus, non tantum coram se, sed item coram hominibus, solui iubetur peccator, non tantum coram se, sed item coram hominibus. Unde non tantum ei, qui non timet Deum, imputatur ad superbiam: sed ei etiam, qui non homines reueretur. Abijcite ergo fideles, fabulas Wicleff superbi, qui figuram sacramentalis solutionis in Lazaro: aut infundatus aliter exponit, quam patres, aut irridet. Suscipite tantiplicem eius expositionem pro fide roboranda, in qua fides confessionis plus mille annis ante Wicleff euidenter apparuit. At, rogo, qui sic detrahunt potestati ecclesiae in hoc Lazari sacramento, credis ne quia fremunt in historiam, & hostiliter ei insidias ponunt in verbis? sicut Iudaei Lazarum interficere molientes, resurrectionis eius gloriae inuidentes. Ambrosio sic videtur de Nouatianis haereticis, & sequacibus eorundem. lib. 2. de poenitentia. post medium. vbi dicit. In tanta domini gratia, tantoque diuini muneris miraculo, cum oportet vniuersos laetari, commouebatur impij: & aduersus Christum concilium congregabant: Lazarum quoque interficere volebant. Nonne meriti eorum successores vos esse cognoscitis, quorum duritiae haeredes estis? Nam & vos indignamini, & contra ecclesiam congregatis concilium: quia videtis mortuos in ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque quod in vobis est, per inuidiam rursus vultis interficere suscitatos. Sed Iesus non reuocat beneficia: imò cumulo suae liberalitatis munus amplificat. Sequitur. Quod igitur de Lazaro legimus, in vnoquoque debemus conuerso peccatore credere. Quia licet foetorem habeat, tamen fidei pretiosae emundantur vnguento. Tantum enim gratiae fides habet: ut vbi ante diem foetebat mortuus, illic bono odore repleatur domus. Foetebat Corinthia domus, quando scriptum est de ea, Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes. Foetor erat, quia modicum fermentum totam massam corruerat. Coepit olere cum dicitur. Sed cui quod

Ambrosius

donastis, & ego. Nam & ego quod donauit, propter vos in persona Christi. Itaque liberato peccatore, factum est in ea gaudium magnum: & redoluit tota domus suavitate gratiae. Unde bene conscius, quod omnes apostolicae remissionis perfudisset vnguento: ait, Christi bonus odor sumus Deo, in his, qui salui fiunt. Huius ergo effusione vnguenti laetantur caeteri omnes: solus Iudas contradicit. Ergo & nunc qui prauaricator est, contradicat. Reprehendat proditor: sed à Christo ipse reprehenditur. Haec ille. A V T H O R. Attendat hoc Wicleff, & videat, an ipse non sit istiusmodi proditor, & prauaricator euangelicae gratiae: quia non potest ferre odorem vnguenti, qui remittit foetorem delicti. Vult cum inistris, & inauditis glossis resurrectionem Lazari repellere: & solutionem apostolicae repugnare, dicens: non esse solutionem remissionis, sed praedicationis: Ambrosio hic dicente apostolicam remissionem: non dicit praedicationem. Bene conscius, inquit, quod omnes apostolicae remissionis perfudisset vnguento. Si autem apostolica remissio fuerit, aliquanta remissionis peccatorum erit solutio Lazari à Christo discipulis imperata.

Quod absolutio sacramentalis commissa diuinitus sacerdoti, praecedat sententiam absolutionis caeli.

C A P. CXLIII.

S V M M A.

- 1 Absolutio sacramentalis sacerdoti diuinitus commissa, quod praecedat sententiam absolutionis caeli, contra Wicleff ostenditur.
- 2 Petri sententia, quae non praecedat, sed sequatur sententia caeli.
- 3 Gregorius quid de solutionis ordine ad pastores ecclesiae dicat. Et quanta cautela habeant ligare, & soluere.
- 4 Sententia etiam iniuste lata, quod sit timenda.
- 5 Wicleff, qui semper pugnat pro sua libertate, qua quis stet suo iudicio pro commissis, refutatur. Et plura ibi contra eum ex Augustino, Hieronimo, & Ambrosio adducuntur.

Occur-



Wicleff.

Currunt his scripturis sine scriptura, vel autoritate expressa Wicleff lib. suo ad Papam, capitulo secundo: strepens, & gannies, quod stultitia foret equum caecum in fundabilia, & inopinabilia de seipso presumere. Quantuncumque (inquit) magnus fuerit Christi episcopus, non potest quenkam absolue re, nisi de quanto contritus prius, & absolutus fuerit apud Deum. Et nunc videtur multis, quod de tanto quilibet simplex sacerdos possit absolue re. Imò cõtritus, quasi securè absoluitur, & si humana absolutio non sequatur. Haec ille. A V T H O R. Non dubium legenti est, quin vocet hic Papam equum caecum, nomine illo forsan, quo ipse debuit nominari. Sicut Semeias pseudo contra Ieremiam sanctum inculcat, & allegorizat factum eius haereticis in fine quinti libri super Ieremiam in commentario. Hieronymus, Quod ipse, inquit, merebatur, quasi pseudopropheta, refert in prophetâ, & mendacio praue nit veritatem. Unde & prudentiores putantur filij tenebrarum filijs lucis in generatione hac. Nobisque, agētibus patienter, & expectantibus miserorum salutem praue nit haeretici, & nos suo appellat nomine, ducētes caeci caecos in foueam. Haec ille. A V T H. Hoc accipite, commune esse Wicleuistis, nomine omnino op. pbrii primos esse apud catholicos, sicut Wicleff author eorum pphanus vocat Papam Antichristum, episcopos, caesares, Pseudofrateres, orthodoxos, Cecos, principes, pios seductos, & fatuos. Sed intelligite cum haec auditis, Semeiam pseudopropheta appellare suo nomine Ieremiam, nobis fidelibus agentibus patienter, & expectantibus talium miserorum salutem. Sic nuncupat Papam equum caecum in fundabilia de seipso, & inopinabilia presumētem. Cur hoc? Quia non potest (inquit) episcopus quenkam absolue re, nisi de quanto contritus prius fuerit, & absolutus apud Deum, & tunc quilibet sacerdos potest absolue re, aut certe contritus securè absoluitur, & si humana absolutio non sequatur. Hoc tu simpliciter asseris, nihil probans. At nunc si non fueris equus caecus, cur tu ista in fundabilia tanta fronte praesumas? Respice praecedentia, si absolutio Dei occulta sufficiat, & si non sequatur humana. Quomodo non frustramur euangelium, & claus ecclesiae, quibus dicitur Quaecumque solueritis, soluta sunt? Eque caecus, cur Lazarus suscitatus mittitur ecclesiae ad soluendum: quia tu dicis, quod securè absoluitur, & si humana absolutio non sequatur? Cate-

Hieronym.

rùm noueris absolutionem diuinam in hominem ab humana absolutione sacramentaliter praue nit. Mira res tibi videretur, quod humana solutio diuinam absolutionem quandoque praue nit? Sed dimitte fabulas, dimitte rixas, & blasphemias, & scripturas sacras attende. Matthaei decimo octauo Christus Petro ait. Quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis. Attende, dico verborum seriem, ordinem inspice caelestis licentiae. Quaecumque, inquit, solueris super terram, erunt soluta & in caelis. Non dictum est, quaecumque ligata sunt in caelo, ligabuntur in terra, aut, quae soluuntur in caelo, soluta nolo esse in terra. Non esset ista noua potestas concessa Petro & ecclesiae, qualiter intendebat facere Christus, quia semper in rigore legis hoc habebat homo decretum. Nouum aliquod munus confessioni Petri, Christus rependit, ut quod ipse prius solueret super terram, solutum haberetur in caelis. Sic appendit syllabas euangelicas in sermone de Apostolis Petro & Paulo qui incipit, Gloriosa vobis. Bernardus. Quid illo potentius, cui & terra obediuit, cum mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius se calcabile praebuit? Qui Simonem magum spiritu oris sui in aere attigit? Qui claus regni caelorum tam singulariter accepit, ut praecedat sententiam caeli sententia Petri? Denique, Quaecumque ligauerit super terram, erunt ligata in caelo, & quaecumque soluerit is super terram, erunt soluta & in caelo. Haec ille. A V T H O R. Attendat nunc proteruus haereticus, qui priuilegium Christi rescindere non veretur, verba ponderet cum Bernardo, hoc, quod concedit Christus, est, quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis. Negat hoc haereticus, sed conuertit dicens. Quodcumque ligatum est in caelo, tu ligabis super terram: & quod solutum fuerit, tu solues in terra. Et quale hoc priuilegium Petri apostoli? Hoc Moyses potuit, hoc Eleazarus. Imò hoc Pilatus, hoc Caiphaz potestate si bi data diuinitus. Sic potuit verò ligare super terram, sic soluere Iulianus. Ecce quibus in potestate ligandi & soluendi parem fecit primus apostolum, qui tantum meruit beatificari pro confessione filij Dei viui. Quantuncumque fuerit magnus episcopus (inquit) non potest quemquam absolue re, nisi contritus fuerit prius, & absolutus apud dominum, & sic contritus securè absoluitur à quolibet sacerdote, imò & si nulla absolutio hominis consequatur. Reducamus ista ad verba euangelij, & tunc minus adhuc habebit Petrus, quam diximus. tunc enim erit sensus verbi Christi. Quodcumque solueris

Bernard.

Wicleff.

super terram, non erit omnino solutum, nisi prius solvatur in caelis. Et tunc securè absoluitur, tametsi tua absolutio non sequatur. Gaudet iam sanctus Petrus, & beatum se asserat in tanto privilegio ab ore Christi sibi concessio, & suæ ecclesiæ hic in terris. Videtis iam fideles, quàm veraciter dixerat Augustinus taliter aberrantes de potestate clauium frustrari Christi euangelium? Clarè videtis aliud esse, quodcunq; solueris super terram erit solutū & in caelis, quàm quod peruertit Witcleff dicens. Quodcunq; solutum fuerit in caelis, tu solue super terram. Prima est prærogatiua Petri & ecclesiæ, secundum quam verè præcedit sententiam cæli sententiâ Petri. Non quòd sententiâ Petri sit eo honoratior diuina sententia quia prior, sed quòd sit per sequentem sententiam confirmata, ideo melior. Sic in ordine iudiciario minor iudex præcedit, maior confirmando subsequitur. Vnde lib. de vera & falsa pœnitentia. capite. 9. Augustinus. Dicit enim. Quodcunq; solueris super terram, soluetur in caelis. hoc est. Ego Deus, & omnes ordines cælestis militiæ, & omnes sancti in mea ecclesia laudant vobiscum, & confirmant quod ligatis, & soluitis. Non dixit: quod putatis ligare, & soluere. Hæc ille. A V T H O R. Bene dixit, laudant vobiscum, & confirmant quod ligatis, & soluitis. Antè ergo ligauit & soluit per sententiam, quàm per cæli sententiam firmaretur. Et lib. 2. de sacramentis, parte. 14. cap. 8.

Hugo. Petro principi apostolorum dicitur, Tibi dabo clauis regni cælorum. Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in caelis. Non dixit, quodcunq; solueris, hoc est, vt illi dicunt, solutum ostenderis, fuit solutum, sed erit solutum, quia sententiâ Petri non præcedit, sed sequitur sententiâ cæli. Ne autem hoc soli Petro concessum esse putet, audi quid omnibus apostolis, ac per hoc omnibus apostolorum successoribus, & apostolorum vice fungentibus dicat, Accipite (inquit) spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Vbi dixit, si eis ostenderitis, fuit? Nusquam hoc dixit, sed dixit, si feceritis, erit. Hæc ille. A V T H O R. Conuenit Hugo cum Bernardo in hoc, quòd sententiâ Petri non præcedit, sed sequitur sententiâ cæli, probans ex euangelio dicente, Quicquid solueris super terram, erit solutum. non dixit, Cui remiseritis peccata, remissa fuerunt, sed erunt. Quæ futuritio remissionis in cælo sequelam dicit illius sententiæ ad sententiâ Petri iam

Augustin.

Hugo.

in terris datam de præterito. Magna hæc largitas, magna gratia dispensationis diuinæ, quæ non expectat sententiam cæli, sed præuenit eam sententiâ Petri. Et magnus item timor incumbit ferenti primam sententiam, ne propter iniustitiam dissipet eam sequens magni sententiâ iudicis. Prouidere igitur habet, vt quàm potest via rectitudinis obseruata, consequenti eam sententiæ conformet, nec declinet à rectilineo legem condentis, qui infallibiliter nostras ipsas, quas ferimus, iustitias iudicabit. Tractat hanc seriem inter euangelicas homilias, homilia. 26. Gregorius, dicens. Causæ pensandæ sunt, & tunc ligandi, atq; soluendi potestas exercenda. Videndum quæ culpa, aut quæ sit pœnitentiâ secutura post culpam: vt quos omnipotens Deus per compunctio-nis gratiam visitat, illos sententiâ pastoris absoluat. Tunc enim vera est absolutio præfidentis, cum interni sequitur arbitrium iudicis. Quæ bene quadruidani mortui resuscitatio illa significat, quæ videlicet demonstrat, quòd prius mortuum dominus viuificauit dicens. Lazare veni foras. Sequitur. Ex qua consideratione intuumendum est, quòd illos nos debemus per pastorem auctoritatem soluere, quos auctoritatem nostram cognoscimus per suscitatem gratiam viuificare. Quæ nimirum viuificatio ante operationem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Vnde & huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur, reuiuiscite, sed veni foras. Et infra. Veniat itaq; foras mortuus, id est, culpam confiteatur peccator. Venientem verò foras soluant discipuli, vt pastores ecclesiæ ei pœnam debeant amouere quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Hæc de solutionis ordine breuiter dixerim, vt sub magno moderamine pastores ecclesiæ vel soluere studeant, vel ligare. Sed vtrum iuste, an iniuste obliget pastor: pastoris tamen sententiâ regi timenda est, ne is, qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiâ ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absoluere in discretè timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste, ne pastoris sui iudicium temerè reprehendat, ne & si iniuste ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia culpa, quæ non erat, fiat. Hæc ille. A V T H O R. Ex his euident, quanta cautela pastor habet ligare, & soluere, vt quadrare possit sententiâ suâ prior sententiâ supremi iudicis, vel corrigentis abusum, vel confirmantis iuste decretum. Sed sit ligatio pastoris iusta, vel iniusta, nolit qualibet audacia recalcitrare ligatus, aut

Gregorius.

Sententiâ, etiam iniuste lata timenda est.

Aliàs in- aut insolescere sic solut⁹, ne reuocet in caput expiandâ suum nouam & inexperiendam sententiam temeritas factionis, & si iam viuificatus prodi re inceperat, interim mortuus decidat infelulchrum. Si verò quis obijciat, asserēs, quòd Witcleff bene dixerit, nullum posse solui à sacerdotè, nisi prius solvatur à Deo, eo quòd dicat Gregorius, quòd prius dominus mortuum viuificauit, quàm discipulis tradidit ad soluendum. Dicimus aliud esse viuificare, aliud iubere foras exire, & tertio tunc aliud ad iussum domini soluere super terram, vt succedat quartum in ordine soluere super cælum. Et si suscitare iam mortuum ad vitam gratiæ, est ipsum soluere, vt quid postremò traditur ad soluendum? Idcirco bene dixit Augustinus supra, Suscitur ad vitam, sed nondum est liber ad ambulandum. Quauis eo ipso, quo quis rectè pro peccato compungitur, Witcleff ipsi promittat ab omni ligamento ecclesiæ libertatem, & hortetur ad eam. ca. 24. dialogi. Prospiciamus (inquiens) in lege perfectæ libertatis quid præcipitur, & mandatur à domino. & illud perficiamus, & à vitio abstinemus absq; attendentiâ ad leges ordinatas nouiter, & est satis. Sequitur. Consideret fidelis omnipotentiâ Iesu nostri, & traiciat totam intentionem animi ad futurum, viuendo perfectius vt prodest ecclesiæ, & de vitata mala præterita pœniteat, cõfirmans in ipso met propõsitum non vltius sic peccandi, & (vt videtur mihi) sufficit ad saluationem, quo modocunq; superiores contrariantur isti sententiâ. Hæc Witcleff. A V T H O R. Hanc t̄ in isto processu vocat legem perfectæ libertatis, qua quis stet suo iudicio pro commissis, ne item stet pro publicis, vel priuatis delictis arbitrio præfidentis. Quantum ista libertas publicis legibus deroget, videndum est postea. Quantum autem consonet hæresi Pelagianæ, quæ propter libertatem hominis non attendit Dei gratiam in sacramentis, ipsa se monstrat. Sicut enim propter libertatem hominis dixerunt Pelagiani quilibet hominem committi suo iudicio, non autem gratiæ Dei, intantum vt negarent paruulos baptizandos, vt per gratiam sacramenti tolleretur eis peccatum, ita consequenter sine gratia cuiuslibet sacramenti dixerunt eum sua libertate posse saluari. Qualiter libro .5. contra Iulianum. cap. 14.

Pelagia. differit Augustinus. Ibi tu exclamas. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, qui extra futuram operum retributionem ex multa parte liberum arbitrium formam voluit implere iudicij! Iustissimè enim sibi bonus ho-

Witcleff.

5

Pelagia.

Augusti.

mo malusq; committitur, vt bonus se fruatur, & malus se ipse patiat. Quæ prorsus exclamatio, & declamatio tua ad rem nõ pertinet, qua te sentis vrgeri, nec clamore tuo pondus, quo premeris, subleuas, impiũ dogma vestrũ mordicus tenens, quo vobis placet etiam bonum hominem diuino iudicio sibi queng; cõmitti, ne scilicet necessaria sit Dei gratia velut idoneo qui semetipsum agat. Sed absit vt ita sit. Prorsus qui sibi cõmittuntur, & à semetipsis aguntur, non sunt boni, quia non sunt filij Dei. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, ij filij Dei sunt. Hæc ille. A V T H O R. Ecce quæ iste hæreticus Iulianus quauis nebulosis verbis astruxit quilibet hominem citra magnũ iudiciũ Dei iudicio suo susti per libertatẽ arbitrij, hoc ne necessaria sit Dei gratia, inquit Augustinus. Et in quo distat Witcleff ab eo, exhortans homines inspecta lege libertatis suæ perfectæ, non attentis legibus ordinatis, committere se iudicio cordis sui, vt per se pœniteant, & vltius peccare non proponant, ne scilicet necessaria sit sibi gratia sacramenti, quia hoc sufficit ad saluationem, inquit. Vterq; cõmittit hominẽ libero iudicio, vt euacuet gratiam Dei: hic in sacramento, ille in animo. Sed ad vtrumq; respondens Augustinus, Absit (inquit) prorsus qui sibi committuntur, & à semetipsis aguntur, non sunt boni, quia non sunt filij Dei. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Quicunq; ergo spiritu Dei agitur, is Pelagianus est, gratiam Dei postponens propriæ libertatis iudicio. Cum tamen æque sui liber esset, si gratiam Dei in sacramentis liberè præoptaret. Nec credat Witcleff aliqua ex parte mutilari libertatem hominis, quando liberè se committit diuinæ gratiæ diti sacramentis. Fidei enim sacramenta sunt, & ideo non ex necessitate violenter, sed ex potestate gratiam administrant. Vnde in primo lib. de trinitate in principio Hilarius. Recipientes eum, filij Dei facti sunt, nõ ortu carnis, sed fidei. Esse autem filios Dei, non necessitatẽ esse, sed potestatem, quia proposito vniuersis Dei munere, non natura gignentium afferatur, sed voluntas præmium consequatur. Hæc ille. A V T H O R. Non ergo est his, vel illis confessionis sacramentalis necessaria gratia propter ordinationem aliquam Dei in illis vltra alios peccatores, quã ex primordijs suis cõtrahunt, sicut dicit Witcleff confessionem aliquibus ex suppositione necessariã, & sic simpliciter, quia non ortu carnis, id est, sui suppositi, fiunt homines filij Dei, neq; necessitate (inquit) sed potestate, quia proposito Dei mune

Hilarius

re sacramentorum in munere, voluntas præmium consequetur, si capiat. Necesse est autem eum capere, si velit consequi præmium, vel abolere delictum. Ante omnia verò cauendum, ne quisquam peccator aurem inclinet consilio Wicleff, & seipsum sum iudicem in peccati dimissione constituat, ne auctoritatem irritans sacramenti in poenitendo committat, de quo postmodum egeat poenitere. Hoc est documentum sancti patris Ambrosij lib. 2. de poenitentia, ad finem, dicentis. Ista grauis culpa est conscientie, vt sine iudice ipsa se puniat, & se velare cupiat, & tamen apud Deum nuda sit. Et ideo nemo in peccato positus arrogare sibi debet auctoritatem, aut vsurpationem sacramentorum, quia scriptum est. Peccasti? quiesce. Sequitur. Melius est ergo tunc quiescere, cum exercere non queas opera poenitentia, ne in ipsa poenitentia fiat, quod postea indigeat poenitentia. Quæ si semel fuerit vsurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & auferit vsus posterioris. Hæc ille. A V T H O R. Dicat modo Wicleff, quæ sit poenitentia vsurpata, quam supponit Ambrosius, & quæ non iure celebrata. Non prima, quæ est cordis. Nullus enim vsurpat, & si corde doleat de delictis. Non secunda item poenitentia sua, vt quis voce coram Deo peccata cognoscat. Ergo penes tertiam, quæ debet esse confessio homini specialis, contingit vsurpator esse, qui eam contemnit, aut censet inutilem, qui suo iudicio poenitere contedit. Melius est quiescere (inquit Ambrosius) ne in ipsa poenitentia fiat, quod postea indigeat poenitentia. Quid hoc? Si semel poenitentia fuerit vsurpata, nec iure celebrata coram sacerdote potestatem habente. Hoc est verum (inquit Wicleff) de eo, quem sic Deus instituit poenitere. Ambrosius e contrario dicit. Nemo in peccato positus, arrogare sibi debet auctoritatem, aut vsurpationem sacramentorum. Iunge ista sequentibus, & habebis, quod nemo arrogare sibi debet auctoritatem poenitentia sacramentalis positus in peccato. Si nemo: quilibet ergo peccator in sacramento publico ecclesie poenitere debet, si non vsurpatorio poenitendo iterum voluerit poenitere, quod arroganter poenituit.

Quod clauis ecclesie sunt scientia, & potestas, habens auctoritatem dimittendi peccata vice Christi.

C A P. CXLV.

- 1 Wicleff, qui potestatem clauium non considerat, sed fictitiam esse inquit, confutatur
- 2 Ambrosij contra Nouatianos dictum, quod sacerdotes sibi à domino uendicent ius dimittendi peccata in foro poenitentia, sicut & in baptismo.
- 3 Bedæ dictum de concursu Dei cum hominibus in causalitatibus gratiarum.
- 4 Augustinus quid de clauibus regni celorum, quas Christus dedit ecclesie, dicat.
- 5 Clauium ecclesie auctoritas & quidditas ex Ambrosio.
- 6 Clauium potestas, quod sit uera peccatorum dimissio, aut obduratorum detentio &c. Et quomodo qui hoc negat, aut negligit dari sibi in ecclesia, exors sit ad ueniã, ex Augustino.
- 7 Sagarellorum, & Valdensium error de potestate Papæ, & quomodo hunc sequitur Wicleff.
- 8 Petrus quare inter omnes apostolos ecclesie catholice personam sustineat in suscipiendo clauis pro tota ecclesia. Et plura de hoc ibi.



Clauium potestatem Wicleff non considerat, quia fictitia est inquit, quarto trialog. ca. 32. Eadem est consideratio fictitia clauium Antichristi, nam foundationi earum non oportet fidelem insistere. Et de confessione ca. 4. dictum est diffusè alibi, quod istæ clauis non sunt potestates spirituales datæ specialiter nostris sacerdotibus ad tollendum peccata hominibus, quia hoc est agno proprium. Sed istæ clauis sunt potestates, & scientia ad de uiantibus iudicandum conformiter voluntati diuinae secundum iudicium legis Dei. Hæc Wicleff. A V T H O R. Non hæreat hic quisquam pro verbo, tollendi peccata, quod appropriatè dicitur de agno secundum prophetiam Ioannis, & ideo solent doctores hoc Christo seruari pro proprio, vt Beda in primam canonicam Ioannis, & alij. Nec tamen in hoc recedunt à communi sensu ecclesie, quem super librum Numerorum Homilia. 24. vetus distinxerat Origenes. Intuere (inquit) totius mundi, id est, caelestium, ac terrestrium, & inferorum purificationem. Vide quantis indigeant ista omnia hostijs, quantos requirant vitulos, quantos arietes, quãtos hircos. Sed in his omnibus vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum. Et ideo cessauerunt cætera hostia, quia talis fuit hæc hostia, vt vna sola sufficeret pro totius mundi salute. Ceteri enim precibus peccata, hic

peccata, hic solus potestate dimisit. Dicebat enim, Fili, remissa sunt tibi peccata tua. Hæc ille. A V T H. Non ergo ceteri non potuerunt peccata dimittere, quia solis precibus dimiserunt, & agnus potestate, sed ideo agnus potentia propria potuit peccata dimittere. Ceteri verò, vt apostoli, & sacerdotes, solo ministerio. Vnde Nouatianorum dogmatis est illud Wicleff principium. Clauis non sunt potestates spirituales datæ specialiter nostris sacerdotibus ad tollendum peccata hominibus, quia hoc est agno proprium. Contra quos, & Wicleff itas sic arguit lib. 1. de poenitentia post mediū
 2 Ambrosius. Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est. Quid interest utrum per poenitentiam, an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes vendicent? Vnum in utroque ministerium est. Sed dicitis, quia in la uacro operatur ministeriorum gratia. Quid in poenitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? Vbi vultis vendicatis vobis Dei gratiam, ubi vultis repudiatis. Sed hoc insolentis arrogantia, non sancti timoris est, vt fastidio vobis sint, qui volunt agere poenitentiam, perpeti videlicet fletus: lachrymas non potestis audire, non ferunt oculi vestri vestimentorum maculas, illuuiem sordidatorum, superbo oculo, & tumido corde delicati, indignanti voce dicentes singuli. Noli me tangere, quia mundus sum. Hæc ille. A V T H O R. Consequenter fidei armat contra Nouatianos Ambrosium. Si per hominem in baptismo peccatum potest remitti, ergo & per hominem in foro poenitentia. Primum non negabant per fidei Nouatiani. Et quid interest (inquit Ambrosius) utrum per baptismum, an per poenitentiam hoc ius sibi datum vendicent sacerdotes? Ex hac fide patris Ambrosij ius dimittendi peccata in utroque sacramento datum sibi à domino vendicant sacerdotes. Et patet, quam profundum mendacium fecit Wicleff in sermone dominicali. 46. super euangelia, vt habet discipulus eius author Floreti in vocabulo, Confessio, quod solus Deus habet potestatem dimittendi peccata hominum, quia sanctus Petrus dixit Simoni Mago orare Deum, vt dimitteret sibi, & non accepit potestatem super se dimittendi peccata hominis. Hæc Wicleff. A V T H O R. Primum, iste non attendit, quomodo posset sibi dici. Ergo nec Christus potuit seruare discipulos suos à malo, quia ipse orauit patrem seruare eos, nec potuit sanctificare eos, quia rogauit patrem sic facere. Ioannis. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo,

quos dedisti mihi. Cum essem cum eis, ego seruabam eos. Nemo de his perijt, nisi filius perditionis. Et infra. Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Et item iuxta argumentum suum diceret Christum non potuisse dimittere peccatum mortis suæ ignaris Iudeis, nec accepisse super se potestatem dimittendi eis illud peccatum, eo quod oraret patrem hoc facere. Luc. 23. dicens. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Stoliditas ergo in intellectu huius expositoris, ac item malitia in affectu deiecerunt eum in heresim Phariseorum calumniantium Iesum Christum, quia ipse homo peccata dimitteret. Lucæ. 5. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Et Lucæ. 7. Quis est hic, qui etiã peccata dimittit? Vnde inde errabant isti: quia neminem putabant posse peccata dimittere, etiam nec Christum hominem per commissionem, quia solus Deus potest hoc per auctoritatem supremam. Et ideo ad mentem illorum respondens Christus, ait. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tibi dico, surge. Vnde super eum passum in commenta. Lucæ. libro. 2. capite. 6. Beda. Verum dicunt scribæ: quia nemo dimittere peccata nisi Deus potest, qui per eos quoque dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. Et ideo Christus verè Deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi Deus potest. Verum Deo testimonium reddunt, sed personam Christi negando, falluntur. Hæc ille. A V T H O R. Bene exprimit Beda logicam de concursu Dei cum hominibus in causalitatibus gratiarum dicens, Nemo dimittere peccata nisi Deus potest, qui per eos quoque dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. In quo dicto concedit solum Deum peccata dimittere, & tamen homines posse peccata dimittere: non autem per primam influentiam, vel concursum. Vnde ibi non excluditur ab homine actus dimittendi secundum rem ipsam totam, sed secundum modum. Quæ utique logica est creberrima in scripturis, vt ibi. Nemo bonus, nisi solus Deus, id est, nemo sic bonus, putat per essentiam. Et ibi. Est peccatum in spiritum sanctum, quo qui peccat, non remittitur ei, id est, aliquod datum peccatum, non autem peccatum quodlibet in eum commissum. Et non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, id est, non sic principaliter sicut spiritus. Et nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, id est,

nisi aliquo modo signato manducaueritis incorporati Christo per fidem, prout exponit hæc & plura beatus Augustinus sermone. 11 de verbis domini. Ignorantia ergo huius logice scripturarum fecellit Wicleff de dimissione peccati per hominem, sicut scribæ fallebantur negantes ex eodem assumpto Christi per sonam. Sed ecclesia Christi non fallitur, prospiciens clarè, qualiter Christus ideo dedit Petro claves regni cælorum, dicens Matthæi. 16. Tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Quid ligaret Petrus, aut solueret, nisi peccata hominum dimittendo, vel retinendo? Aperta est scriptura, & plana, dissimulari non potest. Wicleff autem lucem eius obnubilare conantes, sollicitè valde discursant nunc hac via, nunc illa: si quomodo possint aures fascinare fidelium, ne credant verum esse, quod audiunt, & à mille annis item ab ipsis apostolis audierunt. Tractatu de Papa. capi. 7. Wicleff dicit has claves esse scientiam, & potestatem sacerdotis prædicandi, & exempla virtutum præbendi fidelibus, vnde obferentur à vijs inferni, & aperiantur eis aditus paradisi. Sed cum ista non sunt sic appropriata ordinatis presbyteris, quoniã boni laici, & fœminæ secundum eum possunt sic aperire, & claudere meatus fidelibus, quomodo sunt istæ claves appropriatæ datæ sacerdotibus: sicut ipse scribit superius. Idcirco in quodam tractatu de clauibus. Non (inquit) fuit alia potestas ligandi, & soluendi, quam à domino acceperunt apostoli, nisi quãdo prædicabant populo fidem Christi, & baptizabant in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, dicentes eis, quod per fidem Christi Christus, qui est Deus, & saluator, dimittit eis peccata, quæ fecerant. Nec aliquis apostolorum accepit aliam potestatem super se ad dimittendum peccata hominum, nisi isto modo, dicendo semper eis, quod Deus semper est dimissor peccati. Hæc Wicleff. A V T H O R. Et ista via ita est inflata vt alia: quia item laici, imò pueri ludentes possent dicere, quod per fidem Deus peccata remittit. Et nunquid per hoc funguntur clauibus scientiæ & potestatis cum apostolis? Omnia ista facit, vt clauibus Petri fraudet ecclesiam, ne possit per excommunicationem, vel absolutionem peccata hominum ligare, vel soluere, aut in priuata confessione hominum peccata remittere. Quod planè confitetur predicto cap. 7. de Papa. Quod (inquiēs) claves istæ specificantur ad excommunicanda,

tiones, & absolutiones, Deus huius seculi per factum, & auaritiam cæcando simplices, introduxit. Hæc Wicleff. A V T H O R. Nescio vtrum in oculis huius superbi Ambrosius reputetur sic simplex, aut seculi huius Deus, aut vtrum Augustinus. Ipse enim planè dicit libro primo contra aduersarium legis & prophetarum post medium sic. Claves ꝑ quippe regni cælorum sic Christus dedit ecclesiæ, vt non solum diceret: Quæ solueritis super terram, soluta erunt & in cælis: vbi apertissimè bonum, non malum pro malo reddit ecclesia, verum & adiungit, Et quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælo. quia bona est & vindicandi iustitia. Illud enim, quod ait: Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, graui⁹ est, quàm si gladio feriretur, si flammis absumeretur, si feris subigeretur. Nã ibi quoq; subiunxit, Amen dico vobis, Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælis: vt intelligeretur, quàm grauius sit punitus, qui velut relictus est impunitus. Sequitur. Ecce ab hominibus non reddentibus malum pro malo alligatur homo amari⁹, & infelici⁹ ecclesiæ clauibus, quàm quibuslibet graui⁹ ferreis, vel adamantinis nexibus. Hæc ille. A V T H O R. Ecce Christus dixit, quæ ligaueritis in terra, erunt ligata in cælo, quia bona est vindicandi iustitia: & hanc vocat graui⁹ clauem omni nexu ferreo duriorē, per quam fit ecclesiæ sicut ethnicus, & publicanus, siue puniatur clauibus, siue per claves relinquatur impunitus, puta per sententiam. Ambrosius item ipse accedat, & auctoritatem, & quidditatem clauium ecclesiæ Christi nobis exponat in libro suo. 1. de poenitentia ante medium. vbi dicit. Non ꝑ habent Petri hæreditatem, qui fidem Petri non habent, quã impia diuisione dispergunt. Sed hoc improbè, quod etiam in ecclesia donari peccata negant posse: cum Petro dictum sit, Tibi dabo claves regni cælorum: & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Cum ipse vas electionis dominicæ dicat. Si autem cui quid donastis, & ego. Nam & ego quod donauit, propter vos in persona Christi. Cur igitur Paulū legunt, si eum tam impiè arbitrantur errasse, vt ius sibi vendicaret domini sui? Sed vendicauit acceptum, non vsurpauit indebitum. Vult dominus plurimū posse discipulos suos. Vult à seruis suis ea fieri in nomine suo, quæ faciebat ipse positus in terris. Deniq; ait, & maiora his facietis. Dedit vt mortuos resuscitarent. Et cum ipse Saulo reddere posset vsum videntem, eum

di, eum tamen ad Ananiam, discipulum suum misit, vt eius benedictione Saulo refundentur oculi, quos amiserat. Petrum quoq; secum in mari iussit ambulare, & quia titubauit, reprehendit illicò, quod doni gratiam fidei pusillanimitate minuisset. Dedit etiam discipulis, vt lux mundi essent per gratiam, qui erat ipse lux mundi. Qui descendurus esset de cælo, & in cælum ascensurus. Eliam ad cælum leuauit, inde eum terris complacito redditur⁹ tempore. Baptizandis quoq; in spiritu sancto & igni, per Ioannem baptismatis sacramenta præmisit. Omnia denique donauit discipulis suis, de quibus ait. In nomine meo dæmonia eijcient. &c. Omnia ergo hæc dedit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce claves Petri quid sunt, cū nec ipsi habeant fidem Petri, nec eius hæreditatem, qui donari in ecclesia peccata negant: cum Petro dictum sit, Tibi dabo claves regni cælorum, quodcunque ligaueris. &c. Ergo hæc sunt claves datæ Petro & apostolis de donatione, & dimissione criminum, & cuius iuris sunt, vel auctoritatis, Paulus ipse manifestat, non solum prædicando, vel dicendo ad populum Christum dimittere: sed ipse in persona sua exequens, & donationem factam per alios ipse confirmans in persona Christi. Et in hoc ius sibi domini vendicauit, inquit Ambrosius, quia dominus hoc dedit discipulis facere quod suum erat: quia & maiora facere, quàm ipse fecit. Est ꝑ ergo potestas clauium veram peccatorum dimissionem, aut obduratorum detentio: & ius illud, vel auctoritas idem in eis, & in Christo: quia quicquid fit, fit vtique in persona Christi. Has claves, hanc auctoritatem q̄ negat, aut negligit dari sibi in ecclesia, exors est à venia, prout in Enchiridio. cap. 46. intelligit Augustinus, dicens. Non solum cum agitur poenitentia, verum etiam vt agatur, Dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret Apostolus de quibusdam, Ne forte det illis Deus poenitentiam. Et vt Petrus amarè flet, præmisit euangelista, & ait. Respexit eum dominus. Qui verò in ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam diuini muneri largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritu sanctum, in quo Christus peccata dimittit. Hæc ille. A V T H O R. Ecce poenitentia de Dei misericordia agenda est. Et insinuans poenientiæ genus. Qui in ecclesia (inquit) remitti peccata contemnit, & in hac obstinatione decedit, peccat irremissibili peccato in spiritu sanctum: intelligēs remissionem peccatorum in ecclesia de clauium

potestate. Vnde in libro de agone Christiano. cap. 18. idem Augustinus. Nec eos audiam⁹, qui negat ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Ita que miseri dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas ecclesiæ claves regni cælorum, ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt, qui viduas, si nupserint, tã quàm adulteras damnât, & super doctrinam apostolicam se prædicat esse mundiores, qui nomen suum si vellent agnoscere, mundanos se poti⁹, quàm mundos vocarent. Hæc ille. A V T H O R. Eant nunc Wicleff, & discipuli eius Purney, & author Floreti, exquirentes quomodo claves ecclesiæ dicantur prædicationes sacerdotum, non retentionis, aut solutionis peccatorum potestas, & scientia: dum Augustin⁹ omnino tales assertores prohibet audiendos. Illicò hæc auctoritatem fugit Wicleff à procul: & currit ad vitæ dissimilitudinem, vt ibi nidificet sibi fugam. 4. dialogi. ca. 23. Quãtum ad illud dictum Christi, Matthæi 16. Quodcunque ligaueris super terram erit &c. quærat fidelis à pseudoepiscopo hoc dictum domini allegante, si ex sanctitate vitæ suæ, quæ sit vitæ Petri similis, sit verus Petri vicarius. Quod si presumptuosus hypocrita frōtosè sic asserit: quærat prudenter similitudo vitæ illius ad Petrum, & specialiter in gratia faciendi miracula, & humili paupertate. Petrus enim non presumpsit se habere huiusmodi potestatem. A quo signo ergo hypocritalis sic asserit, cum contentiosa & defensata assertio contradicit, & tamen non probat, nec sufficit probare quod sit verus Petri vicarius, aut membrum ecclesiæ? quid ad illum, quod Deus beato Petro potestatem huiusmodi repromisit, cum ille nec sit Petrus, nec ex humilitate, & sancta vita eius vicarius? Hæc Wicleff. A V T H O R. In hac glossa sua fallaci corruptente textum Christi de potestate clauium contra se scripsit, nec tamen pro fidei veritate conscripsit. Quam vtique nõ à se, sed à magistro suo hæretico seniori Sagarello de Parma transumpsit. Vnde libro hæresum Guido Carmelita. Tertius error eorū est, quod Papa neminē potest absoluere, nisi foret ita sanctus, sicut beatus Petrus, & in tanta paupertate, & in tãta humilitate. Hæc ille. A V T H O R. Et hæresis Waldensium vtebatur item hoc eodem principio, qualiter libro. 2. sui quadriper titi. ca. 5. Alanus. Quod autem illis solis potestas ligandi & soluendi data sit, qui doctrinã simul, & vitam apostolorum seruant, varijs auctoritatibus conantur probare. Ait Augustinus in libro de baptismo. Remissionē peccatorū

Wicleff

Idem.

Idem

Augusti.

Ambrosius

Augustin.

Augustin.

V Wicleff.

Sagarellus. Guido Carmelita.

Alanus.

VWitleff

catorum vel per seipsum facit De⁹, vel per columbæ membra. Hæc ille. A V T H O R. Sed veniamus ad Witcleff. Nam (inquit) cum claves istæ sint scientia, & potestas prædicandi Dei misericordiam remissionem peccaminum istas claves habebat synagoga veterum Iudæorum diu ante Petrum, & ecclesiam. Has exercebat Dauid, cum diceret. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem &c. Aut nunquid etiam Ieremias dicens: Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus suū aduersum eam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerē ei? Aut propheta ali⁹ dicens, Quacūque hora ingemuerit peccator &c? Aut Iesus filius Sirach. Ante mortem cōfiteri. Sequitur. Et, Gloraberis in miserationibus illius. Sed & scribæ, & pharisæi, qui legerunt istas prophetias in templo quotidie, de quibus ait Christus. Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Et tamen quæ similitudo illorum ad vitam Petri? Has claves habebat Petrus in discipulatu Ioannis. In quo ergo remuneravit eum saluator, aut per eum ecclesiam pro cōfessione illa filij hominis, tradens ipsi claves, quas ante habuit, & tota ecclesia Iudæorū sic in dyfcolis sicut modestus? Aut si dubites scribas, & pharisæos prædictos illas claves habuisse, tamen audisse poterat dicere Christum eis. Veh vobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ. Ipsi non introistis, & ipsos, qui introibant, prohibuistis. Et libro. 2. cōtra aduersarium legis & prophetarum Augusti. Quod ait dominus ad Iudæos: Neque me nostis, neque patrem meum: sed nec verbum Dei habetis in vobis, quod utiq; contrarium non est ei, quod dixit, Tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis. In seipsis enim verbū Dei nō habebant, sed habebāt in literis, quas legebant. Nam si haberēt in semetipsis, & ipsi intrarent, & alios intrare permetterent. Non intrare autem, est non intelligere. Ecce quare nec ipsum nōuerant, nec patrem eius, quia nō intelligebant, quod legebant: non quia Deū, & Christum non prædicauerant, quos legebant. Hoc est ergo intrare, non esse contentū superficiē literæ, sed ad interiora intelligentiæ peruenire. Hæc ille. A V T H O R. Ergo Christum prædicauerāt, & Deum, qui tulerūt clauē diuinæ scientiæ. Quæratu itē prudēter similitudo vitæ Ioannis Baptistæ ad Petrum, & specialiter in gratia faciendi miracula, qui ex scripturis nostris signa non fecit: & tamen

Augusti

ipse virtute harum clauium scilicet prædicare populis poenitentiam in remissionem peccatorum. Si pro clauibus dicis, quas tenet ecclesia, quid ad ipsum, quod Deus beato Petro potestatem huiusmodi repromisit, cū ille non sit Petrus, nec ex humilitate, & sancta vita ei? vicarius? Et ego quæro quid ad Iudæa proditorē de potestate illarum clauium, qui nec Petrus erat: nec ex humilitate, & sancta vita eius vicarius: quanuis in gratia miraculorum, & prædicatione remissionis peccatorum non dissimilis? Et nonne claves illas accepit simul cū alijs in partibus illis Cæsareæ? Ipsas, inquam, vna voce, & vice donatas, nec ad eum claves æqui uocas quantum ex scripturis fidelium nunquam nosti probare. Quas item claves habet quisquam apostolorum pro tempore suæ infidelitatis in triduo, aut Thomas pro octo diebus sequentibus: quorum nullus erat pro tunc Petro similis in gratia faciendi miracula nec ex humilitate, & sancta vita eius vicarius? Nec ipsum Petrum excipio: sed saluo titulo gloriæ eius, nunquid ipse similis sibi erat semper in humilitate, & sanctitate vitæ? Quod si quandoq; ab illa sanctitate vacauit: nunquid fugerant ab illo claves? & vbi redditas ei legemus? Vide quas ineptias circa fidem ingerūt Witcleuistæ. Sed in de agone christiano. cap. 17. partes recitat Augusti. Nusquam (inquiēs) tam vigere debere viscera misericordiæ, quam in catholica ecclesia, ut tanquam vera mater, nec peccatibus filijs superbe insultet, nec correctis difficile ignoscat. Nō igitur sine causa inter omnes apostolos huius ecclesiæ catholice personam sustinet Petrus: huic enim ecclesiæ, claves regni cælorum datæ sunt, cum Petro datæ sunt, & cum ei dicitur, ad omnes dicitur: Amas me? Pasce oues meas. Debet ergo ecclesia catholica correctis & pietate firmatis filijs libenter ignoscere, cū ipsi Petro personam eius gestati, & cum in mari titubasset, & cū dominum carnaliter à passione reuocasset, & cū aurem serui gladio præcidisset, & cū dominum ipsum ter negasset, & cū in simulationem postea superstitiosam lapsus esset: videmus veniam esse concessam, eumq; correctum, atq; firmatum, vsq; ad dominicæ passionis gloriam peruenisse. Itaq; postquam persecutio Ariæ nos hereticos facta est: ac postea quam pax, quam quidem catholica in domino tenet ecclesia, à principibus seculi reddita est: Episcopi, qui perfidiæ Arianorum in illa persecutione consenserant, multi correcti redire ad catholicam delegerunt, damnantes siue quod crediderant, siue quod credidisse simulauerant. Hos

Augusti

Hos ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquam Petrum post fletum negationis per galli cantum admonitum, & tanquam eundem post prauam simulationem Pauli voce correctum. Hanc illi matris charitatem superbe accipientes, impiè reprehendentes: quia Petro post galli cantum surgenti non gratulati sunt cū Lucifero, qui manè oriebatur, cadere meruerunt. Hæc ille. A V T H O R. Tene hic in summa causam, qua Petrus plus alijs omnibus sustinebat personam cōmunis ecclesiæ Christi in suscipiendo claves pro tota ecclesia, pro dimittendis peccatis. Non quia humilior, nō quia miraculis crebrior, nō sanctitate vitæ præcellior (ut tu sine authoritate glossasti) sed quia post multa scelera surgens ad gratiam, recolens sui casus esset ad ignoscendum paratior, secundum proprietatem matris ecclesiæ. At cū omnia prædicta mala post acceptionem clauium ipsi contigerant, quantum ad potestatem acceptam, quid ipsi, & priori Petro, cui est omnino in vita dissimilis? Num erat Petrus negans, Petro similis confidenti? aut Petrus percutiens, Petro similis patienti? Et curre per scripturas si vnquam claves postquam Christus eas ipsi commiserat, amisit. Et ergo claves ecclesiæ sunt ad delendum peccata, non illæ claves iudaicæ ad prædicandum remissionem Deū, quia non illas claves suscepisset Petrus iam in persona ecclesiæ, cū antè in prophetis, & patribus erant acceptæ. Sed planè arguit hic Augustinus, quod illas suscepit ad delendum peccata: & hoc non propter sanctitatem vitæ, sed potius post titubationem, post verecundiam, post trinam perfidiam, post vulneris violationem, & post simulationis superstitionem peruersam, propter experientiam veniæ, & per hanc in alios veniæ largitatem. Iam quære prudenter, quid ad episcopum talem, vel talem de potestate Petro commissa? Ego dico in persona ecclesiæ, non quia sanctus est vita, aut ea distortus, sed quia pro vniuersa ecclesia in suis aptis ministris hanc Petrus suscepit, ideo in hæreditatem præcessoris iste succedit. Non igitur Petrus accepit illas claves propter suum meritum personale: non enim tunc essent ex gratia, quia si ex gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Ad Roma. 1. Nec tunc personam eius dominus attendit, sed in vna massa totam ecclesiam, quātō magis non meritum Petri, sed nec superpositum? Vnde sermone. 115. tertiæ partis sermonum, qui incipit, Istum vobis diem. Augustinus. Dominus Iesus discipulos suos ante passionem, sicut nostis, elegit, quos apo-

Augusti

stolos appellauit. Inter hos penè vbiq; Petrus solus totius ecclesiæ meruit gestare personam. Propter ipsam personam, quam totius ecclesiæ solus gestabat, audire meruit: Tibi dabo claves regni cælorum. Has claves non homo vnus, sed vnitas accepit ecclesiæ. Hinc ergo Petri excellentia prædicatur, quia ipsius, & vniuersitatis, & vnitatis ecclesiæ figuram gessit, quando ei dictum est: Tibi dabo, quia omnibus traditum est. Nam vt noueritis ecclesiam accepisse claves regni cælorum, audite in alio loco, quid dominus dicat apostolis suis: Accipite spiritum sanctū. & continuo. Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei, si cuius tenueritis, tenebuntur. Hoc ad claves pertinet, de quibus dictum est, quæ solueritis in terra, soluta erunt in cælo. Sed hoc Petro dixit: vt scias, quia Petrus vniuersæ ecclesiæ tunc personam gerebat. Hæc ille. A V T H O R. Ecce ne meritis vnus hominis Petri reputarentur claves datæ, non, inquit, homo vnus, sed vnitas ecclesiæ accepit. Et quando ei dictum est: Tibi dabo: omnibus traditum est hoc dictum. Sic item habet Augustinus supra. 73. sermone de resurrectione Christi in eadem parte sermonum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Tibi dabo claves regni cælorum: & quæ solueris in terra, soluta erunt & in cælo: & quæ ligaueris super terram, ligata erunt & in cælo. Fides hæc meruit audire, non homo. Nam ipse homo quid erat, nisi quod ait psalmista, Omnis homo mendax? Hæc ille. A V T H O R. Ecce si merita Petri pensantur comparata ad donū Christi, mendacia sunt, & peccata. Sed ergo non Petrus homo ibi attenditur, qui statim post Satanam est dicendus, huic Petro futurus repente dissimilis. Sed fides ecclesiæ resonans per os Petri, & in hac fide Petri recompensationem accipit vniuersalis ecclesia clauium potestatem. Claves autem illas specificat Augustinus contra claves æqui uocas Witcleff dimissionis, & retentionis criminū humanorum. Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cuius tenueritis, tenebuntur. Hoc ad claves pertinet, de quibus dictum est, Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cælo, inquit Augustinus. Quid planius contra fictitias Witcleff, dicentis non esse has dimissionis & solutionis, retentionis & ligationis peccatorum, sed prædicationis, aut dictionis, quod Deus remittit? Quomodo clarius vincendus est Witcleff, cū dicit assertiuè; Petrum nun-

Idem

nunquam accepisse super se huiusmodi potestatem? Augustin⁹ palam dicit: hoc ad claves illas pertinet, Quæ solueritis in terra &c. Et
 Ambrosius libro. 3. de spiritu sancto. capite. 17. Ambrosius. Bonum mihi domine lex oris tui, seruo tuo præceptum tuum. Vñ te esse cum patre ipse dixisti. Qui hoc credidit Petrus, claves regni cælorum accepit, & sui securus peccata donavit. Qui hoc non credidit Iudas, impietate sua se laqueo strangulavit. Hæc ille. A V T H O R. Audis ne? Petrus claves regni cælorum accepit, & sui securus peccata donavit. Quomodo ergo non super se potestatem illam accepit? Accepit planè: nec Christi donum abiecit. Et ideo accepit hanc potestatem, & claves regni cælorum, quia credidit. Iudas autem, quia potestatem Petri non credidit, laqueo se strangulavit. Sic item de perfidis Witcleffis, & omnibus detrahentibus potestati: libro. 1. de doctrina Christiana. capite. 3. Augustinus. Has igitur claves dedit ecclesiæ suæ, ut quæ solueret in terra, soluta essent & in cælo: & quæ ligaret in terra, ligata essent & in cælo, scilicet, ut quis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, non dimitterentur. Quisquis autem crederet, seq; ab his correct⁹ auerteret, in eiusdem ecclesiæ gremio constitutus, eadem fide atque correctione sanaretur. Hæc ille. A V T H O R. Averte, quod has claves dedit Christus ecclesiæ, ut quæ solueret in terra, soluta essent in cælo: non quæ solueret Christus in cælo, prædicaret soluta esse in terra. Ita ergo per has claves peccata dimittuntur, non in cælo tantum, aut primum, sed in ecclesia eius in terra hac, & tunc demum in cælo. Et quisquis non credit sic peccata sibi dimitti in ecclesia, non dimittuntur alicubi, etiam nec in cælo. Ut pateat quam falsè Witcleff assumit, quod null⁹ peccata dimittit in terra, nisi Deus prius ea remittat in cælo. Ordo enim euangelij plane opponitur, dicens prius ea remittenda in terra, & tunc soluentur in cælo, ut tãquam à minore iudice sententia referatur ad maiorem iudicè cõfirmãda.

¶ Alia positio de clauibus, & dimissione peccatorum.

- 1 Deus quod soluat à peccato, & homo etiã. Et quomodo aliter soluat Deus, & aliter homo.
- 2 Deus quod non solus soluit, & sacerdos ostendit, sed uterq; soluit, & ligat. Et quid super hoc dicat Chrysostomus de sacerdotibus legis veteris, & nostris.
- 3 Witcleff, qui ut ecclesiastica detrahat potestati, contra successorè Petri, merita Petri obtendit, Augustini, & Ambrosij autoritatibus cõfutatur.



DUm autem in hac re de clauium quidditate versamur, opportunè tangi possunt, qui dicunt sacerdotes non verè dimittere, vel donare peccata, sed dimissa ostendere. De quorum assertione in sententijs suis Hugo. Dicunt quidam, quod quando sacerdos dicitur soluere, non est aliud, quàm solutum ostendere. Similiter dicitur ligare, id est, ligatum ostendere. Et hæc videntur probare istis autoritatibus. Ait dominus in propheta. Ego solus deo iniquitates, & peccata populi. Item Ambrosius. Ille solus dimittit peccata, qui sol⁹ pro peccatis nostris mortuus est. Sequitur. Sed istas auctoritates ita interpretari debemus, ut non auferamus quam Deus potestatem tribuit hominibus. Dicit nãq; ipsa veritas, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis. Item postquam Lazarum Christus suscitauit, ait discipulis suis. Soluite eũ: hoc nõ fuit tantũ solutũ ostendere, sed soluere. Dicẽdũ est itaque, quod
 ¶ Deus soluit à peccato, & q̄ homo soluit, sed aliter Deus, & aliter homo. De⁹ ex semetipso, & per semetipsum quando vult peccata dimittit. Homines non ex se, sed ex gratia in eis, & per eos operante, peccata dimittunt. Et ita verum est, quod solus Deus peccata dimittit, sicut & illud. Tu es solus, qui facis mirabilia. Et tamen non negatur, quin & homines miracula faciant: sed non ex se, sicut Deus ex se. Hæc ille. A V T H O R. Hoc ipso modo loquebatur ecclesia Christi diebus Ambrosij: sicut ipse scribit libro. 1. de spiritu sancto. capite 8. Nullus peccata donat, nisi solus Deus. Quis magis peccata donat? Nunquid angelus donat? nõ quid archãgelus? Non utiq;: sed donat sol⁹ pater, solus filius, sol⁹ spiritus sanct⁹. Nemo autẽ qđ non potest donare, potest vitare. Sed fortasse dicit aliquis quia & Seraphim dixit Esaia. Ecce tetigi hæc labia tua: & abstuli iniquitates tuas, & peccata tua circũpurgavi. Sequitur.

tur. Sed etiam si Seraphim abstulisset peccata, quasi vnum utique de ministris Dei ad hoc erat ministerium destinatum. Sic enim dixit Esaia. Quia missus est ad me vn⁹ de Seraphim. Et spiritus quidem missus dicitur: sed Seraphim ad vnum, spiritus ad omnes. Seraphim mittitur in ministerium: Spiritus operatur mysterium. Seraphim quod iubetur exequitur: Spiritus quod vult diuidit. Seraphim de loco ad locum transit: non enim complet omnia, sed ipsum repletur à spiritu. Hæc ille. A V T H O R. Ecce ponens primò, quod solus Deus peccata donat, ad hoc tandem descendit, quod creatura ministrando dimittit. Et li. 3. ibidem cap. 18. idem Ambrosius. Nunc videamus utrũ peccata donet spiritus. Sed hoc dubitari non potest, cum ipse dominus dixerit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ecce quod per spiritum sanctum peccata donantur. Homines autem in remissione peccatorum ministeriũ suum exhibent, non ius alicuius potestatis exercent. Neq; enim in suo, sed in patris, & filij, & spiritus sancti nomine peccata dimittunt. Ibi rogant dimittas: donat humanum enim obsequium, sed munificentia superna est potestatis. In baptismo quoque peccata donari non est ambiguum. Hæc ille. A V T H O R. Quam expresse docet Ambrosius, quod docuit Hugo superius, Deũ scilicet donare peccata per seipsum: hominem per ministeriũ, alioquin non posset verum donum Christi esse hominibus, Accipite spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et de obiectis correspondentibus huic dimissioni bene subdit ibidem Hugo. Sed ut apertius videamus, qualiter Deus sine homine soluat, & qualiter per hominẽ, inspiciamus prius quomodo ipse peccator ligatus sit. Duobus enim modis peccator ligatus est, cæcitate mentis, & pro eadebitõ futuræ damnationis. Peccato enim, & pœna peccati tenetur. Per veram cordis contritionem soluitur à cæcitate mentis. Qui enim mortuus fuerat, iam viuit: & quia viuit, interiũs illuminatus est. Sed tamen adhuc debitor est, donec satisfaciatur ecclesiæ. Ecce qui iam de monumento prodijt, si adhuc ligatus est, quia à debito futuræ pœnæ nondum solutus, venit ad sacerdotem, non ut se iustum ostendat, sed peccatorem. Constat peccatum suum sacerdoti, qui ei condignam satisfactionem iniungit. Non enim ad arbitrium suum, sed iuxta arbitrium sacerdotis satisfacere debet, & tunc eum sacerdos absoluit à debito damnationis futuræ, id est, Deus per

sacerdotem. Hæc ille. A V T H O R. Huc ergo cõduxit tractatum sermo Hugonis, quod sacerdos verè soluit homines, & verè ligat, dimittit peccata, & retinet, sed ministerium exhibens, non potestatem suam, sed magis diuinam exercens. Et semper recurritur in priorem sententiam Augustini, quod qui de monumento prodijt, nondum ad ambulandum liber est, donec à sacerdote locum discipulorum habente à reatu soluatur, sicut sermone. 45. de verbis domini docet Augustinus, dicens. Reuixerunt, quibus displicet quod fuerunt, sed reuiuiscetes ambulare non possunt. Hæc sunt vincula ipsius reatus. Opus est ergo, ut qui reuixit, soluatur, & ire permittatur. Hoc officium discipulis dedit, quibus ait. Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cælo. Hæc ille. A V T H O R. Soluunt ergo discipuli Christi vincula vera reatus, & in eis Deus. Vnde. libro. 3. de poenitentia Ambrosius. Neq; enim scilicet Petrus, poterat dubitare d̄ Christi munere, qui sibi soluendorum peccatorum dederat potestatem, præsertim cum versutij hæreticorum locum non deberet relinquere. Sequitur. Sed apostoli hoc habentes secundum Christi magisterium, poenitentiam docuerunt, sponderunt veniam, culpam relaxauerunt. Hæc ille. A V T H O R. Iunge hæc prædictis Augustini, & habebis, quod discipuli secundum Christi magisterium culpam relaxauerunt, dicens eis, Quæ solueritis in terra, soluta sunt in cælo. Et in hoc accepit primò Petrus ex Christi munere potestatem soluendi peccata in seipso, quauis concursu diuino. Nec hoc dubitauit Petrus se posse, ne locum daret hæreticis, hanc viam poenitendi negantibus. Sicut enim non aliud facit artifex, aliud securis, sed vterque fecit, ita ¶ non solus Deus soluit, & sacerdos ostendit, sed vterq; soluit, & ligat. Nam mundatum ostendere, sacerdotum erat veteris legis. Nostri autem sacerdotes hoc habent efficere, prout subtiliter distinguit in. 3. libro. dialogo. capite. 5. Chrysostomus, dicens. Et quidem sacerdotes in veteri testamento habebant potestatem curandi corporis lepram, imò non curandi, sed ostendendi eos tantum, quos constabat fuisse mundatos. Et nostri quantus ibi imminabat labor. At hi non corporis lepram, sed immunditiam mentium non ex parte probandi, sed omnifariam mundandi obtinent potestatem. Propter quod qui despiciunt, magis mihi rei, quàm Dathan, & Abiron videntur, dignique maiore supplicio. Quoniam illi & si indebitum honorem usurpare voluerunt, tamen

men magnam habebant ministerij plus æstimationem, cuius se velle fieri participes vel te meritate docuerunt. Hi verò quanto huic officio plus honoris accessit, & in gloriâ, pmouit amplissimâ, tantò ex aduerso plus quam Dathan, & Abiron, atq; ausu maiore delinquit. Neq; enim æquale peccatum est indebitum honorem velle peruadere: & quod tã magnũ est audere despiciere. Sed tãtò graui⁹ est istud illo, quãtũ distat inter ambitum, atq; despectum. Quis ergo adeò infelix bona tanta contemnat? Non puto prorsus talem inueniri, nisi fortè, qui astutia diaboli commouetur. Nò solum in cõdemnationibus, sed in beneficijs maior virtus sacerdotibus data est, quàm carnalibus parentibus nostris. Sequitur. Hi verò laborantem animam, & iam iam q; perituram saluauerunt frequenter, alios de graui cõdemnatione liberantes, alios verò nec in leuemi finentes incidere. Nec verò hoc solum docendo, ac monendo faciunt, sed etiam orationib⁹ adiuuando. Nec solum quando nos regenerant, sed etiam deinceps potestatem habent indulgendi peccata. Hæc ille. AVTHOR. Videte iam conspicue, doctor iste Græcus sanct⁹ Ioannes Chrysostomus, vnã cum sancto viro Basilio, cui contulit in dialogo præsentis sermonem, hæc nostra dubia de potestate sacerdotum a mouit, & rescacuit errores. Contra opinantes erroneè, quòd sacerdotes Christi soluant, aut ligant solũ ostendendo solutos, aut ligatos: Chrysostomus dixit hoc fecisse legis veteris sacerdotes: sed sacerdotes Christi in omni comparatione præstantes, non corporis lepram, sed immunditiam mentium, non ex parte probandi, sed omnifariam mūdandũ obtinent potestatem. Contra Witcleff, & suos sectatores, qui dicunt sacerdotes Christi per prædicationem, aut dictionem, quòd Deus peccata dimittit, aut retinet: ligat, aut soluit: non autem per aliquam potestatem acceptam. Sic autem soluit, aut ligat Chrysostomus, quòd nò solum monendo, aut docendo, sed etiam orationibus adiuuando hoc faciunt, intelligens orationes sacramentales, quia subdit. Nec solum quando nos regenerant, sed etiam deinceps potestatem habent indulgendi peccata. Vtrunq; ergo errorem ostendentium, & prædicantium in mutilationem sacerdotalis potestatis inuētum iam deiecit Chrysostomus, & veram potestatem indulgendi peccata sacerdoti christiano concedit. Quã quidẽ potestatem tanta veneratione sustollit, tam magnificã prædicat, vt illam nihili pendentes omnes Witcleuistas dicat multò peiores Dathan, &

Abiron, quos hians terra absorbit, quantum distat inter ambitum, & despectum. Ita ergo confessio sacramentalis, & absolutio sacerdotis non erat sine vsu per celebri tempore Chrysostomi inter Græcos. Sed inter omnes detrahentes ecclesiasticã potestati quis sceleratior isto Witcleff? Qui ne parcat blasphemijs, ad scholam Donatistarum se transfert, vbi contra omnes sanctiones patrum didicit à culpis ministrorum Christi prodere sacramenta. Resumo verbum eius supra, quantum ad illud dictum Christi, Quodcunq; ligaueris super terram &c. Quærat fidelis à pseudoepiscopo, si ex sanctitate vitæ suæ, quæ sit vitæ Petri similis, sit verus Petri vicarius. Quòd si præsumptuosus hypocrita frontosè sic se asserit, quæ ratur prudenter similitudo vitæ illius ad Petrum. Sequitur. Et cum non probat, nec sufficit probare, quòd sit verus Petri vicarius, aut membrorũ ecclesiæ, quid ad illum, quòd Deus beato Petro potestatem huiusmodi repromisit? Hæc Witcleff. AVTHOR. Quis j planius errat secundum hæresim Donati? quis aptius imitatur Nouatum? Hi hæretici, & eorũ sequaces contra potestatem malignantes ecclesiæ, confunduntur autoritate scripturæ, donec ad scandala veniãt personarum. Et ibi sub criminibus hominum crimina & scandala ingerunt potestati. Vnde libro de quæstionibus veteris & nouæ legis capite. 102. Augustinus. Si in Christum facta confessio dat salutem, vbi cunq; apud quemcunq; integra fuerit hæc confessio, habet salutem. Itaque si confessionis hui⁹ traditio corrupta est apud nos, aut scelus immutat⁹, rectè hæc accusas. Si enim hoc manet in nobis, sicut inter vos, negando hoc, & te negare videris, sed fidei ministros accusas. Fac verum esse, quanuis probare non possis, quod tamen ab his audierunt? Verum est quod audierunt, aut falsum: nec enim si vitiosus verum dixerit, non erit verum, quia à vitioso dictum est: cum alia causa sit conuersationis, alia professionis. Nonne persecutor odio Christiani nominis professionem persequitur, non conuersationem? Sequitur. Dolo enim hoc proponis, vt iustam causam videaris habere schismatis. Nam non ignoras in hac re meam de me testificationem requiri, non alienam, & hoc verum haberi, quod ego fuero confessus, nò quod alter negauerit. Manifestum est itaq; liberos esse eos, qui amore Christi, non disquirentes hominum actus, ad fidem eius consequendam concurrunt, hoc eorum probantes, quod sibi vtile norunt, id est, vt traditionem fidei, quæ de Christo est, con-

Witcleff.

Augustin.

Augusti.

est, consequantur. Nam qui præter ministeriũ aliquid aliud hominis in hoc reputat necessarium, traditione facit iniuriam. Minus enim sentit de gratia Dei. Quando enim nisi meritum hominis affuerit, negat donum Dei proficere deuoto sibi, aut potiore, aut parè facit hominem traditioni, cum longè sit meritum hominis ab hoc officio. Sicut de hac eadem re dicit Apostolus Paulus. Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hæc ille. AVTHOR. Tibi respondit Augustinus mi Witcleff iam obiurganti episcopum. Tu vocas hypocritam magnus hypocrita, eo quòd iuxta euangelium Iesu Christi, festucam vides in oculo fratris tui, alicuius criminis venialis: trabem magnæ hæresis in oculo tuo non considerans. Quantum ad illud dictum Christi in quis: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, quærat a pseudoepiscopo de sanctitate vitæ suæ, an sit Petro similis. Iam de potestate loqui debuimus, vnde professionem nosceremus, non conuersationem. Augustin⁹ tibi dicit, Qui præter ministerium aliquid aliud hominis reputat necessariũ, traditioni facit iniuriam, id est, potestati commissæ. At quid intendis? Nunquid parificare vis dona hominũ donis diuinis, ita vt si tantũ habeat de sanctitate, tantũ habeat potestatis, & si minus, minus? Nec ipse Petrus sanctitate vitæ suæ hanc meruit potestatem. Ipse autem Paulus dixit, quòd comparatus ministerio nihil erat. Non (inquiens) qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat? Attamen si fidei nostræ ministros accusas, fac verum esse, quod imputas. Quia si dicas ab officio remouendum, qui sanctus non est, tu non iuberes vt sanctum se probet, sed potius probare debuisti nò sanctum, vt per iustitiam amoueres. Quod si non probes, ad quem potest pertinet crimen falsum quod obijcis, nisi ad te? Sicut itè patribus tuis Donatistis sic sicut tu iam falsa crimina impunitibus, libro. 2. contra Petilianum. cap. 6. respondet Augustinus. Sequeris enim iam, & episcopos nominas, quos de traditione codicum soletis arguere, de quibus & nos solemus respondere. Aut non probabitis, & ad neminẽ pertinet: aut probabitis, & ad nos nò pertinet. Suã enim sarcinã portauerunt bonã vel malã: & bonã quidẽ credimus, sed qualelibet tamẽ bonam sicut vestri mali, nec ipsi vestrã, nec vos ipsorũ: sed vestrum omniũ communis pessima sarcina, schisma est. Hæc ille. AVTHOR. Proba ergo dissimilitudinem potestatis per

malam vitam episcopi, si quid potes, & proba item malam vitam episcopi, quam totius sciscitaris. Et in fine videbimus, si per vitam suam similem sancto Petro cælestem illam potestatem poterat mereri Gregorius, aut item Augustinus, Hilarius, Ambrosius, Martinus, Nicolaus, aut sanctus Basilius. Scio dices, nec vllus papa, vel episcopus à diebus Urbani papæ & martyris propter dotem, quã admiserunt, vt amitterent paupertatem. Quæsito autem versus sursum, quem putas inuenies in humilitate & labore Petro consimilem? Ergo potestatem illam Petro Christus dedit, non ecclesiæ, aut (quod suspicor te velle fateri) eam seruata dices, aut susceptam de nouo per ecclesiam Lollardorum. Ipsi Witcleuistæ iudicio suo in humilitate & paupertate sunt Petri sequaces, & ideo in potestate non impares. Magna fraus Satanæ, quæ excæcat sic homines, vt dicant sicut Donatistæ, inter eos solos Christi ecclesiã, qui pauci sunt, & miseri, & non inter omnes sanctos patres, qui mortui sunt, sed Deo viuunt, nec à solis ortu vsq; ad occasum extensam, vt probat centies Augustinus. Si fidelis arguat Witcleff, non fugiet hanc veterem hæresim, ducetur enim ad hoc suis principijs. Qui dicit spiritualem potestatem abesse propter aliquem dissimilitudinem sanctitatis, aut quia non potest per prædestinationem se probare membrum ecclesiæ, qualiter ipse potestatem, aut membrationem suam probat? qualiter item conscientiam simpliciter accedentium non inuoluit? Audi quid in prædicto loco de quæstionibus nouæ legis & veteris consequenter inuehit Augustinus. Quid facit in hac re, si bonæ, aut malæ vitæ sit, qui verba solennia tradit, cum fides deuota quærat percipientis, an ea quæ audit, toto animo credat? Nunquid si malæ vitæ sit qui tradit, impedimentum faciet percipienti, ne credat quæ audit credenda, vt peccatum eius intret in cor eius ne credat? Aut Deus, qui iustus est, despiciere habet deuotum sibi propter peccatum eius, quem ipse patitur esse in ordine? Nec homo sic iudicat, quæ constat falli. Si ita esset, & homo causam suam ageret, nonne diceret Deo: Quis sit iste, cuius causa me despicias, nescio. Ego ad eum tui causa accessi, quia tuus dicebatur antistes. Te quæ suui, te desideravi, tibi credidi, de homine nihil speravi. Quare eius ergo mala obsunt, quæ nescirem nisi te quæsissem? Si bona eius mihi possent proficere, iustum videretur fortè, vt & mala eius obessent mihi. Sed sicut bona eius, si dubiè credidissem, nihil profes-

Idem.

sent, ita & mala eius nihil obesse mihi debent bene credenti. Ego enim verbis eius fidem de di, quæ à te data dicuntur, quæq; te inspirate loquuntur, de te promittunt. Huic de se nihil credidi, nec gestis eius, sed fidei, quæ ex te est, me copulaui. Secundum hoc integra est causa credentis. Aduocatorum enim more accipe antistites. Nunquid poterit vita eius si turpis est, obesse causæ suscepti? Persona enim aduocati nec obesse, nec pdesse poterit. Qualis enim fuerit causa, sic respõdebitur ei. Sic sunt & qui volunt christiani fieri. Accedunt ad antistitẽ, dicunt ei vota sua. Ille facit verba ecclesiastici. Si enim vota sunt, suscipiuntur à iudice, in quo ille, aut obesse non poterit, aut prodesse, quippe cum nec causam sui suscepti nouerit. Deo enim iudici soli cognitum est, quis qua mente accedat. Antistitis ergo est delegato sibi fũgi officio. Iudicis autem, aut suscipere, aut renuere causam suscepti. Ipse enim inuenitur dixisse: Filia, fides tua te saluã fecit. Vides itaq; nullius adiutorio, sed vnumquẽq; fide sua saluari. Hoc enim Deus decernit, vt si non dubitet, esse quod voluerit consequatur. Hæc ille. A V T H O R. Ergo vita antistitis si bona est, potestati non proficit, si mala, potestatis executioni nõ obuiat. Nullius enim hominis merito, scilicet personali, sed sola fide baptizatus saluatur. Pœnitens si potestati absoluentis credat, nec dubitet, reconciliatur: quia non gestis confessoris sui se commendat, nec aliquid querit in eo, quod illius est, sed Dei: Dei est enim absoluentis officium, diuina potestas. Iam vide quam verè, quam catholicè iussit Witcleff petere ab episcopo potestatem Petri habente an item sanctitatem haberet & Petri. Quod si non, quid ad episcopum de potestate Petri? Vnde in expositione secũdæ epistolæ ad Timotheum super hunc locum. Et vocauit vocatione sancta. *Ambrosius.* Vocatio sancta est, cum electi sunt ad gubernandum populum sanctum Dei. Ad sanctã autẽ senior vocatur, qui dux eligitur sanctitatis. Non secundum merita vestra verum est: quia si ad liquidum quæras, nullus hominum dignus potest videri vicarius esse Christi. Omnes enim, quos elegit, prius fuerant peccatores. Quantum verò ad rem ipsam omnes indigni sunt. Sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tempora secularia. quoniam dignatione sua Deus olim decreuit peccatores saluos facere. Præsciũs enim fuit Deus quid futurum esset in homine antequam faceret eum, & si peccaret, quomodo redintegraretur: prædestinauit, quo tempore, & per quos,

Ambrosius

& qua ratione saluari possint, vt neq; merito suo, qui saluantur, neq; horum, per quos vocantur, sed Dei gratia præstari videatur per fidem Christi. Hæc ille. A V T H O R. Videant nunc singuli Donatistæ & Witcleuistæ, quod vocatio ad gubernandum sanctum populum Dei est eius electio. Videant electionem istã siue per Deum, siue per hominem, non esse propter pura merita sic electi, sed per Dei gratiã ante tempora secularia sic vocantis. Quia si ad liquidum quæras, nullus hominum dignus videri potest esse vicarius Iesu Christi, inquit Ambrosius. Quid igitur contra successorem Petri merita Petri obtendis? Compara etiam, si potes, merita & vitam Petri ad merita Iesu Christi, si dignus eius vicarius fieri potuit similitudine meritorum. Saluo præiudicio sancti Petri audacter dico, quod si ad liquidum quæras, nec Petrus ex meritis suis dignus potuit videri esse vicarius Iesu Christi. Millefies posset talis Donatista confundi, quod tam pro curat pro parte sua ratione hæreticã ab orthodoxis patribus millefies ceteris reperiens.

De trina blasphemia Witcleff contra confessionem ecclesiæ, pro manuum impositione, ampla potestate Papæ, & sacerdotum multiplici ambitione

C A P. C X L V I I .
S V M M A .

1. *Blasphemia prima Witcleff contra confessionem ecclesiæ pro manuum impositione, sanctorum Hieronymi, Chrysostomi, Ambrosij, & Cypriani auctoritatibus diluitur.*
2. *Blasphemia Witcleff secunda pro ampla Papæ potestate. Et ad eam ex Augustino responsio.*
3. *Blasphemia Witcleff tertia contra Christi ecclesiã pro lege confessionis de multiplici sacerdotum ambitione. Et plura ibi contra eam ex Ambrosio & Gregorio adducuntur.*



Anus impositio sacerdotis in susceptioe pœnitentis, cum prece mystica, eò venerabilior creditur, quæ ab apostolis manauit in ecclesiã Iesu christi. Sed huc ritum sacrum Witcleff nõ ferens, luciferina (inquit) foret psumptio homines adinuenire nouiter, quæ huc vel illud per im-

Witcleff.

per impositionem manuum capiti absoluunt simpliciter à peccato. ca. 24. quarti trialo. Witcleff. A V T H O R. Scio se quidem, quæ in minori causa autoritate Christi discipuli eius super ægros manus imponebant, & bene habebant. Nec tantum ægros illos sanantes in corpore, sed per pœnitentiã salutarem, sicut fecit Christus, eos sanabant à crimine, & roborabant in fide. Manus imponebant baptizantes, confirmantes, ordinantes, reconcilians, & cuncta penè sacrarum manuum impositione complebant, autoritate ipsa commoniti legis antiquæ, in qua Aaron sacerdos summus confitens peccata, & vniuersa delicta filiorum Israël, iubetur ponere vtranq; manum super caput hirci emissarij, & imprecans capiti eius emittere in desertum. Leuitici. 16. vbi figuram gerit hircus hominis peccatoris gerentis adhuc farcinam veteris hominis. Qui veter homo donec per orationem sanctam seipsum subiecerit manibus sacerdotis, nec vt desertum fiat, plene deseritur, nec in nouum hominem, qui secundum Deum creatus fuerit, reformatur. Sic tangit legem in expositione Psal. 28. super minori breuiario Hieronymus. Vox domini intercidentis flammam ignis. Quotidiè in vnoquoq; nostrum flammam libidinis per confessionem & gratiam spiritus sancti intercidit, id est, per orationem sacerdotis facit cessare, sicut legimus per Aaron Deum fecisse in deserto. Vox domini concutientis desertum. Anima quæ deserta fuerat occupatibus vitijs antè, ad verba pœnitentiæ commouebitur, vt exeunt vitijs ex illa, habitabilis fiat Deo. Hæc ille. A V T H O R. Ecce per quotidianam confessionem, & gratiam sancti spiritus vox domini intercidit flammam libidinis in vnoquoq; nostrum, quam vocem domini exponit oratione sacerdotis in fine confessionis, id est, per orationem sacerdotis cessare facit, inquit Hieronymus, sicut Aaron fecisse legitur in deserto. Et ea vox domini per eandem orationem sacerdotis, & verba pœnitentiæ commonet animam, vt faciat desertum diabolo, & habitaculum mundum Deo. Cur ergo dicit maledictus Witcleff hanc esse luciferinam psumptionem, quod per tales orationes vox domini absoluat confitentes à crimine, & eadem vox per verba sancta pœnitentiæ infligendæ commoneat animam facere locum Deo. De qua quidem oratione intellexit sanctus Iacobus in fine canonicæ, dicens. Oratio fidei saluabit infirmum: & si in peccatis est, dimittetur ei. secundum expositionem Chrysostomi lib. 3. dialogorum ad Basilium ca. 5. vbi dicit. Nec

Chrysosto.

verò hoc solum docendo, ac monendo faciunt (sacerdotes supple) sed etiam orationibus adiuuando. Nec solum quando nos regenerant, sed etiam deinceps potestatem indulgendi peccata. Infirmatur aliquis ex vobis, adducat presbyteros ecclesiæ, & orabunt pro eo, vngentes eum oleo, & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit eum dominus: & si in peccatis est, dimittentur ei. Hæc ille. A V T H O R. Ecce duo sacramenta recensuit, per quæ sacerdotes indulgent peccata, baptismi, & pœnitentiæ, & hoc concomitantis sacramentum vntionis extremæ, quia & tunc, inquit, oratio fidei per sacerdotem effusa, saluabit infirmum: & si in peccatis est, dimittentur ei. Dicat nunc Witcleff perfidus & contumax ad sanctum patrem Chrysostomum, luciferinam psumptionem esse, quod per manuum impositionem simpliciter sacerdotes Christi dimittunt peccata. Ipse enim hic docet nos, quod per regenerationem, & deinceps peccata dimittunt. Christus item simpliciter dixit. Quorũcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis. Intellexit ergo eos remittere peccata, dicens, quorum remiseritis. Vnde lib. 2. de pœnitentia bene infra. *Ambrosius.* Videbatur (inquit) impossibile hoc apostolis suis, quia ab apostolis ad sacerdotum officia transmissum est. Factum est igitur possibile, quod impossibile existimabatur. Hæc ille. A V T H O R. Ecce clara voce dicit Ambrosius, quod Christus concessit apostolis dimittere peccata hominum, & ab ipsis ad sacerdotum officia per ecclesiã transmissum est hoc concessum. Si verò tantum inuides potestati, quæ per impositionem manuum presbyteri depræstatur, ab antiqua ecclesia ad nos vsq; peruenit, vt per manum impositionem in confessione pœnitens reformetur. Vnde & venerandus antistes Cyprianus quosdam sacerdotes & diaconos valde increpat, quod aliquos peccatores ad communionem admiserunt sine hac ecclesiæ disciplina. epistola sua. 9. in ordine intitulata ad martyres, & incipit, Sollicitudo loci, vbi dicit. Cum omnes milites Christi custodire oporteat precepta imperatoris sui, tum magis vos præceptis eius obtemperare plus conuenit, qui exemplum ceteris facti estis & virtutis, & timoris Dei. Et vt credideram, presbyteros, & diaconos, qui illic præsentibus sunt, monere, & instruere vos plenissimè circa euangelium legis: sicut in præteritis semper successoribus nostris factum est, vt diaconi ad carcerem commeantes, martyrum desideria consilijs suis,

Ambrosius

Cyprianus. Alias Sollicitudo.

fuis, & scripturarum præceptis gubernarent: sic nunc cum maximo animi dolore cognosco, non tantum illis non suggeri diuina præcepta, sed adhuc potius impediri, vt ea, quæ à vobis ipsi, & circa Deum cautè, & circa sacerdotè honorificè fiunt, à quibusdam presbyteris resoluantur. Qui nec timorem Dei, nec honorè Episcopi cogitantes, cum vos ad me literas direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdā lapsis pacè dari postulatis: cum persecutione finita conuenire in vnū cū clero, & recolligi cœperimus, illic contra Euangelij legē, vestram quoq; honorificā petitionem, ante exomologesim grauissimā, atque extremi delicti factā, ante manum ab Episcopo & clero in pœnitentia impositam, offerre pro illis, & Eucharistiam dare, & sanctū domini corpus prophanare audeant: cum scriptum sit, Qui ederet panē, aut biberit calicē domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Et lapsis quidē potest in hoc venia cōcedi. Quis non mortuus viuificari properet? Quis nō ad salutē suam venire festinet? Sed præpositorū est, præceptū tenere, & vel properantes, vel ignorantes instruere, ne qui ouiu pastores esse debent, lanij fiant. Ea enim cōcedere, quæ in perniciē vertant, decipere est. Nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinam. Hæc ille. A V T H O R. Attende Witleff, quò vergit tota hæc increpatio præsulis. Ad hoc, q̄ sine exomologesi, id est, cōfessione vocali facta in speciali: quia de crimine maximi, & extremi delicti, putā lapsus in persecutione fidei, & sine manuū impositione in pœnitentiā episcopali, atq; cleri, sacerdotes, & diaconi receperūt lapsos huiusmodi ad sacramyteria sanctæ eucharistiæ. Et hoc dicit contra euangelij legem factum, & eos corpus domini probare hoc ipso. Non dixit sanctū panē corpus domini figurantē, vt det cunctis intelligere, q̄ prophana tales corpus domini comedant secundū suam substantiā, quanuis indignè. Ergo ex lege dominici euangelij necessaria est vocalis confessio specialiter facienda sacerdoti mortali vltra illam, quæ fit occultè, & ab illo per impositionem manuum in hac ecclesia percipienda de necessitate salutis remissio peccatorum. Hæc ecce fuit fides euangelij tēpore Cypriani, sine hac nec lapsus erigi potuit, sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinā. Hanc verò pœnitentię fidē in lapsis. lib. 1. de pœnitentia bene infra cōmendat Ambrosius, dicēs. Sicut Christ⁹ dixit de Iudeis, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me: fortasse de aliquibus la-

Ambrosius

psis dicat. Isti me labijs negauerunt, sed corde mecum sunt, vicit eos pœna, non vertit perfidia. Sine causā autem aliqui his veniam negant, quorū fidē eouſq; confessus persecutor est, vt eam studeret expugnare tormentis. Negarunt semel, sed quotidie confitentur, negarunt sermone, sed confitentur eiulatibus, confitentur gemitibus, confitentur fletibus, confitentur liberis, non coactis vocibus. Et bene infra ex persona Satane. De me in celo, de me in terris triumphus sumitur. Nihil Christo perit, quando ij, qui ad me cū fletu venerant, ad ecclesiā cum desiderio reuertuntur. Hæc ille. A V T H O R. Hæc vtiq; fides pœnitentiæ sciendi in ecclesia, plena fuit in diebus istorum sanctorū. Vbi est iā Witleff cū pœnitentiā sua priuata, & libera? nūquid stetit ipse cū sacerdotibus increpatis propter remissam veniā ab ore Cypriani antistitis: Forſan obstitisset antistiti, & tulisset vltra desides sacerdotēs pœnā hæretici cōdēnati. ¶ Iterū ꝑ accusat ecclesiā de excessiua superbia in remissionibus criminū peccatorū. in eodē. 4. ter dānati trialo. ca. 3 2. Papa (inquiens) prædicit se habere potētiā ad saluandum singulos viatores, & quātūcūq; viātes deliquerint ad mitigandum cū eis cū absolutionibus, & indulgētis, ne vnquam veniant in purgatoriū, sed ad præcipiēdū sanctis angelis, vt anima separata à corpore, indilate ipsam deferat in regē sempiternā. Hæc Witleff. A V T H. Quāta q̄rela viri impij sine fide. Si enim fidē haberet vt granū sinapis, trāstulisset motē superbe suę vesanię secerēs verū à falso in dictis, & ꝑ se collocasset potestati ecclesiæ sub vero titulo pietatis. Ecce grande sibi videtur oppresso perfidia, q̄ papa imperet regibus, refranet dæmones legibus, iubeat angelis, & plura talia. Sed pius, & fide diues Augustin. cōlligat cū perfido. tertia parte sermonum, sermo. 1 1 2. de apostolis Petro & Paulo, qui incipit, Fortis, & humilis. vbi dicit. Quis plebeiu piscatorē apostolorū facile crediderit principē reges sanctificare, regibus obſistere, regnis omnibus imperare, frānare legibus, dæmones calcare sub pedibus, & iubere virtutibus, celū hominibus aperire cū vellet, claudere cū placeret, immortale regnum conuersis donare, negare peruersis, mundi cognoscere culpas, & crimina hominibus relaxare? O inæstimabilis, & immēsa potestas, hominē in terra positū tenere celū! Ecce nunc ad nutū Petri diuini regni claustra pateſcunt. Accipit enim à Christo clauē regni cælorum, vt solutis vinculis delictorum, aperiret credentibus cælum. Hæc ille. A V T H O R. Gratias ago Deo,

Blasphemia secūda
V Witleff.

Augustin.

Deo, qui ex malis humanis diuina bona præcogitat. Iam didici certa fide, q̄ ante verba blasphemantis hæretici non audiui. Non audierā vnquam in ecclesia catholica, q̄ Papa posset iubere angelis ad faciēdum hoc, vel illud. Sed quod blasphematis hæreticus, asserit Augustinus. Quis, inquiens, facile crederet plebeium piscatorem dæmones calcare pedibus, & iubere virtutibus? quasi diceret: hoc tamen fide credendum est. Indignatur hereticus, & Papa prætendat se habere potentiam ad saluandum singulos viatores. Adde verè cōuersos per pœnitentiā in ecclesia, & Augustinus concedit. Immortale, inquit, regnū conuersis donare, & negare peruersis. Et in euidentiam clauiu, quib⁹ ista fecit, subdit. Mūdi cognoscere culpas, quò ad clauē sciētiæ, & crimina hominibus relaxare, pro clauē potestatis dimittēdi peccata iam agnita. Et vltra spem Witleff addit ad magna lia potestatis Petri: q̄ in terris positus, tenet cælum: & ad nutū Petri diuini regni claustra pateſcūt: & sic accepit à Christo clauē regni cælorum, vt solutis vinculis delictorum, aperiret credentibus cælū. Superest item, quod Witleff multis remordet in locis: dicens superbiā Papæ nō esse ferendam, q̄ cupit dominari toti habitabili, & regibus imperare, & imperatores coronare. Audiat iam Augustinū iura Papæ per sanctum Petrum fideliter confitētem, non pompe clamantem. Quis plebeium piscatorem apostolorum facile crediderit principem, reges sanctificare, regibus obſistere, regnis omnibus imperare, refranare legibus? Et ibidem versus finem sermonis idē Augustinus. Quis nunc tam desperet aut de humilitate generis, aut de magnitudine criminis: cū videat sic inundatē cælestis gratiæ fontē, vt & piscatorem regibus præponeret, & persecutorem apostolis cœquaret? Ille enim dum pauperiē suam curat, alimēta quotidiani victus quarit in pelago: factus est diues in Christo, cui reges & nationes famulātur in seculo. Hæc ille. A V T H O R. Ecce reges, & nationes famulātur Petro: & Christus præposuit regibus piscatorē. Si verò dicat Witleff, quid hoc ad Papā? Adhuc obtusus hereticus necesse habet, vt literas audiat. Vbi legit vnquam hæc præconia Petri in Petri persona cōpleta? Vbi legit Petrū angelis imperasse? vbi sanctificare reges dum viueret? vbi regnis omnibus imperare? Quando vnquam celū visus est aperire cū vellet: claudere cū placeret? Sed hæc in successoribus sedis eis perpeximus, postq̄ omnes reges seruiunt ei. At si dicat (vt affolet) nō est seruus maior domino suo: sufficit discipulo, vt sit sicut

V Witleff.

Augustin.

magister eius. Quomodo ergo Papa Christo in istis præponitur, aut Petro præfertur? Nec sic. Quāuis Christus dixerit. Et maiora horum facietis. hoc quo ad homines: sed quia nihil finē me potestis facere. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Non vt Papa sit præstantior domino suo, sed vt Christus modo sit in cōspectu hominū maior inter homines, qui iam maiorem gloriā obtinet in ministris: non in Papa solo, sed & in clero: regnō in regnū principibus & singulis Christianis. ad quos Apostolus ait. 1. Corinth. 3. Omnia em̄ vestra sunt, vos autē Christi, Christus autē Dei. Si oia ergo nostra Christi, nō exaltatur Papa super Christū, si plura iam Christi sunt, quàm olim secundū subiectionē spontaneam, & deuotā. Quicquid ergo Petrus accepit: pro posteris suis accepit. Non intēdebat proprietarium facere Petrū, vt sibi soli clauē regni cælorū acciperet, quibus regibus imperaret, & seculis aperiret cælum, mandaret virtutibus, & cætera iam prædicta. Alioquin soli ipsi dabatur pascere oues Christi. Et nullus apostolorū, aut summorū Pontificū succedētium sancto Petro pasceret ex debito oues Christi: quia ipsi soli videbatur Christus direxisse sermonē. Sed in contrariū res versa est: velut in tertia parte sermonum, sermone. 1 1 3. docet Augustinus. Cōmendauit nobis dominus oues suas: quia Petro cōmendauit: si tamē aliqua ex parte, vel extrema, digni sumus puluerē vestigiorū Petri calcare. Cōmendauit nobis oues dominus: oues ipsius estis: oues vobiscum sumus, quia Christiani sumus. Hæc ille. A V T H O R. Ergo si oues Christi pascere successores Petri in eius sede, & alij per orbē antistites & præpositi susceperūt: quādo Petrus suscepit, quomodo non successores Petri in eius sede, & alij post eos in ecclesia locorū præpositi, eadē forma susceperūt clauē ecclesiæ, quibus in moderamine Petri cælū aperirent, peccata remitterēt, vt per illas ingrederētur oues, sicut promisit Christus, egrederētur, & pascua inuenirēt? Tertiò ꝑ item notat Witleff ecclesiam Christi pro lege cōfessionis de ambitione multiplici. 4. Trialogi. cap. 23. dicens. Omnes dictæ fictitiæ sunt: vt cōmuniter promulgatæ ad subiectionem, & fallacē obedientiā populi obseruandam. Et in tractatu super ca. 23. Matth. Antichristus definit temerè: q̄ nisi quis confessione sua noua sit à suo subdito absolutus, non intrat beatitudinem quantumcūq; pœnitens fuerit, quò ad dominum, & videtur, quòd antichristus, vel membrum eius dat in hac lege medium ad omnia arcana noscenda, & possessiones secularium

Idem.

Blasphemia tertia.
V Witleff.

rium exquirēdas. Hæc Witcleff. A V T H O R. Ecce ponit lucem tenebras, & tenebras lucē. Iam supra docuit Augustinus prærogatiuam Petri datam ipsi à Christo, mundi cognoscere culpas, & crimina relaxare. Miserrimus Witcleff dicit hanc legē antichristi esse, ad omnia arcana noscenda, & crimina relaxare est fallaciter obedientiā populi referuare. Quis Pharisæorū tam infideliter pia Christi opera interpretatur ad malū? Compati miseris, mundare spiritualiter infectos à lepra peccati, obsessos à dæmone, vt nec faciant, nec loquātur perperam, ad ecclesię pietatē reducere, secundū hūc perfidū erit aucupari seculi possessiones. Non ita Petri fides habet, nec ipsi hæc cōferentis in tētio. Totus victus sacerdotis est remissio peccatorū: secundū illud Actū. 10. ad Petrū. Surge Petre: macta, & māduca. Surge Petre in posteris: macta per poenitentia peccatores, & māduca per sacramentorū collationē, vt remissionem habeant peccatorū. Iam Spiritum sanctū Cornelius accepit, & sui: iam cōceptio gratiarum, & remissio peccatorū à Deo mentes eorum influxit. Sed traice eos per viscera tua, & remissionē peccatorū indulge tu, vt societati incorporētur ecclesię. Hie enim passus, & refectio sacerdotū: per remissionē peccatorū in sacramētis māducare fideles, vt ecclesię societur. Vñ lib. 1. epistolarū, epistole. 3. quæ est ad Simplicianū, Ambrosius. Tanta pietatis est dominus Iesus, vt & Iudæ donaret veniā, si Christi expectaret misericordiā. Hæc ergo culpam sacerdotes nō auferunt, neq; peccatū eius, qui in dolo se offert, & adhuc in studio delinquendi est. Non em̄ possunt epulari in eo, quod est plenū fraudis: & serpētis interiūs cicatricis est. Cibus enim sacerdotis est in peccatorū remissione. vnde ait princeps sacerdotū. Meus cibus est, vt faciam voluntatē patris mei, qui in celis est. Quæ est volūtas Dei, nisi ea, Cūm cōuersus fueris, & ingemueris, tūc saluus eris? In illo ergo subdolo cibus nullus. Et sequitur in fine epistolæ. Non placebit ergo domino, si māducet sacerdos sacrificiū, in quo fraus sit oblatio nis, nō sedulæ cōfessionis sinceritas. Hæc ille. A V T H O R. Hic docet Ambrosius multa de confessione legitima. Docet em̄, q̄ eius culpā sacerdotes nō auferunt, qui dolo suo se offert cōfessionem, nondū dimittit propositum delinquendi, nec eius cōfessio delectat Deū, nec faciat sacerdotes. Docet itē, q̄ cibus est, & dulcis refectio sacerdotū, remissio peccatorū: quia & ille cibus Christi est principis sacerdotū, secundū voluntatē patris. Conformiter ergo cūm peccator ingemuerit, cibus sacerdotū erit secū

dūm voluntatē patris & Christi peccata remittere. Vbi ergo dicit Ambrosius sacerdotes peccatorū fræna remittere, hoc cognito quantū possint, q̄ fructuosē poeniteat. Simul & lique re potest, q̄ iniquus dispensator est Witcleff: qui sacerdotibus Christi, famē suam cibare volentibus in remissionē peccatorū, gulā imponit acquisitionis bonorū secularium: aut etiā curiositatis cognoscēdi culpas occultas reorū: aut leoninæ superbiā voracitatis obediētiam populi referuandā. Non sic miser. Istum cibū non quærit ecclesia sacerdotū, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Ipse Ambrosius tibi dixit, Cibus, & refectio sacerdotū orthodoxorū est remissio peccatorū. Tibi cibus iste nunq̄ hoc sapuit, vt videtur. Si tibi fuit semper in sacerdotio talis esuries, nō miror, si cibus putridus coegit ad vomitū. Sic em̄ vbi supra dicit Ambrosius. Deniq; nec ipse epulādi suauitatē capere potest, in quo nō sincera, & pura conscientia est. Amaritudo enim fraudis epulādi suauitatem obducit, nec permittit mala cōscientia, vt reficiat, & pascat obnoxium animū poenitentia. Hæc ille. A V T H O R. Quo contrā, propē se pium sacerdotē demonstrat, qui se à passionibus cohibet, vt à subiectis populis diligatur, & sic ad se eorū affectum cōfidenter alliciat, vt quisquis paruo licet crimine doleat, ad aurem sacerdotis, velut ad matris gremiū, celeriter referat. prout artem boni præpositi tradit lib. 1. registri, epistola. 24. ad quatuor Patriarchas, quæ incipit, Consideranti mihi. Gregorius. Tūc ad alta charitas mirabiliter surgit, cūm ad ima proximorū se misericorditer attrahit: & quo benignē descēdit ad infima, valenter recurrit ad summa. In qua videlicet cōpensione necesse est, vt talē se, qui præest, exhibeat, cui subiecti quicq; occulta sua quoq; prodere nō erubescant. Vt cūm tētationum fluctus paruuli tollerāt, ad pastoris mentē quasi ad matris sinū recurrant: & hoc, q̄ se inquinari pulsantis culpa fordibus præuidēt, exhortationis eius solatio, lachrymis orationis lauent. Hæc ille.

¶ Pro cōstitutione Innocētij de cōfitendo semel in anno cuncta peccata.

C A P. CXLVIII.

S V M M A.

1 Confessio sacramentalis secundū quod est pars poenitentia, quod loco poenitentia solennis in ecclesia

- elesta publica fieri statuta sit à primordijs. Et quomodo Innocentius tertius ipse primus eam non adinuenerit, contra Witcleff ex Augustini verbis ostenditur.
- 2 Cathari heretici unde dicti.
 - 3 Homo q̄ non possit dicere, Non peccaui.
 - 4 Augustinus quid de peccato, & crimine dicat. Et quo nemo in hac uita sine peccato inuenitur.
 - 5 Confitendū q̄ sit semel in anno, & cōmunicandū.
 - 6 Innocentij primi decretum de poenitendo semel in anno ante Pascha.
 - 7 Cassiodorus quid sub auctoritate Sozomeni de antiqua confitendi consuetudine referat.



Mnia tempus habent, & suis spatijs trāseunt vniuersa sub celo. Tempus fredi, tempus plangendi, & tēpus saltandi. dicit diuinus sapiens Ecclesia stes. 3. Et quoniā omni negotio tēpus est, & opportunitas, ibidē. 8. ca. Flen di tempus in confessione ecclesię, aut plangē di per poenitentia arbitrandam, nullū Christi populo Witcleff concedit, sed adimit, impugnās in hoc constitutionē ecclesię per Innocētium tertium. Omnes vtriusq; sexus. Nā trā statu de confessione cap. 2. Nō, inquit, dico, q̄ ista confessio est necessariō faciendā à quolibet viatore semel in anno si saluabitur, cūm Baptista, & alij sancti saluentur, qui nunq̄ confessione huiusmodi erāt vsi. nec subiacet potestati hominū instituere huiusmodi sacramentum. Deus enim libertauit suā ecclesiam, q̄ ex sua gratia, & cordis cōtritione fidelū sine ista poenitentia sint saluati. Hæc Witcleff. A V T H. Quām audacter dicit Ioannē Baptistā hac cōfessione ecclesię nunq̄ vsū? Quātō putas eū cōfundēdum rubore, aut vertigine agiturū caput, si semel diceretur: hoc proba? Aut si cauillationi sibi solitē indulgeret, negatiuā negatiuē sic arguens, quia nō legitur in scripturis. Quid ergo? Et Christus Iesus multa fecit, & dixit prælatiora cōfessione Ioannis, quæ tamē scriptis nō habentur. Nūquid ideō Christus illa nō fecit, aut dixit, quia scripta nō leguntur? Quare itē Ioannes peccata cōfiteri hac ratione nō potuit, quāuis Euangelista sic scribere prætermisit? Et iterū: quāuis Ioannes nō legitur baptizatus: baptism⁹ tamē eius, quo baptizauit alios, legitur, & à Christo probatur. Quare itē propter cōfessionē plenariā populi ad Ioannē, cōfessionē nostrorū non approbas, quāuis cōfessionem actiuā Ioannis nō legeris: maximē cūm in viro sancto culpa mortalis nō canduit: cōtra quā, necessitatē confes-

sionis auricularis prim⁹ author legis instituit. Audiatur tū quid velit de signato tpe poenitē di. ibi ca. 5. Hortari posset Papa, vel alius ad taliter poenitēdū. Sed q̄ omnis homo, qui discretionē attigerit, & propriū sacerdotē paratū habuerit, cōfiteatur semel in anno omnia peccata sua proprio sacerdoti sub poena damnationis, nō subiacet potestati papali. cūm nec potest hominē dānare, nec saluare. Sequitur. Nec habet potestātē obliquādi rationē, q̄ semel in anno sit ibi sufficiens: quin per idem semel in biennio, vel quolibet alio tēpore. Hæc Witcleff. A V T H O R. Primō dicendū, q̄ confessio sacramentalis secundū q̄ est pars poenitentia, loco poenitētia solennis in ecclesia publica fieri statuta est à primordijs. Diu ergo ante Innocētium tertium, poenitētia obseruata segniter agentibus hominibus renouatur: ne rideas, nō ipse primus (vt tu desipis) adinuenerit. Vñ in suo Enchiridio ca. 36. Augustinus. Sed ne q; de ipsis criminibus quālibet magnis remittendis in sancta ecclesia Dei misericordia desperada est, agentibus poenitētia secundū modū sui cuiuslibet peccati. In actione autem poenitētia vbi tale cōmissum est, vt is, qui cōmisit, à Christi etiā corpore separetur, nō tam cōsiderada est mēsurā tēporis, q̄ doloris. Cor enim contritū, & humiliatū Deus nō spernit. Verūm quia plerūq; dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorū notitiam per verba, vel quæcūq; alia signa procedit, cūm sic corā illo, cui dicitur, Gemitus meus nō est absconditus à te: rectē constituuntur ab ijs, qui ecclesijs præsumt, tēpora poenitētia, vt fiat satis etiā ecclesię, in qua remittūtur ipsa peccata. Extra eam quippe nō remittūtur. Ipsa nanq; Spiritū sanctum pignus accepit, sine quo nō remittūtur vlla peccata: ita vt quibus remittūtur, vitā consequantur æternā. Magis em̄ propter futurum iudiciū fit remissio peccatorū. Hæc ille. A V T H O R. Vide per singula, tēpus poenitentia constitutū ab ijs patribus, qui præsumt ecclesijs. Primō, vt secretus dolor, & cordis contritio, quæ fit Deo soli, cui gemitus hominis nō est absconditus, quæ in alterius notitiā, vel per verba, vel per signa nullo modo procedit, iam nota fiat. Quomodo hoc nisi per confessionē vocis humanæ? in ecclesia vtiq; vt satis fiat etiam ecclesię, dicit Augustinus: nec soli Deo: quia nisi in ecclesia, nō remittuntur vlla peccata: ita vt quibus remittūtur, vitam consequantur æternā. Hoc propter te, qui indignāter fers statuisse Papā, q̄ semel in anno confiteantur fideles peccata sua sacerdoti sub poena damnationis. Si em̄ non remittātur eis, vt vitam

vitam consequantur æternam, æternaliter damnabuntur. Iam dicit Augustinus nō remitti hominibus vlla peccata nisi in ecclesia ab eorum præpositis, quibus dolor cordis eorū notus sit, vt satisfiat ecclesiæ. Qui dolor cōgruus esse pro peccato nō noscitur, nisi exprimat peccatū. Igitur dānabile vocat mēdaciū detrectare aliquid cōfessionis huiusmodi, aut nolle more ecclesiæ pœnitere. libro de mēdacio

Augusti. versus finē *Augustinus*. Est eū aliquid mendacium, quod tunc insinuabat propheta, in quo nulli parceretur, id est, si peccata sua quisq; confiteri detrectans, defendat ea potius, & nolit agere pœnitentiā: vt parū sit, q̄ operatur iniquitatē, nisi etiā iustus videri volens, medicinæ cōfessionis non succumbat: vt & ipsa verborum distinctio nō aliud intimare videantur, Odisti omnes, qui operantur iniquitatē: sed nō perdes, si pœnitendo in cōfessione loquatur veritatem, vt faciēdo istā veritatem, veniant ad lucem. Perdes aut omnes, qui non solum operantur iniquitatē, quam odisti: sed etiam loquuntur mendaciū, iustitiam prætedēdo, nec in pœnitentia confitendo peccata. Nam de falso testimonio, quod in decem præceptis legis positū est, nullo modo quidē contēdi potest, dilectionē veritatis in corde cōseruandā, & proferendā falsum apud eum, apud quē dicitur testimonium. Cum enim Deo tantum dicitur, tūc tantum veritas in corde amplectēda est. Cum homini dicitur, etiam ore corporis verū profertur, q̄ homo nō est cordis inspector. Hæc ille. AVTHOR. Velit, nolit Witcleff, nisi cuiuscunq; status fidelis agat pœnitentiam modo ecclesiæ, confitēdo peccata synceriter, perspicuē, sine dolo, perdetur finaliter: quia nō loquitur veritatē. Et de confessione vocali loquitur Augustinus: non perdes, inquit, si pœnitēdo in cōfessione loquatur. Et q̄ de cōfessione vocis loquatur ad hominē, hoc planē demōstrat, quod subdit de testimonio vero dicendo homini ore corporis. Si autē Deo soli loquendū esset, inquit, tūc veritas solo corde amplectēda foret. Præter ista videte fideles, quid disposuit cōtra Witcleff Spiritus sanctus in prædictis de vocali confessione sermonib⁹ Augustini dicētis, Dominū perditurū omnes, qui nō solum operantur iniquitatē, sed etiam loquuntur mendacium, prætedēdo iustitiam: nec in pœnitentiā confitēdo peccata, & quia iustus videri volens quis, medicinæ confessionis non succūbat. Audite si huic nō conueniat argutia Witcleff, quā contra prædictā constitutionē Innocētij ipse astruxit. In eodē prædict.

Witcleff. cap. 7. de confessione. Nec habet, inquit, pote-

statē Papa obliquandi rationē, q̄ semel in anno sit tibi sufficiens, quoniā per idem semel in biennio: & de multis præseruatis ex Dei gratia pro nullo tēpore hoc oportet. ideo dicunt aliqui, q̄ verificatū est in isto loco dictū Apostoli. 2. Thessa. 2. q̄ Antichristus extollitur super omne, quod dicitur Deus: eo q̄ Christus istam legē ordinare nō potuit, licet illam concedere potuit, si volebat. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ergo potuit: quia secundum deducta frequenter alibi: nihil tam est in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas. Sed ad hoc, quod dicit, q̄ de multis præseruatis ex Dei gratia pro nullo tempore oportet, scilicet secundum statutum apostolicum confiteri omnia peccata semel in anno: si nō simul erres, & cum errore sophistices de beatis in cælo, vel baptizatis infantibus, aut rationis vsu carentibus: sed limitatim ad intentionem canonis de viatoribus doli capitibus post statutum: audeo dicere, quantū sacra fides licētiat, quod nec Witcleff hoc sentiens, ne aliquis Witcleuista est ex Dei gratia taliter præseruatus, quanuis eorum nonnulli hoc de se iactent in populis, & dicāt, & per tot annos (quidā quinquaginta: aut eis amplius) nunquam à pueritia se reputent peccasse mortaliter: ita vt re ipsa non verecundati transformant in se personam timidi Pharisei, qui cum Witcleff gratiam Dei iactat, q̄ non sit sicut ceteri hominum communi Christi lege, & ecclesiæ vtentium sacramētis, raptores, iniusti, adulteri. Cuius item hæresi postea polluti sunt No

Cathari. uatiani, & Cathari dicti à seipso mūdi, & qui non egeant ecclesiasticē pœnitere. Mi Witcleff, de vnoquoq; vestrum audisti, quid supra dixerit Augustinus, exponens Psalmum alloquentem dominū, Perdes omnes, qui non solum operantur iniquitatem, quod odisti, sed & loquuntur mendacium, iustitiam prætedendo, nec in pœnitentia confitendo peccata: vt parū sit, q̄ non operatur, vt sibi videtur, iniquitatem, nisi etiam iustus videri volens, medicinæ confessionis nō succumbat. Istud, inquit, est mendacium, in quo nulli parceretur. Et beatus *Ambrosius* dicit istā blasphemiam esse Pharisæicam: quæ ideo negat remissionem peccatorum: & propter hoc in se indelebilem: libro 2. de pœnitentia, dicens. Responsum est à domino Pharisæorum blasphemix: & ideo his potestatis suæ gratiam negat, quæ in remissione peccatorum est: qui caelestem eius potestatem diabolico fultam suffragio iudicaret. Eos quoq; asserit diabolico vti spiritu, qui separēt ecclesiam domini: vt omnium temporum hæreticos, & schismaticos comprehenderet, quibus

bus indulgentiam negat. Soli enim sunt, qui volunt soluere Christi gratiam. Hæc ille. AVTHOR. Ponat tamē mihi Witcleff illum hominem, quem nullo oportet tempore renouari per gratiā sensibilis sacramenti, si homo sit, & hac carne vtens: nunquid oportet eum interim dicere, Domine, dimitte mihi, quia peccator ui? Et nonne necessariā habet remissionē peccatorum? Et vbi fructuosius illam habiturus, quam in ecclesia, quam sub ecclesiastico sacerdotē? Ideo eū paralytico illi curato per testū demisso Christus notāter ait, Homo, remittūtur tibi peccata tua. Prout exponit in commentario super Lucā, lib. 2. cap. 3. Beda, dicens. Hominem dominus à paralyti curaturus, primō peccatorū vincula dissoluit: vt ostenderet eū ob nexus culpā artuum dissolutione dānari: nec nisi his relaxatis, membrorū posse recuperatione sanari. Et bene is, cui peccata dimittēbatur, homo vocatur: qui hoc ipso, q̄ homo erat, nō posset dicere, nō peccauit. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo eo, q̄ homo est, oportet dicere, peccauit: nec tamen oportet dicere semper mortaliter peccauit: restat tamē petere remissionē peccatorum. Quod itē audi, q̄ absolute in suo Enchiridio ca. 35. pronūtiat *Augustinus*, dicens. Hac ergo excepta magna prouidentia, vnde hominis renouatio incipit, in qua soluitur omnis reatus, & ingeneratus, & additus: ipsa etiā vita cætera iam ratione accedentis ætatis quātalibet præpolleat foecūditate iustitiæ, sine peccatorū remissione non agitur: quoniā filij Dei, quādiu mortaliter viuūt, cū morte confligūt. Et quāuis de illis sit veraciter dictū, Quotquot spiritu Dei agūtur, ij filij Dei sunt, sic tamē spiritu Dei excitātur, & tanq̄ filij Dei proficiunt ad dominū, vt etiam Spiritu sancto, maximē cū aggrauate corruptibili corpore tanq̄ filij hominis, in quibus humanis motibus deficiunt ad seipso, & ideo peccent. Interest quidē quantū. Neq; enim quia peccatū est omne crimen, ideo crimē est omne peccatū. Itaq; sanctorū hominū vitam quādiu in hac morte viuunt, inueniri posse dicimus sine crimine. Peccatū autē si dixerimus quia nō habemus, ait tantus Apostolus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quātalibet quis fidelis præpolleat foecūditate iustitiæ, sine peccatorū remissione tamē nō agitur vita iam ratione accedētis ætatis. Iunge ista prædictis Augustini: q̄ ipsi loquūtur mendaciū, cui nō parceretur, qui prætedunt iustitiā suam, ne in pœnitentia cōfiteantur peccata. Et statim cōficiuntur, q̄ quātum cūq; quis iam præseruatur Dei

gratia præpollens foecūditate iustitiæ, vel loquitur mendaciū, cui nō parceretur, vel oportet eū aliquo tēpore in pœnitentia cōfiteri peccata. Quæ quāuis criminalia nō sunt, hæc tamen oportet etiā prudentē hominem cōfiteri alteri habenti potestatem discernendi inter leprā & nō leprā, vt nō suo quis iudicetur arbitrio, vtrum grauius iam peccauit, an leuius. Et quāuis sine sacramēto discuti posset, efficacior tamē est optāda remissio in sanctitate, & gratia sacramenti: & virtus sperāda robustior, vt præseruetur pœnitēs, ne veniale cōmissum sua mole faciat criminale. Reuertendo fergo ad tempus pœnitentiæ cōstitutū, quis nisi filius ecclesiæ malignātium, occurrere posset cōtra tam salubre mandatū: vt semel in anno cōfiteatur vniuersa peccata, & sicut semper semel in anno omnis redit nostrafestiuitas, semel in anno Pascha celebramus: ita semel plebs vniuersa cōmunicet. Et ne indignē quisquā accedat, iuste statuitur, vt semel in anno cōfiteendo quisquā pœniteat, eo maximē tēpore, quo cōmunicare proponit, vt sacerdotis iudicio euidenter fiat, quantū esse potest, q̄ alienus à mortali crimine nō indignē communicat. Vnde. 4. parte sermonū, sermone de aduentu domini, qui incipit, Propitia diuinitate, *Augustinus*. Quoties aut natalem domini, aut reliquas solennitates celebrare disponitis, ebrietatem ante omnia fugite: iracūdiæ quasi bestix crudelissimi mæ repugnate. Odium velut venenū mortiferum de corde vestro repellite. Sequitur. Nam qui se scit vel vnū hominem odio habere, nescio si ad altare domini securus possit accedere: cum beatus Ioannes Euāgelista terribiliter clamat, & dicat, Qui fratrem suū odit, homicida est. Iam nostrū est iudicare, vtrum homicida anteq̄ pœnitentiā agat, præsumere debeat Eucharistiam accipere. Hæc ille. AVTHOR. Attende quod dicit. Nostrū, inquit, est iudicare de homicida vtrū debeat &c. Quomodo autē de occultis cordiū iudicare poterunt sacerdotes, sine cōfessione peccatoris? Eius ergo est crimē ore exprimere, vt sacerdos valeat, quod suum est iudiciū, exercere: vel ad Eucharistiā admittendo dignū, vel ab Eucharistia repellendo indignum. Nec hoc tm̄ in genere ebrietatis, vel odij, sed in omni specie vitij: quia pro omni criminali vitio nō indignus debet excludi. Nec sancta tempora præterit Augustinus, quibus hoc fiat præ alijs, sed infert, Natale domini, & alias solennitates præclaras, in quibus tunc plebes cōmunicare solebāt, sicut modō in Pascha. Quod tamen nō ab Innocētio tertio primitus lege statutū est, vt iste dicitur:

Innocentius I. pitur: sed ante eum *Innocentius primus* de tēpo-
re Augustini: & cuius authoritati Augustinus
valde innititur. Ipse, inquam, antiquum statu-
tū patrum ecclesie roborauit decreto suo pri-
mo in proemio scribens. Innocentius Decen-
tio Egubino salutem. Si instituta vt sunt à bea-
tis apostolis tradita integra vellēt seruare do-
mini sacerdotes: nulla diuersitas: nulla varie-
tas in ipsis ordinibus, & consecrationibus ha-
beretur. Sed dum vnusquisq; nō quod traditū
est: sed quod visum sibi fuerit, hoc existimat
esse tenendū: inde diuersa in diuersis locis, vel
ecclesijs, aut teneri, aut celebrari videntur. Ac
sic fit scandalū populis: qui dū nesciunt tradi-
tiones antiquas humana præsumptione cor-
ruptas, putāt sibi, aut ecclesias nō conuenire,
vel ab Apostolis, vel apostolicis viris contra-
rietatē induatā. Ac demū de tempore pœnitē-
di. ca. 6. De pœnitētibus verò, qui siue ex gra-
uioribus cōmissis, siue ex leuioribus pœniten-
tia gerūt: si nulla interueniat ægritudo, quin-
ta feria ante Pascha eis remittendū Romanæ
ecclesie cōsuetudo demonstrat. Et infra. Sanè si
quis ægritudinē inciderit, atq; vsq; ad despe-
rationē deuenierit, ei ante tēpus Paschæ est re-
laxandū: ne de seculo absq; cōmunionē dece-
dat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce q̄ septingētis
annis ante Innocētium tertium fuit tempus pœ-
nitēdi, siue de grauib; siue de peccatis leuib;
semel in anno ante Pascha per istū sanctū In-
nocentium populis limitatum. Et nota, q̄ nec
per ipsum primū, sed Romanæ ecclesie cōsue-
tudine antiqua. Quā item antiquā consuetu-
dinē sub authoritate *Sozomeni* in historia tri-
partita lib. 9. ca. 35. describit *Cassiodorus*. Quo-
niam omnino nō peccare diuinū, & vltra hu-
manā naturā esse cognoscitur: peccātibus au-
tem, & pœnitētiam agentibus veniā Deus da-
ri præcepit: qui confiteri refugiunt, maius pec-
catorū onus acquirūt. Propterea visum est an-
tiquis Pontificibus: vt velut in teatro sub te-
stimonio ecclesiastici populi delicta pandan-
tur: & ad hanc causam presbyterū bonæ cōuer-
sationis, seruātemq; secretū, ac sapientē virum
statuerunt: ad quē accedentes ij, qui delinque-
bant, delicta propria fatebātur. At ille secun-
dum vnus cuiusq; culpā indicebat & multā.
Quod etiā hæcenus in Occidentalibus serua-
tur ecclesijs, & maximè apud Romā, vbi etiā
locus certus est pœnitentium. Hæc ille. AV-
THOR. Primò tēpus Romanæ cōsuetudinis
describit Innocentius: iam demū *Sozomenus*
locum, & formā, causamq; institutionis an-
nētens: quia qui confiteri refugiunt, maius pec-
catorū onus acquirunt. Et ideo antiquis Pon-

Cassiodo-
rus, Sozo-
menusq;.

tificibus visum esse, vt sub testimonio ecclesia-
stici populi delicta pādantur: nō aliter quā
secreto, & presbytero. Ideoq; dicit sapientem
ad hoc deputatū esse presbyterum, & seruan-
tem secretū. At ille pœnitētiam cuiq; secundū
delictū salutarem iniūxit, quā ipse vocat mul-
tam. Hæc antiqua semper describitur cōsue-
tudo ecclesie. Ideo, quia maiore vim postea le-
gis obtinuit: nō vt sufficiens esset hoc facere se-
mel in anno, sicut *Witcleff* in argumēto præ-
sumpsit, sed ne nunq̄ in anno cōfiteri nihil suf-
ficeret: quod *Witcleff* ad homines perdēdos
assumpsit. Beatissimus em̄ Augustin⁹ iam pri-
mo loco supra rectē valde dixit tēpora sic cō-
fitendi cōstitui. Rectē, inquit, cōstituantur ab
ijs, qui ecclesijs præfunt, tempora pœnitendi:
quāuis Deo cōfessum sit quotidie: cui dicitur,
Gemitus meus à te nō est absconditus. Et sub-
dit causam: vt satisfiat item ecclesie, in qua re-
mittuntur peccata, putā per confessionē sacer-
doti: sicut intendit cōtinuē in epistola. 7. quæ
incipit, Diu pœnitentiam, *Cyprianus*. Nā cum
in minoribus peccatis agāt peccatores pœni-
tentiam in isto tēpore, & secundum disciplinæ
ordinem ad exomologesin veniant: per man⁹
impositionē Episcopi & cleri ius communica-
tionis accipiant: nūc crudo tēpore adhuc per-
feuerante nondum restituta ecclesie ipsius pa-
ce ad cōmunicationem admittatur. Hæc ille.
AVTHOR. Ecce q̄ *Cyprianus* antiquus, &
sanctus pater iustum tempus pœnitentiæ di-
cit institutum, vt plebes secundum disciplinæ
ordinē ad exomologesin, id est, confessionē
peccatorum adueniant: & per manus imposi-
tionem episcopi ius cōmunicationis accipiāt,
quod vtq; *Witcleff* validē detestatur. Quis sa-
piens tot, & tam sanctis patribus decredet, vt
stolido *Witcleff* sine authoritate garrienti, si-
ne ratione, contra tantam authoritatem atten-
dat? Quis tam temerariū, & mendacem in cō-
siliū suæ salutis assumat: dicentem, & scribē-
tem, omni reiecto pudore, q̄ leges de confes-
sionibus in scripturis expressæ soli Deo factæ
per mille annos, & amplius suffecerunt? in-
nuens totum tempus ecclesie ante Innocen-
tium tertium. Cum tamen Innocentius prim⁹
in decreto suo mendacium eius non tantū ex
authoritate, sed etiam antiquitate confundat.
Sic *Cyprianus*, sic *Sozomenus*, & *Chryso-
stomus* Græci: sic Augustinus, & alij antē scripti
Latini: impudica mendacia eius non fe-
runt. Audistis, vidistis, scripta
se produnt, & mendacis-
simum ecclesie
proditorem accusant.

¶ De re

¶ De reservationibus casuum ad
praelatos maiores, & pu-
blicas pœnitentijs
peccatorū.

C A P. CXLIX.

S V M M A.

- 1 Casuum reservationes ad praelatos maiores, contra
Witcleff, in honorem Dei fieri, & ultionem
criminis, ostenditur.
- 2 Innocentius quid de potestate Petri dicat. Et quo-
modo aliquid ipsi potestatiue sit seruatum, quan-
uis communem cum alijs acceperit ad dimitten-
dum peccata potestatem.
- 3 Casuum reservationis in delictis causa ad primam
sedem, quæ sit.
- 4 Crimina enormia quæ. Et quomodo publice puni-
ri solita.
- 5 Theodosij Imperatoris pœnitentia publica ab Am-
brofio indicta, recensetur.
- 6 *Cyprianus* Carthaginensis ecclesie primas, quo-
modo quorūdam absolutiones sibi reseruauerit.
- 7 Confessio diacono fieri permissa.

R

Witcleff.

Idem.

Reservationes casuum fieri in
honorem Dei, & ultionē cri-
minis Dei, vel læsæ maiesta-
tis, omnis pie sentiens arbitra-
tur. sed *Witcleff* de confessio-
ne cap. 5. Per diabolū, & An-
glicos, inquit, hodie practizatur, q̄ primò re-
seruata absolutione notati criminis Romanæ
curie, mittuntur bullæ, q̄ homines possent do-
mi absolui. Sequitur. Sed monoculis est satis
cognitū, q̄ ista reseruatō absolutionis ad cu-
riam, est contra charitatis regulas fundata. Et
de sermone domini in mōte ca. 13. Diabolus,
inquit, docet, q̄ potestates absoluendi à pecca-
tis talibus per suū vicarium restringatur, vt o-
lim fuit tantū peccatū sacerdotem benedicere
in secundis nuptijs, q̄ sacerdos sic benedicens
incurreret irregularitatem, & peteret Roma-
nā curiam anteq̄ fuerat absolutus. Hæc *Wit-
cleff*. AVTHOR. Quam misericors domin⁹
noster Iesus Christus, quā pius existimari de-
bet à nobis, qui summam potestatis suæ in re-
mittendis criminibus successorī Petri remane-
re decreuit, siue Romæ sit, siue Carthagini, vt
sceleratus quisq; ad Petrū currat, quē in eius
subsidiū promptū in successore percipiet?

Vnde. 3. parte sermonum, sermone. 112. qui
incipit, Fortis, & humilis. fideliter hanc fidem
ecclesie adaperit *Augustinus*, dicens. Ecce nūc Augusti.
ad nutum Petri diuini regni claustra patefcūt.
Accepit enim à Christo clauces regni cælorū:
vt solutis vinculis delictorū, aperiret credentī-
bus cælum. O quā vicina, & prompta reme-
dia iuxta se habet mundus Dei regnum, si cur-
rat ad Petrum. Non hic machinæ quaruntur
ad nubes: quia ascēsum preparat sola fides. Nō
ad aures domini lōga est precātibus via: quia
ipse Christus credētibus factus est via. Posuit
ad vicem suā in seculo cælestis regni clauicula-
rium Petrū, ne difficilem sibi ad cælum quis-
piam existimaret ascensum. AVTHOR. Qui
habet aures audiendi fideliter, scire poterit fi-
dem Augustini fuisse de potestate Petri in re-
mittendo peccata, & aperiendo peccatoribus
claustra cæli. Ipse fideliter, & animosē scribit:
ipse loquitur confidenter, nec veretur dicere,
q̄ ad nutum Petri cæli claustra patefcunt: q̄
Petrus accepit potestatem à Christo in clau-
ibus, vt vinculis delictorū solutis, aperiret cre-
dentibus cælum. Quis Petrus putas? Non pi-
scator solus, & filius ille Ioanna Apostolorū
primus, & primas, & tunc potestas eius ipso
moriente euanuit: sed ipse Petrus in hæredi-
bus, in successoribus suis cathedre suæ sancte.
Alioquin quid intulit Augustinus, quā vicī-
na, & prōpta remedia, & q̄ iuxta se habet mū-
dus Dei regnum, si currat ad Petrum? Si intel-
ligi debet de cursu animæ ad Petrum in cælū,
non iuxta se habet mundus hoc remedium,
imò habet iuxta se propius ipsum Deum. Et
quid item posuit Deus ad vicem suam clauicu-
larium Petrum, nisi corporeum successorem
Petri daret intelligi, quem posuit Deus in se-
culo isto, nō supra adhuc in cælo, vt per eum
facilem sibi ad cælum quispiam existimaret
ascensum? Sic antiqui patres scribere confue-
uerūt, successorem Petri Petrum, propter idē-
titatem regiminis, & cōfortium potestatis. Si-
cut item sanctus *Eulogius* Alexandrin⁹ ad Gre-
gorium scripsit: & habetur in registro lib. 7.
epistola. 36. Suauissima mihi sanctitas vestra
multa in epistolis suis de sancti Apostolorum
principis Petri cathedra locuta est: dicens, q̄
ipse in ea nunc vsq; suis successoribus sedeat.
Sequitur. Sed cuncta, quæ dicta sunt, in eo li-
benter accepi, q̄ ille mihi de Petri cathedra lo-
cutus est, qui cathedram Petri sedet. Hæc ille.
AVTHOR. Hūc ergo Petrum nobis intimat
Augustinus, quando dicit mundū istum habe-
re prompta remedia dimittēdorum criminū,
si currat ad Petrum, id est, si eat ad Romanum

Kk 4 Ponti

Pontificem, successorem Petri, & hæredem intelligens: quod ipse in ea nunc usque in suis successoribus sedeat: cui accipiendi claves pro vniuersa ecclesia, vniuersalis ad dimittendum peccata semper est reseruata potestas. Qualiter etiam fundamentum scribendi accepit in hac re in sermone de natali apostolorum Petri & Pauli, qui incipit, Interrogabat Iesus discipulos.

Innocentius

2 post medium, Innocentius. Portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Potestas autem ipsius in duobus maximè commendatur, videlicet in absolutione peccatorum, & operatione miraculorum. Licet enim cõmunem cum alijs dimittendi peccata potestatem acceperit: non tamen sine rationabili causa solus legitur interrogasse Iesum, Si peccauerit in me frater meus, dimittam illi usque septies? & ei soli legitur respondisse Iesus, Non dico tibi septies, sed usque septuagies septies. Septenarius enim vniuersitatis est numerus, quoniam omne tempus septenario numero comprehenditur. Quid ergo septenarius per se ipsum multiplicatiuus significat, nisi vniuersorum vniuersa peccata? Sic igitur soli Petro præcipitur, vt si peccauerit in se frater suus, dimittatur ei non solum septies, sed usque septuagies septies: quia solus Petrus dimittere potest vniuersorum vniuersa peccata. Nam & sunt quedam peccata, quorum absolutio soli Petro est reseruata. Hæc ille. AVTHOR. Competenter exponit communem cum alijs potestatem accepisse Petrum ad dimittendum peccata: & tamen aliquid ipsi potestatiue seruatum, quod non potest cunctis esse commune: sicut Protoplasto datum est cum alijs communiter in specie hominis propagare sequaces: ipsi tamen soli prærogatiua fuit, quod esset primas, & forma propagationis, & in eum solum redudaret debitum potestatis paternæ, honor vniuersalis filiorum hominum, & primitas parentelæ. Pauci tamen aduertunt, quæ sit causa reseruationis casuum in delictis ad primam sedem. Est enim præter alias, causa maxima ad examinandum, & tunc ad iudicandum debite magni scelus, quod committi contingit in Deum. Hoc enim non nisi in publica ecclesia apud prælatum & clerum, vel cõfiteri expedit, vel puniri. Nemo siquidē suo examini in tanta causa committitur. Vnde David rex suum refugit iudicium, & lætanter subijt alienum, quando peccauit valde contra Deum. prout in Apologia de David, tractans illud, Delictum meum contra me est semper. docet Ambrosius. Iustus fauere sibi nescit: rigorem iudicij etiam circa se non nouit inflectere, recordationem lapsus proprii perhorrescit, & commissum eru-

Ambrosius

bescit errorem. Omnem eius memoriam pauet, metuit, reformidat, graue sibi iudicat: se ipsum arbitrum refugit: nec se sibi audet committere, quod nullum sibi putat grauiorem esse, quam eum, quem latere non possit, fallere ne queat, nullumque subsidium reperiat, nisi se sibi abneget, & domini crucem tollat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce David quia iustus, & omnis vir iustus se ipsum arbitrum refugit, nec se sibi audet committere. Est & alia causa, vt à magna plebe, & maiori item sacerdote ore tur Deus, vt ipsum peccatum dimittat, in quem committitur. Ecce furtum Achor, quod erat occultum, non est latere permittum, sed reus anathematis forte proditur. Fatetur scelus coram ecclesia, & poenam portat contemptus in Deum. Iosue. 6. Achab humiliatus est ad verbum domini per Eliam patriarcham nostrum, de tyrannide, quam fecit in Naboth. Et per eundem prophetam accipit inducias poenæ, quam propheta prædixit. 3. Regum. 2. Heliodori sacrilegium, & violatio templi in eodem loco sumptis suæ prædæ sententiam: & ad preces summi Pontificis donatur ad vitam. 2. Machab. 3. Cur fugit à nobis commissum David in Deum pro morte Vriæ, & stupro Bethsabee? Nonne publicatum est scelus eius coram vicario Dei Nathan, & ipse confessus flagitium, subijt item poenam? 2. Reg. 1. 2. Et de eo item in Apologia de David scribit Ambrosius. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit mater mea. Quis tanto affectu agit poenitentiam: humi stratus iacuit, fusus in lachrymas, cibum non gustauit, lauacro se abdicauit. Quid iam reliqua dicam? quod abstinerit ornatum regio: & punctus adduxit confessionem iniquitatis suæ, & in perpetua secula toto canendam orbe transmisit. Hæc ille. AVTHOR. Vbi est verbum fastuosum Wicleff præconizantis tertiam confessionem factam homini non inueniri in scripturis: sed solum confessionem cordis vel oris ad dominum? Coram Nathan propheta in magna ecclesia confessus est David, & poenitentiam grandem egit: Ambrosius dicit, quod adiunxit confessionem iniquitatis suæ, & in perpetua secula toto canendam orbe transmisit. Cur ergo propter immane scelus tergendum, & dominum placandum, non current homines ad sanctum Petrum? Qualiter securare potest Wicleff auditores suos de venia per poenitentiam cordis priuatam, post enorme flagitium commissum in Deum: propter quod item furor diuinus est sauiturus in orbem? Quale peccatum est hæresis, vitium schismatis, homicidium

Idem.

VVicleff.

Crimina enormia.

Ambrosius

Ambrosius apud Casiodorum.

ci. Iulium, adulterium, incestus, quem item puniuit Apostolus in publica Corinthiorum ecclesia. Et item seditio publicæ potestatis graffantis in populum: quam sanctus Ambrosius per se puniuit in Theodosio coram ecclesia sua & punitum absoluit. prout in libr. 9. historiarum tripertita recollit Casiodorus. Et ipse item in libro de obitu Theodosij transeuntur commemorat, dicens. Ego vt quidem sermonem meum per orationem concludam, dilexi virum misericordem, humilem in imperio, corde puro, & peccatore mansueto præditum, qualem dominus amare consuevit, dicens. Supra quem requiescam, nisi supra humilem, & mansuetum? Dilexi virum, qui magis arguentem, quam adulationem probauit: strauit omne, quo utebatur, insignem regium: defleuit in ecclesia publicè peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: genuit, & lachrymis orauit veniam. Quod priuati erubescunt, non erubuit imperator publicè agere poenitentiam. Neque vllus postea dies fuit, quo non illum doleret error. Quid quod præclaram adeptus victoriam, tamen quia in acie hostes strauit, abstinuit à consortio sacramentorum, donec domini circa se gratiam filiorum experiretur aductu. Dilexi virum, qui cum iam corpore solueret, magis de statu ecclesiæ, quam de suis periculis angebatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce testatur Ambrosius, quod Theodosius publicam in ecclesia egit poenitentiam, & abstinuit à consortio sacramentorum, donec domini circa se experiretur gratiam. Qualiter tamen egit poenitentiam in forma modernæ ecclesiæ ad iussum & moderamen episcopi, & ab eo absolui promeruit, bonum est propter hos, contra quos agimus, vt historiam retexamus. Ipse nanque (vt dixeram) libro nono historiarum tripartitarum. cap. 30. sub autoritate Theodorici, Casiodorus refert, quomodo in Thessalonica vrbe distractis iudicibus quibusdam regalibus septem millia hominum sine præcedente iudicio occisa sunt. Quæ clades cum ad aures veniret Ambrosij, scripsit ad imperatorem. Coequalium hominum princeps es o imperator, & conseruorum. Vnus est enim omnium dominus, rex omnium, & creator. Quibus igitur oculis aspicias cõmunis domini templum? quibus calcabis pedibus sanctum illius pavementum? Quomodo manus extendes, ex quibus adhuc sanguis stillat iniustus? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? Qua præsumptione ore tuo poculum sanguinis pretiosi percipies: dum furor sermone tantus iniuste sit sanguis effusus? Recede ergo, recede, ne secundo peccato prio-

rem nequitiam augere cõtendas. Suscipe vinculum, quod omnium dominus nunc ligauit. Est enim medicina maxima fanitatis. His sermonibus imperator obediens: erat enim diuinis eruditionibus enutritus: & apertè sciens quæ sunt propria sacerdotum, quæ regum, gemens, & deflens ad regalia remeavit. Et bene infra, narratis his, quæ in poenitentia gessit, & quomodo processit allocuturus Ambrosium, sequitur. Cumque ad sacra limina peruenisset, in sanctam quidem basilicam non præsumpsit intrare: sed veniens ad antistitem, & inueniens in saluatorio residentem, supplicabat, vt eius vincula resolveret. At ille tyranicam dicebat eius esse præsentiam, & contra dominum vesanire Theodosium, eiusque calcare leges. Verum (inquit Imperator) non insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones: nec iniquè ingredi sacra limina contendo: sed te soluere vincula mea depono: & communis domini pro me exorare clementiam: nec mihi claudi ianuam, quam cunctis poenitentiam agentibus dominus noster aperuit. Et tandem edita lege differendæ sententiæ mortis usque in diem tricesimum, subdit. Quo facto, vinculum eius soluit Ambrosius. Sequitur. Sic ergo sacratissimus imperator ingredi limina præsumens, non stans domino supplicauit, neque genua flexit: sed pronus in pavemento iacens, Davidicam proclamauit vocem, Adhæsit pavimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum. Manibus autem capillos euellens, frontem percutiens, & pavimento lachrymarum guttas aspergens, veniam impetrare placebat. Cumque tempus accederet, quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lachrymis est ingressus. Hæc ille. AVTHOR. Iam dicat Wicleff, qualiter somnauit ligamentum, & vinculum ecclesiæ illud, quod Christus Petro commendans ait. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: non esse excommunicationem, vel absolutionem ecclesiæ: sed prædicationem aliquam sacerdotum, vt rei à noxijs consuetudinibus se dissoluant: cum audit hic vincula patris Ambrosij, quibus octo mensibus Theodosium alligauit. Et nūquid erat nuda prædicatione, non censura, de qua ipse Ambrosius dixit, quod imperator in ecclesia publicam egit poenitentiam, abstinuitque à consortio sacramentorum, donec domini circa se gratiam experiretur? Et ipse Ambrosius. Recede (inquit) recede: suscipe vinculum, quod omnium dominus nunc ligauit. Et Casiodorus. Quo facto, vinculum eius soluit Ambrosius. Hæc alligationes igitur, & absolutiones

Kk 5 criminu

criminum, non immeritò potestates prospiciunt altiores: per quas in ecclesia magna possit examinatio districta fieri in causa Dei, siue sint peccata notoria, siue occulta, vt etiam poena publica, vel priuata, prout qualitas rei, & magnitudo sceleris exigit, cõsequatur. Hæc; legē domini esse arbitratur Ambrosius, dicēs contra dñm vesanire Theodosiū, eiusq; calcare leges. Nō dixit cõtra hominē, aut leges humanas. At mitis Theodosius. Nō insurgo (inquit) aduersus ecclesiasticas sanctiones. Conueniamus istos: & erunt hæc ligationes, & reservationes sanctiones ecclesiasticæ, ita vt etiā sint diuinæ. Hoc modo itē sanctus pater, & primas Carthagineñ. ecclesiæ Cyprianus christianos idololatrare coactos in ecclesia corā seipso poenitere cõgēgit, dicens: non aliter eos poenitere perfectē, nisi fortē nō possent mortis necessitate præuerti. Et tunc indixit, vt cõfiterentur cuicunq; presbytero, aut in eius absentia occurrētī diacono, epistola presbyteris & diaconibus directā, quæ incipit, Miror vos fratres. Occurrendum puto fratribus nostris: vt qui libellos à martyribus acceperunt, si incommodo aliquo, aut infirmitatis periculo occupati fuerint, nec expectēt præsentia nostrā, sed apud presbyterum quemcunq; præsentē, vel si presbyter repertus non fuerit, & vrgere exitus coeperit, apud ꝑ diaconum quoq; exomologesin facere delicti sui possit, vt manibus poenitentia: imposita, veniant ad dominū cum pace, quā dari martyres cū literis ad nos factis desiderauerunt. Hæc ille. AVTHOR. Extra hæc ergo necessitatis incommoda patet, q̄ sibi ipsi has absolutiones reseruauit, & eos ipsos episcopos inferiores, & sacerdotes valde obiurgat, q̄ ad sacramenta suscipiant, qui nō taliter poeniterent, libro exhortationis ad lapsos, qui incipit, Pax ecce dilectissimi. Spretis omnibus, atq; contemptis, ante expiata delicta, ante purgatā cõscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatā indignā tis dñi vis infertur corpori eius, & sanguini: plus modò in dñi manib; atq; ore delinquūt, q̄ cū dñm negauerunt. Pacem putant esse, quam quidā verbis fallacibus vendicant. Nō est ista pax, sed bellum: nec ecclesiæ iungitur, qui ab euangelio separatur. Quid iniuriam beneficium vocant? quid impietatem vocabulo pietatis appellant? Et inferens Deum oportere remittere peccata grauiora. Homo (inquit) Deo non potest esse maior, nec remittere, aut donare indulgentia sua seruus potest: quod in dñm delicto grauiore commissum est. Nec ad huc lapso hoc accedit ad crimē: si nesciat esse

prædictum. Maledictus homo, qui confidit in homine. Sequitur. Cæterū si quis pro perafestinatione temerarius remissionē se dare cunctis putat posse: aut audet domini præcepta rescindere: nō tm̄ nihil prodest, sed obest lapsis. Prouocasse em̄ est ad irā, non seruasse sententiā. Hæc ille. AVTHOR. Conqueritur ecce omnia gesta: priusq; lapsus purgauit conscientiam sacrificio & manu sacerdotis in poenitentia dignē facta. Quod autem dicit: hominē nō posse remittere, quod in dñm delicto grauiore commissum est: sic intelligit: sine districtissima seueritate ecclesiæ cū oratiōe fusa ad Deū: vt signa remissionis diuinæ in poenitente certamus: prout in sequentibus litera eius ostendit: & habet Casarius in exhortatione, quæ incipit, Quod supplicante. vbi dicit. In sua iniuria se quisq; ostendat esse clementē: quia dñs dicit. Si dimiseritis hominibus peccata vestra. Quando verò aliquis in dño peccatū p̄sumit dimittere, districtiōne ecclesiæ debet sustinere: & hoc bono, & pio debet fieri animo, vt p̄ spiritualē castigationē ita in hoc seculo corrigantur, ne pereant in futuro. Et paulò antē. Si iuste agere voluerimus, illi, qui in Deū peccauerit, sine seuerissima districtiōne penitus indulgere non debemus. Hæc ille. AVTHOR. Propter hoc em̄ secundū Origenem lex iubet vestimenta leprosi diluta esse, & caput eius reuelatū, & os eius ad opertū. Homil. 8. super Leuiticū. Vult (inquiens) lex diuina peccatorem nō solū vestimenta nō assuere, sed & caput nō cõtegere: vt si qd̄ est capitis delictū, id est, si in Deum aliquid commissum est, si in fidem peccatum est, ne hæc quidē habeantur obtecta, sed omnibus publicetur: vt interuentu, & correptione omniū emendetur, & veniā mereatur. Hæc ille. AVTHOR. Ab antiquitate ergo descendit ecclesiæ distinctiō ista culpārū: ita vt culpa capitalis, quæ redundat in Deū, aut in fidem, aliter plectatur. s. in publico ecclesiæ: nec sinatur tegi ab ipso peccatore, vt ipse se iudicet. Mira res: in quotidianis, & hominū causis iudices homines adire cõsultit Wicleff: sed in causis maioribus, & vbi Deus offenditur, aut fides læditur, sola cordis contritiōe totā delet offensam: nec alieno reseruat arbitrio delinquentem. Hæresis hæc Corinthiorū erat: qui in causis suis adibant cõtra proximos fideles, iudices infideles. In causa verò Dei, vbi publicē tolerabatur incestus eius, qui patris sui accepit uxorem, nullus est pulsatus iudex, reus peccauit impunē. Idcirco beatus Paulus ipsum corripuit in publica ecclesia: vt secundū

Origenem

Origenem correptione omnium emendetur, & veniā mereatur. Sic itē Ambrosius reseruauit culpam Theodosij, vt poeniteret in ecclesia publica, & solui mereretur. Sic Ananiam, & Sapphiram volentes mētiri spiritui sancto, Petrus ligauit, vt publicē item corripere. Aut eo magis sanctus Cyprianus sic lapsos reseruauit ecclesiæ, vt in publico poeniterent, qui peccauerunt in Deū: & publicis gemitibus, & mixtis orationibus populi veniam mererent? Vnde lib. de poenitentia in fine Ambrosius. Remuneratio præsentium, testimoniorū futurorum est. Si quis igitur occulta crimina habēs, propter Christū tamen studiosē poenitentia gerit, quomodo istic recipit? Si enim cõmunio nō refunditur: nolo veniā reus speret. Petat eam lachrymis: petat gemitibus: petat populi totius fletibus: vt ignoscatur ei obsecret. Et cū secundò, & tertio fuerit dilata cõmunio, credat se remissius supplicasse: fletus auget: miserabilior postea reuertatur. Teneat pedes brachiis: osculetur osculis: lauet fletibus: nec dimittat: vt de ipso dicat Iesus. Remissa sunt ei peccata: quā dilexit multū. Cognouit quosdā in poenitentia sulcasse vultū lachrymis, exarasse cõtinuis fletibus genas: strauisse corpus suum calcandū omnibus: ore semper palido, & mortis speciem spiranti in corpore p̄tulisse. Et infra. Satis est, inquit, ei, qui talis est, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus: ita vt ecõtrario magis donetis, & cõsolemini, ne fortē abundantiore tristitia absorbeatur. Si satis est ad cõdemnationem obiurgatio, quæ fit à pluribus, satis est quoq; ad remissionem peccatorū obsecratio, quæ fit à pluribus. Hæc ille. AVTHOR. Non te fugiat, q̄ de occulto peccato re in principio locutus est Ambrosius hanc sententiam. Si quis (inquiēs) occulta crimina habens, propter Christum poenitentia gerit: in his tamen summoperè cauendum est, ne p̄latus in restringendo casus subditorum nimis inueniatur difficilis. Melius est de nimia benignitate, q̄ de excessiua seueritate reddere rationē, ait Chrysostomus. Et si quis viderit fratrem suum necesse habere temporalis impendii, & clausit viscera sua ab illo, non habet charitatem Dei in se. Iuxta Ioānem. Qui clausit à fratre suo patiente, & petente, regnum cælorum, occasiōe timoris præterdens, perdendo talentū domini sui, si poneretur ad mēsam, quomodo non conuincetur perditæ charitatis? De magno prælato iam nuper excedēte verbū relinquitur: quia in alijs cum erat & clemens, & dapilis: tamen in absolutionibus poenitentium admodum tenax, & ipse sine ab-

solutionis beneficio, quod forsan optauit, repente migravit. Idcirco salubriter consulit in fine libri de visitatiōe infirmorum Augustinus, dicens. Quis, o bone Iesu, de misericordia tua desperare poterit? Dico itaq; omnibus, dico tandem confitentibus, dico confessis confulentibus, ne confessi desperent, ne sacerdotes post mortem aliquos lugeāt: imò cum suo Ie dicant, Soluite eum, & finite abire. Melius est enim, vt talis proficit, vel nō noceat absolutio, quàm obfit indiscreta ligatio. Hæc ille.

Augustin.

¶ Ad tres cauillationes Wicleff contra professionem sacramentalē, pro ignorantia proportionis poenæ ad culpā, de minoritate scientiæ sacerdotis, & incertitudine confitentis.

C A P. C L.

S V M M A.

1. Wicleff contra confessionem sacramentalem cauillationes, pro ignorantia proportionis poenæ ad culpam, de minoritate scientiæ sacerdotis, & de incertitudine confitentis, ex Augustino, Hugone, & Ambrosio diluuntur. Et plura de hoc per totum cap.



Auillationes perfidiæ Wicleff, quas ipse loco rationū contra fidem euangelicæ cõfessionis inuoluit, cernamus. de sermone dñi in monte ca-

3. Potest (inquit) ad hoc fieri euidencia, quosdam mouēs. Nullus iudex debet ferre sententiā, nisi ipsam cognouerit veritati (quia diuinæ sententiæ) concordare: sed nullus presbyter audiēs confessiones, & pro peccatis iniungēs poenitentia, hoc cognoscit. ergo cū hoc nō sit fundabile ex scriptura, vel ratione, videtur, q̄ nullus presbyter audiendo cõfessiones hominū, debet poenitentia sic taxare. Hæc Wicleff. AVTHOR. Cauillatio ista videtur

Wicleff. Cauillatio prima.

Cyprianus.

Confessio diacono fieri pmissa.

Cyprianus.

Casarius.

Origenes.

Wicleff.

videtur contra taxationem poenitentiae facere solum: sed contra absolutionem intendit, & totam confessionis utilitatem: quia vbi ea refumit. 4. trialog. ter damnati cap. 23. sic arguit. Nemo absolvens communiter nescit grauedinem peccati confessi: sicut nescit, si confitens sit contritus: & bene scit, quod aliter non deletur peccatum. Quomodo ergo mentiendo super Christum tam frontose absolueret, & poenitentiam, cuius proportionem ad peccatum ignorat, iniungeret? Hec Witcleff. A V T H O R. Iste obscurat lucem fidei: quia cecus ipse non videt. Non est per eum primo reperita fallacia, sed protesa. *Augustinus* autem videtur ei satisfacere lib. de natura boni. cito post principium. Qualis autem (inquiens) & quanta poena cuique culpa debeat, diuini iudicii est, non humani: quae vtiq; & cum conuersis remittitur, magna est bonitas apud Deum: & cum debita redditur, nulla est iniquitas apud Deum: quia melius ordinat natura, ut iste doleat in supplicio, quam vt impunè gaudeat in peccato. Hec ille. A V T H. Iam arguat Witcleff, quomodo confessor absolueret, & poenitentiam, cuius proportionem ad peccatum ignorat, iniungeret. Ego respondeo cum *Augustino*: quia qualis, aut quanta poena cuique culpa debeat, diuini iudicii est, non humani. Quae tamē conuersis pro parte remittitur, & tunc magna est bonitas apud Deum: & pro parte iniungitur, & nulla est iniquitas apud Deum, nec apud homines sic taxantes: quibus ipse dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ipsi enim datae sunt clauis, de quibus non est in ecclesia desperandum. Obstat Witcleff: quia hoc de remissione per Deum ait *Augustinus*, non de clauium remissione. imò vna est remissio vtriusque: & haec ipsa per clauis non excluditur, quando de dimissione diuina quis loquitur. Idcirco in fine eiusdem libri clauis ecclesiae introducit *Augustinus* dicens: Praesta nobis, dona nobis, vt per nostrum ministerium, quod execrabilem, & nimis horribilem hunc errorem redargui voluisti, sicut iam multi liberati sunt, & alii liberentur: & siue per sacramentum sancti baptismi tui, siue per sacrificium contribulati spiritus, & cordis contriti, & humiliati in dolore poenitentiae, peccatorum remissionem, & blasphemiarum suarum, quibus per ignorantiam te offenderunt, accipere mereantur. Tantum enim valet praepollens misericordia, & potestas tua, & veritas baptismi tui, clauisque regni caelorum in sancta ecclesia tua: vt nec de illis desperandum sit, quod diu in hac terra per tuam patientiam viuunt. Qui

scientes quantum malum sit, talia de te sentire, vel dicere propter aliquam temporalem & terrenam comoditatis consuetudinem, vel adeptionem, in illa maligna professione detinentur: si ad tuam ineffabilem bonitatem saltem increpationibus correptionibus fugiant: & omnibus carnalis vite illecebris caelestem vitam, aeternamque praepollent. Hec ille. A V T H O R. Attende, quod per sacramentum baptismi, & per sacramentum contriti spiritus in dolore poenitentiae, peccatorum remissionem blasphemus Manichaei merebuntur accipere. Ratio: quia tantum valet diuina potestas, & misericordia eius praepollens in baptismo, & clauibus regni caelorum in ecclesia eius: vt nec de illis desperandum sit quando viuunt in hac vita. Si autem sperari non possit in clauibus venia, quando non constat homini quanta poena cuique debetur culpa: cum hoc non humani sit iudicii, sed diuini, semper in his clauibus esset desperandum de venia: quia nunquam sperandum. Noscenda ergo forent clauis in se, & iterum quo ad usum. Quas sic describit in sententijs ca. de duabus clauibus. *Hugo*. Licet (inquiens) aliquis ante consecrationem habeat discretionem, non tamen in eo est clauis: quia non habet ex officio hoc facere: nec potest ea claudere, vel aperire, quare non est in eo clauis. Iterum indiscretus sacerdos etiam careat illa discretionem, tamen habet officium sic discernendi: ita etiam usum eius non habeat, eam tamen videtur habere. Et iuxta hoc potest dici, quod in consideratione omnibus dantur illae clauis, id est, officium exercendi discretionem, & officium exercendi potestatem. Et infra. Nec dicimus sacerdotem iniuste aliquem ligare, vel soluere, ex quo adhibet tantam discretionem, quantam potest. Hec ille. A V T H O R. Habemus hic clauis, officia exercendi, & exequendi secundum discretionem actum potestatem acceptam. Et si quis adhibeat discretionem, quam tunc potest, non ligat iniuste, vel soluit. Sed si discretio fuerit diminuta, quomodo soluitur? vel Deus sic soluet: & deficiet in discretione consentiet. Hic est difficultas Witcleff, si poenitens per discretionem defectiuam solui pretenditur, nunquam in celo per hoc solui dicitur? hoc supposito, quod confessor diligentiam bene faciendi contulerit, sed in facto delinquat. O mi Witcleff, audisti ne Christum ad Petrum exprobranter dicere. Modicae fidei quare dubitasti? Et vbi est iam: Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, & dabitur ei? Vbi est iam: Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis? Secundum hanc sapientiam, non humanam, sed bona fide diuinitus impetrata patres

patres in canonibus, & scripturis suis quantitate poenitentiae taxarunt in ecclesia: qualiter posset respondere peccatis. Sed non suspēdatur in his: non turbentur sacerdotes pro fraudē heretici. In his perplexitatibus ne fiant christianis bonae fidei viris dubia sacramenta: videtur recurrendum ad commune sacramentorum principium: fidem Christi: secundum quam Christus ad patrem muti ait, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. & ille cum lachrymis exclamauit. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Marci. 9. Verba respondentis sese oppugnare videntur. Quis enim iam credit incredulus? Aut si credit dominum: quomodo adiuuari petit incredulitatem suam? Soluitur difficultas: si iam credendi voluntas, vel pronitas ad credendum reputetur ad fidem: quia & sic credens omnia credit in illo vniuersali articulo, quo credit ecclesiam, & tamen si in particulari peteretur, incredulus putaretur. Hanc autem particularem adiuuat Christus: quando credentis bene in suo vniuersali particularibus supplet defectus. Sic volentem baptizari, sed praeventum occiduo Christus adiuuat, vt credat ad salutem: quia bona mente fide communi succensus ecclesiae fideliter appetebat, quod adipisci non poterat. Sic quis poenitens bono animo accedit, in particulari forte credens omnem corporis sospitatem habiturum se deinceps post absolutionis officium: quia tamen proptus est omnia credere, quae fides Christi continet in ecclesia, nihil obierit ipsi, quod sinistrè credidit, & informat? iam abijcit. Ita de ministris conferentibus sacramenta, generale propositum eorum conformem sanctae fidei Christus attendens, in causis eorum particularibus ipse supplet defectus: dans intelligi, quod sicut ipse est, qui baptizat, cum minister baptizat, sic ipse peccata remittit. Si enim ministratus esset sacramentum, à ministro errore sacramentum esset erroneum. Talis enim cum proportionare peccato poenitentiam nescit, quid aliud, quam Credo domine: adiuua incredulitatem meam, affectuose proclamat? Et erit tunc certa peccatorum solutio clauis nolenter errante, quia accurrens magister ecclesiae Christus, vel ex speciali dono excessum temperat, vel aggrauat poenam leuem. Ipse enim est, qui quassatam arundinem non cofregit, & lignum fumigans non extinxit: sed si rei sunt homines, ipse soluit copeditos: si sacerdotes boni sunt, sed dubij, dominus illuminat caecos. Ipsius est sacramentum: & ideo ipse certum praestat effectum. Sicut item in Archisynagogum. Noli timere, tantummodo crede. Marci. 5. Hoc euangelicum documentum in exercitio cuiuslibet sacramenti, de effectu eius securam reddit ecc-

clesiam. Nihil nobis cum haereticis, qui tot vepribus vias sepiunt, ne remissionem peccatorum fideles obtineant. Certi sumus verum esse, quod lib. de vera & falsa poenitentia. cap. 4. *Augustinus* dixit. Omnem animam ille promissor saturauit bonis, etiam sedentes in tenebris, & umbra mortis, nullam excipiens animam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille, qui Corinthios per epistolas suas voluit corrigere, vt ipse testatur, ter in libris eorum correxit. Oportebat enim, vt quotiens videbat eos cadere, toties iuuaret surgere. Memor enim erat illius, qui dixerat, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Scimus autem & primos patres, & in omni tempore ecclesiam Dei semper vsque in septuagessepties peccata dimittere: quam potestatem & isti ab ecclesia auferre conantur. Oportet enim ecclesiam sic credere, quae confitetur se peccare. Hec ille. A V T H O R. Ad *Augustinum* dicat cauillator Witcleff si audeat, Paulus ter Corinthios corrigere attentabat, remittendo eis peccata auctoritate illa Christi, Quorum remiseritis peccata &c. Sicut deinceps in omni tempore per ecclesiam patres vsque ad septuagessepties peccata dimittunt. Cur tu dicis eos blasphemare in Deum, qui peccata dimittunt, & non esse hanc potestatem ecclesiae, sed predicare dominum dimissorem? Christo domino econtra rio clamante: Quorum remiseritis. &c. Et *Augustino* querente de vobis, & patribus veteris Nouatianis haereticis, quod potestatem istam dimittendi peccata, quam à Paulo deinceps per omne tempus, & semper patres ecclesiae exercebant, ab ea auferre conamini. Oportet (inquit *Augustinus*) sic ecclesiam credere, quae confitetur se peccare. At Witcleff. *Vitcleff*. cap. 3. de sermone domini in monte. Si confessus sit praescitus, vel vir duplex in confessione, tunc peccata cuncta redeunt, nec opera illius confessoris super tali viro duplici quicquam agunt. Cum ergo nemo debet mentiri pro toto mundo saluando, videtur, quod confessor non debet sic asserere, quod absoluit simpliciter suum confessum. Et ibi dicit blasphemiam usurpationem confessoris accipere sic super se, absolutionem super illum. Et. 24. trialog. 4. Videtur (inquit) quod sicut papa, & confitentes ceteri ignorat qualitate praesciti, vel praedestinati, sic ignorat, qui homines sunt contriti. Hec Witcleff. A V T H O R. Soluitur haec cauillatio per responsum *Augustini* ad Bonifacium arguentem similiter de patribus fiducialiter respondentibus pro paruulo suo oblato, quod credat, & baptizari velit: cum eum sic volitum aut,

Augustinus aut crediturum ignorent. Epistola ad Bonifacium, quæ est duodecima: ubi dicit. Miror parentes in istis rebus tam fideliter pro paruulo respondere, vt dicant eum facere tanta bona, quæ ad horam, qua baptizatur, baptizator interrogat, cum eadem hora si subijciam erit castus, aut non erit fur, nescio vtrum audet aliquis dicere aliquid horum erit, aut non erit: si cut mihi sine dubitatione respondet, q̄ credit in Deum: & quod se conuertat ad Deum. Respondet Augustinus. Nempe ita sæpe loquimur, vt Pascha propinquante, dicamus crastinam, vel perendinam domini passionem, cū ille ante tam multos annos passus sit: nec omnino nisi semel illa passio facta sit. Nempe ipso die dominico dicimus: hodie dominus resurrexit, cum ex quo resurrexit, tot anni tranfierint. Cur nemo tam ineptus est, vt nos arguat esse mentitos: nisi quia istos dies secundū illorum, quibus illa gesta sunt, similitudinē nuncupamus: vt dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed reuoluntione temporis similis eius: & dicitur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod non illo die, sed iam olim factum est. Sequitur. Et per hoc cum respondeatur paruulus credere, qui fidei nodum habet affectum: respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deum propter conuersionis sacramentum: quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti. Et infra. Itaq; paruulum etsi nondū fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur: non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Hæc ille. A V T H O R. Ita si cognouit fides & tu, o Witcleff, quod sicut fidem habet paruulus, & fidelis vocatur, qui nondum credit, nec forsā credet in posterum, propter fidei sacramentum, & sic satis fideliter respondetur pro eo, quia responsio ad celebrationem pertinet sacramenti: sic confessor bonæ fidei reum suum, quanuis fictum, absoluit, & absolutus dicetur, quanuis non re ipsa, tamen in similitudine sacramenti: quia absolutio ipsa ad celebrationem sacramenti poenitentiae pertinet. Et ideo non mentitur absolvens virū duplicem, vel præscitum in sacramento poenitentiae, sicut nec patrinus offerens, & respondens pro futuro apostata, vel præscito ad sacramentum baptismi: aut sacerdos ipsum baptizans in forma ecclesiae. Inter ista tamen quomodo in forma per te inuenta possint esse tuta à mendacio: cum dicas sermone. 9. tertiae partis, quod

verisimile est ex euangelio Ioannis, q̄ viri apostolici post signa absolutionis à Deo debent immunitatem prius peccantis in populo publicare: & poenam suam inflatam à militibus mitigare? Hæc Witcleff. A V T H O R. Qualiter potest vians quisquam sine reuelatione sibi facta signa illa discutere absolutionis à Deo, cuius habet immunitatem pronuntiare in populo: si sit vir duplex, aut verè præscitus: cum venient illufores prophetantes in nomine domini, quos non nouit dominus, & in vestimentis ouium lupi rapaces? Quod si in publico populo res tam occulta, immunitas, scilicet, pristini peccatoris posset sine periculo mendacij prædicari, cur non dici potest in aure? Et si poenam inflatam ipsi à militantibus potest talis apostolicus mitigare, cur non hoc potest, si eum audiat in occulto? Et quomodo non est blasphemum vsurpatio illa militantium accipere super se salutarem iniunctionem poenitentiae infligendæ sic præscito? Hæc omnia, quæ ipse mouit inaniter, iam capiti aethoris torturam minatur. Miranda inter oēs præsumptio vnus viri semidocti, q̄ velit extractam formam suam de euangelio Ioannis seruandam esse pro fide. Et quod à temporibus apostolorum ecclesiae seruatum ex euangelio in patribus omnibus est semper, vnico flatu negationis hæreticæ velit esse peremptū. Sed nemo melius, quàm ipse, se ipsum exterminat. Nos autē dicamus, quia qui iussit nobis remittere peccata hominum, vt sumus homines: ipse item noluit, q̄ vt Deus corda hominum scrutaremur, sed iuxta diuinam legem vt homines. Nec interest nostra, vtrum sit arbor bona, an mala, quā colimus: sed bene discutiamus ad cognoscendum eam ex fructibus. Et frequenter sicut sunt deteriores, quàm possumus in externa confessione percipere: ita plerūq; sunt de se meliores, quàm valemus signorum exhibitione cognoscere. Vnde libr. 2. de poenitentia in principio Ambrosius. Nos non erubescamus fateri peccata nostra. Pudor est, vt vnusquisq; crimina p̄dat; sed ille pudor agrū suū arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet, quos inter mortuos esse credebas. Hæc ille. A V T H O R. Confessionem vocalem in speciali de peccatis tangit Ambrosius, hortans nō erubescere fateri peccata nostra: & innuens nō fuisse speciale quid pro vno sic disposito, sed quid generale pro omnibus. Pudor (inquit) est, vt vnusquisq; crimina sua p̄dat. Nescio autē quæ christianum pudet dicere orationem dominicam: ubi in quinta petitione generali verbo seipsum de peccatis prodit. Ad

Witcleff.

Ambrosius


Ad cauillationes duas Witcleff contra confessionem sacramentalem pro ignorantia sacerdotis de reciduatione confessi, & incertitudine clauium.

C A P. C L I.

S V M M A.

- 1 Responsio ad Cauillationem Witcleff contra sacramentalem confessionem pro ignorantia sacerdotis de reciduatione confessi, ex Augustino, & Ambrosio.
- 2 Cauillatio Witcleff contra confessionem sacramentalem pro incertitudine clauium. Et quid contra hanc ex Augustino auctor refertur.

Witcleff.



Terum arguit Witcleff cap. 3. de sermone domini in monte. Regulariter talis confessor, sicut ignorat, si suus confessor dicit veritatem, seu cōteritur, vel mentitur, ita ignorat eius reciduationem, damnationem, vel ordinationem Dei super vita eius: & cū super isto deperdet absoluentis iudiciū, videtur quod sit blasphemum vsurpatio confessorum sic absolueret. Hæc ille. A V T H O R. Quo ad hoc, q̄ ignorat reciduationem confessor, parum interest. Sed quid si de certo cognoscat? an non præcognouit lapsū Petri, & reciduationem apostolorum ad infidelitatem Christum, peccatorū indultor, quando purgavit eos in sacra cœna, dicens: lam vos mundi estis, sed non omnes: proditorem designans? Et nunquid purgare omisit Petrum per aduentum spiritus sancti: quia non ignorauit, sed sciuit Petrum reciduarere debere in reprehensibilem prauitatem obseruationis legalium? Nunquid videtur tibi iam blasphemum vsurpatio Christum præcipuum confessorum sic absolueret cōfitemem? An nō præsupponebat Christus reciduationes plurimas fratris nostri in nos, quibus in persona Petri mandauit, vt dimitteremus peccata vsq; septuagies septies: Sed hoc eius motium contempsit Augustinus in hac cuiusdam Donatistæ ad poenitentiam confugientis ecclesiae. Quem tamen clerici fideles voluerunt abijcere: quia reciduiam eius habuerunt suspectam.

In sermone de apostolis Petro & Paulo, tertia parte, qui incipit, Recens sancti euangelij, Augustinus. Cōtristauit nos, quod audiuimus, Augustinus. quanuis presentes non fuerimus: q̄ quidam ex Donatistis veniens ad ecclesiam, peccatū rebaptizationis confitens: cū ad poenitentiam ab episcopo exhortaretur, reclamatum est à quibusdam fratribus, & repulsus est. Dico charitati vestrae: torta sunt ex hoc viscera mea. Fate mur vobis: nō nobis placet talis diligentia. Scio quia zelo Dei fecerunt, & ecclesiae. Sequitur. Veniant, admittantur more solito, qui nunq̄ adhuc catholici fuerunt. Si autē iam catholici fuerūt, & inuenti sunt lubrici, inuenti sunt inconstantes, & infirmi, & inuenti perfidi: nunquid parco profus perfidos? fortè erunt fideles, qui perfidi fuerunt. Veniant & ipsi admittendi ad poenitentiam: nec sibi blandiatur, q̄ redeuntes ad partem Donati egerint poenitentiam. Illa poenitentia fuit falsa de re bona: hæc vera de re mala. Quando egerunt poenitentiam in parte Donati: poenituit illos, quia bene fecerant. Modo agant vt poeniteat illos, quod male fecerant. Timetis, q̄ perfidi inuenti sunt, ne sanctū conculent? Ecce & huic timori vestro consulit, si in poenitentiam admittant. Erūt in poenitentia quado voluerint cōciliari: iam ne mine cogente, nemine terrēte: qm̄ poenitens catholicus iam legū comminationes nō cōpatitur. Cœpit velle recōciliari, dū nemo terreret: vel tūc credatur volenti. Puta coactus est esse catholicus: erit poenitēs. Quis illū cogit petere recōciliationis locū, nisi voluntas propria? Modò ergo admittamus infirmitatem, vt postea probemus voluntatē. Hæc ille. A V T H O R. Augustinus ecce sanctus p̄sul nō parit in constantibus infirmis, nec inuentis perfidis, imò nec profus perfidis, quin suscipiat eos per poenitentialem formam ad ecclesiae cōmunionem: etiā nec poenitere coactū, vel attritū: vnā semper causam pietatis obtendēs. Forsan erūt fideles, qui perfidi fuerūt vsq; adhuc. Ecce angustia tua de reciduiatib⁹ vincit. Quid vis me dicere de p̄scitis, de dānatis, de aliter à Deo dispositis? Ego nō infidior causis absconditis. Altiora te ne quæris, iubet sapiēs: sit p̄scitus, sit traditor in Christo & ecclesia: ego suscipio poenitentem. Diabolū autē extra hæc ecclesiam damnatū non absoluo. Quandiu in hac carne viuatur, de venia per clauas ecclesiae obtinēda nō nisi paganicè desperatur. Iā dixerat Augustinus si sit præscitus fructuosè poenitēdo pot saluari. Nā ita credit ecclesia: q̄ Iudas potuit obtinere veniam, si ab ecclesia postulasset. Vnde lib. de vera & falsa poenitentia. ca. 9. Augustinus. Iudas

Augustin. Iudas poenitens iuit ad Phariseos: reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, nisi augmentum desperationis. Dixerunt ei: quid ad nos? Tu uideris. Si peccasti, tibi sit: non tibi succurimus: non peccata tua charitatiue suscipimus: non comportando promittimus: nec qualiter deponas onus, docemus. Quid enim nobis & misericordiarum: qui nec opera sequimur iustitiarum? Iisset ad fratres, iisset ad illos, qui orauerunt pro focru Petri febricitate: qui Chanaanam improbam misericordiarum obtulerant. Interrogasset pro se Petrum effundentem lachrymas: non fugisset Mariam, & Martham, quae vitam Lazaro impetrauerunt. Non turbam ploratem: quae unicum filium acquisierat viduam. Iuit ad diuinos: & diuisus interit. Hae ille. AVTHOR. Comparemus iam Iudam praescito, sicut est, & Phariseos Witcleuistis: si non in conciliis uiuantur. Clarè satis, satis item & simili sensu scribit hoc ipsum. 2. lib. de poenitentia Ambrosius. Arbitror enim, quod etiam Iudas potuisset tanta domini miseratione non excludi a uenia, si poenitentiam non apud Iudaeos, sed apud Christum egisset. Peccauit (inquit) quod tradiderim sanguinem iustum. Responderunt. Quid ad nos? Tu uideris. Quae vox alia uestra est, cum etiam minoris peccati reus uobis factum proprium confitetur? Quid respondetis aliud nisi hoc: Quid ad nos? Tu uideris. Hunc sermonem sequitur laqueus eo feraliore poena, quo culpa est minor. Hae ille. AVTHOR. Concorditer ecce sancti patres docent Iudam ire debuisse ad Christum, ad Petrum, ad apostolos, ad ecclesiam intercessores: & per Dei miserationem non fuisset exclusus a uenia. Constitit autem eis de poenitione eius aeterna, cum ista sic scriberet. Vel ergo docuerunt inaniter: vel dederunt intelligi praescitum ueniam consequi posse in ecclesia, si ad ecclesiam formam statutam uelit accedere. Nescio si Simon Magus praescitus non fuerit: huic tamen beatus Petrus obtulit poenitere, & ueniam consequenter, ut ibidem paulo supra probat Ambrosius. Denique Petrus Simon, qui magicæ artis consuetudine deprauatus, putasset, quod gratiam Christi per impositionem manus, atque infusionem spiritus sancti compararet pecunia, ait. Non est tibi pars, neque fors in hac fide: cor tuum non est rectum apud Deum. Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & precare Deum, si forte remittatur tibi recordatio cordis tui. In obligatione enim iniquitatis, & amaritudine fellis uideo te esse. Vides, quod hunc magica uanitate blasphemantem spiritum sanctum, apostolica auctoritate condemnet: & eo magis, quia pura

conscientiam fidei non habebat: & tamen non interclusit ei spem ueniam, quae inuitauit ad poenitentiam. Hae ille. AVTHOR. His pensatis, non turbetur fidelis a sine poenitentialis confessionis, & absolutionis sacramentalis, propter illam, quam iam Witcleff obiecit multiplicem ignorantiam sacerdotis de praescientia passiuam, de reciduatione, & duplicitate confessionis, de diminuta discretionem: prouideat legendo, aut magis Deum orando de notitia proportionis poenae ad excessum culpae quantum in se est, diuino iudicio se conformet: incubens sit directionibus scripturarum, canonum, & patrum ecclesiarum: & omni mentis constantia auctoritati solidissimam sanctarum clauium ecclesiarum se committat, omnes ambages repellat uirorum errantium, & uolentium dicere sacerdotibus catholicis cum pharisaeis Iudae respondentibus, Quid ad nos? tu uideris. Et ne suscipiamus incaute praescitum, consulunt abijcere praedestinatum. Scimus enim ex clauibus Petri esse certissimas. idcirco in libro de poenitentia, & assumit Beda exponens hunc textum Apostoli. 1. ad Corinth. 12. Ne iterum cum uenero &c. Augustinus. Fac incertum esse utrum ignoscat Deus: quid perdit, cum supplicat Deo, qui salutem perdere non dubitauerit, cum offenderit Deum? Quis enim certus est etiam, quod imperator ignoscat? Et cum pecunia funditur, maria transeuntur, procellarum incerta subeuntur: ut mors, & poenae euitetur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini: sine dubitatione ista fiunt, cum sit dubium, quo sine perueniant. Et tamen certiores sunt clauibus ecclesiarum, quam corda regum, quibus clauibus quodcumque in terra soluitur, etiam in caelis solutum promittitur. Et multo est honestior humilitas, qua quisque se humiliat ecclesiae Dei, & labor mitior imponitur: & nullo temporalis mortis periculo mors aeterna uitatur. Hae ille. AVTHOR. Facit Deus, quod occurrat, quo necesse habemus soluere uersutias inimici. Ad quid uolat iste processus beatissimi Augustini, nisi ad satisfaciendum illis, qui hesitant de remissione peccatorum per clauibus ecclesiarum: & dicentibus incertum esse, si Deus remittat sicut sacerdotes promittunt? Ad quod utique laborat Witcleff tractatu suo de confessione capi. 4. Papa (inquiens) uel sacerdos alius, non habet scientiam peccati grauedinem cognoscendi, etiam quomodocumque peccans secundum ultimum notitiam suam dixerit confessori, nisi hoc sibi specialiter a Deo fuerit reuelatum. Et infra post multas gerulas. Cum sacerdotes absoluentes hoc

hoc saepe nesciunt: imò semper si haec poenitentia confessio suo profuerit, uel fuerat uoluntati Dei contraria: uidetur quod Deus non regulariter approbat talem poenitentiam sic iniunctam. Hae Witcleff. AVTHOR. Omnia facit, ut retrahat fideles a confessione catholica, & apostolica: iam propter inmutatam scientiam sacerdotis de peccati grauitate, iam de qualitate confessionis obijciens, aut de subtractione diuinae clementiae ad inuocationem presbyteri, & gemitum peccatoris. Ego iam offero argumentum, quo probem uiam ecclesiarum esse tutissimam, si uia eius sit tuta: non autem sic uia eius esse tutam sine ecclesia. Ubicumque enim duo sufficiunt ad effectum, si adijciatur tertium adiumentum, non impeditur, sed potius expeditur effectus. Sed si poeniteat hominem malae uitae praeteritae, & confirmans se in bono, traiciat totam intentionem suam ad uiuendum per effectum, sufficit poenitentia ad salutem, sicut dicit Witcleff. cap. 23. quarti dialogi. Ergo si ad hoc addat confessionem ecclesiarum, & subeat poenitentiam salutarem, nihil impeditur salus animae, sed promouetur quod super Witcleff ad ecclesia. Patet modus arguendi: cum sit saluatoris Matth. 23. ad Scribas, & Phariseos decimantes mentham, anethum, & cuminum: relinquentes quae grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem: quod si priora sufficerent, haec adiecta perficerent. ideo arguit Christus, haec oportet facere, & illa non omittere. Ita Witcleff poenitentiam mali propositi, & propositum bonum facti si dicat sufficere, relinquens ea, quae sunt grauiora legis, scilicet, ostendere se sacerdoti, pudore perfundi, & poenam subire taxatam, a certitudine perfectionis necessario deficit, dicente illi Christo, & ecclesia. Hae, quae tu dicis, oportet facere: & ista, quae iubentur, non omittere. Si dicas hoc uerum esse, dato, quod confessio ecclesiae foret utilis: iam hoc tu dicis: & ideo in casu simpliciter quid necessarium praedicto. 23. cap. quartilibri. Iam arguat Witcleff contra confessores, & poenas iniunctas. Si data sua saluant hominem, cum omnia illa iubet ecclesia, non potest homo per mandatum ecclesiae a salute deficere. Potest autem si ultra data Witcleff iussa Christi & ecclesiae requiratur impleri. Via ergo ecclesiae, quae omnia iubet, quae Witcleff, & addit ea, quae Christus, est obseruantia certior ad salutem. Hoc intendebat Augustinus arguere, dicens iam supra. Fac incertum esse utrum ignoscat Deus (sicut dicit Witcleff incertum, si absolutio confessoris, uita confessi, uel eius dictio, aut poena taxata sint Deo contraria) sed fac incer-

tum esse: quid perdit reus, cum supplicat Deo, qui non dubitauit offendere Deum? aut cum se humiliat ecclesiae Dei, & poenam luit iniunctam: quid perdit? si poenam cordis sui subire sufficeret: quid poenam item officii subire prelati? si humiliare se Deo saluat hominem: quid perdet homo, si item propter Deum ecclesiae se humiliet: & ultra poenam cordis poenam impleat hominis? Sane quam maxime triumphat arguens hoc modo in sermone de poenitentia, qui incipit, Poenitentes in prooemio, Augustinus. Sed unde scis (inquit) ne forte Deus dimittat mihi? uerum dicis unde scio illud nescio. Hoc nescio: ideo do tibi poenitentiam, quia nescio. Nam si scirem nec tibi prodesse, non tibi darem. Item si tibi prodesse, non te ammonerem, non te terrorem. Duae res sunt: aut tibi ignoscitur: aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, ignoscitur: ergo dimitte incertum, & tene certum. Hae ille. AVTHOR. Ad ista coniunge, quae iam Witcleff dixit: sacerdotes absoluentes hoc saepe nesciunt, si poenitentia confessio profuerit: uel fuerit uoluntati Dei contraria. Ista sunt antiquorum haeticorum motiua ut uidetis. Respondet Augustinus. Ideo do tibi poenitentiam: quia nescio. Si tibi a Deo ignoscitur, siue non, ego nescio: sed iuxta fidem credo. Sed si fides cordis tui bona est, ecclesiae obseruantia tibi prodest: hoc est certum. Si fides tua tibi soli subueniat: hoc est incertum: puta negatiue: singulis non est certum: dimitte ergo incertum Witcleff, & assume certum ecclesiae: sumens hoc unum pro certissimo certo, quod certiores sunt clauibus ecclesiarum, quam corda regum, quibus quodcumque in terra soluitur, in caelis solutum promittitur secundum Augustinum. ubi etiam recolle quod supra dixi, quod sententiam caeli preuenit sententia Petri.

Respondetur ad tres accusationes Witcleff contra catholicos confessores: de leuitate nimia: de seueritate: & quia confessos non produnt.

CAP. CLII.

- 1 *Witcleff prima accusatio contra confessores catholicos, de leuitate nimia. Et ad eam responsio.*
- 2 *Witcleff aduersus cōfessores, de seueritate nimia, secunda accusatio, diluitur.*
- 3 *Witcleff tertia contra confessores, quia confessos non produnt, accusatio refellit.*

Accusatio prima. VVitcleff.



Similiter ¶ (inquit Witcleff) capi. 3. de sermone domini in monte. Nemo debet presumptiuè dare audaciã peccatori: sed sic faciunt communiter confessores. ergo ista

ars absoluedi est fideliter fugienda. Quis rogo timeret rapere bona proximi sui: prodere suum dominum, vel peccata similia facere, si crederet simpliciter, q̄ propter illud peccatũ non subibat maiorem poenitentiam, q̄ confessor suus iniungit. Hæc Witcleff. A V T H O R. Hanc argutiã traxit Witcleff nõ à lege Christi, vel libris fidelium, sed à garritibus Paganorum, & Iudeorum perfidia. Vtraq; enim gens per hanc formam concertat contra confessionem ecclesiæ, & poenitentiam salutarẽ. Respõdet aut singulis prima parte sermonũ, sermo.

Augustin.

17. versus finem *Augustinus* dicens. Solent inde christianis pagani insultare de poenitentiã, que instituta est in ecclesia: contra nonnullas hæreses tenuit ecclesia catholica istam veritatem de agenda poenitentia. Fuerunt enim, qui dicerent, quibusdam peccatis non esse dandam poenitentiam: & exclusi sunt de ecclesia, & hæretici facti sunt. In quibuscunq; enim peccatis non perdit viscera misericordiæ mater vera. Ergo solent inde etiam pagani quasi insultare nobis, nescientes quid loquuntur: quando ad verbum Dei, quod linguas infantium fecit disertas, nondum peruenerunt. Vos, inquit, facitis vt peccent homines, q̄ illis promittitis veniã, si egerint poenitentiã. Dissolutio est ista, non ammonitio. In hanc sententiã exaggerant verba quanta quisq; potest lingua, vel sonanti, vel titubanti, non tacent, non tamen quando eis loquimur, & si vincuntur, consentiunt. Tamen quomodo vincantur, breuiter accipiat charitas vestra: quia totũ domini misericordia optime cõstituit in ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiã: quia portũ poenitentiæ pollicemur. Si clauderetur aditus poenitentiæ, nõne ille peccator tantò magis arueret peccata peccatis, quãtò magis desperaret ignosci? Diceret enim sibi: ecce peccaui, ecce scelus admisi. Iam mihi veniã nullus lo-

cus est. Poenitentia infructuosa est: damnãdus sum. Quare non iam viuo vt volo: quia ibi nõ inuenio charitatem: hinc saltem pascam cupiditatem. Quare enim me abstineam? Ibi mihi locus omnis clausus est: hinc quicquid nõ fecero, perdo, quia vita, quæ post hanc vitã futura est, nõ dabitur mihi. Quare ergo nõ seruiõ libi dinibus, vt impleã, & saturem, & faciam quicquid nõ licet, sed libet? Diceretur ei fortassis: si miser capieris, accusaberis, torqueris, punieris. Sciunt ista homines mali ab hominibus dici: & inter homines se viuere attendunt: multos malè, & sceleratè viuentes impunita habere peccata: occultare possunt, quæ redimere nõ possunt, ducetes vsq; in senectutẽ vitã lasciuã, blasphemam, sacrilegã, perditã. Enumerãt sibi. Quid ille: qui tãta fecit, nõ senex mortuus est? Nunquid attẽdit illũ ideo & peccatorẽ, & sceleratũ, senẽ mortuum: vt ostenderet in illo Deus patientiã, expectans poenitentiã? Et infra. Quomodo enĩ reuera auget peccata, qui desperauerit, sic potest augere peccata, & qui veniã sperauerit: vt dicat sibi: faciam. Deus bonus est, quãdo me conuertero, ignoscet mihi. Sequitur finaliter. Ecce ad vtrũq; vigilauit, p nobis prouidentia Dei: ne desperando augeamus peccata propositus est poenitentiæ portus. Rursus ne desperando augeatur, datus est dies mortis incertus. Hæc ille. A V T H O R. Patet ne iã in litera Augustini, q̄ cũ pagani cõtraxit Witcleff societate iniquã, militas cũ eis, & argumẽta eorũ assumẽs sibi cõtra cõfessionem ecclesiæ, imponẽs ei, q̄ det peccatori audaciã delinquẽdi, qui veniã pollicetur si peccat. Similiter impii Iudæi in hanc desperatiõis abyssum peccatores suos impellunt, si reciduiare contingat vsq; in quartũ. Non solum dico, q̄ hoc obseruabãt antiquitus, imò q̄ vsq; ad tempora nostra docent: prout lib. 1. cap. 1. de causa Dei *Thomas Braduuardinus*. Quærenti mihi (inquit) à quodã perito Iudæo: si contingat quẽquã inter eos quartò peccare, quid tũ agat? Respõdit, q̄ quicquid libuerit, sicut certissimè diabolo traditus & dãnatus: & tãdem fortassis in aliquo nemore, aut deserto vagabitur errabũdus: & aliqua se misera morte perdet. Hæc ille. A V T H O R. Huic miserimã hæresi Iudæorũ in lib. suo. 2. de poenitentia circa mediũ, insultare videtur *Ambrosius*. Soluit enĩ criminũ nexus verecũda cõfessio peccatorũ. vide quid à te exigat dominus Deus tuus: vt memor sis eius, quã accepisti, gratiã: nõ glorieris quasi nõ acceperis. Vides q̄ remissionis pollicitatione te prouocat ad confitendũ. Vide ne reluctando mandatis cælestibus in in-

Thomas Braduuardinus.

Ambrosius

Accusatio secunda. VVitcleff.

uotionem Iudæorũ incidas, quibus dicit dominus Iesus. Cantauimus vobis, & non saltastis, lamentauimus, & non plorastis. Vilis sermo, sed non vile mysterium: & ideo cauendũ, ne quis vulgari quadam sermonis huius deceptus interpretatione, putet nobis saltatiõis lubricæ histrionicos motus, & scenæ deliramenta mandari. Hæc etiam in adolescentu laetate vitiosa sunt. Sed saltationem mandauit, quam saltauit Dauid ante arcam domini. Totum enim decet quicquid defertur religio nõ, vt nullum obsequiũ, quod proficiat ad cultum, & obseruantiam Christi, erubescamus. Sequitur. Cantauimus vobis: noui vtiq; cantum testamenti: & nõ saltastis: hoc est, nõ eleuastis animã ad spirituale gratiam. Lamẽta uimus, & non plorastis: hoc est, nõ egistis poenitentiã. Et ideo derelictus est Iudæorũ populus, quia nõ egit poenitentiã, & gratiã refutaui. Per Ioannem poenitentiã: per Christum gratiã. Istã quasi dominus donat: illã quasi seruus annuntiat. Vtrunq; igitur ecclesia custodit: vt & consequatur gratiam, & non abiciat poenitentiã. Gratia enĩ munus largientis est, poenitentia delinquentis remedium. Hæc ille. A V T H O R. Auditis, q̄ remissionis pollicitatione nõ sacerdos, non episcopus quisquam mortalis: sed Christus Iesus p̄fex factus in æternum, nos prouocat ad confitendũ: nõ sibi soli tm̄, secũdũ ordinẽ Witcleff, sed ad illã, quæ est verecũda peccatorũ cõfessio: & per hoc homini facta mortali. & adiungit. Vide (inquit) ne reluctando mandatis cælestibus in inuotionẽ Iudæorũ incidas, qui in desperationem potiũ mittunt, q̄ remissionem p̄mittunt: ne forte secũdũ argumẽtum factum iã cõmune tribus, hæreticis, pagani, & Witcleuistis, sic promittentes, & veniã indulgentes, audaciam faciant peccatori: quia portum poenitentiæ pollicentur. Sed vt omnibus euidentis huius inconstãtia hominis fieret, statim sibi ipsi dicit contraria: quia vbi de nimia leuitate poenitentiæ criminabatur ecclesiã, in eodem passu sine mora de crudelitate, & seuitia cõfessorum improperat, & ad leuiora suadet. ca. 1. de sermone dñi in mōte. ca. 3. ¶ Infinita ¶ (inquit) sunt incõuenientia, quæ cõfessor in ista materia nõ euadet: sed videtur, q̄ laborat in deceptione sui cõfessi pro pecunia, vel dominio acquirendo: & ita alligat super humeros poenitentium onera grauiã, quæ ipsi sufficere nõ possunt: nec propter longitudinẽ temporis ex ordinatione domini supportare. Sicut ergo iniunxit adulteræ, q̄ nolit amplius peccare. Ioannis. 1. 8. ita videtur confesso

res debere iniungere poenitentiã cõfidenti: tũ quia nulla est ars poenitentiãria, à qua capi potest certior poenitentiã iniũgenda: tũ etiã, quia hoc maxime retraheret à peccato, & sonaret in misericordiam cõfessoris. Quomodo ergo crudelis, & immisericors confessor necessitaret Deum ad suo iudicio cõfentiendum? Hæc Witcleff. A V T H O R. Leue cerebrũ, & vage mentis iudiciũ habens, quod tã sceleri raptu volat ad opposita: nũc leues poenitentias hominũ damnans: dicẽs eos dare peccãdã licentiã, cũ parcut: nũc eosdẽ crudeles appellas, quia in Istar Christi sine omni poenitentia non relaxat: quia sic, inquit, Christus dixit adulteræ. vade, & amplius noli peccare. Hoc scio Christũ dixisse: sed si ei vltiorem poenam nõ statuit, siue insensibiliter imperando quia Deus fuit, siue sensibiliter postmodũ iniũgẽdo qualiter tibi cõstat? Cũ itẽ exemplum remissionis Christi non solũ est à quo erudiamur, nõ vnĩcũ in scriptura. Ecce Petrus in negãdo deliquit: Christus respiciendo remisit. Nũquid p̄pter hoc sine ampliori poena Petrus abscissit? Paulus item remissionẽ peccatorũ à Christo accipit, putas tũ non dixisse dñm remissorẽ: Ego ostendã illi quãta oporteat eũ pro noĩe meo pati? Argumẽta forsã scripturã per me non te mouẽt, audies ex li. 9. moralium. ca. 1. 2. 2. textu Iob. Sciens q̄ nõ parceres delinquentes. loqui *Gregorius*. An poenitentiã parcut, & delinquenti nõ parcut? Quia cũ delicta plangimus, nequaquã iã delinquentes sumus. Sed quid est, q̄ Petrus, cũ negat, respicitur: & redemptoris negati respectu ad lachrymas vocatur? Quid, q̄ Paulus, cũ redẽptoris nomẽ in terra conaretur extingueret, eius verba de cælo meruit audire? Sed tñ culpa in vtroq; punita est: quia & de Petro, teste euangelio, scriptum est. Recor datus Petrus verbi Iesu, egressus foras, fleuit amarè. Et de Paulo hæc eadẽ, quæ hunc vocauit veritas, dicit. Ego ostendã ei quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Delinquenti ergo dñs nequaquã parcut: quia delictum sine vltione nõ deserit. Aut em ipse hoc homo in se poenitẽs punit, aut hoc Deus cũ hoĩe vediticans percutit. Nequaquã ergo parcutur peccato: quia nullatenus sine vindicta laxatur. Hæc ille. A V T H O R. Ecce ex ore sancti Iob, Deus non parcut delinquenti: & quodcũq; delictum sine vltione non deserit, qui vt iustitiã fatisceret, ipse Deus existens, in hanc carnem descendit, vt poenas peccatorum, quas homo eger non posset, ipse persolueret. Perpende tamẽ, quòd Deus, qui sine vltione reatũ trãfire non sinit, ipse etiam cũ ad condignum non

plectit, parcit. Simul enim adultera graue poenam de suspensione iudicij pertulit, & de publica confessionis accusatione ruborem, & postmodum de saluatoris misericordia lenitatem. Hoc item exemplo iam penè rubore confectis, & per seipos poenarum extortioe multatis, misericorditer cofessores parcut, & tamē aliquid ecclesiasticæ feueritatis imponūt: alijs autē misericordius fauiunt, quos in peccatorum defensione proteruos, aut de criminis excessu tepidē vident esse compunctos. Nec vnus igitur poenitentia modus est omnibus: nec eadem misericordia singulis impendēda, vt fallax Witcleff interpretatur saluatoris exemplum: sed nec palpator criminū confessor accusandus est, cū ex compassione pepererit, nec crudelis cū monente iustitia poenitentiam aggrauat: quia siue sic, siue sic, Christi minister est. hoc attendens, quod dixit. Vade, iā amplius noli peccare. Vnde in epistola ad Macedonium Augustinus. Ne delictorum nō amator, sed approbator videretur. Vade, inquit, iā deinceps noli peccare. vt se homini pepercisse, non hominis culpam sibi placuisse monstraret. Iam vides igitur de religione descendere, nec nos societate criminum obstringi, q̄ intercedimus plerunq̄ etiam pro sceleratis: & si non scelerati, tamen pro peccatoribus intercedimus peccatores. Hęc ille. AVTHOR. Fautor igitur spiritualis, quem confessis suis, siue parcendo, siue intercedendo, vel fouendo vice Christi confessores, nō est iniquitatis cofensus: sed ex religione descendit, cuius modum, si non nosti, antiquitatem considera. Quamlibet. 9. historia tripertita cap. 35. describens Casiodorus. Apud Romam (inquit) locus certus est poenitentium. Stant enim rei velut in lamentationibus constituti: dum enim sacra celebratio fuerit adimpleta, illi cōmunionem non percipientes, cum gemitu, & lamentatione semetipos in terram prosternūt. Ad quos cōcurrentes episcopus, & ipse cum lacrymis, & gemitu spiritali prosternitur: & ois ecclesie plebs fletibus inundatur. Post hoc autem prior surgit episcopus, & eleuat iacentes à terra. Tunc competenter post poenitentiam facta oratione dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte vacantes, aut ieiunijs, aut abstinentia lauacri, aut suspensione ciborum, aut rebus alijs, qui iubentur, expectant communionis tempus, quod discernit episcopus. Cōstituto verò tempore velut quoddam debitū exoluentes, afflictione peccati curati, cum populo participantur cōmunionem. Hęc ergo antiquitus Romani pontifices vsque ad no-

strum conseruauerunt tempus. Hęc ille. AVTHOR. Ecce mi Witcleff. si leuis poenitentia est culpanda: quæ credis est leuior quàm poenitentia Christi, quam ipse (vt tu recitasti) signauit adulteræ? Vade, & iam amplius noli peccare. Quæ gens peccatrix, & poenitēs plus habere iam solet diebus nostris christiani fomenti, quàm isti apud Romanorum antistitē, quos sic consolabatur antiquitas? Et iterum audi veterem lib. 2. de poenitentia versus finē Ambrosium. Condoleamus (inquit) peccatoribus affectu intimo. Hęc enim summa virtus: quia scriptū est. Et non gaudebis super filios Iuda in die perditionis eorum: & ne magniloquaris in die tribulationis eorum. Sed quotienscūque peccatū alicuius lapsi exponitur, compatiar, nec superbe increpem: sed lugeā, & defleam: vt dum alium fleo, me ipsum defleam: dicens. Iustificata est magis Thamar, q̄ ego. Fortasse adolescentula lapsa sit occasione: quia delictorum fomite fuit decepta, ac præcipitata. Peccamus seniores: repugnat in nobis lex huius carnis, legi mentis nostræ, & captiuos nos in peccatum trahit, vt faciamus quod nolumus. Illi de ætate suppetit excusatio: mihi nulla. Illa enim debet discere: nos docere. Ergo iustificata est magis Thamar, quàm ego. Incusamus alicuius avaritiā: recordemur si nil ipsi auarē facimus. Et si fecimus: quā radix est malorum avaritia: & tanq̄ sub terra occultē in nostro serpit corpore: dicam? singuli. Iustificata est magis Thamar: & recordat? suā esse culpā ait. Iustificata est magis Thamar, quàm ego. Si commoti fuerimus in quenquam grauius: causam leuiorem laicus habet, quàm episcopus: eo quod commotius aliquid egerit. Retrahemus nobiscum, & dicamus: iustificatus est magis iste, qui cōmotiōis arguitur, q̄ ego. Sequitur. Non ergo erubescamus dicere grauiorē culpā nostrā esse, q̄ eius, quē arguēdum putamus: quia dixit hoc Iudas, q̄ arguebat Thamar: & recordatus suā esse, ait, Iustificata est magis Thamar, q̄ ego. Hęc ille. AVTH. Quātū putas criminis imputtat hostis noster Ambrosio, si sanctū patrē legisset nō parcentē poenitenti tātum: sed cōdolentē confessis suis, & compatiētē ad tantū, eos sibi in iustitia vitæ præferre studeret?

Ambrosius

Accusatio tertia. Witcleff.

3

Augustin.

Casiodor.

fionem nec audet culpam confessam prodere: nec confessum suum priuatē vel publicē ad virtutem oppositam inclinare. Et sic necessitatur à lege domini, Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus: cōfessendo crimini: declinare. Hęc Witcleff. AVTHOR. Parce o Witcleff: & super fragiles homines mitesce paulisper. Seueritas est hæretica sic in fratres tuos crudescere, & ex eius inuidia pullulans, qui accusator est fratrum nostrorum, & accusare eos studet. Sollicitē inquit ipse te docuit dicere cōfessum esse crimini: criminationibus, & calūnijs hominū non insistere die ac nocte. Ipse te docuit nō Christus Iesus: q̄ confessor debet confessum suū prodere: vel ceteri alioquin proditor legis Christi. Nos autē scimus Christum Iesum nec sui prodidisse traditorem: nec eū de hoc crimine proditiōis singulariter arguisse: nec itē per hoc necessitatū à lege domini declinare: qui eū quantū oportuit in quodā generali compefcuit, dicens. Vnus ex vobis me traditurus est. Sed scio, q̄ venter tibi doleat: quia non potest os tuū amaritudine, & omnidolo plenū, & iam sepulchrum factum patēs, nisi publicum venenum expirare conceptū: & eū in publico accusare, cuius iudex electus, aut tutor es positus in secreto. Nouatus tuus hoc te docuit: cui item respondet lib. de quaestionibus noui & veteris testamenti. ca. 102. Augustin. Adhuc est aliquid, quod reprehendit Nouatianus. Cur, inquit, corpus domini tradunt eis, quos nouerūt peccatores? Quasi possint ipsi accusatores esse, qui sunt iudices. Si accusati aut fuerint, & manifestati, poterūt abijci. Nam quis iudex accusatoris sumat perfonam? Nā si dñs Iudam passus est, quem sciebat furem esse: & ea, quæ mittebantur, exportabat: nec eū, qui accusatus nō est, abiecit, hoc exēplo vt oportet, vt eū abijci non liceat, qui publicē detectus non fuerit. Nam nec iusto viro cōpetit aliquē accusare. Vnde Matthæus. Ioseph cū esset (inquit) homo iustus, & nollet eā traducere, voluit occultē eā dimittere. Hęc ille. AVTHOR. Hoc est documentum charitatis, hæc disciplina catholica pij patris: q̄ confessor non erit confessi sibi proditor: tm̄ ne eū accuset in publico: sed negare ipsi non debet corpus Christi cū alijs sumere: quia Christus nō negauit Iudæ, sed contulit, cui tamen in cōsensu criminis non adhæsit. Cur hoc? Quia nō potest accusator esse qui iudex. Et iterū: quia iusto viro non cōpetit aliquem accusare. Inuisissimus ergo Witcleff: qui sic accusat, & stimulat accusantes, vt de accusatione continua desistant: saltem etiam catholicos infideles.

Opto audire eum semel suum prodere sectatorem: & publicē coram orthodoxis accusare de crimine. Aut omnes de studio partis ei⁹ sunt immunes à scelere, expertes peccati, angelis cōæquales. Refellant ergo eum catholici: dicant eum sceleratum: arguant eum de cōsensu criminis, & nostros fideles non eum audiant incusantem, quousq; sceleratissimos sectatores suæ perfidiæ coram populo nostro & clero audiant detegentem. Si bona sit doctrina eius, experiatur in suis: si mortifera vt est, non permittatur in nostris.

Quòd Deus pronior est ad præmiandum iustos, vel ad parcendum poenitentibus, quàm ad puniendum iniquos.

C A P. CLIII.


S V M M A.

- 1 Deus, quòd sit pronior ad præmiandum iustos, & parcendum poenitentibus, quàm ad puniendum iniquos. Augustini, & Chrysostomi auctoritibus ostenditur.
- 2 Deus quòd sit infinite magis quacunq; multitudine infinita.
- 3 Deus cum miseretur, quòd etiā teneat summam iustitiam



Vic item tractatui de clementia sacerdotum & temperato rigore in catholicè poenitentibus, ingerunt se quædam difficultates Witcleff ad partem oppositam: quia tenentur se Christo conformare supremo cofessori: quia à nullo alio potest capi certius ars absolutoria. in proximo præcedente cap. Christus autem non est ad miserandum procliuor, quàm ad puniendum reos. 4. dialog. cap. 12. Quantū ad istud inquit, quòd Deus est pronior ad præmiandum, quàm ad puniendum: specialiter istud est imbrigabile apud scholasticos: cum Deus sit in infinitum pronus ad puniendum. Ideo cum in punitione sua sit summa iustitia, videtur, q̄ non sit procliuor ad aliquē præmiandum: ideo vel hoc dictum magistraticeo: vel glosso illud secundū terminos magis certos, vt minus impugnabiles: quia nō vi deo magnam prudentiā verba huiusmodi de-

L1 3 fen-



Misericordia virtus. fendendo. Hæc Witleff. AVTHOR. Quorundam philosophorum stultitia fuit, q̄ misericordia non sit virtus: & ideo remouendam eam putarunt tā à Deo, q̄ hominibus. de quibus lib. 6. diuinarū institutionū. cap. 14. *Lactantius*. Si ergo in homine præclarum & excellēs est bonum misericordia, idq̄; diuinis testimonijs, & bonorum, malorūq̄; consensu optimū iudicatur, apparet philosophos longē abfuisse ab humano bono: qui neq; præceperūt huiusmodi quicq; neq; fecerunt: sed virtutē, quæ in homine propemodū singularis est, pro vitio semper habuerunt. Libet hîc interponere vnum de philosophia locū: vt illorū plenius coarguamus errores: qui misericordiam, cupiditatem, metus, morbos animi appellant. Hæc ille. AVTHOR. Non ad præsens negotium pertinet dicere, si hæc hæresis philosophorū præualebat in Witleff. nō scilicet pro magna virtute misericordiam æstimare: quanuis ita videatur sonare ex verbis, dicendo quādoq; q̄ Christus non fuit ad corporalem eleemosynā assuetus. Sed hoc, quod intercidit, astruimus, quod Deus sit ad præmiandum, vel miserendum pronior, quā ad puniendum procliuus. Assumit pro hac parte *Lactantius*, q̄ præclarum, & excellēs bonum in homine est misericordia, & diuinis testimonijs optimum iudicatur. Remotis igitur imperfectionibus, si eam tribuamus Deo, et optimum iudicatur in Deo, & superexcellens bonum. Quoniam ergo ad optimum bonū Deus semper est pronior: videtur, quod ad miserendum Deus semper est pronior, quā ad puniendum. Et ne videatur hæc dictio magistralis (vt iste grammaticus noster dicit) & non ex necessitate scripturæ producta, & ecclesiæ veritate, clamat ad nos ipse dominus per prophetam, dicens. Nolo mortem peccatoris: sed vt magis cōuertatur, & viuatur. Ecce magis conuerti vult dominus peccatorem vt viuatur per gratiam, q̄ vt intereat per poenam, & mortem secundam. Et in comparatione huius primæ, dicit se nolle secundā. quomodo ergo non est magis pronus ad primam. s. gratiam, q̄ ad secundā, scilicet mortem, & vindictam? Vnde lib. de verbis domini sermo. 3. inferens hunc textum. dicit *Augustinus*. Magna bonitas Dei: & amicitiarum nobis præmia repromittit, vt nobis obsequia debeat seruitutis extorqueat: vt quos nolle seruire conspicit sponte, suorum beneficiorum possit promissionibus inuitare. Sequitur. Cupit etiā nolentibus subuenire: desiderat misereri peccanti: qui si peccauerit, dignos fructus exhibeat poenitentia. Inuitus

enim in reos vindicat, si Dei indulgentiam miserantis contempnant. Amat enim corrigi peccatores, qui in vitam, non in mortem à principio cōstituit homines. Reuertimini (inquit) ad me, & reuertar ad vos. Et iterū. Nolo mortem peccatoris: tū reuertatur, & viuatur. Non vult dominus in quēquam dominari mortē: non vult in poenam deduci hominem, quem in vita constituit. Hæc ille. AVTHOR. Planē patet Augustinum hîc exponere mortē, non solum pro morte culpæ, quā non vult dominus, sed & magis pro morte vindictæ debitæ pro peccato. Non vult (inquit) dominus in quenquā dominari mortem: non vult in poenā deduci hominē, pro quo dixit: Nolo mortem peccatoris: inuitus in reos vindicat. Et in hypognostico paulō post principium, dicit *Augustinus*, q̄ nec mortem vult, nec eam fecit, sed serpens. Nolo (ait per prophetam Ezechielem dominus) mortem peccatoris: sed reuertatur, & viuatur. Si eius (vt prædicatis) auctor est Deus: cur eam dicendo nolo, repellit à peccatore, & non patitur quod suum est permanere? Mortem (inquit) nolo peccatoris, quā ego ei non feci: sed ipse eam sibi dum in me præuaricator extitisset, inuenit: sed reuertatur, & viuatur, id est, vitam me miserante recipiat, quam se peccante perdidit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce dominus dicēdo, Nolo mortē, mortē à peccatore repellit: ergo est ad miserandum & præmiandū paratior, q̄ ad puniendum procliuus. Non enim longē distant Dei ad nos misericordia, & præmium: qui coronat nos oēs in sola misericordia, & miseratiōibus suis multis. Et in argumentum diuinæ pronitatis ad præmium, prius nos per p̄mia allicit, q̄ terreat per vindictas. Nota ordinē Augustini. O magna, inquit, bonitas Dei: amicitiarū nobis præmia repromittit, vt possit promissionibus inuitare: & desiderat Deus misereri peccanti: nō autem desiderat vindictam inferre peccanti: imō inuitus, inquit, in reos vindicat. Hoc argumentō probat item *Chrysostomus* veritatem istam catholicam, cui tu aduersaris in terminis: sumens occasionem à verbis Christi præponentis præmium timori poenæ, super Mattheum in imperfecto, Homilia. 45. vbi dicit. Qui me confessus fuerit corā hominibus, confitebor & ego eum corā patre meo. Et qui me negauerit corā hominibus, negabo & eum corā patre meo. Et quoniam quātum ad carnalem naturam rem impossibilē mandauerat, nunc & poenam, & præmium proponit: vt nō timore poenæ, sed desiderio præmij virtus animæ adiuuetur. Ecce præmium. Qui me

me confessus fuerit corā hominibus, confitebor & ego eum corā patre meo. Sed prius dicit præmiū, postea poenam: quia paratior est Deus ad præmiandū bonos, q̄ ad puniendū indignos. vide ergo quāto maius est præmiū Dei, q̄ nostra iustitia: & quāto grauior est vindicta Dei, q̄ nostrum peccatum. Hæc ille. AVTHOR. Audis ne Witleff quod dicit Chrysostomus. Ille est, quem dignē tu proclamas profundum logicum, & sublimem philosophum. Ipse planē dicit cōtra tuam vesaniā, contradicens tibi in terminis, q̄ Deus paratior est ad præmiandum bonos, q̄ ad puniendū indignos: quod tu planē subtices, aut glosas ad interitum: dicens imbrigabile: & ideo nulla prudentia defendendum. Sed dic motiuum tuum & maximā rationum. Quia Deus est in infinitum pronus ad puniendum: ergo nō est pronior ad aliquem puniendum. Fallis Witleff sic arguens: & te nec ostendis philosophum, nec vt peritum disputare theologū. Infinito enim cū infinito cōparatio non repugnat. vno enim infinito quandoq; aliud infinitum est aliquotiens maius, aliquotiens infinitē. Deducit enim conclusionem *Thomas Braduuar.* *duardinus* lib. 1. de causa Dei. cap. 1. parte. 9. probans Deum esse infinitē magis quacunq; multitudine infinita: quā ponit Auerrois particularium existentium cuiuscūq; speciei, ac etiā omniū specierum: quia quacunq; multitudi ne infinita cuiuscūq; speciei est alia maior multitudo, videlicet congregata ex illa & alia simili alterius speciei. Tota etiā multitudine infinita omniū particulariū omniū existentium posset esse aliqua maior: imō dupla, tripla, quadrupla, & deinceps simul, vel successiue. Deus aut, inquit, est tā magnus, & infinitus, q̄ nihil maius, aut infinitius esse posset. Per hoc ergo infinitas aggregata omnium particularium aliarū duarū specierum actu existentium, vel de possibili successiue, est duplo maius, q̄ alterū illorū per se. Itē infinita claritate secundū dotem corporis beatificabitur aliquis sanctus in gloria: sed infinitē maior intensiue erit dos dilectionis eius in anima: ergo dos dilectionis est infinitior dote claritatis. Modus arguendi videtur ex illo textu topicorum. Si optimū vnus generis sit melius optimo alterius generis: hoc totum est simpliciter illo melius. Similiter diuina fecunditas est infinita in producendo creaturas siue in esse suo intelligibili secundū speciem & numerum: siue in esse creato secundū rē: sed multo infinitior est fecunditas eius in producendo verbū vel spiritū in identitate naturæ diuinæ secundū numerū:

ergo in eodē, vnū infinitū excedit aliud: & sic dato q̄ Deus esset infinitē pronus ad puniendum indignos, nō propter hoc sequitur, q̄ nō esset pronior ad præmiandū etiā infinitū. Dicit, imō quia cū in punitiōe eius sit summa iustitia, videtur, q̄ non sit pronior ad aliquē præmiandum. Si tibi sic videtur, oculus tuus nequam est: quia Deus bonus est. An ideo nō licet ipsi quod vult facere, & ppitius esse: quia si punit, habet in puniendo summam iustitiā. Quasi dixeris: nō habet summā iustitiā in miserendo, sicut in puniēdo. Sed catholica fides tibi dicit q̄ sic. vnde super Psal. 143. ver. 1. *Augustinus*. Superexaltat autē misericordia iudicio. Quid est hoc fratres: superexaltat misericordia iudicio, in quo inuentū fuerit opus misericordiae, & si habuerit aliquid fortē in iudicio quo puniatur, tanq̄ vnda misericordiae peccati ignis extinguitur. superexaltat etiā misericordia iudicio. Quid aut cū talibus subuenit, & cū tales liberat, & cū talibus ignoscit, iniustus est Deus? Absit. Et ibi iustus est. Nō tollit ei misericordia iustitiam: nec iustitia misericordiam. Vide enim si non iustus est: dimitte, & dimitto: da, & do. vide si non iustus est. In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis. Ad hoc enim in qua mensura? Non em̄ mensura eiusdē generis: sed ad hoc eadem mensura: ignosce, & ignosco. Est apud te mensura veniæ dāda: inuenies apud me mensurā veniæ accipiēda. Est apud te mensura tribuendi quod habes: inuenies apud me mensurā accipiendi quod non habes. Hæc ille. AVTHOR. Probat bene Augustinus, q̄ Deus, etiā cū miseretur, tenet summam iustitiā: quia rependit homini vi ces suas, nec tollit ei misericordiam suā iustitiā: nec iustitia misericordiam. Summa ergo sibi iustitia cū punit: sed infinitē paratior secundū summā suā iustitiā vt misereat, & donet: quia ad puniendū, secundū p̄dicta, quasi accedit inuitus, & nō vult mortē peccatoris secundā: magis aut vult ipsi misereri, vt conuertatur, & viuatur. Cū ergo omnis Dei proprietates surgat in infinitū: infinitē magis vult Deus misereri peccanti, q̄ punire peccantem: & sic infinitē est pronior ad præmiandū, vel miserendum, q̄ ad puniendū peccates. Et secundū hanc fidē orat ecclesia Deū, dicēs ad eū: quia misereri potius eligis, q̄ irasci. Et lib. 1. de poenitentia hæc fidem incorporans scriptis suis *Ambrosius*. Ius (inquit) spiritus sancti in soluēdis, ligandisq; criminibus est. Quomodo ergo munus eius vēdicant, de cuius diffidūt iure & potestate? Quid q̄ insolē tiores sunt? Nā cū ad miam præptior, q̄ ad se-

S V M M A .

- 1 Peccatum mortale ubi reperitur in scripturis expressum, & si nullibi ibi dictum.
- 2 Deus quam mortem committatus fuerit primis hominibus, si ab eo mandatum transgredereentur acceptum, ex Augustino.
- 3 Mors secunda quae dicitur.
- 4 Peccatum veniale ubi reperitur in scripturis expressum.



Epam à lepra vel nō lepra discernere : aut mortale delictū à veniali, secundū hanc p̄dicta tanq̄ necessariū exigit dispensatio credita confessori. Sed hoc modo, delicta quis intelligit, nisi solus Wicleff? dicens. 3. trialogi. ca. 5. VVicleff.

Videtur mihi expediens de peccatis amplius tractandū : & primò de distinctiōe inter peccatū mortale, & veniale : quae distinctio rotat cōmuniter in ore vulgariū, ac platorū, qui melius sciūt p̄ peccatis pecuniā extorquere, q̄ à culpis mūdare: vel inter mortale, & veniale (de quo frequēter balbutiunt) iudicare. Quia autē iste terminus vulgaris nō fundat expressē in fide scripturā, ideo videt̄ licitū limitare significationes illius, secundū q̄ magis cōuenit cū scriptura. Hæc Wicleff. A V T H O R. Adhuc leuat corā peccatore suo antiquū illud scutū Ariatorū, & cōpluriū hæreticorū umbraculū, sub quo (vt sibi visum est) securē pererret. Iste terminus (inqt) nō est expressē fundatus in scriptura sacra: ideo licet sic exponere, vt mihi visum est cōuenire scripturis. Sic exposuit Ari⁹ vt sibi visum erat terminū cōsubstantialitatis. Sic Manichæus hos terminos, Deū Bonū, & Deū malū. Sic Berēgarius tuus, corporis Christi terminū. Sic Nouatus pœnitentiā. Sic oēs hæretici scripturarū terminos: & sensus ad errores suos retrahunt inuitos. At videamus, si tota scriptura sacra, quae penē tota personat contra peccata, tam negligens sit in isto. Iste (inqt) terminus non fundatur expressē in scriptura sacra. Sic Ariani in Ariminenſi concilio contra diuinam substantiam arguentes in Christo. In scripturis diuinis (inquiunt) nō est scripta substantia. sicut in epistola ad Athanasium: quae incipit, Tanti carceris fossa, Pantanius Dicunt etiam (inqt) quod in libris dominicis substantia nunquam videtur esse scripta. Redde quod inuolueras furacissime tentator. Ecce vincis cōfutare de substantia. Hæc ille. A V T H. Hoc itē modo probare voluit Manichæus quidā, q̄ nō pater p̄ filiū, sed solum per seipsum fecit mundū. Vnde contra Adim-

ueritate sit spirit⁹ Dei: qđ ait se velle, id nolūt: qđ nolle, hoc agūt : & cū vindicare iudicis sit, remittere misericordis, tolerabilius igitur Nouatiane remitteres, q̄ ligares. Aliud em̄ quasi delinquēdi parçē vsurpares: aliud quasi erūnē cōpassus ignosceres. Hæc ille. A V T H. Ecce & hic audis Ambrosiū protestari regulā fidei su pradictā. Ad miam (inqt) prōptior, q̄ ad feueritate est spūs Dei: & igitur tolerabilius Nouatianus remitteret, q̄ ligaret. Ex quo liquet, q̄ à durtia Nouatianorū traxit Wicleff formam negādi principiū fidei antedictū : & calūniari ipsū tanq̄ principiū magistrale. Christi verò fidelibus sufficit habere pro principiis sibi credēdis tales magistros: magistrū Ambrosiū, magistrū Chrysostomū, magistrū Ezechielē dicentē ex ore dñi, se nolle tormentū peccatoris, sed vt magis cōuertat, & viuat. Si magis hoc, quomodo nō prōptior est ad hoc? Magister item principij huius est dñs noster per os Esa. 58. Nūquid tale est ieiuniū qđ elegi, p̄ diē affligere hominē aīam suā? Nūquid cōtorquere quasi circulū caput suū, & faccū, & cinerem sternere? Nōne hoc est magis ieiuniū qđ elegi? dissolue colligatiōes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui contracti sunt; liberos, & omne onus dirūpe: Frāge esuriētī panē tuū &c. Nō tm̄ est ad hoc Deus ipe paratior: sed instruit itē hominē, vt praeligat pœnē & afflictioni corporis, p̄ peccatis misericordiam facere, & opera pietatis. Et hoc est magis ieiuniū, qđ elegit: & ita secundū hoc cōfidendū est magis in dño, q̄ desperandū de vitio: secundū illud Augustini de uisitatiōe infirmorū. li. 1. in fine dicētis. Adesto mihi propitiū in his meis magnis necessitatibus. Non possum me redimere meis operationibus: sed tu redime me, & miserere mei. Diffido de meis meritis, sed cōfido de miserationibus tuis. Et plus cōfido de tuis miserationibus, q̄ diffidam de malis meis actibus. Hæc ille. A V T H. Non aut̄ plus cōsideret sapiēs Augustinus in miserationibus domini, quā diffideret de malis actibus proprijs, nisi sciret Deum paratiorem misereri, & parcere pœnitenti, quā pœnā infligere delinquenti.

De peccato mortali, & veniali: & quae de eisdem reperiuntur in scripturis.

C A P. C L I I I I .

Augusti. Adimātium cap. 1. August. de eo, quod scriptū est, In principio fecit Deus cælū, & terrā. vsq; ad id, quod scriptū est, Factum est vespere, & mane dies vna. Hoc capitulū legis aduersum esse Euāgelio stultissimi Manichæi arbitrātur, dicentes, In Genesi scriptū est, q̄ Deus per seipsum fecerit cælū, & terram, & lucem. In Euāgelio autem scriptum est, per dominum Iesum Christum fabricatum esse mundum. Vbi dictum est, Et mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. Tribus enim modis refelluntur. Primum, quia cum dicitur, In principio fecit Deus cælum & terram: Trinitatem ipsam Christianus accipit: vbi nō solus pater, sed & filius, & Spiritus sanctus intelligitur. Sequit̄. Quia vbi dicitur, Dixit Deus, Fiat, & factum est: ibi necesse est vt intelligatur per verbū, eum fecisse quod fecit. Verbum autem patris est filius. Postremò si postea in Genesi non intelligitur filius, quia non est dictum, q̄ per filium Deus fecerit: nec in Euāgelio per filium Deus aues pascit, & lilia vestit, & cetera innumerabilia, quae ipse dominus dicit Deū facere & patrem, quāuis non dicat, q̄ ea per filium faciat. Quod ergo capitulum hoc aduersum dicūt esse Genesi, vbi dominus ita dicitur fecisse mundum, vt specialiter ibi non sit filius nominatus, vehementer errant, & non vident, si ita est ipsum Apostolum sibi ipsi esse contrarium, cū in alio loco vnū Deum dicit, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: & filium non nominat. Modò autem hic filius nominatus non est: intelligitur tamen. Ita in Genesi. Hæc ille. A V T H O R. Cum istis stultissimis Manichæis, cur stultior Wicleff computari non debeat: quando cum eis tantam vim facit in fidem scripturā pro expressione vocabuli: si cui libet Christiano fides termini exprimat in plano, cum nullus terminus latinē iam expressus in Biblia fuerit tempore p̄dicationis Christi sic expressē fundatus in fide scripturā, nec Christus in persona sua legem suam expressit in terminis nostris modernis: Si autē curras ad terminum orum substratos cōceptus, qui in omni lingua idem sonāt: tunc restat vt probes quod dixeris. Scio te. alibi scripsisse, q̄ verissima scriptura citra diuinē mentis abyssum has literas, & notas sensibiles non attendit. Nunc autē scio Helū in lib. Job ista tibi respondisse, cum diceret, Aduersus Deum contendis, q̄ non ad omnia verba respōderit tibi. Vnde lib. 113. Moral. Gregorius. Helū prauidentis, q̄ scripturā sacram Deum cōderet, & in ea publicis, vel occultis cūctorum quæstionibus respōderet, ait, Aduersus Deum

contendis, q̄ nō ad omnia verba responderit tibi. ac si diceret, Deus singulorū cordibus priuatis vocibus nō respondet: sed tale eloquium constituit, per quod cūctorū quæstionibus satisfacit. In scripturā qppe eius eloquio causas nostras singuli, si requirimus, inuenimus. Hæc ille. A V T H O R. Scias ergo calūniā istā te stultē formasse, q̄ Deus ad ista verba tibi in scripturis nō respōderit: quia singulorum cordibus priuatis vocibus, aut terminis nō respōdet. Nihilominus tamen cūctis tuis quæstionibus occultis, vel publicis satisfacit. Non, inquit, in expresso. Imò si nosse cum exprimi, expressē respōdet tibi ad terminū, quem signasti. Sicut omnipotens filius, quāuis non dicatur in simbolo: tamē expressatur in simbolo. vt patet lib. 1. de simbolo, post principium per Augustin. dicentem. Et credidisti in filiū omnipotentem. Quod verbū etsi in simbolo non dixisti, tamen hoc est, quod expressisti, quando in vnicum ipsum Deum credidisti. Hæc ille. A V T H O R. Sicut ergo vocabulū omnipotentis filij fuit expressum in simbolo, quāuis non dictum, cum Deus vnicus diceretur: ita probatum statim est peccatum mortale in scripturis expressum, etsi nullibi ibi dictum. Et vt exordiū capiamus à primis: in principio Genesis decretum habemus à domino primis hominibus contra cibum vetitum. Quacūq; die ederitis ex eo, morte moriemini. Comedit homo: ergo eadem die mortuus est: quia non est mendax Deus. Non autem statim mortuus est corpore: anima ergo mortuus est per peccatum. Hoc peccatum expressit Apostolus ad Rom. 5. Sicut per vnū hominem peccatū in hunc mūdum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertrāsijt: in quo omnes peccauerūt. Et infra. Sicut regnauit peccatum in mortē, ita & gratia regnet per iustitiam in vitā æternam. Quid tibi videtur? Nunquid hoc modo peccauit primus homo mortaliter: & peccatū eius exprimitur fuisse mortale, quādo dicit Apostolus per illum intrasse in mūdū, & per peccatum mortem? Si vis in multiplicitate mortis quærere fugā, occurret tibi Augustinus Idem. protinus rem nostram expediens libro. 13. de ciuitate Dei. cap. 12. dicens. Cum ergo requiritur, quam mortem Deus primis hominibus fuerit comminatus, si ab eo mandatum transgredereentur acceptum, nec obedientiam custodirent, vtrum animæ, an corporis, an totius hominis, an illam, quae appellatur secunda? Respondendum est: omnes. Prima enim constat ex duabus, ex omnibus tota. Sicut

enim vniuersa terra ex multis terris, & vniuersa ecclesia ex multis cōstat ecclesijs: sic vniuersa mors ex omnibus: quoniam prima constat ex duabus, vna animæ, altera corporis, vt sit prima totius hominis mors, qua aia sine Deo & sine corpore ad tēpus poenas luit. Secunda verò, vbi anima sine Deo cū corpore poenas æternas luit. Hæc ille. A V T H O R. Hic ex fundamēto scripturæ elicit Augustinus vnā mortem vniuersalem, duas speciales mortes habentem: quarum secūda est mors æterna. De qua Apocaly. 20. Beatus, & sanctus, qui habet partē in resurrectione prima. In his secūda mors non habet potestatem. Et Apocaly. 2. Qui vicerit, non lædetur à morte secūda. Vbi in expositione literalī ad Anatolium Hieronymus. Qui perseverauerint, non lædentur à morte secūda, id est, nō castigabūt in inferno. Hæc ille. A V T H O R. Et secūdum Augustinū iam supra: Mors ꝑ secūda est, vbi anima sine Deo cum corpore poenas æternas luit. Prima mors autē continet duas mortes. Vnā animæ, quæ est per mortale peccatum. Alteram corporis, quæ inest per primū mortale peccatū. Et mortem illam vniuersalē, dicit Augustinus primos cōtraxisse parētes, quæ omnes cōplectitur speciales. Aut ergo nullū est peccatū mortale, aut hic exprimitur: ibi nulla relinquitur indiscussa. Quacunq; die comederitis, morte moriemini: nō vna, sed vniuersa, scilicet morte dicibili.

4 De ꝑ peccato autē veniali statim ipsa scriptura efficit mentionē planissimā: vbi primos motus liuoris fratricidæ Cain Deus aperuit, monens eū, vt domināter eos cōpescat, priusq; in opus prodierint. Nōne si bene egeris, recipies? sin aut malè, statim in foribus peccatū aderit? Sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Si malè egeris, scilicet fouendo malos motus, quos mente præcōcipis, statim in foribus peccatū aderit, id est, peccatū consummatum erit, cuius dispositio mēte præcessit, quod vtiq; secūdum Iacobū, cum cōsummatum fuerit, generat mortē. Anteq; ergo peccatū fuerit consummatū: cum adhuc in foribus aderit, elidi poterit, ne sit mortale, per subiugationē appetitus illiciti. Sub te, inquit, erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. In quē text. lib. 15. de ciuit. Dei. ca. 7. Augustinus. Et tu dominaberis illius. Nunquid fratris? Absit. Cuius igitur nisi peccati? Dixerat em̄, peccasti. Tamē deinde addidit, Quiesce. Ad te enim cōuersio eius, & tu dominaberis illius. Potest quidem ita intelligi ad ipsum hominē conuersionem debere esse peccati, vt nulli alij, quā sibi, sciat tribuere debere quod peccat. Hæc est em̄ salubris poenitē

Hieronym.

3 Mors secunda.

Augusti.

tiæ medicina, & veniæ non incongrua. vt vbi ait, Ad te cōuersio eius, non subaudiatur erit, sed sit. Sequitur. Sed vt peccatū intelligatur cōcupiscentia ipsa carnalis, de qua dicit Apostolus, Caro cōcupiscit aduersus spiriū. In cuius carnis fructibus & inuidiam cōmemorat, qua vtiq; Cain stimulabatur, & accēdebatur in fratris exitium. bene subaudiatur erit, id est, ad te em̄ cōuersio eius erit, & tu dominaberis illius. Cum em̄ cōmota fuerit pars illa carnalis, quā peccatū Apostolus appellat, vbi dicit, Nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Quā partem animi etiam Philosphi dicunt esse vitiosam, nō quæ mentem debeat trahere, sed cui mens debeat imperare, eamq; ab illicitis operibus mente cohibere. Hæc ille. A V T H O R. In hac parte carnali habitat peccatū secūdum Apostolū: illud, scilicet, quod ibi relictū est ex traduce, vel ex consuetudine delinquēdi. Habitat autem ibi quasi ad fores animæ: quod si mens intrō susceperit per consensum, iam concupiscentia ipsa generauit peccatū, & peccatū mortē: efficiturq; mortale peccatū, quod in foribus habitans veniale fuisset. Vnde in expositione epistolę ad Rom. textu, Condelector legi Dei, secūdum interiorē hominem, Ambrosius. In carne, inquit, habitat peccatum quasi ad ianuas animæ: vt nō illam permittat ire, quō vult. In anima autem si habitaret, nunq; se cognosceret homo. Nūc autē cognoscit se, & delectatur legi Dei. Hæc ille. A V T H O R. Hoc ergo gen⁹ peccati, quod homo trahit inuitus: sed sic attractum obseruat, & per cōuersionē sui ad se per Dei gratiam perimit. Vnde ex sui conditione efficit veniale, sicut Augustinus supra dixit, Veniæ non incongruam medicinam, quia adhuc per cōsensum mentis non placuit, vt esset mortale. Illud, inquam, est, quod cogit virum iustum dicere cū Apostolo ad Rom. 7. Quod em̄ operor, nō intelligo. Nō em̄ quod volo, hoc ago, sed quō odi hoc facio. Nunc aut iam ego nō operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Scio em̄, quia nō habitat in me, hoc est, in carne mea, bonū. Et iterum. Condelector enim legi Dei, secūdum interiorē hominem. Video autem aliā legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuum me ducentē in legē peccati, quæ est in membris meis. Hoc genus peccati, quod sic Paulū duxit captiuū, & traxit itē nolentem, quō, aut quale esset, si veniale statim nō esset: quia regnare nō sinit, nec dominari in mētem? Nec em̄ illius generis erat peccati, de quo phibēdo ait. Nō regnet peccatū in vestro mortali corpore. Peccatū em̄ in quocunq; regnat

Ambrosius

gnat, mortificat: & inde est mortale. Nec tamē ideo quod non regnat, nō est peccatū, sicut in expositione textus, Si quō nolo, hoc facio &c. Ambrosius. Nunquid quia inuitū hominē ducit peccatū, immunis debet videri à crimine: quia hoc agit, quod non vult, pressus vi potestatis? Non vtiq; ipsius em̄ vitio, & desidio hæc cōcepta sunt. Hæc ille. A V T H O R. Sed quia nolens homo ad peccatum trahitur, non erit ipsi mortale, quod non facit, sed quod patitur.

Quòd peccatum mortale, & peccatum veniale distinguuntur in scripturis per iudicium voluntatis, non ex præsciētia, vel prædestinationis abyssō.

C A P. C L V.

S V M M A.

- 1 Peccatorum mortalis, & uenialis differentia ex abyssō scripturæ, & primò ex ueteri testamento producit.
- 2 Peccatū aliquod quare ueniale dicatur. Et in quo distinguitur à mortali.
- 3 Peccatum mortale, & ueniale quibus uerbis solēt distingui.
- 4 Peccata mortalia quomodo designentur per trabem, uenialia uerò per festucam. Et quid de hoc dicat Hieronymus.
- 5 Ira, & odij ex Augustino differentia. Et quomodo in comparatione odij ira est festuca &c.
- 6 Peccatorum uenialis & mortalis ex testamento nouo differentia ostenditur. &c.



Hoc ergo modo ex puris scripturis peccatū mortale secūdum se, & peccatū veniale cognoscitur. Hūc ordinē fidei, hanc distinctionē mortalis, & uenialis peccati, nititur hostis fidei perturbare, inducens alium modum, quē ipse inuenit. 3. parte sermonū, sermo. 23. vbi post multa dicit, mortale posse dici tripliciter. Primo modo, quodcūq; peccatū præsciti: & ex opposito, omne peccatū præscinati est veniale. Secūdo modo, omne peccatū inductiuū mortis secūdæ: & sic omne peccatū, siue præsciti, siue præscinati est mortale. Tertio, peccatū mortale, quod tollit ab eo gratiā secūdum præsentē iustitiā, & peccatū dicens

Witcleff.

talis peccati carentiam, est veniale. Hæc Witcleff. A V T H O R. Sed inter hos modos ipse regulariter obseruat primū. Vñ & ibi consequēter in respōsione ad tertiu. Quidam, inquit, uocant primū peccatum mortale simpliciter, & absolute: sed secūdum uocant mortale secūdū quid, vel sub cōditione. Hæc Witcleff. A V T H O R. Postquā culpauit aliorū positiones ibidem, dicens illos balbutiue loquētes: ista fabulatur & ipse sine fundamēto scripturæ, vel fide patrum. Forsitan ideo prius intulit, quod hæc nomina peccatorū non sunt nomina scripturæ, & nunq; vel rarò inuenta in scripturis sanctorū de millenario Christi, vt sic possēt excusari cōplicitibus, quod sine scripturis, vel patribus suas truffulas loqueretur. Confisus tamē adiutorio eius, qui scripturas diuinitus inspirauit, longē aliam, & ueriorē differentiam peccatorum ex abyssō scripturæ sanctæ, & expositorum eius sanctorū, etiā quos tu cū millenarijs hereticis de millenario Christi puocasti, producā. Volue, si nosti librū Numerorū ad. 15. eius caput, & lege ibi, Si ꝑ ignoratiam præterieritis quicū horum, quæ locutus est dominus ad Moysen, & mādauit per eum ad uos, à die, qua cœpisti uerba, & ultra: oblitaq; fuerit facere multitudo, offeret vitulum de armento holocaustum in odorem suauissimū domino. Sequitur. Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorū Israël, & dimittetur eis: quoniā non spontē peccauerūt, nihilominus offerentes incensum domino pro se, & pro peccato, atq; errore suo: & dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israël: & aduenis, qui peregrinantur inter uos, quoniā culpa est omnis populi per ignorantiam. Hoc dictum est pro errore transgressionis præcepti sub notatis uerbis, nō spontē, & per ignorantiam, & totius multitudinis. Sequitur de simili transgressionē præcepti per vnum facta. Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo: & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd in scia peccauerit corā domine: impetrabitq; ei ueniam, & dimittetur illi. Tam indigenis, qui aduenis vna lex erit omnium, qui peccauerūt ignorāter. Consequenter annectit peccatum mortale, & afflictionē eius. Anima verò, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue cuius sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersum dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptū illius fecit irritū: idcirco delebitur, & portabit iniquitatē suā. In hac lege domini est primò biformis peccatorū diuersitas asignata. Est peccatū, quod per leue quoddā sacrificiū ueniam

ueniam

veniam obtinet. Est quod sine venia, & remissione contemnentem interimit. Primum est ex ipso textu veniale. Impetrabit, inquit, ei veniam. Secundum est item mortale: quia sine assignatione legalis poenae, Peribit, inquit, de populo suo: & delebitur, & portabit iniquitatem suam. Primum item peccatum dispar est ratione multorum, & vnius: sed tandem in hoc vnum colligitur: vna lex erit omnium, qui peccauerint ignoranter. Secundum item statim ab illo primo diuiditur, tam ratione contemptus, qui poenae mortalis infligitur. Peribit, inquit, anima illa de populo: delebitur, & portabit iniquitatem suam. Hæc est ergo prima regula legis Dei: hoc primum principium distinguendi peccata magna, & leuia, venialia, & digna morte secunda. Si ex ignorantia, aut infirmitate tantum transgressio fit, venialis est culpa: quia non sponte committitur. Non est differentia prædestinati, & præciti in tota multitudine designata, ut culpa præciti sit mortalis quantumcumque; leuis: culpa verò prædestinati sit venialis quantumcumque; grauis. Sed vna, inquit, erit lex omnium in tota multitudine filiorum Israël, qui peccauerint ignoranter: & dimittetur vni ueræ plebi filiorum Israël, & aduenis, qui peregrinantur inter vos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. Et sic e contrario vna est lex signata ei, qui per superbiam aliquid commiserit: siue cuius sit ille, de qualibus dicitur, Iam non estis hospites, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: siue fuerit peregrinus secundum præsentem Dei iustitiam tantum ipsi acceptus. Primum igitur peccatum est, sine

Veniale. quo nec à iustis viris hic viuatur, sed quia statim venia deletur, dicitur veniale, puta oratione deuota sui, vel sacerdotis spirituale offerentis incensum, de quo in prædicta lege dictum est, Nihilominus offerentes incensum domino. Et libro de natura & gratia, ultra medium,

Augusti. Augustinus. Acute, inquit, videtur interrogare, quomodo istos sanctos de hac vita abijisse credendum sit, cum peccato, an sine peccato. Ut si responsum fuerit cum peccato, putetur eos secutura dānatio, quod nefas est dicere. Si autem sine peccato dictum fuerit eos exijisse de hac vita: probet hominem saltem propinquante morte fuisse sine peccato in hac vita. Vbi parum attendit, cum sit acutissimus, non frustra etiam iustos in oratione dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dominumque; Christum cum eandem orationem docendo explicuisset, veracissimè subdidisse, Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis pater vester pec-

cata vestra. Per hoc enim quotidianum spirituale quodammodo incensum, quod ante Deum in altari cordis, quod sursum habere admonemur, infertur: etiam si non hic viuatur sine peccato, licet mori sine peccato, dum subinde venia deletur, quod subinde ignorantia, vel infirmitate committitur. Hæc ille. A V T H. Quam pulchrè Augustinus responsionem suam applicat ad processum legis historiae: dicens omne quotidianum peccatum, sine cuiusmodi hic à viro iusto non viuatur, esse veniale peccatum, & hoc non obstante posse hominem iustum sine peccato mori, eo quod veniale deletur, quod ignorantia, vel infirmitate committitur, per incensum illud, quod ante Deum in altari cordis (quod sursum habere admonemur) infertur. Et quod oporteret specificare pro veniali, quod infirmitate, vel ignorantia nostra committitur: si omne peccatum prædestinati etiā superbi & contumacis contra verbum domini reputabitur veniale? Sic prædictus Pelagianus modicum crimen inuasit respectu nostri Wittcleff, qui quosdam paucos sanctos, aliquando tempore vixisse sine peccato conatur arguere eorum industria per naturam. Noster Wittcleff autem cunctos prædestinatos ab omni mortali absoluit peccato, sine omni opera sua, per solam prædestinationis gratiam appellatam. Sed scriptura facta prædicta sicut docuit vniuocationem venialis delicti sine specificatione præciti, vel prædestinati per omnem multitudinem filiorum Israël: ita consequenter de peccato mortali eos instruit sub eadem generalitate canendo, cum dicit, Anima, que superbia, id est, voluntate spontanea præceptum irrupens, hoc est enim in omni peccato mortali formale, per quod à veniali distinguitur. Vñ in questione super cap. 15. Nume. questione. 23. August. Quæ sint peccata, quæ fiunt manu superbiæ, id est, superbia committuntur, scriptura ipsa in consequentibus fati expofuit, vbi ait. Quoniam verbum domini contempfit. Aliud est ergo præcepta continere, aliud non magni quidem pendere: sed aut ignarum contra facere, aut victum: quæ duo fortasse pertinent ad illa peccata, quæ à nolentibus fiunt. De quibus superius quædam modo Deo propitiato expiaretur, admonuit, ac deinde subiicit peccata superbiæ: cum quisque superbiendo, id est, præceptum contemnendo, perpetrã facit. Quod genus peccati non dixit vllò genere sacrificij purgari oportere, tanquam insanabile iudicã illa dūtaxat tantum ratione, quæ per sacrificia gerebatur, qualia facta in hac scriptura præcipiuntur. Quæ si per seipsa attendantur, nulli peccato possunt mederi. Si autem res ipse, quarum hæc sacramenta sunt, in-

Augusti.

quiratur, in eis inueniri poterit purgatio peccatorum. Quod ergo scriptum est, Peccator cum venerit in profundum peccatorum contemnit: iste significatus est, quæ scriptura dicit in hoc loco, in manu superbiæ delinquere. Hoc ergo sine poena eius, qui committit, non potest aboleri: atque ideo non potest esse impunitum, & tamē poenitendo sanatur. Ipsa enim affectio poenitentiæ peccati poena est, quæuis medicinalis, & salubris. Merito quippe magnum iudicatur peccatum, cum superbia præceptum contemnit: sed e contrario, ut sanari possit, cor contritum, & humiliatum Deus non spernit. Veruntamen quia sine poena non fit: ideo talia hæc dicta sunt. Deum, inquit, exacerbatur. Hæc ille. A V T H O R. Perpende iam conditiones vtriusque. Primum peccatum dignum venia per sacrificia deputata dicitur factum esse per ignarum, aut victum. Sunt enim genera venialis delicti, ignorantia, vel ipsa fragilitas: nec reminiscor plurimum. Habuit item legem vnam per totam multitudinem. Secundum verò factum describitur per contemptum: & dicitur magnum peccatum cōparatione prioris, & dicitur exacerbare Deum, & sine subsidio legalis sacrificij morte plectendum. In noua autem lege corde contrito, & humiliato, quod Deus non spernit: si tamē fiat in ecclesia poenitendo, ut supra est habitum. Sed hoc secundum, & graue peccatum mors tunc secuta est: quod peccatum fuisse mortale declarat. Mors enim indicta tunc corpori pro peccato, mortale fuisse illud peccatum signauit in animo. Hæc est ergo differentia venialium & mortalium peccatorum, quantum possumus haurire planè de lege: sicut Augustinus super præ dixit. Aliud est præcepta continere, aliud non magni quidem pendere, sed contra facere ignarum, aut victum. Distant enim ut mortale, & veniale. Hisque; verbis distinguuntur. Si ex ignorantia, vel infirmitate fiat, solent venialia dici: & tunc parua dicuntur, aut leuia nūcupantur. Si ex certa scientia, & contemptu præcepta rumpuntur, flagitium, scelus, mortale delictum merito dicitur Deum irritare, & morte dignum secunda, & infinita grauitate peccatum veniale transcendens. Quæ sic comparanda in Euangelio videamus. Matthæi. 7. dominus ait. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Festuca hæc peccatum veniale: trabs mortale aliquod, & grande peccatum accipitur. Vnde in commentario super illud locum Hieronymus. De his, inquit, loquitur, qui cum ipsi mortali crimine detineantur obnoxij, minora peccata fratribus non cedunt: culicem liquantes, & camelum glutientes. Rectè ergo & isti simulatione iustitiæ, ut supra diximus, appellatur hypocrita, qui per trabem o-

Hieronym.

culi sui festucam in oculo fratris sui aspiciunt. Hæc ille. A V T H O R. Ecce mortalia peccata designata per trabem, & peccata minora, quæ sunt venialia, per festucam. Vnde & Augustinus ea nominatim assignat per iram, & odium, ita ut ira sit secundum primum motum leue peccatum, aut forsitan nullum peccatum. Odium verò mortale est vitium. Tertia parte sermonum, sermone. 57. de dominica. 5. 40. Augustinus. Aliud 5 fest ira, aliud odium. Nam sæpe & pater irascitur filio, sed non odit filium. Irascitur, ut corrigat, sed propterea irascitur, ut corrigat amando. Irascitur propterea dictum est. Festuca in oculo fratris tui vides: culpas iram in alio, & tenetur odium in temetipso. In comparatione odij ira festuca est: sed festucam si nutrias, trabes erit. Si euellas, & projicias, nihil erit. 6 Hæc ille. A V T H O R. Alio fite loco eiusdem Euangelij Matth. 23. imprecans Christus multiplex vobis scribis, & Phariseis, inter cetera submisit, Vobis scribæ & Pharisei hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethum, & cuminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem: duces cæci excolantes culicem, & glutientes camelum. Hoc voluit redarguere illos, quod tantum cauebant, ne populus peccaret in minimis, scilicet decimatione rerum vilium: & ipsi seipfos de maximis non curabant. Minima ergo peccata cauentes, dicit excolantes culicem: maxima committentes, deglutire camelum. Et hoc secundum in superiori loco crimen mortale: & primum mortali minus, scilicet veniale, exponit Hieronymus. Cum ipsi (inquiens) mortali crimine detinentur, minora peccata fratribus non cedunt: culicem liquantes, & camelum glutientes: ut sit culex ad camelum, quod est festuca ad trabem. Et super hunc locum in commentario libri. 4. idem Hieronymus. Camelum puto esse iuxta Idem. sensum præsentis loci, & magnitudinem præceptorum, iudicium, & misericordiam, & fidem. Culicem autem decimas mentham, & anethi, & cimini, & reliquorum vilium holerum. Hæc contra præceptum Dei, quæ vel magna sunt, deuoramus, atque negligimus: & opinionem religionis in paruis, quæ lucrum habent, diligentia demonstramus. Hæc ille. A V T H O R. In Euangelio item Matthæi. 18. dixit Iesus parabolam de seruo debente domino decem millia talentorum, cuius cum misertus esset dominus, conferui sui noluit misereri debenti sibi tantum centum denarios. Et utique; centum denariorum ad decem millia talentorum quanta est proportio, talis festuca ad trabem,

Augusti.

Hieronym.

Idem.

bem,

hem, culicis ad camelum. Quæ omnia cum ad grauitatem tam disparem pertinent peccatorum: secundum mentem Christi legiferi, minima peccata, quæ sunt ex se venialia, à mortaliu grauitate disiungunt. Vnde in expositio

Rabanus.

ne sua super Matthæum. cap. 3. 1. Rabanus. Præcepit itaq; Petro hac parabola dominus sub comparatione regis domini, & serui, qui debitor decem millium talentorum à domino rogans veniam impetrauerat, vt ipse quoq; dimittat conseruis suis minora peccatibus. Nofq; simul admonet, vt nostris conseruis benigni, & misericordes simus. Sequitur. Quod, vt manifestius fiat, dicam⁹ sub exemplo, Si quis nostrum comiserit adulterium, homicidium, sacrilegium, maiora crimina, decem millia talentorum rogantibus dimittuntur, si & ipsi dimittamus minora peccantibus. Hæc ille. AVTHOR. Tot ergo modis differentias peccatorum venialium & maiorum in scripturis sanctis inuenimus: & in his tam in veteri, quam in nouo Euangelij testamento, multisq; alijs secundum signatas conditiones vtriusq; qualiter inter se distent, aut poenæ quantum validæ, cogitares, si pro vocabulis non certares: contra Apostolum dimicans, dicentem, Verborum pugnas deuita. Si quæstionis tuæ solutionem exploras, ipsa tibi scriptura copiose differuit. Si pro terminis vim facias mortalis & venialis: iam sanctus Iob te increpandum duxit, qd aduersus Dei legem contendis, quia nõ ad singula verba tibi respõderit: sed iuxta Apostoli vocem, Nos hanc consuetudinem nõ habemus, sed neq; ecclesia Dei. Ecclesia enim Christi venialia nuncupat, quæ iustitiam iusti non auferunt, & quatumlibet iusti sunt (si primus iustus, aut mater eius nõ fuerit) sine ipsis non viuunt. Quæ ideo venialia congruè nuncupantur: quia iuxta legem superiorè in Numeris ipsa cordis conuersione veniam consequentur. Et tamen quia legis regula quantumcunq; exorbitant, peccata reputantur, & sunt. Vnde & sanctus Iob hoc modo peccato rem se dicit: cuius tamen cor in vita sua se nulatenus reprehendit. Sicut in lib. 18. Moraliu, tractans textu illum Iob, dicit Gregorius. Quæri, inquit, potest, quo pacto à corde suo reprehendi se denegat: qui se peccasse superius accusat, dicēs, Peccaui, quid faciam tibi õ custos hominum? Vel certè si iustificare me uolero, os meum condemnabit me. Sed sciendum est, qd sunt peccata, quæ à iustis vitari possunt: & sunt nonnulla, quæ etiam à iustis vitari nõ possunt. Cuius enim cor in hac corruptibili carne consistens in sinistra cogitatione nõ la-

Gregorius.

bitur: vel si vsq; ad cõsensu foueam non meretur? Et tamen hæc ipsa praua cogitare, peccare est. Sed dum cogitationi resistitur, à confusione sua animus liberatur. Mens ergo iustorum etsi libera est à peruerso opere, aliquando tamen corrui in peruersa cogitatione: & in peccato ergo labitur, quia saltem in cogitatione declinatur, & tamen vnde semetipsam postmodum flendo reprehendat, non habet: quia antè se reparat, quam per consensum cadat. Rectè ergo is, qui peccatorem se cõfessus est, nequaquam se à suo corde reprehendi confitetur: quia & si qua illicita fortasse cogitatio defluit nonnunquam rectitudini, forti tamè mentis certamine restitit cogitationi. Hæc ille. AVTHOR. Iam nosse potes illud esse peccatum veniale in genere, quod peccatū est cū comittitur, sed tñ nihil habet cor iusti reprehendens se, quod per consensum contrauenit iustitiæ.

¶ Quod differentiæ peccatorum mortalium & venialium bene sumuntur per actus extrinsecos, & de difficultate separandi, & cognoscendi quod insunt.

CAP. CLVI.

SVMMA.

- 1 Peccatorum mortalium, & uenialium differentiæ qd bene sumantur per actus extrinsecos, ostenditur.
- 2 Apostolus quomodo per actus extrinsecos peccatorum species definiuit.
- 3 Tentatio, quibus modis agatur secundum Bedam.
- 4 Wicleff quid de ueniali & mortali peccato dicat. Et multa tibi contra eum ex Augustino adducuntur.
- 5 Peccata quomodo animam uulnerent, ex Origene ostenditur.
- 6 Ecclesia quomodo de peccatis iudicet.
- 7 Peccatorum mortalis & uenialis manifesta differentia, quomodo in finibus suis sit occulta, ostenditur.



Differentias peccatorum mortalium, & venialium, & definitiones eorum instanter iubet Wicleff suis postulare praelatos. 3. parte sermo. 2. 3. Theriaca foret contra praelatos Caesareos cõfessores de sectis nouellis que stores, & alios volentes pro peccatorum de-

Wicleff.

lectionibus, vel absolutionibus pecuniam extorquere, querere primò instanter, per quid peccati mortalis & uenialis differentia cognoscetur? Quod si nesciunt, tota sua fabulatio in ista materia est suspecta. Quod si definiunt per nomen actus extrinseci, vt hominè occidere, moechari, furari, vel quæcunq; similia: patet, qd quæcunq; species actus extrinseci potest meritorie exerceri. Sequitur. Standu est ergo in fide scripturæ, istoru fabulationes sophisticas relinquendo. Hæc Wicleff. AVTHOR. Post has fabulationes tuas ad eadem fidem scripturæ te prouocat mater ecclesia. Ecce Deus zelotes & fortis sic definiuit peccata hominum, suis inhienda præceptis per nomina actuum extrinsecorū. Non assumes, in quiens, nomen Dei tui in vanu. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile. Nõ occides. Non moechaberis. Non furtu facies. Memeto vt diem Sabbati sanctifices. Non loqueris contra proximum tuu falsum testimonium. Opposita horum facere contra tot leges, & præcepta, nõ quid est perpetrare tot peccata mortalia: cum in proximo cap. subditur. Qui percusserit patrem suu, & matrem, morte moriat. Qui furatus fuerit hominè, & vendiderit, eõui aus moriatur. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Vbi semper mors infliãta corpori tuc mortem animæ nuntiabat. Et quorundam exempla trahebantur ad singulos. Et hic tamen definiuit ea dominus per nomen suum, vnumquodq; sui actus extrinseci. Quid ergo? nunquid relinquendæ sunt istæ tanquam fabulationes sophisticæ: quia quæcunq; species actus talis extrinseci potest meritorie exerceri? Et ex hoc missurus es nos ad Hebræos spoliantes Ægyptios: & ad Oseam prophetam accipientem fornicariam mulierem: & ad Abraham volentem filium hæredè occidere innocentem: ne sine te peccati mortalis & uenialis differentia cognoscatur? Audio ego & Apostolum eius Paulum ad Galatas. 5. etiam nominibus actuum species peccatorum conferre. Manifesta, inquit, sunt opera carnis: quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idoloru seruitus, veneficia, inimicitia, cõtentiones, æmulationes, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui tali agunt, regnum Dei nõ consequentur. Ad Apostolu loquere tu, si audes, & dic, quod perditionis tuæ sequaces hortaberis loqui praelatis. Per actus peccatorum extrinsecos definiuit Apostolus species peccatorum: quæ agentes, vel similia,

regnum Dei nõ consequentur. Nũquid cum Pelagianis hæreticis alium locum ista committentibus deputabis extra regnum Dei, vbi vitam habeant, vt mortem secundam euadãt? Quod si non poteris, ergo qui talia agunt, mortaliter peccant: & mortem extra regnum acquirunt: quia omnis talis peccati stipendium mors est. Et idem Apostolus ad Ephesios. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nōminetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Quod si hæreditatem non habeat ibi omnis talis, quia in numero prædestinatorum non est, simpliciter peccat mortaliter quando viuuit iuxta te, & sic specificat⁹ ex actu præscitus est, & impossibilis ad saluandum. Adhuc audi eundem peccata mortalia definientem ex actibus his extrinsecis. ad Romanos 1. vbi recitatis quibusdam iniquis, Tradidit, inquit, eos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate: suffrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, sibi placentes, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompósitos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt facientibus. Ecce quot actus recitantur extrinseci, quos sine ambiguo mortalia peccata definit, dicens in fine, Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: nõ solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Prout exponit inter quosdã propositiones ad Romanos Augustinus. Quod autem dicit, Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui cõsentiunt facientibus: significat, quia quæcunq; fecerunt non inuiti, sed cum ad mala facta consentiunt, & illa, quæ fecerunt, approbant. Et ideo de perfectis peccatis iam dicit. Hæc ille. AVTHOR. Attende iam Wicleff, quid faciat perfectu peccatū, secundum Apostolu, & eius interpretem Augustinu: qñ quis agit aliquod eoru, quæ prædicta sunt, vel lege dñi phibita, cū pleno volutatis assensu. Idcirco post catalogum præceptoru in Exodo: inter quæ iubebatur nõ occidere: citò post sub-

Augustin.

ditur. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est infidus: sed Deus illum tradidit in manus eius: constituam tibi locum, quò fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximū suum, & per insidias: ab altari meo euellas eum, vt moriatur. Hæc vnus præcepti discussio nos informat de singulis: quòd qui volens, & ex industria aliquid contra legem Dei egerit, ipse iam non secundum quid: sed perfectum perpetravit delictum. Sic enim dicit lex, Si quis per industriam, ne infans bimus, si casu ferrū in alicuius dormiētis tēpora, vnde moriatur, excusserit: aut si ante tēpus doli, maledicta retulit in parentes, morte plectendus foret in lege. Idcirco adiunxit, ex industria, & voluntatis consensu, quòd solum facit committētem talem actum extrinsecū morte dignum. Vnde super illud Iacobi. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, Beda. Tribus modis tentatio agitur: suggestione, delectatione, consensu. Suggestione hostis. Delectatione, vel etiam consensu nostræ fragilitatis. Quòd si hoste suggerēte delectari, aut cōsentire peccato nolumus, tentatio ipsa nobis ad victoriā prouenit, qua coronam vitæ mereamur accipere. Si verò ab hostis suggestione paulatim à recta intentione abstrahi, & in vitium incipi mus illici, delectando quidem offendimus, sed necdum lapsum mortis incurrimus. At si delectationem cōcepti facinoris in corde, etiam partus prauæ sequitur actionis, iā nobis mortis reis victor hostis accedit. Hæc ille. AVTH. Si ergo his tribus gradibus ad peccati mortē acceditur: quicquid sine tertio peccatum est, mortale nō est: sed multò leuius aliquid ignorantia non affectata, vel fragilitate, aut surreptione, vel præoccupatione contingens. De quali loquitur Apostolus ad Galatas. 5. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. In quo sermone Apostoli verbū præoccupationis excludit industriam: quia sola deliquit fragilitate præuentus. Sicut in eūdem locum in annotationū libro Hieronymus. Hoc illis dicit, qui non fuerant persuasi: vt præuentos corrigant māsuetē. Sanè in his præuenitur humana fragilitas, quæ leuiora sunt, & idè ex insperato contingunt. Cæterum non est præuentio, quòd ab aliquo cum consilio diu meditato committitur. Hæc ille. AVTH. Ecce quòd Hieronymus regulariter distinguit peccatum mortale à præuentione venialis delicti: quia hæc leuia sunt, & idè ex insperato contingunt: cætera, quæ diu meditata cū con-

filio committuntur, sunt non præuentiones, sed delicta mortalia. Vbi iam sunt verba ventosa Witcleff, quibus apud se, & suos creditur omnium prælatorum exhaustisse notitias? in prædicto sermone. 23. dicens. Quantum ad clares confessionum, & aliorum, quibus prælati Cæsareinimis pompant, patet, quòd est plena plebis illusio, cum ipsi nesciunt distinguere inter mortale, & veniale: nec docere gradū grauedinis peccati in homine, quem absoluunt. Sequitur. Idè est fatuitas peccatorum, quòd quærunt sic medicos: Christus autem est medicus, scrutans corda, & renes. Hæc Witcleff. AVTHOR. Indiscretè tangit prælatorum vocabulum: quòd particulariter assumis, & vniuersaliter sonat tuis: quòd scilicet nulli prælati scient illa distinguere, nisi ad tuam hæresim veniant, dicantq; nullum esse peccatum mortale simpliciter & per se, nisi præsciti: quia de facto inducit continuè mortem secundā. quāuis enim præscitus quandoq; dicatur peccare venialiter, tamen illud peccatum præparat, & ducit continuè ad mortem finalis impoenitentia. Et isto modo peccatum mortale, & veniale possunt distingui ex opposito: cum omne peccatū prædestinati, & solum illud, ad quòd Deus ordinavit veniam, dicitur veniale. Secundo modo peccatum mortale dicitur, quòd est inductiuum mortis secundæ: & isto modo omne peccatum, siue prædestinati, siue præsciti potest dici mortale: quia est inductiuum mortis secundæ, quāuis non inducat. Tertio modo, quòd tollit gratiam secundum præsentem iustitiam. Hæc Witcleff ibi sermone. 23. AVTHOR. Possit obijci contra secundam acceptionem eius, quòd secundum eum nihil est possibile, nisi quòd est. Si ergo prædestinatus non inducetur ad mortem secundam, cum ista inductio nec est, nec vnquam erit, nunq; poterit induci: & sic nihil est inductiuum eius, cum ab isto respectu aptitudinali tollitur possibilitas, qua debet fundari si sit. Sed istam secundam, & tertiam æquè dimittimus, transferentes nos ad primam, cui soli infigitur: soluens pro ea sustinenda argumenta facta in oppositum: & quosdam testes associans, qui dicant illud solum peccatum mortale esse simpliciter per se. Similiter & contra tertiam acceptionem mortalis peccati: quæ est de tollendo gratiam, quāuis secundum præsentem iustitiam ipse prorūpit in eodem sermone. Quidam, inquiens, dicunt, quòd per inhabitatē gratiam gratum facientem cognoscitur mortalis carentia, & e contrario: & sic differentia distinguens inter mortale & veniale est gratia talis

VWitcleff.

VWitcleff de veniali, & mortali.

VWitcleff.

tiæ talis carentia: vel habitio eius in anima. Sed contra balbutiē sic loquentes est, quòd nesciunt quidditatem gratiæ huiusmodi cogitare: nec quando habent ipsam, vel ipsa carent, discernere. Nam si omnino ignosciam datum hominem, nūquam quærendo ipsum ab alijs discernere. Hæc Witcleff. AVTHOR. Et contra balbutiem tuam cur æquè non est, quòd quidditatem prædestinantis gratiæ non agnoscis, nec quis eā habet, vel quādo, ipse nō sit discernere? quomodo ergo peccatum mortale præsciti, quòd ipsum continuè ducit ad mortem, à peccato veniali prædestinati meritis semper veniam delictorum per concomitantem gratiam prædestinationis, si quæres, posses agnoscere? Non est hoc argumentum nouum: imò Iulianus Pelagianista sic arguit non esse peccatū originale: quia quādo transmitteretur in partem: vel quando per regenerationis gratiam tolleretur, nullus intelligeret, aut sentiret. Vnde lib. 6. contra Iulianum. cap. 6. Augustinus. Nunquid vel tibi, vel cuiuslibet consentaneis tuis aliquid dicere videris? quantum sit malum concupiscentia carnis sanctitate mentis cogitare possētis, & quid conferat gratia, cum reatum eius absoluit, quo faciebat originaliter hominem reum, quando fit in illo plena remissio peccatorum, quāuis ipsa res maneat, contra quam regenerari spiritus concupiscat, aut bene vsurus hoc malo in minore certamine, aut omnino non vsurus maiore certamine. Inest enim sensus huius mali, dum reluctatur, atq; cohibetur. Reatus autem ille, qui sola regeneratione dimittitur: quem admodum cum inesset, non sentiebatur, ita eius ablatio fide creditur, nec à carne, vel mente sentitur. Idè in huius rei obscuritate te iactas: & aduersus veritatem, quæ ostendi hominum maximè carnalium sensibus non potest, quantò magis (vt putas) acriter, tantò magis infideliter pugnas. Sed verte tete omnes in facies: & contrahe quicquid siue animis, siue arte vales. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Hæc ille. AVTHOR. Attollat iam Witcleff vultum, vt audiat Augustinum respondere Iuliano magistro suo in hoc motiuo, quòd reatus ille, qui per baptismum dimittitur, quāliter cum inesset homini, non sentiebatur: ita eius ablatio fide creditur. Hæc tamen veritas ostendi non potest, maximè carnalium hominum sensibus: sic reatus mortalis actualis delicti, sicut cum in fuit, non sentiebatur ab homine, sic eius ablatio per gratiam sacramenti, sola fide creditur, nec hominum sensibus, ma-

Augustin.

ximè carnalium Witcleuistarum, aut suo-rio, aut demonstratio syllogismo potest ostendi: nec idè non est delictum: aut idè non est gratia, quia non potest statim ostendi. Vnde in eodem loco citò post Augustinus. Argumenta, quæ profertis, humana sunt. Hæc munimenta diuina sunt. Delicta quis intelligit? Nunquid delicta non sunt? Ita & originale delictum, quòd in parente primo regenerato remittitur: & tamen transit in prolem, & manet, nisi & ipsa regeneretur, quis intelligit? Nunquid idè non est delictum? Hæc ille. AVTHOR. Ecce originale delictum nō iam quis sensu percipit, sed quis intelligit, postulat: non tamen idè non est delictum. Quāuis ergo contingat sacerdotem, aut confidentem sibi nescire distinctè se gratiam habere, vel culpam oppositam: non tamen idè culpa si in sit, non est culpa: aut gratia inexistens, non est gratia. Delicta quis intelligit? Ipse eximius Apostolorum Paulus cum de peccatis ageret, opus peccati proprii non intellexit. Ad Romanos. 6. Ego, inquit, carnalis sum, venundatus sub peccato, & quòd operor, non intelligo. Non enim quòd volo, hoc ago. Nō tamen idè non fuit opus illud aliquantum peccatum, ipso subinferente. Igitur ego ipse mente seruo legi Dei, carne verò legi peccati. Et talis insensibilitas inest nobis plerumque ab assuefactione peccandi: quæ tamen peccata non idè non sunt minora peccata, quia non sentiuntur graua esse, sed potius sunt grauiora pericula. Vnde Homilia. 8. super librum Numerorum, Origenes. Osi possemus per vnumquodq; peccatum videre quomodo homo noster interior vulneratur: quomodo sermo malus vulnus infligit. Non legisti, quòd vulnerant gladij: sed non ita vt lingua vulnerat? & per cogitationes, & concupiscentias malas. Frangitur autem, & conteritur per opera peccati. Quæ si omnia videre possemus, & vulneratæ animæ cicatrices sentire: certū est, quòd vsq; ad mortem resisteremus aduersus peccatum. Sed nunc sicut ij, qui vel dæmone repleti, vel mente alienati sunt, non sentiunt si vulnerantur, quia naturalibus sensibus carent: ita & nos, vel cupiditatibus seculi amentes effecti, vel vitijs inebriati, sentire non possumus, quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccando conquirimus. Hæc ille. AVTHOR. Sed quæris, qualiter iudicare præsumis de ignotis? Respondet mater ecclesia, quòd de omnino ignotis non iudicat, sed de cognitis sibi ratione communi, quāuis in singulari sua, & peculiari ratione incognitis: sicut

Idem.

Origenes.

cut sensus de sole, & hespero certè dijudicat: quāuis quātum ad omne punctū distent situ, aut quantitate molis, vel virtutis ignorent. Ita peccatū mortale satis manifesta ratione à peccato veniali fecernitur, & quando inest secundum rationem suam omnem potest cognosci: imò & quantum sit peccatum in genere. dicente Paulo ad Galat. 5. manifesta esse opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia & c. & rationem peccati mortalis in eis annectit in fine, dicens, Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Agunt, id est, deliberato mentis consensu pertractant. Sicut in expositione sua per epistolam ad Galat. ad illum locum habet

Augusti. *Augustinus.* Agunt autem, inquit, hæc, qui cupiditatibus carnalibus cōsentientes, faciendū esse decernunt, etiam si ad implendum facultas non datur. Cæterum qui tanguntur huiusmodi motibus inmobiles, in maiori charitate consistunt, non solum non eis exhibentes mēbra corporis ad malè operandum, sed neq; nutu consensionis ad exhibendum consentientes, non hæc agunt: & ideo regnum Dei possidebunt. Nō enim iam regnat peccatum in eorum mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, quāuis habitet in eodem mortali corpore peccatum nondum extincto impetu cōsuetudinis naturalis. Sequitur. Aliud est enim non peccare: aliud, peccatum non habere. Nā in quo peccatum nō regnat, nō peccat, id est, qui non obedit desiderijs eius. In quo autem non existunt omnino ista desideria, non solum non peccat, sed etiā nō habent peccatū. Quod etiam si ex multis partibus in ista vita possit effici: ex omni tamen parte non nisi in resurrectione carnis, atq; commutatione sperandū est. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce q̄ peccata mortalia, propter quæ authores eorum priuandi sunt regno Dei, manifesta, & plana ad cognoscendum dicit Apostolus, nominatim ea recensens. Sed quia tales actus sunt extrinseci, possunt inuitè quandoq; compleri, idcirco manifestam differentiam assignat manifestis peccatis, vnde mortalia à venialibus fecernantur, quæ sunt voluntatis assensus. Sed tamen hæc manifesta differentia peccatorum in finibus suis est occulta: quia sicut apud visum nihil certè iudicatur, quā inter album, & nigrum: est tamen dare remississimam albedinem, quæ nigredo non est: aut remississimū nigrum, quod non est album, sed differt specificè, nullius sensus adest iudicio: ita secundū fidem nihil manifestius, quā peccati mortalis à veniali peccato distantia: & nihil occultius apud mentē, quā assignare minimum mortale peccatū,

quod veniale non est: aut veniale maximum delictum, quod nō est mortale peccatum: sed addito aliquo indiuisibili fieri potest. sicut deducit Augustinus, quod ira potest transire in odium: & leuis cupido in luxuriam: & vnum pondus multorum venialium de propinquo cedit in atrocem conditoris iniuriam.

De discreta cognitione grauitatum peccaminum, ex legibus scripturarum.

CAP. CLVII.

S V M M A.

- 1 *Deus quod generaliter reuelat sacerdotibus in scripturis unde possint singulorum distinguere grauitates peccatorum, contra Witcleff ostenditur: et quid de hoc dicat Augustinus, et Origenes.*
- 2 *Pœnitentiæ iuxta canones indictæ, et aliæ arbitrarie unde reperiuntur fundatæ.*
- 3 *Taxatio uaria pœnarum pœnitentibus, et confessis, in qua fiat potestate.*
- 4 *Absolutionis forma. Et quorundam audacia in modo absoluendi ab authore notatur.*
- 5 *Lapsi peccato, esto quod possint reformari per pœnitentiam ad primam, uel maiorem gratiam, quæ tamen nusquam ad innocentie pristina dignitatem restituantur, ex Hieronymo ostenditur.*



Ed nec peccati grauedinem sciunt prelati distinguere, inquit Witcleff in quinto, sermone. 23. Ipsi nesciunt distinguere inter mortale, & veniale: nec docere gradum grauedinis peccati in homine, quæ absoluunt. Sed grauedinis talis notitia debet euidentiùs surgere ex peccante: sicut medicina sufficiens ad deletionē peccati, quæ est cōtritiō. Hæc Witcleff. **AUTHOR.** Sub lingua huius hominis semper labor, & dolor. Alibi enim occasione rixandi sumit per viam oppositam. libello scilicet de confessione. cap. 4. Sæpe, inquit, peccata sunt publica, plus nota sacerdoti, qui ipsa percipit, quā ipsi peccatori, qui secundū legem istam debet de proprijs criminibus confiteri. Vnde Actuum. 13. Paulus ex reuelatione plus cognouit peccata illius Magi, qui dicitur Barieu, vel Elimas, quā ipsemet cognouerat

uerat hic in vita. Et vt breuiter dicatur, Papa, vel sacerdos alius non habet scientiam peccati grauedinem cognoscendi, quomodo cunq; peccans secundum vltimum suæ notitiæ dixerit confessori, nisi hoc sibi à Deo fuerit reuelatum specialiter. Hæc Witcleff. **AUTHOR.** Ecce prius dixi, quod notitia grauitatis peccati surgeret aptius ex reuelatione peccatis: postea plus ex notitia sacerdotis. Catholica veritas dixit, quod vtroq; modo. Nam quomodo veniet sacerdos in distinctam notitiam reatus peccantis, nisi per confessionem? Iterum qualiter cognoscit ipse confitens delictum esse quod fecerit, nisi in monitu sacerdotis publicè prædicantis, vel monentis? Dicente Apostolo ad Roma. 7. Peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Audacter dicis, quod Papa, vel sacerdos non habet scientiam secundum grauedines peccatorum distinguere, nisi Deo specialiter reuelante. Et ego audacter dico, quod Deus generaliter reuelat eis in scripturis, ita, vt possint singulorum peccatorum distinguere grauitates: & quāuis iuxta te non ad omnem disputabilem difficultatem, tamen secundum Deum quantum sufficit ad salutem. Vnde pro hac re Enchiridij ca. 43. *Augustinus.* Quæ sunt, inquit, leuia, quæ graua peccata, non humano, sed diuino sunt pensanda iudicio. Videmus enim quædā ab ipsis quoq; Apostolis ignoscendo fuisse concessa. Quale est illud, quod venerabilis Paulus coniugibus ait, Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus. Et post in fine capituli. Sunt autem quædam, quæ leuissima putarentur opinione grauiora. Et subdit de dicente fratri, fatue: & de obseruantibus dies, & annos. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce quod graua, & leuia peccata quæ sint, solo diuino iudicio dicit, & non humano pensanda: & tamen nomine tenus ea educit, & exprimit de scriptura. Eadē quoq; formalib. 10. super Exodum, *Origenes.* Ioannes Apostolus, inquit, in epistola sua dicit quædam esse peccata ad mortē, quædā non esse ad mortem. Quæ autem sunt species peccatorū ad mortem, quæ verò non ad mortem, sed ad damnum: non puto facile à quoq; hominum posse discerni. Scriptum nanq; est, Delicta quis intelligit? Veruntamen ex ijs, quæ in Euangelio per parabolas referuntur, ex parte aliqua cognoscere possumus, cuiusmodi sunt, quæ damnus nominantur: cum ibi iterum videmus ad lucrū deputari: quædā, quæ per negotiationē quæsitā dicuntur. Sequitur. Sed & cum dicitur paterfamilias ponere rationē cū

seruis suis, & offertur ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Talis ergo quædā ratio damni est. Verbi gratia. Qui pro mercede sua accepturus erat decem minas, non accipiat decem, sed octo, vel sex, aut etiam minus: & hoc dāno percuti dicitur is, qui causam scādali infirmioribus, & muliebri præbuit animæ. Dabit autē, inquit, secundum q̄ indixerit, vel imposuerit vir eius, & dabit cum honore. Animæ descendentis vir, magister eius est. Secundum q̄ indixerit vir iste, vel Christus, qui omnium magister est, vel qui pro Christo ecclesiæ præest doctor animarū, ille, qui ad subuersionē audiētium verbis contēdit, patietur damnus. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce primā differentiam grauedinis peccatorū, scilicet peccati ad mortē, & peccati nō ad mortem: sed ad damnus, id est, ad pœnam, Origenes dicit difficilem reperiri à quocumque hominum, posse tamen in euangelij parabolis. Et quomodo vnusquisq; reus pro peccato delēdo per pœnitentiā subibit pœnam, quā Christus imposuerit, aut quā prælatus ecclesiæ loco Christi correspondenter indixit ad culpā, secundum q̄ indixerit. Christus, inquit, magister omnium, vel qui pro Christo ecclesiæ præest. Planè contra Witcleff, qui in eodem cap. pœnas taxatas per magistrōs ecclesiæ in libris pœnitētiālibus reijcit. Nullus, inquiens, talis sacerdos cognoscit, quāta, aut quali pœnitētia foret dignus: & ideo scripta, & practizata de pœnitentijs patulè contradicunt. Hæc Witcleff. **AUTHOR.** Christus magister ecclesiæ nō obligauit apostolos, & hæredes eorum, vt cognoscerent omne quantum, aut quale pœnitētiæ iniūgēdā, quādo dixit eis, Quocumq; ligaueritis &c. Et tamē in hoc verbo obligauit ecclesiam subditorū: vt quod indixerit vir, id est, prælatus ecclesiæ, damnū pœnæ peccator sustineat, maximè quod indixit secundum morē ecclesiæ. Ideo Enchiridij ca. 46. *Augustinus.* Ipsa pœnitētia, quādo digna causa est secundum morem ecclesiæ, vt agatur: plerumq; infirmitate nō agitur: quia & pudor est displicendi: dum plus delectat hominū existimatio, quā iustitia, qua se quisq; humiliat pœnitendo. Vnde nō solum cū agitur pœnitētia, verū etiam vt agatur, diuina misericordia necessaria est. Alioquin nō diceret Apostolus de quibusdam. Ne fortè det illis Deus pœnitentiam. Et vt Petrus amarè fletet, præmisit Euāgelista, & ait, Respexit eum dominus. Hæc ille. **AUTHOR.** Ecce q̄ in hoc loco vocat Augustinus pœnitentiam factā secundū morem ecclesiæ ipsam iustitiam, & postulandā esse Dei misericordiam, vt ritè perficiatur. Et quæ pœnitētiæ

Augusti. 43. Witcleff. V Witcleff. Augusti. Origenes.

Idem.

magis sequuntur ecclesie mores, quam illa, quae sacris canonibus, aut iuxta canones poenitentialibus inferuntur? Ipsa enim in auctoritate ceteris poenitentibus arbitrarijs singulorum plus eminent, quanto plus ex consensu publico vires habent. Fundatur tamen utraque per totam ecclesiam in primo illo privilegio Christi concessio ministris eius in Petro. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Super quae locum cap. 28. lib. 4. super Mattheum Rabanus. Quae soluendi, ac ligandi potestas quamvis soli Petro data videatur a domino: absque vlla tamen dubietate noscendum est, quod & ceteris apostolis datur: ipso teste, qui post passionis, resurrectionisque suae triumphum apprensus eis insufflauit, & dixit omnibus, Accipite Spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Nec non etiam nunc in episcopis, & presbyteris omni ecclesiae idem officium committitur: ut videlicet agnitis peccantium causis, quoscumque humiles, ac vere poenitentes aspexerint, hos iam a timore perpetuae mortis miserando absoluant. Quos vero in peccatis, quae egerint, persistere cognouerint, illos perennibus supplicijs obligandos insinuent. Omni igitur electorum ecclesiae (ut diximus) iuxta modum culparum, vel poenitentiae ligandi, & soluendi datur auctoritas. Haec ille. AVTHOR. Ecce quod iuxta modum culparum, & poenitentiae, omni ecclesiae ligandi & soluendi in suis sacerdotibus datur auctoritas. Ergo si petat Wicleff: quando poenitentibus, & confessis varias poenas taxamus, in qua potestate hoc facimus? Praesto quod respondeamus, habemus. In potestate Evangelij Iesu Christi, non prius committente potestatem absolventi delicta, quam potestatem ligandi commiserit peccatores ad varias poenas, secundum varietatem grauedinis commissorum. Vnde priusquam diceret, Quodcumque solueris: quodcumque; inquit, ligaueris super terram. Medicinam praemittit, ut salus sequatur. Habemus ite non tam auctoritatem, quam exemplum taxandi poenas peccatorum ad quantum ex lege domini, Numeri. 14. Vbi loquens Moyses ex ore domini ad duodecim speculatores misos considerare terram sanctam, pro eo, quod detraxerunt terram. Iuxta numerum, inquit, quadraginta dierum, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur: & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis violationem meam. Vnde & super hunc locum ho-

Origenes. milia. 8. in librum Numerorum Origenes. Pro

die per annum recipietis peccata vestra quadraginta annis. Timeo ergo mysterij huius secreta discutere. Video enim, quod peccatorum in hoc ratio comprehenditur, & poenarum. Si enim unicuique peccatori annus describitur ad poenam, pro vnus diei peccato: & secundum rationem dierum, quibus peccatur, annorum totidem, numerus in supplicijs consumendus est: vereor, ne forte nobis, qui quotidie peccamus, & nullum forte vitae nostrae diem absque peccato transigimus: nec ipsa forte secula, aut etiam secula seculorum sufficere possint ad poenas luendas. In eo enim, quod populus ille prior quadraginta dierum delicto quadraginta annis fuit in deserto, nec terram sanctam introire permittitur: similitudo quaedam futuri iudicij videtur ostendi, vbi peccatorum ratio discutienda est: nisi erit aliqua fortasse etiam bonorum operum compensatio, vel etiam eorum, quae in vita sua vnusquisque mala recipit: ut Abraham de Lazaro dicit. Sed haec nullius est ad integrum nosse, nisi illius, cui omne iudicium tradidit pater. Quod autem dies peccati in annum plenum reputetur, non solum in libro, in quo nihil omnino, quod dubitari possit, ostenditur, sed & in libro pastoris, si cui tamen illa scriptura recipienda videtur, similia designantur. Sed fortasse aliquis neget bonitati Dei conuenire, ut pro vnus diei peccato, annum suppliciorum rependat: quinimo dicat. Etiam si diem pro die reddat, quantum iustus, non tamen clemens videatur esse, aut benignus. Audi ergo ad haec, si forte possumus difficultatem rei exemplis lucidioribus explanare. Si vulnus corpori infligatur, aut os confringatur, aut neruorum iunctura resoluitur, sub vnus horae spatio huiusmodi vulnera solent corporibus accidere: & plurimis postmodum cruciatibus, & doloribus exactis, multo vix tempore sanari. Quanti enim tumores in loco, quanta tormenta generantur? Iam vero si accidat, ut in eodem vulnere, vel in eadem fractura, iterum, & saepius quis vulneretur, frequentiusque frangatur: quantis hoc peius curare, & quatis potest cruciatibus medicari? Quanto autem tempore, si tamen potuerit, ad sanitatem perducetur? Et vix aliquando ita curabitur, ut vel debilitatem corporis, vel foeditatem cicatricis effugiat. Transi nunc ab exemplo corporis, ad animae vulnera. Anima quotiens peccat, totiens vulneratur. Sequitur infra. Et ideo consequentissima ratio est poenae, id est, curae, & medicationis tempus extendi, per vnum quodque vulnus pro qualitate plage medendi quoque spatio propagari. Sic Dei aequi-

tas,

tas, ac benignitas etiam in ipsis animae supplicijs evidens fiet. Et haec audiens, qui peccauit, resipiscat. Sequitur. Si peccator sum: nunquid eadem erit mihi poena, si semel peccauit: quae si secundo, & tertio, & si frequentius peccem? Non ita erit: sed pro modo, & numero, & mensura peccati, etiam poenae quantitas metiendae est. Deus enim dabit nobis panem lachrymarum, & potabit nos in lachrymis, sed in mensura. Haec ille. AVTHOR. Iste ecce vetus doctor ecclesiae, non dubitat dandum nobis panem lachrymarum, & potum in mensura, pro modo, & numero, & mensura peccati, assignans mensuram anni iuxta legem poenae pro die peccati: quia vulnus peccati prolixum tempore exigit medicandi. Prolixius autem, & multo prolixius, si sit eiusdem frequens elisio vulneris: tantum enim tardius fiet restitutio sanitatis. Quod si dicat Wicleff: sed non est hoc sacerdotis officium, qui grauitatem peccatorum nescit appendere: sed solius Christi. Sufficit quod is idem Origenes ista dicit, quae & prius ait Christus magister ecclesiae, aut vice eius, qui ecclesiae praesidet. Aliter non aequiparet nostra praesens ecclesia in potestate puniendi peccata, veterem synagogam, in qua humana aemulatione peccata grauiora morte, minorae vero flagris secundum numerum torquebantur, Deuteronomij. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. In quem locum libro questionum Deuteronomo. cap. 45. Augustinus. Est itaque leuis impietas, quae verbere digna est: & est grauior, quae morte digna est. Ita etiam illa peccata, quae non in Deum, sed in hominem videntur admitti, sunt morte digna. Quaedam sunt alia, quae correptione, seu verbere, seu venia faciliore digna sunt. ita enim locutus esse septuaginta interpretes constat: ut etiam peccatum illius, qui plagis dignus est, impietatem vocauerint. Haec ille. AVTHOR. Si ergo in lege dabatur hominibus insciji facultas ponderandi peccata: & grauiora grauioribus, leuiora leuioribus supplicia, ut mortes applicandi, vel verbera: quanto magis Christus vicarios suos in ecclesia sensu ditabit & gratia: ne fideles eius multa flagitia ferant ad inferos: & perenniter sentiant, quod temporaliter gemebant. Sed dicit aduersarius ibidem capite illo. 4. Non dubium, quin Deus nollet, quod sacerdos suus iniungeret poenitentiam, nisi eius quantitatem, & qualitatem sibi ostenderit. Vnde cum sacerdotes absoluentes hoc saepe nesciunt, imo si haec poenitentia confessio suo profuerit, vel fuerit voluntati Dei contraria: videtur, quod Deus non regulariter approbat talem poenitentiam

Wicleff.

Augusti.

Wicleff.

sic iniuncta. Haec Wicleff. AVTHOR. Quantum ad poenitentiam iniunctam a sacerdote regulariter sic prodesse, vel sic, regulam non habemus, nisi Christi dicentis ecclesiae ministris, Quicquid solueritis super terram, erit solutum & in caelis: & quorumcumque remiseritis peccata, remittentur eis. Haec est regula Christiana, haec norma fidei est. Quisquis huic regulae aduersus est, fidei hostis est, perfidus est. Quantum autem ad notitiam quantitatis, aut qualitatis delicti: hoc scio exigit aequitas iudicantis: sed frequenter minorem poenam pro maiori delicto iniunctam multum prodesse facit Dei gratia miserantis: qualiter declarat libro secundo de sacramentis, parte. 14. cap. 3. Hugo. Hugo. Quomodo, inquis, certus esse possum de venia propter poenitentiam, & satisfactionem ab homine iniunctam: & si illam studiose compleuero: cum ille ipse homo, cui peccata mea confiteor, saepe aut ignorantia nesciat, aut negligentia non consideret qualem mihi secundum modum & mensuram delicti debeat satisfactionem iniungere? Ad haec tibi breuiter respondeo, quod si homo nescit, Deus scit. Tu tamen fac quod tibi praecipitur: obediens esto in eo, quod tibi iubetur. Videat Deus deuotionem tuam: et si homo non condigne modo retur afflictionem tuam. Perire non poteris, si deuotus fueris inuentus. Sed decipior, inquis, putans me satisfecisse, cum satis non fecerim. Ille mihi iniunxit, ut tantum facerem: & non amplius mihi praecipit. Ecce totum perfecit: & non satisfeci. Sequitur. Nec dico ut desperes: etiam si hoc contingat ut homo, qui exterius curandis vulneribus peccatorum medicamentum apponit: aliquid minus sufficiens tribuat. Saepe quod minus foris agit, efficacius intus operatur. In paruo opere magna deuotio esse potest. homo videt in facie: Deus autem intuetur cor. Haec ille. AVTHOR. Falsè igitur nos Wicleff terret, ne de grauitatibus criminum arbitremur: dicente tota antiquitate scripturae, & patrum ecclesiae: quod iuxta qualitatem, & quantitatem delicti: aut iteratas vices soluant poenas, qui peccant: ut magister decreuit ecclesiae Christus, vel qui praestit vice eius sacerdos. Sed circa grauitatem poenae meritae qualiter adaequare possit culpam ad puniendum: ita ut nec in puncto excedat: nec excedatur ab ea, sicut est folium Dei nosse, ita iudicare alienum ab homine. Subtilitates tales atome natalitia secreta sunt lucis inaccessibiles. * natalia. Nec ideo tamen humanum iudicium otiosi debet a toto: quia ad momentum mortis, & magni iudicij horam monemur exercere vi-

M m 3 gilas

gias: non illa tantum hora exploranda, quam scire non possumus: sed pro illa cauenda: totius temporis praecurrentis vigilantia. Ad praxim vero sicut in operatione virtutis non est sollicitudine exquirendum medium secundum rem, sed secundum rationem: quia hoc signare supergreditur rationem: ita in ponderando gravitates poenarum, & criminum, non erit sacerdos sollicitus secundum seipsam, sed secundum rationem humanam a Christi lege transfum-

4
Forma ab-
solutionis.

ptam. In absolutioe quoque sequente, absolute est ex parte Christi pronuntianda sententia sine assignatione gradus remissionis obtentae ad talem, vel ad tantum. Quia promittere remissionem criminum absolute ex Evangelij fide iam possumus: Christo dicente, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Gradum vero puritatis, quem confessus ex tali remissione consequitur: qui solum cordium inspectori cognitus est, limitare non possumus. quia nec ipse dixit: quorum remisistis peccata: ad tantam munditiam, siue tantam tantam, & taliter remittentur. dicente Origene iam supra: carnem in momento laesam maximis cruciatibus, & plurimo tempore sanitati congrue perducendam. Quorundam igitur miror audaciam, qui (vt quidam ferunt) communi absolute formae ecclesiae non contenti: non verentur adiungere. Et ad innocentiam baptismalem te restituo. Qui cum periti sint, nosse poterunt, quod ipsi non possunt iam peccato lapsum ad dignitatem innocentiae pristinae restaurare: quauis possint ad similem, vel maiorem reducere gratiae dignitatem. dicente scriptura, Domus Israel cecidit: & non adjiciet vt resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram suam: non est qui suscitet eam. Amos. 5. Vbi

Hieronym.

in commentario Amos, libro. 2. Hieronymus. Sin autem (vt diximus) planctus est super eos, qui agunt poenitentiam: & poenitentia reddit vulnerum sanitatem: quomodo iuxta septuaginta dicitur, Domus Israel cecidit: & amplius non resurget. Virgo Israel erravit in terra sua, non est qui suscitet eam? Quod sic solui potest. Postquam domus Israel sua voluntate corruerit, nequaquam pristinam recipiet dignitatem. Postquam virgo Israel erravit in terra sua, ultra non poterit inuenire suscitantem. Et considera verborum proprietates. Qui domus est, & numeratur in turba, cadere dicitur. Qui autem de numero virginum, si errauerit, ob leue quoque peccatum non poterit suscitari. Non quo non suscitetur: sed nequaquam modo suscitetur virgo Israel: & nequaquam resurgat domus Israel. Non enim eadem glo-

ria eius, qui semper sequutus est dominum: & eius, qui aberravit a grege, & postea boni pastoris humeris reportatus est. Vnde & per alium prophetam dominus dicit, Malo poenitentiam peccatoris, quam mortem. Poenitentia non *sanitati purissimae, & ecclesiae Christi: quae non habet maculam, neque rugam: sed mortalitati, & inferis comparata, fit melior. Haec dicimus: non quo iuxta Nouatum tollamus spem poenitentiae, sed quo timidiore eo sfaciamus, & idcirco sollicitos, qui aperta ianua poenitentiae, dum sperant futura, perdunt praesentia: & qui absque vulnere poterant permanere: incauti vulnus accipiunt, vt postea dolor e crucientur. Haec ille. AVTHOR. In hac doctrina Hieronymi duo cernimus, scilicet quod malo poenitentiam non excludit: & quod lapso per poenitentiam eandem primam gloriam non promittit. Non est eadem, inquit, gloria eius, qui semper sequutus est dominum, & eius, qui postquam aberravit, pastoris humeris reportatus est. Haec enim duo, duos filios faciunt euangelici hominis, quorum primus ad patrem. Nunquam, inquit, mandatum tuum praeteriui. Secundus: pater, inquit, in caelum coram te peccaui. Sed pater ad eum: date illi stolam primam. Primus ergo seruauit innocentiam: secundus donatur ad eam, non per se, sed per aequivalentem gratiam. Non enim dicere poterat: quia mandatum suum non praeteriuit: sed quod stolam perditam reassumpsit. Breviter in hanc sententiam conueniunt doctores scholasticè disputantes. Sed & Hugo cum disputando aliud quid incoeperit, terminatur in istud. li. 2. de sacramentis, parte. 14. ca. 4. dicens. Certum est, qui cadit, resurgere potest: & non solum resurgere, sed etiam melior resurgere, quam fuit, cum cecidit. Multi ceciderunt, & meliores surrexerunt, quam fuerunt etiam antequam ceciderunt: meliores etiam quam futuri fuissent, si non cecidissent: quia ad hoc ipsum cadere permisi sunt: vt ex ipso casu suo, & ruina erudirentur, & meliores efficerentur. Nemo tamen melior post casum surrexit, vel surgere potuit, quam fuisset, si & non cecidisset: & haec, quae modo resurgendo bona operatus est: omnia stando operatus fuisset. In hoc secundum aliquid dici potest, quod omnis, qui cadit: id, quod cadendo perdidit, amplius totum recuperare non potest: quia quicquid postea ad correctionem, vel ad recuperationem adiecerit, facere omnino non potest, quin melior fuisset, qui haec omnia haberet, & tamen non cecidisset. Propterea nemo in spe correctionis peccare debet: quia quod semel amittitur, amplius

*sanitati.

Hugo.

plius ipsum non recuperatur. Haec ille. AVTHOR. Limpidior videtur fuisse scriptura prior Hieronymi: quod reformari potest lapsus per poenitentiam ad primam, vel maiorem gratiam: nusquam autem ad illam innocentiam, vel pristinam gloriam: sicut nec iam corruptus ad incorruptionem omnimodam, & pudicitiam nunquam tactam. Vnde & eodem secundo libro commentarij Amos, textu, Vrbis, de qua egrediebantur mille, relinquitur in ea centum. dicit idem Hieronymus. Ita fit vt domus Israel, quae corruerat, non possit resurgere, & virgo Israel, quae errauerat in terra, non habeat suscitantem. Quia qui semel ab vnione discesserit, & illam purissimam virginis gloriam perdidit, de qua Apostolus ait, Zelo enim vos zelo Dei: & statui vos vni viro virginem castam exhibere Christo: in qua non est macula, neque ruga: pristinum statum, & vnionis beatitudinem recipere non valebit. Haec ille. AVTHOR. His visis, qualiter potest quis in primo poenitentis alloquio spondere ipsi primam baptismalis innocentiae dignitatem, & gloriam? qui forsitan centies in hereses, centies recidit in schismata: qui & nec post quartum lapsum restitui potest ad integritatis tantillam gloriam, & innocentiam tam illaesam, quantam habebat in tertio. Plus enim perdidit innocentiae, qui plus committit iniuria.

Hieronym.

¶ Contra haeresim Wicleff, asserentis solum peccatum finalis impoenitentiae esse simpliciter, & proprie mortale peccatum.

C A P. CLVIII.

S V M M A.

Wicleff, qui asserit nullum esse mortale peccatum, nisi finalis impoenitentiae, & praesciti, Gregorij, & Augustini dictis ab Authore confutatur.



Is ita decursis de generibus peccatorum, qualiter ea fides exprimit in scripturis, & qualiter gravitates eorum, & pondera debent, & possunt esse certa fidelibus: citat nos in posteris hostis ecclesiae Christi, vt de peccato dicamus. Non quidem materialiter, vt cibus, aut

verbum dicitur esse peccatum, sed formaliter secundum se, & proprie. Sic autem dicit, solum praescitum peccare mortaliter. illo sermone. 23. ter. triplex est peccatum mortale, continet se ad primum modum, abiectis duobus alijs tanquam vanis: quia non sunt mortalia, aut venialia, nisi secundum quid, quando, scilicet, de peccato loqui proponit. 3. Dialogi ter danati cap. 1. Potest autem peccatum dici mortale, inquit, quod dignum est secunda morte puniri ex arbitrio Dei nostri: & sic solum peccatum finalis impoenitentiae, quod est peccatum in Spiritu sancto, proprie est mortale. Quodcumque autem aliud peccatum cum sit dignum venia, potest dici rationabiliter veniale. Haec Wicleff. AVTHOR. Post multiplices distinctiones, & fabulas, ad hoc absolute descendit: quod solum peccatum finalis impoenitentiae est per se, & proprie peccatum mortale: quo peccato solum praescitum. Quomodo igitur defendet se Wicleff contra Apostolum de morte primi hominis per peccatum? qualiter decretum Trinitatis euacuat statuentis: Quaecumque die comederitis, morte moriemini? nec vnica, sed triplici morte: secundum Augustinum. Secundum autem istum Petrus non est mortuus peccato: Paulus non erat mortuus: quia praedestinatus, ideo nec mortaliter peccauit vnquam, aut pariter eius primigeni, a quorum primo mors venit in mundum. Primo tandem recitata est vetus haeresis Pelagiani, sic dicens: quod primus patrens non moriebatur in anima: quae iam confirmat Wicleff: quia non erat peccatum eius finalis impoenitentiae. Libro enim. 6. Registri, epistola. 13. Narza Comiti scribit Gregorius. Hoc enim vbi scriptum est, Quia cum peccauit Adam, anima eius est mortua. qualiter mortua dixerit, inferius ostendit: quia status sui beatitudinem amisit. Hoc quisquis negat, catholicus non est. Deus enim dixerat, Qua die comederitis, morte moriemini. Cum ergo comedit de ligno vetito Adam, quod in corpore mortuus non est, nouimus: quia post hoc filios genuit, atque annis multis vixit. Si itaque in anima mortuus non est (quod dici nefas est) ipse mentitus est, qui hunc praedixit die, quo peccasset, moriturum. Sed sciendum, quia mors duobus accidit modis, aut absentia viuendi, aut qualitate viuendi. In hoc ergo, quod comedendo vetitum, eius anima mortua dicitur, non absentia viuendi, sed qualitate viuendi, vt postmodum viueret in poena, qui ad hoc creatus fuerat, vt beate viueret in laetitia. Hunc ergo locum, qui in eo codice, qui mihi a fratre meo Ioanne Episcopo transmissus est, annotauit haereticum, Pelagianus est: quia

Wicleff.

Gregorius.

sententia ista euidenter Pelagij est, quā Paulus Apostolus aperte in suis epistolis destruit. Sequitur. Pelagius verò, qui in Ephesina Synodo damnatus est, ea intentione hoc dixit, ut ostenderet nos à Christo vacuè redemptos. Si enim nos per Adā in anima mortui non sumus (quod dici nefas est) vacuè redempti sumus. Hęc ille. **AUTHOR.** Hanc hæresim Pelagianā secundum recitatum Gregorij quomodo Witleff euadet, nosse volumus. Si enim non sit mortale peccatum, nisi finalis impoenitentia, & præciti: primū peccatum Adę non erat huiusmodi: eius ergo peccatum non erat mortale: nec ipse mortuus est peccato. Hoc dixit Pelagius: idcirco meritò damnatus. Scio quā iam voluit ad sophisma suum, ut dicat. Imò peccauit mortaliter: & Paulus, & Apostoli peccabāt mortaliter: & anima mortui sunt secundum iustitiam præsentem. Ego tamen semper quero, si verè loquendo, & propriè de mortali, peccauit Adam, peccauerunt Apostoli? Quid mihi cum illo mortali, quod, inspecta rei proprietate, mortale non est, sed secundum quid: quod omnes Logici dicunt nec simpliciter esse, nec verè? Nisi velit Witleff dicere Christum esse in omni peccato mortali damnatorū inferni: quia secundum mentis suę prospectū ipse scribit, & huic toto nisu cohæret, quod nullū est peccatū mortale simpliciter: nullum propriè, nullum per se, nisi præciti. Qualiter ergo non est Pelagianus hæreticus simpliciter propriè, & per se: quod Adam non est mortuus in anima simpliciter, & per se? Audiatur iterum sanctum **Gregorius.** *Gregorium* hanc hæresim inculantē. 7. lib. Registri, episto. 3. Eulogio Alexandrino, & Anastasio Antiocheno Episcopis, ubi dicit. Ante triēniū cogente causa monachorū Ilauria, qui heretici accusabantur, satisfaciens quondam frater, & confacerdos meus dominus Ioannes, literas misit, quibus nitebatur ostendere eos Ephesinæ Synodi definitionibus contradicere: & velut ex eadem Synodo certa nobis, quibus ipsi obfisterent, capitula destinavit. Inter alia autem scriptum illic cōtinebatur de Adę anima: quod in peccato mortua non fuerit, eo quod diabolus in cor hominis non ingrediebatur: & si quis hoc dixisset, Anathema esset. Quæ cum mihi relata fuissent, valde contristatus eram. Si enim Adę, qui primus peccauit, anima mortua in peccato non est, quomō de ligno ei dictum est, In quacunq; die comederis ex eo, morte morieris. Et certè comedit Adam & Eua de ligno vetito: & tamen in carne sua ultra nongentos annos postmodum vixerunt. Constat itaq; quod tunc in carne non

est mortuus. Si ergo in anima mortuus non est (quod dici nefas est) falsam sententiam de illo protulit Deus, qui dixit, Quia qua die comederet, moreretur. Sed absit hic error: absit à vera fide. Nos enim primum hominem, qua die peccauit, anima mortuum dicimus: atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis poena damnatum. Per secundum verò hominem, & modò à morte anime, & postmodum ab omni corruptione carnis in æterna resurrectione liberari nos posse cōfidimus. Sicut autem & in prædictis responsa libus diximus, Adę animam mortuam in peccato dicimus, non à substantia viuendi, sed à qualitate viuendi. Quia enim aliud est substantia, aliud qualitas: non eius anima ita mortua, ut non esset: sed ita mortua, ut beata non esset. Qui tamen Adam post per poenitentiam ad vitam redijt. Hęc ille. **AUTHOR.** Ecce, quod cōtra Pelagianā hæresim astruentē non esse primum parentem in anima mortuum per peccatum: simul & cōtra Witleffianam furiam, quod non erat propriè mortuus per peccatū, assumit Gregorius geminum argumentum: primum ab ipso protoplasto, cui dominus ait comminatorium mortis implere: secundum à Christo, cuius vera mors totum genus infectum à vera morte redemit. Et utrobique verā mortem intelligēs, etiam mortem secundam, quam Witleff totiens ruminat, non excludit. Vsq; ad ipsam enim mortuus est Adam cum germine suo, & ab ipsa redemptus. Sicut libro. 13. capite. 13. de ciuitate Dei *Augustinus.* **Augusti.** Quando verò dixit Deus primo illi homini, quem in paradiso constituerat, de cibo vetito, Quacunq; die ederitis ex eo, morte moriemini: non tantum primæ mortis partem priorē, ubi anima priuatur Deo: nec tantum posteriorē, ubi corp⁹ priuatur anima: nec solā ipsam totam primam, ubi anima, & à Deo, & à corpore separata punitur: sed quicquid mortis est vsq; ad nouissimam, quæ secunda dicitur, qua est nulla posterior, comminatio illa complexa est. Hęc ille. **AUTHOR.** Si ergo quicquid mortis est vsq; ad mortem secundā, comminatio diuina complexa est, secundum argumentum Gregorij falsam sententiam protulit Deus: si nō comesto cibo noxio, quicquid mortis est, etiam vsque ad mortem secundam Adam pertulit pro peccato. Et hypognostico in principio *Augustinus.* Mors ex inuidia diaboli veniens introiuit in orbem terrarum: & Deo iudice iusto pro poena in peccatorem permisa est dominari. Rectè enim perdidit vitam, qui mortē voluit. Hęc ille. **AUTHOR.**

Secun-

Secundum item argumentum Gregorij sumptum à gratia redemptoris est efficax contra hostem: quia si nō erat vera mors hominis redempti, non erat homo verè redemptus à morte. Argumentum est apostoli primæ Corinth. 15. Sicut in Adā omnes moriūtur: ita in Christo omnes viuificabūtur: vnusquisq; in suo ordine, primitiæ Christus: deinde qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt. Si ergo nulli prædestinati ad vitam à primo Adā vsq; ad vltimum iustum moriebantur in Adā propriè, & per se: nullum ergo prædestinatū propriè, & per se morte sua Christus redemit. Profolis em mortuis Christus est mortuus. Probatur ex consequentiā apostoli, vnus pro omnibus mortuus est: omnes ergo mortui sunt. **Augustin.** *Augustinus.* Dicit enim ad Corinthios, quod vnus pro omnibus mortuus est: nullo modo hoc negare poteris, nisi pro eis, qui mortui sunt, mortuū fuisse Iesum. Quos ergo hoc loco intelligis mortuos? Nunquid eos, qui de corpore exierunt? Quis ita desipiat, ut hoc sapiat? Eo modo itaq; intelligimus mortuos, pro quibus omnibus vnus mortuus est Christus: quomodo alibi dicit. Et vos cum essetis mortui in delictis, & in præputio carnis vestræ, cōiuuificauit cū illo. Ac per hoc vnus, inquit, pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: ostendens fieri non potuisse, ut moreretur, nisi pro mortuis. Ex hoc enim probauit omnes mortuos esse: quia pro omnibus mortuus est vnus. Impingo, inculco, insecto recufanti. Accipe, salubre est. Nolo moriaris. Vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Vide, quod consequens esse voluit, ut intelligantur omnes mortui, sed pro omnibus mortuus. Quia ergo non in corpore, restat ut in peccato esse mortuos omnes, pro quibus Christus mortuus est, nemo neget, nemo dubitet, qui se non neget, aut dubitet esse Christianum. Quapropter si nullum trahūt peccatum paruuli, non sunt mortui: si non sunt mortui, nō est mortuus pro eis, qui non est mortuus, nisi pro mortuis. Hęc ille. **AUTHOR.** Stent simul, qui simul erant, Iulianus, & Witleff: uterque dicit nullum prædestinatū anima mortuum per peccatum in Adam saltem propriè dicant ad Apostolum: propriè ergo viuebant in aia per gratiā: nō ergo pro eis mortuus est Christus, qui per solis verè mortuus, verè mortuus est. Hoc argumentum est apostoli: & ab eo voluit in synodum Ephesinam: ubi hoc ipso telo Pelagius est confossus, dicente supra Gregorio. Pelagius, qui in Ephesina synodo da-

mnatus est, ea intentione hoc dixit: ut ostenderet nos à Christo vacuè esse redemptos. Si enim nos per Adam in anima mortui non sumus (quod dici nefas est) vacuè redempti sumus. Saluet se Witleff, si potest: deiectus est Pelagius magister eius. Si ergo non potest discipulus esse supra magistrum suum, necesse habet, ut corruat audiens arguentem apostolum. Vnus pro omnibus mortuus est: omnes ergo mortui sunt. si bona sit sequela Apostoli: ergo æqualiter addito antecedenti & consequenti, sequetur æqualiter vnus pro omnibus propriè, & per se est mortuus: omnes ergo propriè, & per se mortui sunt. Noluit enim prudens artifex Deus mortem fictam, aut præsentem hominis, vera sua morte redimere: sed verā: ergo morte carnis veram remissionem peccatorum facere. Sicut in eodem libro, capite tertio. *Augustinus.* Quod ipse significauit in similitudine carnis peccati, hoc per eius gratiam nos agimus in carne peccati: ut quomodo ille moriendo similitudini peccati, peccato mortuus prædicatur: ita quicumque in illo fuerit baptizatus, eidem rei, cuius illa similitudo fuerat, moriatur. Et quomodo in illius vera carne, vera mors fuit: sic fiat in veris peccatis vera remissio. Hęc ille. **AUTHOR.** Hoc notemus, quod arguit **Augustinus.** Quomodo in vera Christi carne, vera mors fuit: sic in veris peccatis vera remissio. Si ergo in prædestinatis non verè, id est, propriè mortuis: & per hoc nec peccata verè mortis habentibus, non est vera mortis remissio: ergo nec in vera Christi carne vera mors fuit. Si non verè mortuus est homo, non verè resuscitatus est. Si non propriè reus mortis, non propriè iustificatus. Si nō propriè damnatus, non propriè est redemptus. Et quid ex istis sequitur iuxta Apostolum, & **Augustinum?** Ergo nec Christus propriè crucifixus. Vnde in Enchiridio, capite trigesimo nono. *Augustinus.* Quod paulò post dicit: Sicut **Augustin.** per vnus delictum in omnes homines ad cōdemnationem: ita & per vnus iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ. satis indicat ex Adam neminem natum nisi damnatione detineri: & neminem nisi in Christo renatū à damnatione liberari: de qua per vnum hominē poena: & per vnum hominem gratia. Sequitur. Deinde sacri baptismatis in cruce Christi grande mysterium commendauit eo modo, ut intelligamus nihil aliud esse in Christo baptismum, nisi mortis Christi similitudinem. Nihil autem aliud mortem Christi crucifixi, nisi remissio-

Mm 5 nis

nis peccati similitudinem: vt quemadmodum in illo vera mors facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum: & quemadmodum in illo vera resurrectio, ita in nobis vera iustificatio. Hæc ille. A V T H O R. Audiatur Witcleff ab ore apostoli, q̄ per vnus delictū in omnes homines ad condemnationem: ergo in prædestinatos delictum seuit ad condemnationem: & ex Adam neminem natum nisi damnatione detineri. Et nonne hæc erat mors secunda, cui omnes ex Adam nati sunt addicti pro vera morte peccati: aut pro modico veniali prædestinatus damnationi tenebitur? Et quod sequitur. Quemadmodū in Christo vera mors fuit, sic in nobis vera remissio peccatorum. Ergo si verè mortuus est Christus, verè remittitur nobis peccatum, quo detenti eramus ad reatū damnationis æternæ. Quibus nobis: Nō præscitis: quia ipsorum peccatum est perpetuum: & reatus damnationis aboleri non potest per te. Restat igitur, vt prædestinatis fiat ista peccatorum remissio: quibus secundum condemnationis sententiam soluere tenebatur mortem secundam.

Peccatum mortale esse dignū
perenni supplicio, quāuis is,
qui peccat, fructuosè
pœniteat post
peccatū.
CAP. CLIX.

S V M M A.

Peccatū mortale, q̄ sit æterno supplicio dignū, etiā post fructuosam a peccante de suo peccato pœnitentiam peractam, multorum auctoritatibus sanctorum contra Witcleff ostenditur.

Witcleff.



Ec preteriri potest intactum, quod Witcleff adiūxit in prædictis de tertio ter dānati trialogi. ca. 7. q̄ omne peccatum aliud a peccato finalis impœnitentiæ est dignū venia: ideo omne tale potest dici veniale. Declarat se post ea cap. 6. Non (inquit) videtur mihi: q̄ aliquod peccatū dictū mortale in homine fructuosè finaliter pœnitente, sit dignum pœna perpetua: quia q̄ Deus decreuit remittere, nō est taliter puniendū. nec placet mihi cōcedere, q̄ hoc peccatū sit dignū pœna ppetua: & tñ est dignū,

q̄ solū tēporaliter puniat. Hæc Witcleff. A V T H O R. Hæc hæresim parte quadā tāgere videt, & tollere Christianis lib. de fide & operibus versus finē Augustinus dicēs. Nō itaq; promittat pœna ignis trāsitoria turpiter, scelerateq; viuētibus, qui viā iustitiæ cognouerunt, quibus melius erat nō cognoscere: sicut veracissima testatur scriptura. De talibus quippe etiā dñs ait. Et erūt nouissima illius hois peiora, q̄ erāt prima. Hæc ille. A V T H. Isti tñ sic errātes nō sunt ausi flagitiosos suos ab omni cōtagiōe æterni ignis absolueret: sed cauillātes in illo igne, qui est ætern⁹, ponebāt solū tēporaliter p peccatis trāsitorie cōburēdos. Vñ eodē lib. post mediū Augustinus. Neq; illud hīc dici poterit, in quo nōnulli seiplos seducūt, ignem æternū dictū, nō ipsam pœnā æternā. Per ignē quippe, qui æternus erit, trāsitorius arbitrat̄ur eos, quibus propter fidē mortuā per ignē pmittūt salutē. Vt videlicet ipse ignis, æternus sit: cōbustio verò eorū, hoc est operatio ignis, nō sit in eos æterna: cū & hoc vidēs dñs, tanq̄ sententiā suā ita concluderet, dicēs. Sic ibūt illi in cōbustionē æternā. Iusti aut̄ in vitā æternā. Erit ergo æterna cōbustio sicut ignis: & eos in illā ituros veritas dixit, quorū nō fidē, sed bona opera defuisse declarauit. Hæc ille. A V T H. Dissimiliter tñ hi errāt, & Witcleff: quia hi fidē habētibus Chrī cū baptismo, quibus scelera sua vetusta nō corrigāt, promittunt per tēporalē pœnā vitā æternā: Witcleff non sic: sed si fructuosè pœniteāt. Vterq; tñ dānabiliter errat: affirmando, q̄ turpissima crimina, & alta peccata mortalia sunt sola pœna trāsitoria punienda. Quorū Witcleff multo dānabilius errat, dicēs, q̄ pdestinati peccatū nō est ampliori pœna dignū, nec debitum plus puniri. Hoc fortē alii nō dixissent. Quorum itē recordatur in libr. de igne purgatorio in fine Augustin. Si cuius opus arserit, detrimentū patiet. Ipse tñ saluus erit: sic quasi p ignē. Nemo tñ seipsum circūueniat: vt hæc etiā pro capitalibus criminibus si incurata permāserint, posse fieri credat. Hæc ille. A V T H. Vt autē accedamus ad rem, vellem huius erroris fundamenta palpare: & cū codices actoris euoluo, solæ rationes prodeunt ambidextra: & quæ pruriāt aures simpliciū, argumēta pro populo. Ast ego peto scripturas sacras ab eo, qui tot clamolis instantiis scripturas exigit sibi dari a responsali catholico. Vbi iam in lege Christi fundat peccatum suum mortale transcenderet analogum? Vbi dignitatem pœne solū tēporaliter respondentis mortali in scripturis inueniet? vbi in patrum scriptis? vbi vel testē

vnum

Augustin.

Augustin.

Augustin.

vnum, quem ipse non subordinauit, inueniet? Scio, q̄ nos huic libertati non dabit: scripturas exigit: vendicat rationes ad probandum, q̄ tota semper credit & docet ecclesia. Procedat igitur vox Pauli in robur fidei, quam tenemus. Ipse enim quosdam alloquitur ad Romanos primo, dicens, quomodo tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniūt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos in uvidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, cōtumeliosos, reprobos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cū iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. Ista scelera numerauit Apostolus, vt ea comperit in eorum actoribus: nec concludit sententiam suam, dicens, quod qui talia agunt vsque in finem, digni sunt morte: sed absolutē, qui talia agunt, nec dicit præsciti, qui talia agunt, sed de quibuslibet vnam dat sententiam: siue prædestinati illi sint, siue præsciti. Qui talia agūt, digni sunt morte. subintelligas æterna. Vnde in annotationibus super hunc locum Anselmus. Ne putentur his pœnis tantū affligi, quibus delectabantur, addit vltimam mortem æternam. Hæc ille. A V T H O R. Et in expositione huius loci Haymo. In hoc ignorare dicuntur, quia non intellexerunt, quod qui talia opera agūt, qualia ipsi agebant, digni sunt morte æternæ damnatiōis. Hæc ille. A V T H O R. Si ergo qui talia agunt indistinctē, sicut definit apostolus, digni sunt morte damnationis æternæ: nec omnes, qui talia agunt, in eis sine tenus decedunt: sed peccatum finaliter pœnitentis est dignum pœna perpetua: an non putas inueniri posse peccata varia, quæ hīc numerauit Apostolus in prædestinatis ad gloriam? Nonne inter apostolos Christi facta est contentio, quis eorum esse maior videretur: & inter illos multi prædestinati, de quibus Apostolus ait: Cū sint inter vos contentiones, & schismata, nonne carnales estis? Et nonne Matthæus agebat auaritiam in teloneo? Magdalena fornicationem? Petrus absque fœdere, dum Christū negauit? Paulus absque misericordia, dum persequeretur ecclesiam? Et ideo de istis falsum erit verbum apostoli: Qui talia agunt, digni sunt morte: quia de talibus fructuosius pœnitebāt: dicente Paulo de seipso diu post actā pœnitentiā, Non sum dignus vocari Apostolus: quoniam perse quutus sum ecclesiam Dei. pri

Anselmus.

Haymo.

mæ Corinth. 15. cū tamen spiritus sanctus decreuit eū fore apostolum. Segregate mihi (inquiens) Saulū, & Barnabā in opus, ad quod assumpsi eos. Quid ergo dicis mi Witcleff? Paulus fructuosè pœnitebat de persecutionis flagitio, & tamen adhuc se apostolatus fastigio, & nomine decernit indignum: quāto magis præmio apostolatus in ordine iudiciali super no? Cur hoc: nisi vt verum dixisse videatur: q̄ qui talia agunt, digni sunt morte: digni ex suo scelere, quis diuino munere vita digni. Sed dū de peccatis nostris agimus, quid ex nobis digni sumus accipere, pensare debemus. Vnde super eundem locū apostoli in libro annotationum Hieronymus. Qui non sum dignus vocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Fili peccasti: ne adijcias iterū: sed & de pristinis deprecare. Vnde & per Esaiā dominus dicit. Ego sum qui deleo iniquitates tuas: & non memorabor. Tu autē memorare. Melius est enim dimissa recordari peccata, quā dicenda obliuisci. Hæc ille. A V T H O R. Quāuis ergo dominus Deus iudicio misericordie suæ ita iniquitates nostras delet, vt nō memoretur vltra: nos tamē memorari iubemur, quā pœna ex nostro scelere multari digni sumus: sicut & idem apostolus ad Romanos quinto intulit. Iudiciū ex vno in condemnationē. & tunc subiecit. Gratia autē ex multis delictis in iustificationē. Super quo loco in expositione Ambrosius. Gratia Dei per Christū nō ex vno delicto: sed ex multis delictis. &c. Hoc ex magnificentia pietatis Dei & Christi loquitur: vt cū delicto Adæ multi tenerētur a morte secunda in inferno inferiori: donū tñ gratiæ Dei cū esset iustū plecti illos: nō solūm ignoscit illis, sed & iustificat. Hæc ille. A V T H O R. Ecce q̄ Ambrosius dicit pdestinatiōis diuinæ multos filios: pro delicto Adæ teneri a morte secunda, quæ est æterna in se: & notat locum in inferno inferiori: & dicit iustum fuisse illos ea pœna plecti: cū tñ annectit, q̄ donū gratiæ nō tñ illis ignoscere voluit, sed & iustificare punitos. Quid iā resonat cōtra apostolū: & expositorē eius Ambrosiū pedestris illa Witcleff & vulgaris argutia? Quod Deus decreuit remittere, nō est taliter puniendū. & dignū est, q̄ circūquaq; stet iudiciū: ideo nō placet ipsi, q̄ peccatum prædestinati sit dignū pœna perpetua. Ecce ergo oēs prædicti patres digni sunt damnatione perpetua: quia iudicium ex vno in damnationem: & iustum fuit illos sic plecti: qualiter non tunc dignum: quāuis consequente gratia ex multis delictis in iustificationē: Quod si ex gratia: nō ex cōdigno: quia nō

Hieronymus.

Ambrosius.

cx

ex debito. Lib. 14. de ciuitate Dei cap. 1. *Augustinus*. Admissum est grande peccatū, vt in de-
 terius eo natura mutaretur humana: etiam in
 posteros obligatione peccati: & mortis neces-
 sitate trāsmisā. Mortis autē regnū in homines
 vsque adeo dominatum est: vt omnes in secū-
 dam quoq; mortē, cuius nullus est finis, pœ-
 na debita præcipites ageret: nisi inde quosdā
 indebita Dei gratia liberaret. Hæc ille. A V-
 T H O R. Ecce quod suprā dixit Ambrosius,
 approbat Augustinus. Omnes in secundam
 mortem, cuius nullus est finis: pœna debita
 præcipites ageret: nisi inde quosdam in debita
 Dei gratia liberaret. Antequā ergo Dei gratia
 eos liberauit ab hac morte: hac ipsa morte di-
 gni erant: quia pœna illuc debita eos præcipi-
 tes egit. Et si gratia Dei indebita liberauit eos:
 quomodo ipsi digni gratia eius indebita? Nā
 quodcūq; dignū, indebitum qualiter esse po-
 test? Ideo in lib. meditationum in persona pec-
 catoris veniā deprecātis, *Augustinus*. Cū enim
 peccator odio dignus sit: qua fronte gratiā re-
 quirat? Cū pœna debeatur: qua temeritate glo-
 ria poscitur? Hæc ille. A V T H O R. Ecce pecca-
 tor iā congruē penitens pro peccato adhuc
 odio dignus dicitur, & pœna ei debetur: cum
 tamen peccatū huiusmodi non erat finalis im-
 penitentia: subintelligendū semper: nisi Dei
 gratia succurrente. Sed dicit *Witcleff* vbi iam
 suprā. Nō sequitur: istud peccatum est dignū
 sic puniri pœna perpetua nisi assit Dei miseri-
 cordia: ergo est dignū puniri. Hæc *Witcleff*.
 A V T H O R. Ergo nec per oppositū: est indi-
 gnus gratia nisi de Dei misericordia: ergo est
 indignus gratia: cum tamen hac ratione fides
 vtitur vtrobiq;. Sicut apostolus iam suprā.
 Non sum dignus vocari apostolus. intelligēs,
 nisi Dei gratia. Aliter dices mendacium fuisse,
 quod multiplici laude sustollimus: cum ait fi-
 lius prodigus. Non sum dignus vocari filius
 tuus. cum pater eius decreuit ipsi perenniter
 primam stolam. Sed hoc sophisma de acerba
 schola Pelagianorum excessit. Sicut enim di-
 gnitatē humanā extulerant: ita Dei gratiæ lau-
 des tacent. Qualiter notat eundem locum de
 verbo prodigi. lib. 4. super Lucā in cōmenta-
 rio *Beda*, dicens. Ad filij quidē affectū, qui oīa,
 quæ patris sunt, sua esse non ambigit, aspirare
 nequaquā præsumit: sed mercenarij statum, iam
 p mercede seruiturus desiderat. Verū ne hūc
 quidem nisi paterna dignatione se mereri pos-
 se testatur. Vbi sunt ergo Pelagianistæ, qui sua
 se virtute saluari confidunt: cōtra apertissimā
 veritatis sententiam, quæ ait, Sine me nihil po-
 testis facere? Et infrā super idem. Incipit pecca-

ta iam constitutus in ecclesia confiteri. Nec di-
 cit omnia, quæ dicturum se esse promiserat:
 sed vsque ad illud. Non sum dignus vocari fi-
 lius tuus. Hoc enim vult fieri per gratiā, quod
 se esse indignum fatetur per merita. Hæc ille.
 A V T H O R. Ecōtrariō vult *Witcleff*, quod
 non fateatur se indignum: quia sic non est ni-
 si per gratiam: sed omnino pronuntiet se di-
 gnū gratia Dei, & indignū pœna per ab-
 solutam sententiam. De tanto enim Pelagia-
 nistis fauet, quanto cum eis nō vult recoli gra-
 tiam Dei: & vult prædicari simpliciter sine gra-
 tia peccatoris indignitatem ad pœnā. Et Pau-
 lus ait. Non sunt condignæ pāsiones huius
 temporis ad futuram gloriam. tamen ex gra-
 tia sunt condignæ. Beatus *Augustinus* dicit sim-
 pliciter in persona sancti viri, quod debeba-
 tur pœna, quāuis data sit gratia. super Psalm.
 70. versu. Deus docuisti me à iuuentute mea. *Augusti.*
 vbi dicit. Et quid docuisti me? Quia tuæ iusti-
 tiæ solius memorari debeo. Considerans e-
 nim vitam præteritam meam, video quid mi-
 hi debebatur, & quid acceperim pro eo, quod
 mihi debebatur. Debeatur pœna: sed data
 est gratia. Debeatur gehenna: sed data est
 vita æterna. Deus docuisti me à iuuentute
 mea. Ex ipso initio fidei meæ, qua me voca-
 sti, docuisti me nihil in me præcessisse, vnde
 mihi dicerem deberi quod dedisti. Hæc ille.
 A V T H O R. Hanc fidem teneamus & nos
 contra *Witcleff*: indignos nos vita æterna: &
 ideo redemptos per Christum ex sua indebi-
 ta gratia. Verē enim si condigna nobis esset,
 non esset indebita. Et quos redemit Christus
 ad vitam nisi dignos ad mortem? Si autē nul-
 los mortuos suscitauit, & sic indignos ad vi-
 tam: dicat quos eruit Christus de potestate
 tenebrarum, & transtulit in regnum clarita-
 tis filij sui. Si quia Deus decreuit nos redimi,
 ideo simus digni: quare item non digni sup-
 plicio, ratione illius decreti chirographo con-
 firmati, quod tulit Christus sola sua gratia:
 spolians principatus, & affigens illud cruci?
 Vnde tractatu suo secundo prædicti psalmi
 septuagesimi in principio *Augustinus*. Pro-
 pter primum hominem primi captiui: pro-
 pter secundum hominem secundi redempti.
 Nam & ipsa redemptio clamat captiuita-
 tem nostram. Vnde enim redempti, si non
 ante captiui? Hæc ille. A V T H O R. Et in
 epistola ad Optatum de origine animæ, idem
Augustinus. Meritō autem videtur iniustum,
 quod fiunt vasa iræ ad perditionem, si non
 esset ipsa vniuersa ex Adam massa damna-
 ta. Quod ergo fiunt inde nascendo vasa iræ,
 pertinet

pertinet ad debitā pœnam: q̄ autē fiunt rena-
 scēdo vasa misericordiæ, pertinet ad indebitā
 gratiā. A V T H O R. Ecce nō dicit fiunt præci-
 se prædestinando, sed renascendo vasa miseri-
 cordiæ: & hoc per indebitā gratiam. Et sequi-
 tur bene post *Augustinus*. Ita enim quid sibi p̄-
 stetur dicit gratis iustificatus: dū non suo me-
 rito, sed gratia largissimæ Dei misericordiæ di-
 scernitur à damnato, cum quo eadem iustitia
 fuerat & ipse dānandus. Hæc ille. A V T H O R.
 Hoc valde notandū est contra *Witcleff*, q̄ iu-
 stificatus sola gratia misericordiæ Dei discer-
 nitur à damnato: quia eadem iustitia cū ipso
 fuerat & ipse dānandus. *Witcleff* ecōtrariō.
 Nō fuit dignus ex iusto dānari: quia per Dei
 misericordiā, & gratiā discernitur à damnato.
 Nullus se interponat: ipsæ sententiæ inter se
 confligant. Et iterum sequitur ibi *Augustinus*.
 Hinc quoq; intelligūt: qui ipsa dānatione re-
 dimuntur, hoc fuisse debitū massæ illi vniuer-
 sæ, quod tā magnæ parti eius redditum cerne-
 ret: nō solum in eis, qui originali peccato mul-
 ta addunt malæ volūtatis arbitrio: verum etiā
 in tam multis paruulis, qui tantūmodo vincu-
 lo peccati originalis obstricti, sine gratia me-
 diatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe
 ista massa iustæ dānationis reciperet debitum:
 nisi ex ea faceret non solum iustus, sed etiā mi-
 sericos signulus alia vasa in honorē secundū
 gratiam, non secundū debitum. Hæc ille. A V-
 T H O R. Ecce planē dicit hoc fuisse debitum
 vniuersæ massæ illi: quod tā magnæ parti da-
 mnatorum redditum cernimus: non ipsis so-
 lum pro peccato actuali: sed etiā pro solo ori-
 ginali damnatis. Hoc dicit *Augustinus* simpli-
 citer: quia *Witcleff* dicit non esse consequens
 penes se. Iste esset dignus dānari nisi per gra-
 tiam Dei: ergo est dignus damnari. Frequēter
 & hīc illā conditionem interserit *Augustinus*:
 & hīc item illud absolute disputat fore sequēs.
 Et vbiq; dicit redempto tali fuisse pœnā æter-
 nam debitam: gratiam verò saluationis inde-
 bitam. Qualiter ergo non pœnam condignā?
 Et de dignitate huius pœnæ iam abolitæ per
 baptismum loquens *Homil. 9. super epistolā*
 Pauli ad Hebræos *Chrysostomus*. Qui (inquit) in
 tenebris sedebat, qui hostis, qui alienatus, qui
 Deo odibilis, qui perditus: hic repente illumi-
 natus spiritu dignus effectus dono supercæle-
 sti, & adoptione est regno cælorum: aliisq; bo-
 nis, & mysterijs ineffabilibus. Et neq; ita me-
 lior factus: sed dignus quidem existens perdi-
 tione: potiens autem salute, vel honore: vbiq;
 magis dirigens qualiter vtiq; posset baptiza-
 ri. Hæc ille. A V T H O R. Ecce q̄ iste baptiza-

tus dignus iam effectus dono supercælesti, &
 adoptione regni cælorum: prius dignus erat
 perditione: quia sedit in tenebris, quia hostis,
 quia alienatus, quia Deo odibilis.

¶ Quod non est charitas talis in
 omni prædestinato viante, quæ
 non potest excidere. Nec pec-
 catum præsciti perpetuū,
 de quo non potest
 finaliter pœ-
 nitere.

C A P. C L X.

S V M M A.

- 1 Charitas quod ab omni etiam prædestinato viante
 te possit excidere, ostenditur.
- 2 Spiritus sanctus quod in solo Christo manserit, ex
 Origene.
- 3 Boni perseverantia quomodo in primo homine
 non manserit. Et quare. Et plura ibi cōtra *Wit-
 cleff* ex *Augustino* adducuntur.



Adix istorum errorū, quos
 ostendimus: q̄ scilicet præde-
 stinatus non simpliciter po-
 test peccare mortaliter: & q̄
 peccatū eius appellatū mor-
 tale, nō est dignum pœna ge-

hennæ, est penē absoluta & fixa necessitas, p-
 pter quā dicit, q̄ prædestinatus charitatē suam
 altam non potest amittere: & ecōtrariō pecca-
 tum præsciti est in eo perpetuū, de quo nulla
 tenus potest finaliter pœnitere. tertio triologi-
 ter damnati cap. 7. Sicut prædestinatus nō po-
 test à charitate, vel gratia tali excidere: sic præ-
 scitus non potest in illa charitate, vel gratia
 perpetuò perdurare: quia si oppositū contige-
 rit, non est illa. A V T H O R. Ecce nō potest, v-
 trobiq; fixa, & absoluta necessitas: nō potest
 peccare prædestinatus: non potest sic, vel sic
 nō peccare præscitus. Ab hæresi Manichæo-
 rum fluxit ista necessitas, & impossibilitas e-
 ius opposita. Ideo que dictum saluatoris ex-
 torquent Matthæi septimo. Nō potest arbor
 bona fructus malos facere: neque arbor mala
 fructus bonos facere. Ponentes ideo duas na-
 turas contrarias à Deo bono & malo con-
 cretas hominibus: sicut *Witcleff* gratiam præ-
 destinationis, & peccatum oppositum: quæ
 absq;

Witcleff.

absq; hominum libertate ad vitam & interitum naturali sua necessitate compellant. Quò contrà in commentario: super eodem locum Hieronym. Hieronymus. Queramus, inquit, ab hæreticis, qui duas inter se contrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum arbor bona fructus malos facere nūquam potest: quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, & Dauid Vria interfecto cū Bethsabæe concubuerit: Petrus quoq; in passione dominum negauerit, dicens, Nescio hominem? Aut qua cōsequētia Ietro focer Moy si arbor mala: qui utique in Deum Israël non credebat: & dederit Moy si cōsiliū bonum: & Achior Holoferni aliquid vtile sit locutus: & comicus dixerit: quod bene dictum apostolus comprobauit: Corruptū bonos mores confabulationes pessimæ? Et cum non inuenerint quid respondeant, nos inferemus & Iudam arborem quondam bonam fecisse fructus malos: postquam prodiderit saluatorem: & Paulum arborem malam eo tempore, quo persequebatur ecclesiā Christi, fecisse postea fructus bonos, quādo in vas electionis de persecutore translatus est. Tandiu bona arbor ergo fructus non facit malos: quandiu in bonitatis studio perseuerat. Et mala arbor tandiu manet in fructibus peccatorum: quandiu ad poenitentiam etiam non conuertitur. Nemo enim permanens in eo, quod fuit, incipit esse quod necdum cœperat. Hęc ille. AVTHOR. In hoc passu bene probauit Hieronymus penè omnem bonam arborem huius agri ecclesiæ potuisse facere fructus malos: & per consequens à charitate excidere: cum qua non stāt peccata illa enormia, quæ recitauit ex sanctis: & ecōtra viros reprobos, & infideles posse facere fructus bonos. Nec potuit in tot sanctis reperire charitatem tuam, quæ non pateretur excidium: aut peccatum perpetuum præscitorem, cum Iudam traditorem bonam arborem olim dixit: sed simpliciter arborem bonam vel malam dixit: quandiu fecerit fructus bonos, vel malos: & in bonitatis, vel malitiæ studio perseuerarit. Respondet Witleff hoc & illud dici solum secundum præsentem iustitiā. Sed mihi videtur (inquit) q̄ gratia ista, quæ dicitur prædestinationis, vel charitatis finalis perseuerantiæ, non potest à quoquam excidere: quia si excidit, non est illa. Gratia autem secundum præsentem iustitiam. Sequitur. Talis gratia manebit in Deo & in homine solū quo ad tempus. Hęc Witleff in præfatio. 7. AVTHOR. Jam nuper produxi te imperfectè, & contra ecclesiasticum morem dixisse gratiam

prædestinationis, distinguente Augullino in de prædestinatione, prædestinationem à gratia tāquam causam ab effectu. Quò autem ad perennem immanentiam charitatis, quam dicitis à prædestinato non posse excidere, sed cōpati secum actuale peccatum: cum sit donum spiritus sancti altissimum: Christo facis iniuriam, qui solus secundum antiquam professionem ecclesiæ meruit hanc prærogatiuam præfilijs hominum: vt maneret in eodem sine excidio gratiæ, nec recederet per peccatum. Probat hoc ex scriptura multiplici, Homil. 6. super librum Numerorum antiquus presbyter

2 Origenes. Habeo inquit, testimonium, quod dicere possum in domino saluatore meo spiritum sanctum eximio quodam genere, & logè aliter requieuisse, quàm refertur in cæteris. Dicit enim Ioannes baptista de eo. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quē videris spiritum descendentem, & manentem in eo, ipse est. Si dixisset spiritum descendentem, & non addidisset, & manentem in eo: nihil præcipuū à cæteris habere videretur. Nūc autem addit: & manentem in eo: vt esset hoc insigne in saluatore, quod in nullo alio posset ostendi. De nullo enim scriptum est: quia māserit in eo spiritus sanctus. Et ne quis putet me in hoc derogare prophetis: sciunt etiam ipsi, quia eis non derogo, præferens eis dominum Iesum Christum. Recolunt enim singuli dicta sua, & inueniunt, q̄ de nullo alio dictum est: q̄ peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Quia enim solus est, qui peccatū non fecit: idcirco in ipso mansit, & permanit spiritus sanctus. Si enim ipse est, de quo singulare aliquid, & eximium dicitur: per hoc, quod supra diximus: quia peccatum non fecit: cōstat alios omnes fuisse sub peccato. Si omnes, necessariò & prophetas. & quomodo conuenit, vt tēpore peccati mansisse in eis dicamus spiritum sanctum? Aut si tibi incredibile videtur, prophetas postquam acceperunt spiritum sanctum potuisse peccare: ad ipsum Moysen, quē habemus in manibus, reuertamur: qui utique amicus est, & eximius prophetarum. Ipse de se scribit quia peccauit: in eo, quod dixit, Audite me increduli. Nunquid de petra ista producimus vobis aquam? Sequitur. Quia ergo peccatū ei reputatur in his verbis à domino: certum est, q̄ cū hæc loqueretur, non de spiritu sancto locutus sit, sed de spiritu peccati. Quòd si scripturæ testimonio tantus propheta Moyses ostenditur aliquando habuisse spiritum Dei: aliquando nō habuisse: peccati scilicet tempore: certū est, q̄ de reliquis propheta

Origenes.

tis similis forma tenenda sit. Quid autem & de Dauid dicam? qui pro spiritu sancto: tanquam qui à se auferri possit: orat ne auferatur: & dicit. Ne proicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. In sequētibus vero tanquā pro culpa ablatum à se munus reposcit, & dicit. Redde mihi latitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Et infra. Sed in hæc per excessum quendā incurrimus: dum ostendere volumus super solum dominum, & saluatorem meū Iesum Christum māsisse semper spiritū Dei. Hęc ille. AVTHOR. Quanto processu Origenes conclusionē Christianorū exponit! Quòd. spiritus sanctus per donum charitatis inamissibilis nunquam perseueranter quieuit super incolam huius vitæ, nisi super Christum Iesum, qui peccatum nō fecit: quia ceteri per peccatum spiritum sanctū fecerūt effugere, qui disciplina effugiet fictū. Vbi est ergo charitas, quam dicitis à nullo p̄destinato posse excidere? Respōdes. Illam dico, per quam à prima gratia prædestinationis est finaliter perseueraturus in bono. Et illa nunquam à principio hominis interseisiones aliquas accepit per peccata, ita, vt perseuerantia esse nō possit. Esset enim maximæ perseuerantia donū, si nunq̄ excideret. Audi deniq; quid in lib. de correptione & gratia: circa mediū de perseuerantia primi hominis disputat Augustinus. Queritur, inquit, à nobis, quantū attinet & ad hoc donum Dei: quod est in bono perseuerare vsq; in finem: quid de ipso primo sentiamus, qui certè sine vilo vitio factus est Christus. Sequitur. Huic nāq; interrogationi facile respōdetur: eū perseuerantiā nō habuisse: quia in ipso bono, in quo sine vitio fuit, nō perseuerauit. Cœpit em̄ habere vitium, ex quo cecidit. Et si cœpit, anteq̄ cœpisset utiq; sine vitio fuit. Aliud est enim non habere vitium, & aliud est in ea bonitate, in qua nullum vitium est, non manere. Eo quippe ipso, q̄ nō dicitur nunq̄ sine vitio fuisse: sed dicitur sine vitio nō permanisse: proculdubio non demonstratur sine vitio fuisse: in quo bono non permanisse culpatur. Hęc ille. AVTHOR. Hic probauit Augustinus non mansisse in homine primo perseuerantiam boni: quia cum sine vitio nō fuit, in primo bono non perseuerauit. Et eodē libro posterius idem Augustinus. Fit quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiēdo, & perseueranter tenendo, non solum posse, quod volumus: verum etiā velle, quod possumus. Quod nō fuit in homine primo. Vnū em̄ horū in illo fuit, alterū non fuit. Nāq; vt reciperet bonū, gratia nō egebat, quia nondum

Augustin.

Augustin.

perdiderat: vt aut̄ in eo permaneret, egebat adiutorio gratia: sine quo id omnino nō posset. Et acceperat posse si vellet: sed nō habuit velle, quod posset. Nā si habuisset, perseuerasset. Hęc ille. AVTHOR. Ecce primus homo non perseuerauit: quia nō habuit velle, quod posset. Nonne ergo amisit charitatē, cum iam amiserit voluntatem? Aut habuit vnam aliam voluntatem, quā non deflexit ad fundandum charitatem, quæ non excidit? Respondes. Sed finaliter non excidit. Hoc verū dicitis: & vtinā nō aliud diceres. vtinā non diceres gratiā p̄destinationis inesse hominibus, & ideo quantūlibet criminosi sint apud Deū non esse ponderis: tantūq; valere apud Deū hominē criminolum vt sanctum. Hęc, & similia tu ipse scribis. cap. 13. tertij dialogi ter dānati. Est gratia p̄destinationis, vel finalis cōsummationis: qualiter solū prædestinati sunt Deo chari, vel grati: & alia est gratia, vel charitas secundum præsentem iustitiam: qua creatura rationalis est admodum chara Deo: & illa est satis fluxibilis in viante: & propter assistentiam, vel deficientiam talis gratiæ Deus non magis, vel minus afficitur creaturæ: vt tantum dilexit Petrum, Dauid, & cæteros, quando grauitè peccauerunt, sicut quando modò in patria sunt beati. Hęc Witleff. AVTHOR. Iste ecce non dicit cum Origene recessisse spiritum sanctum, qui est amor Dauid, quando grauitè peccauit: sed nec à Moyse cū deliquit. Sed quid diciturus est ad sacramenta incarnationis filij Dei, quibus Christianorū libri reddunt: quia post sanguinē, & mortē Christi nō est Deo patri acceptior, aut gratior homo redēptus, q̄ antea fuit sub principe huius mūdī, nullus Deo gratior post baptismū, q̄ antea? Et fefellit Paulus ecclesiā scribēs ad Colossenses, id est, q̄ pater dignos nō fecit in partem sortis sanctorū in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trāstulit in regnū filij dilectionis suæ. Et q̄ in ipso habemus redemptionē, qui est imago Dei: & q̄ per ipsum reconciliata sunt omnia: pacificādo per sanguinē crucis eius, quæ in cælo, & in terris. Hęc enim nostra tranlatio, redemptio, recōciliatio nostra, cum sint tēporales, & sic per gratiā operantēs præsentis iustitiæ: cum allunt nobis, vel defunt, non magis vel minus propter eas Deus nobis afficitur. Et quid nobis valet, quod consequenter intulit. Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram

Witleff.

Hieronym.

Witleff.

ram ipso. cum ante mortem Christi, quando erant sic alienati, & inimici in operibus malis, fuerint tam boni grati, ac dilecti, sicut modo recõciliati in corpore carnis eius per gratiam fluxibilem præsentis iustitiæ? Vnde & trepidanter subinfert. Si tamen permanetis in fide. Proh horrida disciplina, & omnis fidei Christianæ, & apostolicæ prædicationis, & exhortationis morum subuersiua repente. Nam cur non dicat peccator: non faciam elemosynas, non orabo, sacramenta contēnā, æstuabo delitijs, dolos venabor, & odia: si prædestinatus sum, per præsentem iustitiam nihil accrescit meriti, & in fine charitas non excidet, quã speravi? Si præscitus, nihil minuetur supplicij: & siue sic, siue sic, nihil proficit gratia aliqua citra prædestinationem æternam: nihil adimit mihi præsens peccatum: quia Deus in infinitum plus odit præscitum existentem in gratia secundum præsentem iustitiam, quã prædestinatum quantumlibet criminofum: vt dicit ibi Wicleff. Rogo, quid iuuat fideles ista subtilitas? quos animat ad merendum? quos excitat ad sperandum? Nunquid statim vt dicitur, omne humanum pectus inrigidat, & optatur silentio fuisse præteritū? Quod si gratiam præsciti Deus habet tam detestabilem, vt peccatum prædestinati grauissimum illi præponat, quantum putas detestaturus est vitiū? In infinitū dices preponderat peccatum præsciti. Contra te hoc dicit: quia maior est ingratitudo prædestinati, qui plus accipit gratiæ do mini. sic enim dicit libro tertio trialogi. cap. 1 q̄ quanto gratitudo est maior, tantò ingratitudo peccantis contra illam est grauior. Gratitudo verò prædestinatiõis est infinite maior ei, quem prædestinat, quã præscito. secundum hoc ergo ingratitudo peccantis prædestinati est infinite grauior, quã præsciti. Consonat illud euangelij, Cui magis dimittitur, magis diligit. prædestinatus verò magis diligit: magis ergo ipsi dimittitur, q̄ præscito. Idē illud apostoli habet. Vbi superabundauit delictum, superabundauit & gratia. Et superabundat ergo delictum prædestinati: si superabundat ipsi & gratia. Et super Psal. 110. *Augustinus.* Hæc est magnificentia domini iustificatio peccatoris: quoniam qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exultat, humiliabitur. Hæc est magnificentia: quoniam cui plurimum dimittitur, plurimum diligit. Hęc est magnificentia: quoniam cui abundat peccatum, superabundat & gratia. Sed fortasse ex operibus. Non (inquit) ex operibus: ne forte quis extollatur. Hęc ille.

¶ Nō est gratia prædestinationis in prædestinato quouſq; vocatus iustificetur bonis operibus, ecclesie się sacramentis: nec peccatū præsciti, de quo non potest, vel potuit esse contritus.

C A P. CLXI.

S V M M A.

- 1 Prædestinationis gratia quod non est in prædestinato, quouſq; uocatus, iustificetur bonis operibus, ecclesie sacramentis, &c.
- 2 Peccatum præsciti quod sit nullum, de quo non potest, uel potuit esse contritus, contra Wicleff Augustini uerbis ostenditur.



Sed totius huius erroris occasio ex præsumptione rerum assurgit: & quia gradus præoccupat, quos designauit Apostolus dicens. Quos præscituit, & prædestinauit, &c. Quos aut prædestinauit, hos & uocauit, Quos aut iustificauit, hos & glorificauit. Et nunquid statim Deus prædestinando gratificat: quos nec uocat, nec iustificat? In de fide ad Petrū ca. 44. *Augustinus.* Illi cū Chrō regnabūt: quos Deus gratuita bonitate sua prædestinauit ad regnum. Quod enī eos tales prædestinando præparauit, vt regno digni essent: præparauit utiq; secundum propositum uocandos, vt obediant. Præparauit iustificandos: vt accepta gratia, rectē credant, & bene uiuant. Præparauit etiam glorificandos: vt Christi cohæredes effecti, regnum cælorū sine fine possideant. Ad quod regnum diuersis temporibus per sacramenta, quæ ad fidem incarnationis suæ Christus instituit, illi perueniunt: quos Deus gratis, nullo bonæ uoluntatis, vel boni operis merito præcedente saluauit. Quemadmodum & ex illo tēpore, quo Saluator noster dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uideri regnum Dei: absq; sacramento huius baptismatis: præter eos, qui in ecclesia catholica sine baptisate pro Christo sanguinem fundunt: nec regnum cælorum potest quis accipere, nec vitam æternā. Hęc ille. **AUTHOR.** Attende iam si gratia prædestinantis Dei nō habet

habet à capite locum tertium in iustificationis articulo. Præparauit, inquit, iustificandos, vt accepta gratia, rectē credant. Gratiam ergo Dei per prædestinationem accepit, sed cum iustificatus est per gratiam fidei sacramenti. Non nego Deum ante tempora gratiosè prædestinasse: sed non concedo Petrum iam gratum factum ante Petrum Deo prædestinante per acceptam gratiam iustum factum: & hoc per uerbum Dei, aut ecclesie sacramentum. Vnde libro primo de baptismo paruulo *Augustinus.* Quia de ouibus eius non esse incipiunt paruuli nisi per baptismū, profecto si hoc non accipiunt, peribunt. Vitā enim æternam, quam suis dabit ouibus, non habebunt. Ego (inquit) sum uia, & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. subdit finaliter. Ab hac ergo salute & lumine alieni sunt paruuli, & in perditione, ac tenebris remanebunt: nisi per adoptionem populo Dei fuerint sociati: tenentes Christum passum, iustum pro iniustis: vt eos adducat ad Deum. Hęc ille. **AUTHOR.** Hęc est gratia prædestinationis in nobis, quæ credentes uocatos per sacramenta iustificat. Quod si ad æternitatem aspiras, quia in uerbo præteriti temporis, uocauit, & iustificauit, dixit apostolus: hoc intelligas de rebus futuris dictum. Sicut in libro de correptione & gratia circa medium *Augustinus.* Adhuc usq; in finem seculi multi uocandi, & iustificandi sunt, & tamē uerba præteriti tēporis posuit de rebus etiam futuris, tã quã iã fecerit Deus, quæ iã ut fierent, ex eternitate disposuit. Ideo de illo dicit propheta Esaias. Qui fecit quæ futura sunt. Hęc ille. **AUTHOR.** Prædestinando ergo Deus disposuit, uocando pertrahit: sed nō nisi iustificando gratificat. Sicut non nisi glorificando beatificat. Qui ergo dicit hominē semper habere ex prædestinatione gratiā immanētē: cur nō semper & gloriā? Equē enim prædestinatio diuina ducit ad gloriā: sicut per iustificationē ad gratiā. Et quanuis scio filios Dei esse prædestinatione eius gratuita, tamē filios Dei uerissimè fieri per suā gratiā posuit in potestate nostra. Ut sitis, inquiens, filij patris uestri, qui in cælis est. & Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et libro primo de sermōe domini in mōte uersus finē *Augustinus.* Quod autē cōsequēter positū est, Ut sitis filij patris uestri, qui in cælis est. ex illa regula intelligēdū est, quæ & Ioānes dicit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnō enim naturaliter filius est, qui nascitur: inquitur peccare. Nos autē potestatem accepta efficiuntur filij: inquitur illa, quæ ab eo præcipiuntur, implemō.

Vnde apostolica disciplina adoptionē appellat, qua in hæreditatē uocamur: vt cohæredes Christi esse possimus. Efficiuntur ergo filij regeneratione spiritali, & adoptamur in regnum Dei, nō tãquã alieni, sed tãquã ab eo facti, & creati, hoc est, cõditi, vt vnū sit beneficium, quo nos fecit esse per omnipotentiā suā, cū nihil antè essemus: alterum quod adoptauit, vt cum eo tanquã filij uitam æternam pro nostra participatione frueremur. Itaq; nō ait: facite ista, quia estis filij, sed facite ista, ut sitis filij. Cū autem ad hoc nos uocat per ipsum unigenitū, ad similitudinē suā nos uocat. Hęc ille. **AUTHOR.** Hęc filiationē per fidē, quæ per dilectionē operatur, audiūt Christiani: non aliā aliquā sine ista. Facite, inquit, ista: nō quia estis filij, sed ut sitis filij. Tu dicitis filiationē istā admodū charā Deo, quia causatur ex tēpore per fluxibilem gratiā. Ego autē dico tibi prædestinationē Dei æternā nihil homini profutura nisi per istā. Imō uerō istā omnimodè profutura, quia sic De⁹ pdesse nobis prædestinauit p istā. Prædestinauit & uocādū per uerbū suum, prædestinauit & sic uocātū iustificari per gratiā suā in sacramētis, in bonis operib⁹, vel implēdo, qđ præcepit. Hęc est adoptionis gratia, sine qua prædestinātū esse nō iuuat. De fide ad Petrū cap. 22. *Augustinus.* Prædestinatio enim illa gratuita donationis est paratio, qua nos apostol⁹ ait pdestinatos in adoptionē filiorū p Iesum Christū in ipsum. Hęc ille. **AUTHOR.** Hęc igitur gratiā prædestinatiõis cur nō dicim⁹, aut quā aliā dicim⁹, p quā adoptamur in filios? qui & si fluxibilis sit (vt appellas) & labilis, assistentia tamē eius Deū nobis cõciliat, & eius absentia inimicū cõstituit. Post multas tamē ruinas potēs est suscitare ruētē, & toties diruptā, & intercisam gratiā cõtinuare de nouo, donec ducat ad gloriā. Vnde in libro de correptione & gratia *Augustinus.* Ad prædestinatos ait apostol⁹. Stabit autē. Et ne hoc sibi arrogarēt. Potest enim De⁹, inquit, statuere eū. Ipse itaq; dat perseuerantiā, qui statuere potēs est eos, qđ stāt, ut perseueratissimè stēt, vel restituerent, qđ ceciderūt: quia dominus erigit elisos. Hęc ille. **AUTHOR.** Potest ergo excidua charitas ad donū perseuerantię restaurari per gratiā, ita ut ducat ad patriam. Quæ si simul cū fine uitæ procedat, tunc primò finalis charitas appellatur. Quod si ante finē per tētationē humanam patiat anfractus, correptionib⁹ sanctis, sacramentorū ritib⁹, ac pijs operib⁹ insistatur: ut gratia Dei restituatur amissa: nō autē falsa securitas prædestinationis diuinę, aut charitas, qđ nō excidat, falsum iaciat fundamētū. Qđ quidam

firmum dixerunt: ideo nemine corripiedu pro culpa. Sicut in libro de correptione & gratia in fine Augustini. Non argumentemur & contra ista precepta: salubresq; terrorē dicentes. Et corrumpat bonos mores colloquia mala: & peccat infirmus: quid ad nos pertinet? Firmu firmitatem Dei stat. Nemo perit, nisi filius perditionis. Absit ut ista garrientes, securos nos in hac negligētia esse debere credamus. Verum est enim, quod nemo perit, nisi filius perditionis. Sed ait Deus per Ezechielē prophetā. Ille quidē in suo peccato morietur: sanguinem vero eius de manu tua requirā. Proinde quantum ad nos pertinet, qui predestinatos a nō predestinatis discernere non valemus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus: omnibus ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correptio. Dei autem est facere illis ea vtilē, quos ipse pre-scivit & predestinavit cōformes fore imaginis filij sui. Hęc ille. A V T H O R. In his verbis non abnegat Augustinus firmu firmitatem Dei: hoc est, eius firmitatem de singulis, ut cōtingēt firma notitia. Et nemo perit, inquit, nisi filius perditionis. Hoc vtiq; verū est: sed tamē omnibus ne pereāt, vel ne perdāt alios, adhibenda est medicina salubris. Qd vtiq; nō faceret, vel diceret faciēdu, nisi etiā de perituris quosdam posset Dei gratia facere nō perdendos, aut ut alios nō perderēt, quos essent aliās perdituri. Et vbi tūc est qd Witleff dicit: pre-scitū nō posse verē cōteri de peccatis. ca. 24. quarti tria logia quia solū predestinatus de peccatis preteritis est cōtritus: Pre-scitus enim interrūpēdo dolorē, docet nō adesse cōtritionē. Et inter cōclusiones ter dānatas. 249. Ut fidē assero, qd omnia, quæ eueniēt, de necessitate eueniēt: & sic Paulus pre-scitus nō potest verē poenitere, hoc est, cōtritione peccatū finalis impoenitentia delere. Hęc Witleff. A V T H O R. Quasi vnū solū esset peccatū eius vsq; in finē per totā vitā: de quo nō potest dolere: aut cōtritio de omnibus alijs ante finē, poenitentia nulla esset. Multa enim de ista necessitate pretenfa, & impossibilitate extēsa in superiorib; conscribuntur. Sed vt breuius cōcludamus: cur tūc peccātes in spiritūsanctū, qui maximē sūt pre-sciti, monuit Christus in euangelio poenitere, & accessum maturarēt ad gratiā? Vnde libro primo de sermone domini in monte, verus finē Augustini. Multum interest quali poenitentia ignoscat Deus. Mali enim multo citius se fatentur peccasse: atq; ita sibi succensent, vt vehemēter se peccasse nollēt, sed tamē animū ad humiliādū, & obterēdū cor, implorādūq;

veniā nō deponāt. Quā mētis affectiōne, propter magnitudinē iā de dānatione illos habere credēdu est. Et hoc fortasse peccare in spiritūsanctū, & per malitiā, & inuidiā fraternā oppugnare charitatē post acceptā gratiā spiritūsancti. Qd peccatū dominus neq; hic, neq; in futuro dimitti dicit. Et infrā. Quauis in eodē loco dixerit, Quicūq; autē dixerit verbum nequā aduersus filiū hominis, remittetur ei. Qui autē dixerit aduersus spiritūsanctū, nō remittetur ei in hoc seculo, neq; in futuro. Tamen videri potest eos adhuc monuisse, vt accedāt ad gratiam, & post acceptam gratiam non ita peccare, vt nunc peccauerunt. Nunc autē infideles homines dixerūt verbū nequā in filium hominis, & potest eis dimitti, si conuersi fuerint, & ei crediderint, & spiritūsanctū acceperint. Quo accepto, si fraternitati inuide re, & gratiam, quam acceperunt, oppugnare voluerint, non eis dimittetur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Nam si eos sic haberet condemnatos, vt nulla spes illis reliqua esset, non adhuc monendos iudicaret. Hęc ille. A V T H O R. Ecce quauis dixissent verbū in spiritūsanctum, oppugnando fraternam charitatem per inuidiam, quod delictum irremissibile dixit in hoc seculo, & futuro: tamen monuit eos Christus accedere ad gratiam: quod fuit non habere eos sic condemnatos, vt nulla illis spes reliqua esset: quia tunc non sic monendos eos iudicaret. Cum tamen eorum pre-scientia non lateret Christū, tamē sic dixit, & sic monuit. Quid ex hoc sequitur, nisi directē contra Witleff, quod Paulus pre-scitus peccato detentus irremissibili potest bona spe accedere ad gratiam, iuxta monitionē Christi? Et conuenit illud apostoli, quod dixit: cū modestia corripiendos etiam diuersa sentientes: addens. Ne quando det eis Deus poenitentia ad cognoscendam veritatem, & respiscāt de diaboli laqueis. Quod vtiq; dictum a nō per seueraturis in bono non extitit alienum. Vnde de lib. de correptione & gratia citō post principium Augustini. Negare quidem non possumus etiam perseuerantiam in bono proficientem vsq; in finem magnum esse Dei munus. Sequitur. Sed non ideo est eius, qui non perseuerauerit, negligenda correptio: ne forte det illi Deus poenitentiam, & respiscat de diaboli laqueis. Hęc ille. A V T H O R. Ergo non perseueraturis est ecclesie adhibenda correptio: ne forte det illis Deus poenitentia: quo habito, poterunt poenitere, quauis de facto sic facturi nō sint, si pre-sciti sint.

Quod

Quod charitas predestinati est mortua per peccatum mortale, & eius gratia per peccatum extincta.

C A P. C L X I I. S V M M A.

- 1 Predestinati charitas q. sit mortua per peccatū, & eius gratia per peccatū extincta, ostenditur.
- 2 Bernardus inuehitur in eos, qui dicebant charitatē semel acceptam non posse remitti.
- 3 Predestinati charitatē remitti posse, amitti nō posse, unde sumpsit Witleff. Et quid contra hoc dicat August. Hieronymus, & Ambrosius.
- 4 Predestinatum nō posse mori per peccatum, quod ab antiquo serpente manauerit.
- 5 Augustinus quid de stupore, sanitate, & immortalitate hominis dicat.
- 6 Status peccatorum duo ab Ambrosio assignantur.
- 7 Peccatū ad mortē. Et quid de illo dicat Augustinus



Autores quidā vesani Witleff, quæretes eum saluare a pressura tantarū autoritatū scripturæ, & patrū, quandā ingeniantur, seu excogitant astutiā, dicētes charitatē illā predestinati remitti posse, nō excidi: nec eius gratiā omnino amissibile, sed quodam modo stupidā fieri: ita qd peccato nūquam pōt esse mortuus, sed stupore quodā perusus, ad modū pedis humani, quē vulgariter dormire dicimus: cū tūc sensum nō amittat, sed officiū pro ea hora. Ita ergo charitas Petri cum negaret Christū, tepuit, nō autē refriguit, nec fuit extincta. Cōuenit eis Witleff preceptor libro de sermone domini in mōte. ca. 64. Sicut oleū rarō, vel nullo tēpore cōgelatur: sic charitas, qd vēdicat supremū locū animæ, est virtus, quæ nō potest refrigescere, cū charitas predestinationis sit alteri rationis, quā charitas nudē secūdū presentē iustitiā. Hęc Witleff. A V T H O R. Hęc charitas totū fructū tollit redēptionis nostre p mortē, & sanguinē Iesu Christi: omnēq; necessitatē baptismi, & sacramentorū ecclesie: quia animæ predestinatæ nunquā erāt mortuæ, nūquam tenebris circūfusa, nūquam peccati vitio frigidata, assistente eis vita cōtinua: luce & calore inextinguibili charitatis propriæ predestinationis æternæ: etiā ab esse primo intelligibili, vt sunt Deus. Quomodo ergo redēptæ de morte ad vitā, de tenebris ad lucē, aut de peccati frigore ad charitatis ardorē? Fateor excedūt in isto spē meā:

nec enim putavi viros christianos, arte polle-tes, aut sensu, tali verbo cōtra saluatorē mūdi Iesum potuisse dare cōsensum. Nec tamē primus repertor huius blasphemie, est magister eorū Witleff, quē sic diligūt. Ab amaro fōte Pelagianorū pcessit hæc heresis. Vnde libro tertio cōtra Iulianū, capite primo, Augustinus. Obsecro te, quomodo causam vestrā, qui dānauerūt, antē cœperūt odisse, quā nō esse: qui eā pculdubiō quia nouerāt, oderāt. Nouerāt enim vos dicere nihil mali paruulos habere nascēdo, qd purgari debeat renascēdo. Nouerāt vos dicere gratiā secūdū merita nostra dari. Sequitur. Nouerāt vos dicere bonū in hac vita posse nullū habere peccatū, vt nō ei sit necessariū, qd in oratiōe dominica tota dicit ecclesia: Dimitte nobis debita nostra. Hęc in vobis nouerant, & rectissimē oderunt. Hęc ille. A V T H. Ab illo loco ergo, vbi dicit Augustinus: Nouerāt vos dicere bonū in hac vita posse nullū habere peccatū, cæteri cœperūt errare, qui dicerēt: ergo nec amittere charitatem. Vnde, vt dicere cœperāt, nō Witleff primus, sed ante dies eius quidā desipuerūt, sic dicentes qdē nō absolute cū Witleff qd nūquam, sed a tēpore charitatis acceptæ nō posse eos amittere charitatē. Cōtra quos inuehitur epistola ad H. episcopū Senonēnsē, inter epistolas. 3. q. incipit. Placuit præstatiōe vestra, Bernardus. Iāq; (inquit) loqui restat de fide non ficta, & itē qd ex alio loco in mētē venit, Fides sine operib; mortua est. Duo ista mittūt nos ad quādā fidei trifariā diuisionē, vt dicatur fides mortua, ficta, pbata. Vt mortuā quidē Apostol; definiuit eā esse, qd sine operib; est, id est, qd nō operatur ex dilectione, quasi nō habēs animā ipsam dilectionē, qua vegetetur, & moueatur ad opera. Fictā autē ego arbitror illā vocari fidē, qd suscepta quidē, ex charitate vitæ moueri inchoat ad bene operādū: sed nō perseuerās defecit, & moritur tāquā abortiua. Et vtiq; sensu fictā eā dixerim nominatā, quo vasa figuli vocamus fictilia: nō quidē qd vtilia nō sint, quādiu durēt: sed quia fragilia cū sint, diu minimē durāt. De hac fidei fictione puto illos notari in euāgelio, qd ad tēpus credūt: & in tēpore tētationis recedūt. Interrogo eos, qd dicūt charitatē, a quo semel accipitur, nequaquā ultra recedere, cū ait veritas de quibusdā. Et hī radices nō habēt: quoniā ad tēpus credunt, & in tēpore tētationis recedūt. Vnde, & quōd recedūt? Vtiq; a fide ad infidelitatē. Itē quæro. Poterāt ne in illa fide saluari, an nō poterāt? Si nō poterāt, qd iniuria saluatori, quæ tētatori lætitia, qd hinc recedūt, vbi salus non sit? Siq

N n 2 dem

de nec saluator zelatur nisi salutē: nec malignus nisi salutē inuidet. Si autē poterāt: quomodo aut sine charitate sunt quandiu in illa fide sunt, cū sine charitate salus nō sit: aut deserentes fidē, nō etiā deserūt charitatē, cū charitas, & infidelitas simul esse nō possint? Recedunt ergo quidā à fide, quā veritas asserit: cōsequēter & à salute, quā saluator redarguit. Inde nos colligimus, quod & à charitate, sine qua salus esse nō potuit. Et hi (inquit) radicē nō habēt. Non negat eos habere bonū: sed in bono potius radicatos nō esse causatur. Deniq; sequitur quod ait, Quia ad tēpus credūt. Bonū est: sed vtinā duraturū. Nō enim quod coeperit, sed quod perseverauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Nō autē durant, quā in tēpore tētatiōis recedūt. Beati si interim reperi fuissent, antequām malitia mutaret corda eorū. Nūc verō vā prāgnātibus, & lactantibus in diebus illis: teneros itaq; partus gestantibus, & delictō recētī facile in periculis exturbados. Tales sunt anime, parvā adhuc, & tenerā habētes charitatē: & ob hoc fidē earū viuā, sed fictā necesse est in tētatione deficere. Vasa figuli (ait sapiēs) pbat fornax: & homines iustos tētatio, illos videlicet, qui ex fide viuūt. Iustus nēpe ex fide viuūt: sed ex fide, quā viuūt. Neq; enim quod mortua est, vitā ducere potest. Dæmonū fides nō adducitur in examinatio: nē vacua quippe charitate, mortua est. Credūt quidē, & cōtremiscūt: sed timor eorū nō est in charitate. Sequitur. Liqueat ex his satis (vt arbitror) nō omnes, qui habuerint charitatē, habere & p seueratiā in charitate. Alioquin frustra cōmonet discipulos dominus. Manete (inquiēs) in dilectione mea. Aut enim si necdū diligebāt, nō dēbuerat dicere, Manete: sed, estote in dilectione mea. Aut si iā diligebāt, necesse nō erat moneri dē p seueratiā, qua secūdū istos priuari nō poterāt. Curet ergo seruus bonus & fidelis fide seruare nō fictā charitatē de corde puro, & cōsciētia bona, pluris æstimās animæ vitā, quām corporis: min⁹ horrēs carnis mortē, quām fidei. Hęc ille. AVTH. Videtis ꝑ vnde pestis ista pcessit Witcleuistarū, dicētū pdestinati charitatē remitti posse, amitti nō posse cū tamē q̄rēdū esset ab istis, qua ratione qualitas remittit gradū etiā intēsisimū, & nō pōt perdere gradū minimū, vt perueniat ad non gradū? Quod enim est infirmū, pōt mori, quod est lassum, potest deficere. Bene autē probat ex monitiōe Christi, quod discipulorum charitas possit extingui: quod tamē erāt prādestinati. Respōdes. Nō illa suprema charitas prādestinatiōis. At quod oportuit Christū eos monere seruare dilectionē illā, qua absente nō essent si-

bi peiores: illā dico gratiā trāsitoriā præsēntis iustitiæ: quā semper sibi viuerēt, & calerēt amore prādestinatiōis aternæ. Scio Christū Iesum dixisse de filio prodigo. Mortuus est, & reuixit, perierat, & inuētus est. Non dixit hoc filius maior, quasi sibi mortuus esset, aut hominibus: sed pater ipse, cui⁹ nouiter accepit gratiā. Mortuus est (inquit) & reuixit, etiā apud me mortuus, & gratia mea orbatus: nūc verō apud me reuixit, & gratiā accepit, quā explicat sup Psalm. 118. August. Potest videri ille minor filius animam suam in manibus suis habere voluisse, quando dixit patri. Da mihi substantiam meam, quā me contingit. sed ideo mortuus erat, ideo perierat. Hęc ille. AVTHOR. Ex fide scimus Paulum Apostolum prādestinatum inter ceteros Dei filios mortuum se dixisse, ad Rom. 7. Ego autē mortuus sum: quia sciens prāuaricatus sum. vbi in lib. annotationum Hieronymus. Quod custoditū p̄ficiēbat ad vitam, neglectum duxit ad mortē. Hęc ille. AVTH. Ipse itē apostol⁹ dixit de se cū ceteris. Nūc soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur. Vbi in expositione Ambrosius. Soluti sumus à lege, dū remissionē peccatorū accipimus. Nō enim in nos habet potestātē. In fide enim, & peccatorib⁹ dominatur. Lex autē mortis ideo dicta est: quā punit reos. Mortificat enim peccatores. Non ergo mala est, sed iusta. Quāuis enim malū sit patiētibus, quod infertur à lege: tamē illa nō est mala, sed quā iustē infert iram. Hęc ille. AVTH. Ergo dicta mine legis Dei Paulus fuit legi mortuus p peccatū: & iustē tulit irā. Imō (inqs Witcleff) secūdū p̄sentē iustitiā. Cōtra te dicis, quā in tali statu mortis secūdū p̄sentē iustitiā Deus ita dilexit eū, sicut iā beatum. Quomodo ergo sustinuit tantam iram, vt esset filius mortis, & iræ? Et ipse Paulus alibi dicit. Eramus natura filij iræ. Et quomodo tempore naturæ, id est, ante sacramentorū participationem per gratiam, filij iræ ad mortem secundam: si eodem tempore essent dilectissimi alumni Christi vsque ad supremum beatitudinis suæ gradum? Quis ista sustineat? Quis non planam falsitatem intelligit? Vnde libro de blasphemia in spiritū sanctū in principio, Augustinus. Hoc est, quod etiam beatus apostolus superbos, & quasi de suis meritis gloriātes increpat dicēs. Quis eū te discernit? Hoc est, à massa p̄ditiōis ex Adā, & à vasis iræ, quis te discernit? Et ne quisquam diceret: Iustitia mea: Quid enim habes, inquit, quod nō accepisti? Vnde & de seipso dicit. Fuimus enim & nos aliquādo & naturaliter filij iræ, sicut & ceteri. Ergo & ipse vas erat in do-

Augustin.

Hierony.

Ambrosius

Augustin.

mo

mo illius malæ fortē, cū esset ecclesiæ persecutor, blasphemus, iniuriosus, malitia, & inuidia, sicut fatetur, agens. Sed ille, qui alligauit fortē, ab eo vas perditionis eripuit, & vas electionis effecit. Hęc ille. AVTHOR. Ecce quod Paulus erat vas perditionis, & filius iræ Dei in domo principis tenebrarū, & regno mortis. 4 Reuera ꝑ doctrina ista Witcleuistarum dicentium, non posse mori prādestinatum per peccatum, ab antiquo serpente manauit: qui primis parentibus hanc comminationem mortis pandentibus: Præcepit nobis ne comedere mus, & ne tangeremus, ne fortē moriamur. dixit serpens. Nequaquam morte moriemini. Ecce tunc erant prādestinati parentes, & iam beati: dixit illis dominus Deus, quod morerētur. Sic cum Deo tota catholica protestatur ecclesia: non simpla, sed tripla morte: vt supra retulit Augustinus. Dixit serpens e contra: quod non morerentur, cū essent futuri sicut dii. Cū ipso dicunt isti Witcleuistæ, quod non propriè, non simpliciter morerentur: eo quod forent dii, id est, filij Dei, secūdum illud psalm. Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes. Quis horum credibilius dixit: Deus, an serpens? Dicat Dauid, quē elegerit. Vos, inquā, dii sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Mentitur serpens cum Witcleuistis discipulis dicētib⁹ non mortuos esse peccato primos parētes, sed obdormisse paulisper: & sola prima veritas, veræ mortis protulit veritatē. Et hoc itē mendacio serpentis Paulus se fatetur seductū. Peccatum, inquiēs, occasione accepta per mādātū seduxit me, & per illud occidit. Sicut libhypognosticon contra Pelagianos, bene ante finē assumit Augustinus. Cupiditas, vñ libido exorta est, de legis autoritate nihil valere me videns contra se, sicut Adam interiecto mādātō ad prāuaricandum, de quo vitium contraxit peccandi, seduxit me. Et tanq̄ denuo dicēs. Non morte morieris, si de ligno manducaueris interdicto. Imō aperientur oculi tui: & eris sicut dii, sciens bonum, & malum. ideo & per illud occidit. Hęc ille. AVTHOR. Quod ergo tunc fecit serpens antiquus per seipsum in protoplastum, iam humano generi facit per germen suum hæreticum. Pelagianos misit, Witcleuistas nouellos ad nos misit: vt dicant nobis prādestinatis. Quid sic fugitis ad baptismum? quid ad sacramenta volatis? Non estis nati mortui, nequaquā moriemini vnq; quia Deo viuistis: omnia lucida, omnia Deo dilecta, quæ nascēdo traxistis. sicut ibi post queritur Augustin. Per vnū hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita

Augustin.

Augustin.

in omnes homines transijt, in quo omnes peccauerunt. Ecce quanta mortifera bella? ecce quæ pericula quantaq; naufragia de malo laudabilis, & dilectæ vestræ concupiscentiæ, diabolo seminante, exorta sunt? Ecce cuius onus leue esse prædicatis, & iugum suauē? Sed Paulus, cuius estis apertissimè inimici, non cū illo malum libidinē esse sentiētēs, legerat scriptū esse de isto malo iugo. Graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorū vsq; in diem sepulturæ. Hęc ille. AVTHOR. Sed scio artificiosum quid se Witcleuistæ reperisse putarant: quando stuporem prædictū nominare primò coeperant in consideratione peccati. Sed stuporē cū inuenerant, malè eum locauerunt alienis agricolis. Est enim stupor hominis, est sanitas, est immortalitas. De quibus agit super Psalm. 55. Ego verò in te sperabo. August. Attendat ꝑ charitas vestra: aliud est sanitas corporis, aliud stupor corporis, aliud immortalitas corporis. Sanitas quidem perfecta immortalitas non est. Sequitur. Tres ergo affectiones quasdam corporis aduertite, & inspicite: sanitatē, stuporē, & immortalitatē. Sanitas ægritudinem nō habet, sed tamē quādo tangitur, & molestatur, dolet. Stupor autē nō dolet: amisit eū sensum doloris: quantò insensibilior, tantò peior. Rursus immortalitas non dolet: absumpta enim est omnis corruptio. Nullus ergo dolor in corpore immortalī, nullus dolor in corpore stupido. Non tñ se putet stupidus iam immortalē. Vicinior est immortalī sanitas dolētis, quā stupor nō sentiētis. Inuenis ergo hominē superbū typo arrogantissimo, qui sibi persuaserit nihil timere. Fortiorē putas illo, qui dixit: Foris pugna: intus timores? Fortiorem ipso capite dño Iesu Christo, qui dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem? Nō est iste fortior. Nō te delectet stupor eius. Nō immortalitate indutus: sed sensu exutus est. Hęc ille. AVTHOR. Quod hęc dicit Augustinus de stupore, nō gradū peccati respicit, sed qualitatem, & mētis affectum: puta si sit durus, vel tremulus. Vnde & huic tractatui præmisit statim ibidē Augustinus. Si eū nō timebo, possum & duritia cordis non timere. Multi enim nimia superbia nihil timent. Hęc ille. AVTHOR. Ex hoc ergo exordio incidit in stuporem, quasi stupor sit ille mentis affectus, quo quis ex superbia nihil timet. Beatus ꝑ vir Ambrosius propinquans ampli⁹ ad intētum: dñs status peccatorū assignat: mortem, & exiliū. lib. 2. de poenitentia versus finem, dicens. De peccatore autē sine poenitentia mortuo: quia nihil aliud superest, nisi grauius morere

Augustin.

Augustin.

Ambrosius

erere, nisi flere: habes plorantē Dauid, & dicens. Filius meus Absalō. Qui enim penitus mortuus est, sine vlla exceptione desletur. De his autē, qui exules atq; peregrini limitū paternorum, quos lex Moyſi sancta prædixit, mundanis implicabantur erroribus: audis canētem, Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Inducit enim lapforū genus in ipso tēporū præsentium & rerū labentiū adhuc positum statu debere respicere: eorū videlicet exēplo, qui propter peccati pretium deducti erant in captiuitatis erumnā. Hæc ille. AVTHOR. Possunt sic intellectores beneuoli cōferre sententias patrum. Sunt quidam peccatores indurati mente ex elatione, & suæ mentis consilio: & hos Augustinus stupidos, quia insensibiles: Ambrosius autē quia insensibiles omnino, penitus mortuos nūcupat: sicut Pharaon induratus erat. Talis est hæreticorū cervicofitas indurata, & hominū inflexibiliū, qui proteruia sua tument. Sunt & alij peccatores, qui luctando deficiunt, sed ex habitu quodā boni consueti reuertuntur ad pristinas lachrymas: de quibus dicit Ambrosius, q̄ sit lapforū genus, quod in rerū labentiū statu positū debet respicere: & hi, in cōparatione priorum mortuorum, à quibus spes deficit resurgendi, dicuntur exules. Non quin penitus mortui sint gratia, quibus spe viuunt. Sic itē per cōformitatem loquēdi ad corpore mortuos: quidā dormiētes dicuntur: quidā penitus mortui referuntur: sicut de puella Saluator ait. Non est mortua puella, sed dormit. Et de Lazaro: Lazarus amicus noster dormit, quia scilicet paruo tempore amissuri vitā essent, & statim resuscitādi per gratiā. Sic stupidi peccatores, & insensibiliter delinquentes sunt mortui. In cōparatiōe verò ipsorum ceteri, qui ad vnam, vel paruā monitionē peccare fastidiūt, & pœnitere festinant: quia morte, qua moriuntur, detenti non sunt, dormire feruntur: prout in quarta parte sermonū, sermone de aduētū dñi, qui incipit. Propitia diuinitate. docet Augustinus, dicens. Omnis qui fratrem suum nō diligit, in morte manet. Sequitur. Quicumque ergo odium, vel iracundiā seruat in corde: & sub tali tonitruo nec expurgiscitur, nec terretur, nō dormiens, sed mortuus esse credendus est. Hæc ille. AVTHOR. Quasi diceret: alioquin dormiens dici posset, si terrorē verbi sentire posset, nō mortuus. Sicq; sanctus Bernardus, quem secū habere putant, in libro de amore Dei, stuporē inducit longē alium, sed nec eorū tamen errori ex intentione concordem. Nā quod ibi dicit, Petrū negando non amittere charitatem, hoc su-

prā dixit, secundūm radicalem charitatis affectum: non autē secundūm ipsam gratiam, quæ est forma proxima charitatis. Hoc item suprā dixit Ambrosius: non penitus mortuū: quia, scilicet, congrua facilitate reparandum ad vitā. Ipse enim Bernardus planissimē de amissibili gratia, & post charitatē acceptam eā exciduat ex euangelio disputauit. Vñ dubitari non debet, quin non negaret Petrū tūc mortuum charitate: quibus stupidū solū, aut non penitus mortuū in radice humani affectus, absque spe vitæ postea reparandę. Sicut Lazarus erat verē mortuus: quibus secundūm spem resurrectionis statim sequentis in cōparatione finaliter mortuorum eum dominus dormire prædixit. Lazarus, inquit, amicus noster dormit. Et tandem sequitur. At dixit eis Iesus manifestē: Lazarus mortuus est. Et demum in cōsuetudinē scripturæ processit: vt dormire dicerentur passim homines, cū obirēt. Vnde apostolus ad Corinthios. Multi inter vos infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Ita secundū hanc metaphorā mens mortua, dormiens dicitur. secundū illud. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis. Et illud apostoli. Hora est iā nos de somno surgere. Vnde super illū psal. 70. Et vsq; nūc annūtiabo mirabilia tua. Augustin. Quid mirabilius inter Dei mirabilia, q̄ mortuos suscitare? Nūquidnam, inquit, ego mortuus sum? Si mortuus non esses, non tibi diceretur, Surge, qui dormis: & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Mortui sunt oēs infideles. Omnes iniqui corpore viuūt: sed corde extincti sunt. Et infrā. Nūquid Lazarus nō vixit? Non sic anima suscitatur: suscitatur illam Deus. Dicam audacter fratres: sed tamē verū. Duæ sunt vitæ. Vna corporis: altera animæ: Sicut vita corporis anima: sic vita animæ Deus. Quomodo si anima deserat, moritur corpus: sic anima moritur, si deserat Deus. Ipsa est ergo gratia eius, vt resuscitet, & sit nobiscum. Quod ergo nos suscitatur à morte nostra præterita, & innouat quodammodo vitam nostrā, dicim⁹ ei. Deus docuisti me ex iuuetute mea. Quia verò nō recedit ab eis, quos suscitatur, ne cū recesserit, moriatur, dicimus ei. Et vsque nunc &c. Hæc ille. AVTHOR. Perpēde quid dicat: & de resuscitato prædestinato verba formantur. Quod nos, inquit, suscitatur à morte præterita. & subiūgit: Quia verò non recedit ab eis, quos suscitatur, ne cū recesserit, moriantur. Ex primo ergo habes mortuū Deo suscitatur per gratiā: ex secūdo habes sic suscitatur, non amplius separatū à Deo, & ideo non amplius mortuum. Si enim Deo mortuus non esset: ad quid

quid Deus viuūm hominē suscitaret? Nisi ergo prædestinatus aliquando moriatur per culpam: nō propriē operatur illud magnum mirabile De⁹, quod est, mortuos suscitare ad gratiam rediuuiam: eos, inquam, à quibus cū suscitauerit, non recedit. Et per hoc prædestinatos simpliciter innotescit. Prædestinati ergo moriuntur, prædestinati resurgunt. Et vnde moriuntur, nisi per exciduat charitatis naufragiū? Corpore, inquit, viuunt: sed corde extincti sunt. Dicas hæc tantūm secundū præsentem iustitiam posse esse: non simpliciter. Et ego dico non esse præstantissimum Dei mirabile viuificare viuūm: & nondum propriē mortuū, & exortem vitę simpliciter. Mōstra artificiū, vnde extollas opificem. Prædicetur magnus, qui ardua operatur. Christus dixit. Opera ipsa testimonium perhibent de me. Sed miror valde, qua fronte vult Witcleff dici euangelicus doctor, qui tam sedulo scripturas abnegat vt mendaces. Paulus planē dicit in euangelio suo se fuisse filium iræ Dei, omnes mortuos in Adam, omnes peccasse in Adam, ita vt egeat gratia Dei. Tu dicis nullam afferens scripturā, q̄ Paulus nunquam fuit filius iræ, dicis nūquam eum mortuum, nunquam peccasse vt egeat gratia, saltem non propriē: ita vt omnia Paulus & Christus loquantur improprie. Et ipse Augustinus hæc ipsa per tot volumina cuncta digessit improprie: quia solum sunt talia secundū præsentem iustitiam. Et illa ducis pro nihilo: cū tamen Augustinus sine modificatione dicit tales mortuos, & perditos, quos ecclesia postmodum recipit rediuuios. Vnde secundo retractationum. cap. 73. Augustinus. Ilud etiam, quod cōmemorato Iudæ apostoli testimonio, vbi ait: Hi sunt, qui segregant semetipsos animales, spiritum non habentes: adiunxi etiam dicens: de quibus Paulus apostolus dicit. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. non isti illis cōparandi, quos omnino ab ecclesia schisma præscidit. Istos quippe idem apostolus paruulos dicit esse in Christo, quos nondum escam valentes capere, lacte nutrit tamen. Illi autē non in filiis paruulis, sed in mortuis, & perditis computandi sunt: vt si quis eorum correptus fuerit ecclesie copulatus, rectē de illo dici posset. Mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Hæc ille. AVTHOR. Dic non propriē mortuū: aut perisse simpliciter, quanuis Christus sic dixerit, & q̄ nec quis illorum sit inter mortuos cōputandus, & postea reuixisse, postq̄ fuerit ecclesie copulatus, quanuis sic dixerit Augustinus: sed fidelis secundū euangelium & Augu-

stinū dicit fuisse propriē & simpliciter mortuum: sed quia correptus per ecclesiam statim reuixit, idcirco mortuus erat vt exul, non penitus mortuus sine spe veniē, secundū Ambrosium: vt item stupidus, aut sopore detentus secundū Bernardum. Si vis autem scire quis sit penitus mortuus, audi Ioannem dicentem in canonica. Peccatum autē est ad mortē: Peccatū ad mortem. non dico, vt pro illo roget quis. Quod exponens lib. 1. de sermone domini in monte verus sine Augustinus. Peccatum ꝑ, inquit, fratres ad mortem puto esse, cū post agnitionē Dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisq; oppugnat fraternitatē: & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidiā facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortē est: si quisquam nō ad mortem se à fratre alienauerit: sed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter dominus de cruce ait. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Nondum enim gratiæ spiritus sancti participes facti, societatem sanctæ fraternitatis inierant. Sequitur. Et apostolus Paulus propterea (credo) nō orat pro Alexandro, quia iā frater erat: & ad mortem, id est, ad inuidiam fraternitatem oppugnando peccauerat. Pro his autem, qui nō abruperant amorem, sed timore succubuerāt, orat, vt eis ignoscatur. Et infrā. Ista differentia peccatorum Iudam tradentem à Petro negante distinguit. Non quia pœnitenti non sit ignoscendum: ne contra illam sententiam domini veniamus, qua præcepit semper ignoscendum esse fratri pœnitenti, vt sibi frater ignoscatur: sed quia illius peccati tanta labes est, vt deprecandi humilitatem subire non possit: etiam si peccatum suum mala conscientia, & agnoscere, & enumerare cogatur. Cū enim dixisset Iudas: Peccaui, quod tradiderim sanguinem iustum: facilius tamen desperatione cucurrit ad laqueum, quam humilitate veniam deprecatus est. Hæc ille. AVTHOR. Ecce peccatorū differentia: & vtrūq; peccatū mortale: nō autē vtrūq; peccatum ad mortem. Crucifixores Christi nō dubium sicut negator Christi peccabant mortaliter, sed nō omnes ad mortem. Stupor peccati apprehendit eos. Et Petrus moriebatur vt exul, Iudas verò penitus mortuus peccabat ad mortē: quia contra spē veniæ peccatum continuit iræ Dei.

Augusti.

Bernardus.

Augustin.

De Sacramēto vnctiōnis extremæ.

Sacramentum vnctiōnis extremæ esse à Christo, & apostolis institutum, vt sit infirmis remedium geminum.

CAP. CLXIII.

S V M M A.

- 1 Valdensium error circa extremæ vnctiōnis sacramenti, à Guidone, & Alano recensetur. Et quomodo hunc sequatur Witleff.
2 Sacramentum extremæ vnctiōnis quod à Christo, & apostolis fuerit institutum, contra Witleff ostenditur.
3 Vnctio extrema sacramentalis quod non nisi oleo p̄ episcopū cōsecrato cōpleatur, cōtra Witleff.
4 Witleff, qui in omni sacramento obseruat pro re gula, quod sacramentum habet suum pretiū ex merito sacerdotis, non omnino ex instituto Christi, & merito saluatoris, confutatur. Et quomodo in hoc sit Donatista.
5 Vnctiōe ecclesiæ quā egrotis bona statim cōtingant.
6 Græcorum antiquus ecclesiæ mos in vnctiōe corporis mortui, recensetur.



Vnctiōnis vltimæ sacramētū finale vel flāmeā romphæā ad phibendū ministrū mortis æternæ in vitæ huius termino: in ipso aditu paradisi: quis nisi redēptor noster primus instituit: Hoc tñ Witleff a sidiuus hostis ecclesiæ nō permittit. Vñ in .4. dialogi ter dānati ca. 15 Si ista (inqt) corporalis vnctio foret sacramentum, vt modò fingitur, Christus, & cæteri ap̄li eius pmulgationē, & executionē debitā non tacerēt. Hæc Witleff. A V T H. Quid putas, nisi vt oibus sacramētis Chri sentiret aduersus, istius itē subuersioni postq̄ oblatrauit in singula, se ipsum in fine deesse nō sustinet? Si, inquit, foret sacramētū (vt fingit) Christus, & apostoli eius promulgationē, & executionē debitā nō tacerēt. Hoc patres suos Valdenses blasphemare prius audierat. Vñ in lib. suo de

Witleff.

heresibus Guido. Vicefimus error: q̄ extrema vnctio est sacramētū maledictiōis, & nō benedictiōis. Hæc ille. A V T H. Et lib. 1. sui quadripertiti Alanus. Dicūt p̄dicti Valdeses heretici extremā olei vnctiōnē, quæ datur infirmis, nō esse sacramētū, nec aliquē habere effectū: quia hoc sacramētū vnctiōnis infirmorū ab Apostolis institutum non legitur. Hæc ille. A V T H O R. Sic ergo puer docilis patrum dogmata colligit, vt ipse Satyricus vates ait.

Quæ monstrant ipsi pueris, traduntq; parentes. Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres.

Verum tacendum nō existimo, in quo ipsum Witleff sæpe redargui: q̄ p̄scorū heretico rū argutiā tā sæpe refumit. Hoc nō fecit Christus: hoc tacebat apostoli, vel scripturæ: ergo blasphemū aut fictū per Cæsareos. Occurrūt mihi pro nūc peruersi illi, contra quos Augustinus edidit librū suū de fide & operibus: qui cōsimili argumento vsi sunt, vt probarēt ante baptismū nō esse hominē instruendū de articulis fidei, quæ mala vitia deserat, & quæ opera bona seceret. In eodē libro ante mediū Augustinus. Spado, inquit, ille, quē Philippus baptizauit, nihil plus dixit, q̄, credo filiū Dei esse Iesum Christū: & in hac p̄fessioe cōtinuò baptizatus est. Nū ergo placeat, vt hoc solū homines respōdeant, & cōtinuò baptizentur? Nihil de spiritu sancto, nihil de sancta ecclesia, nihil de remissione peccatorū, nihil de resurrectione mortuorū: postremò de ipso dño Iesu Christo nihil, nisi quia filius Dei est? Si em̄ spado cū respōdisset Dei filiū esse Iesum Christum, hoc ei sufficere visum est, vt cōtinuò baptizatus discederet: cur nō id sequimur? Et bene in fra. Hoc intelligi potest etiā in eo, quod cōmemorauit dixisse apostolū Paulū. Nihil me dixi scire in vobis, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū. Quod illi putāt ita dictū: tanquā nihil aliud eis insinuatū esset, nisi vt primitus crederēt: ac deinde baptizati, quicquid ad vitā, moresq; pertinet, discerēt. Hoc inquit, apostolo satis superque sufficit. Hæc ille. A V T H O R. Noll iā Witleff putare, q̄ ipse subtilitate sua prius hāc arguendi calliditatem inuenerit. Sci mus ecce vbi didicit. Sed & ibi qualiter ipse repellendus sit, nos ipsi prospicimus. Inuolutē, inquit Augustinus, quādoq; dicitur in scripturis, quod spatiosè fiebat. Attamen vtrū Christus, & apostoli eius promulgationem & executionem vnctiōnis extremæ tacuerint, videamus. Lege mi Witleff, quod vel non vis, vel negligis. Marci. 6. Dicebat Christus Apostolis: mittens eos binos, & dans illis potestatem spirituum immundorū, ne quid tollerent

Guido car. m. clita.

Alanus.

Iuuenalis.

Augustin.

Marcus.

in

in via: non virgam tantum, non peram: neque panem, neq; æs in zona. Et ibi sequitur. Et exeuntes prædicabant, vt poenitentiam agerēt: & dæmonia multa eiciebāt: & vngebāt oleo multos ægros, & sanabant. Quomodo tibi videtur, q̄ Christus, & Apostoli vnctiōnē infirmorū tacebāt, tam quo ad promulgationem, quā quo ad executionē? Et nō potes credere, q̄ Christus ea inter cætera dixerit: quauis scriptura tacebat vsa cōpendio: quā nō executam nō omiserūt Apostoli? Vngebāt, inquit, oleo multos ægros, & sanabāt. Ab hoc loco deniq; Iacobus Apostolus decreti sui traduxit originē, dicēs. Iacobi. 5. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros &c. prout exponit in cōmentario super Marcū. lib. 2. ca. 4. & habet idem super Lucam. lib. 3. cap. 7. Beda. Vngebāt oleo multos infirmos, & sanabant. dicit Apostolus Iacobus. Infirmatur aliquis ex vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum: vngetes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmū: & alleuiabit eum dominus. Et si in peccatis sit, remittētur ei. Vñ de patet ab ipsis Apostolis hunc sanctæ ecclesiæ morē esse traditū: vt energumeni, vel alij quilibet ægroti vngebātur oleo p̄tificiali benedictione cōsecrato. Hæc ille. A V T H O R. Attē de quid Beda. Patet, inquit, ab Apostolis hūc sanctæ ecclesiæ morē esse traditū, vt quilibet ægroti vngebatur oleo cōsecrato. Vñ patet Beda pater? Ex eo, inquit, q̄ apostoli vngebāt infirmos oleo, & sanabāt. Et qualiter hoc tradebatur apostolis Christo adhuc præsentē cum eis in corpore? Vtiq; dixit eis, Sine me nihil potestis facere. An poterāt sine Christo vngete, & sanare? Patet enim ex ipso sanitatis effectu regulariter consequēte, q̄ ipsam vnctiōnē docuit eos Christus, cuius solius instinctu sanitas haberetur. Quod item lib. 2. de visitatione infirmorū citò post principiū approbat Augustinus. Nec prætermittēdū est illud Iacobi apostoli præceptū. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum: vngetes oleo sancto: & oratio fidei saluabit infirmū. Sic ergo roges de te, vt sicut dixit Apostolus Iacobus: imò per Apostolū suum dominus, fiat pro te: ipsa videlicet sacra olei delibutio, quæ intelligitur Spiritus sancti typicalis vnctio. Hæc ille. A V T H O R. Pōdera quod dicit Augustinus, Sicut dixit Apostolus: & statim se corrigēs: imò per Apostolū suum dominus. A domino ergo fidei, hoc fidei sacramētū primitus emanauit: & per eum prouulgatū, & executioni regulariter traditū per Apostolos intrauit ecclesiā. Et nota itē, q̄ Augusti-

Iacobus.

Beda.

Augusti.

nus vnctiōnis speciem ab alijs separatim appellat, quæ sunt in vsibus hominū, dicens, Fiat pro te: ipsa videlicet sacra olei delibutio. quā expresse dixit Beda superius: vngetur oleo p̄tificiali benedictione cōsecrato. Ita, vt oleo sacro vngetur ægroti, cōsecrato benedictione pontificali. Quo cōtra miserimus Witleff cūcta peruertens, in cap. supradicto. Ita videtur nimis leuis fundatio, inquit, sacramenti: cū fidelis posset satis pbabiliter dicere, q̄ iste sanctus Apostolus nō specificat infirmitatē finalem, sed cōsolationem faciendā à presbytero, dū aliquis infirmatur. Et quia per viam naturæ oleū abundās in illis partibus valet ad corporis sanitatē: ideo talem meminit vnctiōnē. Hæc Witleff. A V T H O R. Virtutē naturæ prædicat, volens excludere sacramētū: quasi corporale vnctiōnē Apostolus iusserit, vt corporalem virtutē suam inspiraret in corpus: & nō tam apte iussisset induci sacerdotes, quā medicos: & olei efficacioris speciē nominasset, vtputā myrrhinū, aut balsamū, secundum exigentiā morbi. Sed sic hūc mentiris in oleū, sicut in sacramētū Eucharistiæ in panē tuum materialē mentiebaris, & vinū: semper in aspectu naturæ reprimēs gratiam sacramēti. Sacramenti causā Apostolus hoc præcepit, nō olei. Vnde & signatè Augustinus ibi dixit, Ipsa sacra olei delibutio: quæ intelligitur Spiritus sancti typicalis vnctio. Ideo oleo vngetur: non vt oleo, sed vt oleo cōsecrato: quia in ipso designatur Spiritus sancti typicalis vnctio. Ideo super illū locum Iacobi in expositione eiusdē canonicæ Beda. Orent super eum, vngetes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmū. Hoc & Apostoli in Euāgello fecisse leguntur: & nunc ecclesiæ consuetudo tenet, vt infirmi oleo cōsecrato vngebantur à presbyteris: & oratione comitate sanentur. Nec solū presbyteris: sed, vt Innocentius Papa scribit, etiam omnibus Christianis vt licet eodē oleo in suam aut suorum necessitudinem vngete: quod tamen oleum nō nisi ab Episcopis licet cōfici. Nā quod ait, oleo in nomine dñi, significat in nomine domini cōsecrato: vel certe quæ etiam cum vngetur infirmū, nomen domini inuocare super eū pariter debent. Hæc ille. A V T H O R. Ecce non nisi oleo per Episcopū cōsecrato, inquit, vnctio ista sacramentalis expletur: præfundās hoc in verbo Apostoli Iacobi, in nomine domini. Quod autem dicit secundum Innocentium, nō solum hoc licere presbyteris, sed & omnibus Christianis: vbi copia sacerdotis omnino deest, intelligit. Sicut in extremæ necessitatis articulo Christiana-

N n 5 na li

na licebit vetula baptizare. Alioquin mada-
tum obseruari oportet Apostoli, vt presbyte-
ri inducatur. Nō igitur hic olei virtus quæritur:
sed vt sensibile sacramentū conformetur effe-
ctui. Sicut panis, & vinū in Eucharistia id eod re-
quiritur: quia refectio nē humanā designat: nō
vt corporaliter ibi reficiant māducantē: sic ad
releuamē dolētis corporis & animę morbide,
oleū, quod morbos refouet, similitudinē aptā
gerit ad sacramentū fomētū. Baptismus lauat:
ideō cōpletur in aqua. Eucharistia reficit: ideō
panis & vini speciē accipit. Vnctio refouet: id
circo ministratur in oleo. Sed quia sacramēta-
liter morbū alleuiat nō penē naturaliter: id cir-
co in solo datur oleo consecrato. Quod iterū
ad instruendos mores plebis in ecclesia. 4. par-
te sermonū, sermone. 9. qui incipit, Rogo vos.
prædicat Augustinus. Quoties, inquit, aliqua
infirmas superuenerit, corpus & sanguinem
Christi ille, qui ægrotat, accipiat: oleum bene-
dictum à presbyteris humiliter, & fideliter pe-
tat: & inde corpusculū suū vngat: vt illud, qđ
scriptū est, impleatur in eo. Infirmatur aliquis
ex vobis: inducat presbyteros ecclesie: & orēt
super eū, vngentes eū oleo: & oratio fidei salu-
abit infirmū: & alleuiabit eū dominus: & si
in peccatis sit, dimittentur ei. Hęc ille. A V T H.
Ecce qđ Augustinus, & ceteri patres ad huius
sacramēti exercitium semper assumūt oleum
consecratū. Ad quid hoc? nisi vt esset singulis
sacramētum. Concedo, inquit Witleff in eodē
cap. qđ ista corporalis vnctio est aliquibus
ceteris paribus sacramentū. Sed oportet tūc,
qđ presbyteri mereantur suis deuotis orationi-
bus infirmatis. Caue tamē, ne nimis leuiter ver-
ba Apostoli sancti intelligas. Potes em̄ ad tan-
tum errare: qđ credas, vt eo ipso, quo sacerdos
aliquis orauerit pro infirmo, si aliquod pecca-
tū habuerit, remittetur: cum tamē multi infir-
mātur, & vngūtur sæpe, qui ad damnationem
perpetuam sunt præciti. Hęc Witleff. A V-
T H O R. Auscultate diligēter, qđ in omni sa-
cramēto, hoc iam dictū obseruat Witleff pro
regula: qđ sacramentū habet suum pretium ex
merito sacerdotis: non omnino ex instituto
Christi, & merito Saluatoris: sed vnctio, inqt,
est aliquibus vnctis ceteris paribus sacramen-
tū: si sic suis precibus presbyter mereatur. Sic
baptismus valet, & est baptizatis sacramentū:
sed oportet tunc, qđ presbyter hoc suis deu-
otis precibus mereatur. Quid aliter? Nec erit ba-
ptismus si peccator baptizet: nec ordo, vel vn-
ctio, si criminosus presbyter ministrare præsu-
mat. In hoc sufficiēter es Donatista probatus:
nō infirmus amplius, sed cauere iubes, ne ni-

mis creduli fiamus Apostolo, putātes oratio-
ne sacerdotis statim ægrotō remitti peccatū:
& sic times posse saluari præcitu. Sed audi tu
miser, & incredule, nec obstitas apostolo. Ora-
tio, inquit, fidei saluabit infirmū. nō dicit ora-
tio deuoti presbyteri. Vnus dominus, vna fi-
des, vnum baptisma: & sicut vnum est bap-
tisma, ita vna est vnctio. Plures autem facti sunt
sacerdotes: ideō non oratio sacerdotis, sed
oratio fidei saluabit infirmum. Ne quot fue-
rūt sacerdotes, tot sint baptismata, & totidem
vnctiones. Sed multi, inquit, vngūtur præci-
ti: nūquid eis potest remitti peccatum? Audā-
cter dico, potest: si ad regulā Iacobi inducant
presbyteros, nō hæresis, sed ecclesie. Et notan-
ter inducant: id est, quos humiliter, & fideliter
petant. tunc enim oratio, non cuiuscunq; sed
fidei, putā cōmunis ecclesie, saluabit infirmū,
præsupposita fide, & humilitate ægroti. Redi-
met eū à venialibus: saluabit eum, à mortalib;,
quibus nō adhibuit pœnitētiā: & iam facul-
tate priuatus sensus, aut verbi, fide cordis int̄
dignē conteritur. Et præter hæc angelos bea-
tos in suum citabit præsidium: occurrent fan-
cti spiritus beatorum: fugient dæmones sacrę
vnctionis odorem: intentio animi erit cælis at-
tētiō: omnis affectus Deo deuotior: & mens
fortior omni bono: & ex interiori exuberāte
lætitia, alleuiatum se à domino sensabit æger
in mēbris: ita vt ex fide loquar, sicut credidit,
fiet ipsi virtus intima sacramenti. Vnde conse-
quēter in prædicto sermone Augustinus. Vide-
te fratres charissimi, qđ qui infirmitate ad ec-
clesiam currit, & corporis sanitatem recipere,
& peccatorum indulgentiam merebitur obti-
nere. Cum ergo duplicia bona in ecclesia pos-
simus inuenire: tamē per incantatores, per fon-
tes, per arbores, & diabolica phylacteria, per
aruspices, vel sortilegos, vel diuinos, multipli-
cia sibi mala miseri homines conantur infer-
re. Hęc ille. A V T H O R. Vult Augustinus ex-
ponere quot, & quāta bona ex vnctione eccle-
sie statim cōtingant ægrotis. Ideō magis sunt
miseri, si his omisissis, per diuinationes, aut for-
tilegia infinita sibi mala procurant, dū salutis
optāt inuenire media. quasi dicat, In extremis
periculis natura humana sollicitē sibi ipsi cogi-
tur vbicunq; poterit adhibere medelā. Ne au-
tem à dæmonibus petant auxilium, ipse se of-
fert Deus per sacramētū vnctionis: ne in sum-
mē necessarijs deficere videretur: & tam ani-
mā, quā corporis subsidiū pollicetur. Ideo
2. libro. de sacramentis, parte. 15. scribit Hugo. Hugo.
Sacramentum vnctionis infirmorum ab Apo-
stolis legitur institutum. Iacobus enim Apo-
stolus

stolus, in epistola sua scribens, ait. Infirmatur
quis in vobis? inducat presbyteros ecclesie,
&c. Sequitur. In quo ostēditur duplici ex cau-
sa sacramentum hoc institutum, & ad pecca-
torum, scilicet, remissionem, & ad corporalis
infirmatis alleuiationem. Vnde constat, qđ
qui hanc vnctionem fideliter, & deuotē perci-
pit, per eam sine dubio, & in corpore, & in ani-
ma alleuiationem, & consolationem accipere
meretur: si tamen expedit, vt in vtroq; alleui-
tur. Hęc ille. A V T H O R. Quid ad ista dicit
Witleff garrulus sine sensu vel scripturæ, vel
patrum? Quid si dixerit in illo cap. qđ illud o-
leum non aget in animam: sed oratio effusa à
sacerdote deuoto mediat quandoq; vt Deus
infirmati animæ suffragetur? Hęc Witleff.
A V T H O R. Picarū striduli garritus sunt isti,
nihil habentes ex sensibus scripturarum. Per-
fidē dicit, qđ oleum sacrum non agit in animā.
Nescit forsan qualiter Augustinus probat cir-
ca finem libri de ciuitate, ignem materialem,
& corporeum torquere spiritum rationalem
in pœnis. Aut nescit, qđ spiritualis sensus iam
carni coniunctus, torrentem ignem sentit in
carne. Dicat saltem quid iam defuncto spiri-
tui oleum operatur per inunctum corpus ex
anime. Quem Iremore antiqua Græcorum
tēpore sancti Dionysij obseruauit ecclesia. pro-
ut in libro ecclesiasticæ hierarchiæ ipse scribit
finali capite secundum Ioannem Saracenum,
dicēs. Post osculum autem superfundit ei, qui
dormiuit, oleum hierarcha. Recordatur autē,
qđ in sancta Dei generatione ante diuinissimū
baptisma prima participatio sancti symboli
datur ei, qui perficitur, & post totalem vestis
spoliationem, vnctionis oleum. In fine autem
vniuersorum nunc super illum, qui dormiuit,
oleum effunditur. Et tunc quidem olei vnctio
ad sanctos agones vocabat eum, qui perficie-
batur: nunc autem superfusum oleum signifi-
cat secundum eundem agones sanctos certa-
nisse, & perfectum fuisse eum, qui dormiuit.
Hęc ille. A V T H O R. Ecce hi antiqui patres
vixerunt mortuos oleo sancto, recordationi
habentes, qđ in ingressu ecclesie fuit vnctus in
baptismo ad agonem certādum. Iam item vn-
xerunt corpus exanime, ad signandum eum
agonem suum fideliter decertasse. Nunquid
dicit Witleff, quia oleum abundauit illis in
partibus: & quia via naturæ valeat ad corpo-
ris sanitatem, ideō talem fecerant vnctionem
ad consolandum corpus exanime? Aut si po-
tuit in virtute sancti signi agere in animam se-
paratam: prohibetur in ritu sacramenti agere
sanctitatem in animam iam coniunctam? Mēs

vacua fidei orthodoxæ, & gelida charitate ta-
libus incessanter argumentis ebullit.

Epilogus huius li-
bri de Sacramentis.

CAP. CLXIII. & vltimum.

S V M M A.

- 1 Witleff semper stolidus ostenditur.
- 2 Witleff, quæ crimina in ministris sacramento-
rum obijciat.
- 3 Hereticorum conuicia, qđ bonis, & malis sint com-
munia. Et quid de hoc dicant Augustinus, &
Gregorius.
- 4 Authoris ad Witleuistas, & Hussitas allocutio.
- 5 Augustinus quid de ecclesia disserat. Et plura ibi
de ecclesie fide.



Hęc cogitauerunt, & errau-
erunt: excæcauit eos malitia
eorum. Nescierunt sacra-
menta Dei. Sapiētia. 2. Fatigatus
ex itinere cum domino Iesu
meo, sic sedeo super fontem:
fontem, inquam, Iacob, & veri Israël scidūm
spiritum, quem inuidi obruūt Pales-
tini, & Samaritani Witleuistæ (qui non cōtuntur Iu-
dæis, id est, fidelibus Christi) præoccupāt arte
callida, cui suas hereses immittūt, venenatis eū
doctrinis inficiūt: & antiquorū hæreticorū bñ
subtilitatis vsq; ad summū cōplent erroribus.
Quos oēs à supremo ore sacri fontis ad fundū
vsq; prospiciens stupeo, hinc vidēs, qđ sacramē-
torū diuinorū puteus alt̄ est: & hinc, qđ tot er-
rorū arenis, & stercorebus motuorū sacrū li-
quorē de latere Christi scatētē in cruce exhau-
fisse se putāt gratiæ mille formis. Sed vt suprā
dixit Augustinus, heretico: quicqđ in cogitatione
placet, hoc fidē esse contendit. Sic quia Wit-
cleff iuueni, & necdū artes legēti arguētis mo-
tione coactō, placuit cōcedere accidēs esse sub-
stantiā, & quantū ex nō quātis cōpositū, & qđ
libet esse Deū, & talia inaudita: nec ignarus vi-
deri voluit, aut inconsultē dixisse: idcirco am-
plius cōtentiosē egit, vt pbabile videret esse,
qđ posuit. Quid plura? inueteratū est studium
mali, ita vt cano placeret, qđ iuueni cōplace-
bat. Iuxta illud Sapient. Adolefcens iuxta viā
suam: & cum fenerit, nō recedet ab ea. Et ex-
tunc blandorum victus laudibus, putauit se-
cretum fidei esse omne, quod voluit: in Poē-
tam illum se existimans transformatū, qui ait.
Quicquid

Augustin.

V Witleff.

Witleff.

Dionysius.

Augusti.

* philtre.

Hugo.

Witleff
semper sto-
lidus.

Ouidius. *Quicquid conabar dicere, uersus erat.*
 Sic deinceps ceteri sectæ eius principes seducti sunt. Quorum omnium indurata diuinus sapiens causam reddit perfidiæ: gradatim à primo claudens effectū, dicens, Hęc cogitauerūt, & errauerunt: excæcauit eos malitia, & nesciunt sacramenta Dei. Distingue, ut intelligas. Hęc enim primò ab eis cogitata placebāt. Secundò in complacētia se figebant errātes. Tertio fixi per consuetudinem sua malitia se cæcabant: & ita demū malè proficiētes, ubi primò anteq̄ cogitare cœperunt, aliquam paruā notitiam veritatis habebant, iam ad perfectā proficientes stultitiam, omnino sacramenta Dei nesciunt, quæ impugnant. Cogitauerunt, inquit Psalmista, & locuti sunt nequitia, iniquitatem in excelsu locuti sunt. Posuerunt in cælum os suum, id est, putantes se aliquid contra diuina disserere, lingua eorum transiuit in terra. Sic enim eorum cæcitatem præmemorans. Operti sunt, inquit, iniquitate, & impietate sua. Et lib. 20. Moralium super hoc textu Iob. In desertis habitabāt torrentium. ubi cum exponendo dixisset, q̄ iure inuētores peruersorum dogmatum torrentes vocantur: diu post subdit Gregorius. Habet hoc plerūq; humanus animus proprium, q̄ mox, ut in culpam labitur, à sui adhuc longius cognitione separatur. Hoc ipsum nanq; malum, quod agit, menti se obicem ante oculum rationis interferit. Vnde fit, ut anima prius uolūtarijs tenebris obfusa, postmodum bonum iam nec quod quærat, agnoscat. Quāto enim malis adhæret, tantò minus intelligit bona, quæ perdit. Lux quippe veritatis, quia subtiliter reprobatorū culpas examinat, quò habita negligitur, eò permittit, districtius iudicans, ut nec amissa requiratur. Et cum ab actu repellitur, fugit à sensu: ut cuius quasi facies in opere contemnitur, eius per recordationem, iam nec terga videantur. Hęc ille. A V T H O R. Quia ergo in tot malis errorum, & heresum filius ecclesiæ dolore torquetur: videns hinc fidem Christi tam copiose derisam, hinc irrisorum turbam tanta sua cecitate damnatam: quasi lassus uerbi ad finem festinat Epilogi, recolens uerbi Ecclesiastes. Melius est nouissimum sermonis, quam principium eius. Quia principium scripturæ, uel operis, quid est, nisi ianua sollicitudinis? & eò trariò finis eius est Epilogus. Super eum locū in commentario Hieronymus. Meliores sunt in dicēdo Epilogi, quam exordium. In his enim dicentis sollicitudo finitur, in illo incipit. Hęc ille. A V T H O R. Quid autem superiora praua eius recenscam, quæ fatis torquebāt, dum scri-

berem? Sed ad commonitorium epilogoando me conuertam, ut alternatio styli delectando proficiat, & ad Christi fidem firmam excitet delectantem. Commoneo vos primò Christi fideles, ut attentè seruorū Christi fidem distinguatis à moribus: nec uelit aliquis propter uera, uel falsa crimina ministrorū, quæ eis indies obijciunt Witcleuistæ, sacramentorum fidei, aut unitati ecclesiæ subtrahere mentes pias. Ecce cum defunt eis euidentia, ad iurgia desceduntur: & sacramentorum iniurias in peccatis sacerdotum accumulāt. Sicut Witcleff in 1. cap. Eucharistiæ, contra ueritatem corporis Christi in Eucharistia: q̄ missantes quare cōducantur, inculcat contra confirmationes, & ordinum collationes, superbiam prelatorum, contra desponsationes in ecclesia, & poenitentia sanctæ forum, tot strepit cōuicij, & squallet scandalis, ut firmi propositi uirum prouocet ad horrorem. Et quasi communi fine concludit ex omnibus. Potest esse, q̄ hoc sacramentum, uel illud profit ecclesiæ: sed non tantum, quantum peccatum diaboli. Vnde & contra sacramentum confessionis poenitentialis sic exaggerat scandala confessorum, libello de cōfessione cap. 4. Quāto ad peccata carnalia notum est, q̄ istud est medium dæmonum ad introducendum tam gulam, quam luxuriam, non solum in confessores, & confessos, sed in personas alias per cautelas, quas diabolus machinatur. Et quāto ad peccatū mundi, siue cupidinem: patet, q̄ sacramentum istud est plenum cupidine, cum confessores tales nedum accipiunt de cōfessis suis pecuniam, sed disponent occulta media, per quæ ipsam, uel sibi æquales accipiant in futurum. Hęc Witcleff. A V T H O R. Ista sunt crimina, quæ Witcleff ministris sacramentorum obijcit: & ideo Christi sacramenta contemnit. Cur non magis contemnit Deum, qui malum illum condidit sacerdotem? Non, inquis, fecit illum malum. Verum dicis. Sed nec malus presbyter, aut bonus malum conficit sacramentum. Quis Witcleuista respuit bonum equum à bono domino sibi donatum, quia sefforem potuit habere peruersum? Sed cur blasphemè, non trepidasti & corde, & corpore toto, dicere sacramentū plenum cupidine? Sed ideo dicis plenum cupidine, quia malis extat occasio cupidinis: sicut scandalalo squalente lingua ibi dicis de accipientibus pecunias. Ergo solem, & lunam, & stellā dāna bis ab orbe tanq̄ idololatria spurca plenissimos, quia occasione dabant his, quos scriptura reprobat, dicens, q̄ adorabant solem, & lunā, & omnē cæli militiā. Damnabis ignē, quia

V Witcleff.

fuit mediū diabolo ad inducēdū Chaldeos: aērē quoq; pro Ioue & Iunone: Mare quoq;, & fontes aquarū pro nymphis, & dea cerulea totaq; terrā p̄ Plutone: & frumētū pro Cere re: uinū pro Baccho. Postremò sancta parens Eua fuit medio diabolo ad dānādū totū gen⁹ humanū. Sed cur nō magis mētē tuā reproba cōdēnasti, quæ mediū fuit diabolo ad fraudādū tot populos fide Christi, & reuerētia sacramētū? Sed noueris impie, sacramētū Dei nō esse dānādū, p̄pter malitiā ministrorū: sicut nec mors Christi est reproba propter malitiā crucifixorū. Nēpe multi sancti sunt sacerdotes: cur nō manet propter eos? Sed hoc notate fideles: quia cōuicia hereticorū cōmunia sunt bonis, & malis. Igitur nolite credere, si nō probēt. Hoc agūt nostris tēporibus cōtra quoslibet patres, etiā sanctos, & ministros ecclesiæ, quod aliās fecerūt, nō parcētes Augustino sanctissimo, inculcantes eū de crimine: ut ipse recitat libro tertio cōtra Petilianū. cā. secūdo. Sed fideles alloquitur Augusti. Elegi magis esse in domo Dei mei, quā habitare in tabernaculis hereticorū. A te ergo Petiliane sermonem parūper auertā, & ad eos cōuertā, quos à me maledictis tuis es conatus auertere. Audite ergo quicumq; maledicta legistis, quæ in me irator, quā cōsiderator iste Petilianus euomuit. Prius uos apostolicis uerbis alloquar, q̄ certè qualiscūq; ipse sim, uera sunt. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispēsatōres ministeriorū Dei. Hic iā q̄ritur inter dispēsatōres, ut fidelis q̄s inueniatur. Mihi autē minimū est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; me ipsum iudico. Iā q̄ sequitur & si mihi non audeo coaptare ut dicā, Nihil enim mihi cōsciūsum: fidēter tamē in cōspectu Dei dico. Nihil horū, quibus Petilianus tēp⁹ uitæ meæ, postquā in christo baptizatus sum, criminatus est, mihi cōsciūsum: nec tamē in hoc iustificatus sum. Qui iudicat me, dominus est. Itaq; nolite ante tēpus iudicare. Sequitur. Sapius repeto, nemo gloriatur in homine. Si quid in nobis laudabile aduertitis, ad illius laudē referte, à quo est omne bonū optimū. Subdit. Si autem aliqua mala in nobis uel suspicamini, uel creditis, uel uidetis, retinete illud dominicū, quo securi, eius ecclesiā nō propter mala hominū deseratis. Quæ dicimus, facite: quæ autē mala nos facere putatis, aut noistis, nolite facere. Nō enim tēpus est purgādi me uobis. Et infra. Areā dominicā p̄pter paleā, q̄ nūc uēto superbie percussa uolat, uelima uētilatione separabitur: nolite deserere: nec domū magnā p̄pter uasa in contumeliā facta re-

fugietis: nec propter malos pisces in litore separādos, per dirupta retia exhibitis. Nec propter hœdos pastore diuisore, ad sinistrā ponēdos, bona unitatis pascua relinquētis. Nec p̄pter cōmixta zizāia uos à tritici societate, cui caput granū illud mortificatū, uel multiplicatū, qui p̄ mudū simul usq; ad messem crescit, nefaria discussiōe separabitis. Ager enim mudus, nō Aphrica. Messis finis seculi, nō tēpus Donati. Hęc ille. A V T H. Hoc nō pro se, sed pro futuris ministris Christi per hereticos reprobadis in ecclesia dictauit spiritus sanctus p̄ organū Augustini. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi. Nobis p̄ minimo est, ut ab hereticis iudicemur: sed uos fideles Christi nolite turbari. Si qd laudabile in Christi ministris aduertitis, ei referte, à quo est omne bonū. Si mala putatis, uel auditis à nobis, Christi p̄ceptū est, ne p̄pter mala hominū deseratis eius ecclesiā, eius sponsam. Nec p̄pter paleas, & culpas, eius areā sanā fidē. Nec p̄pter pisces hereticos, diruptis sacramentorū retibus, animū auertatis. O bone Iesu, & si malus sacerdos fuerit, qd sacramēta, ut abijciātur, dīlinquūt, cū nō sint ei⁹, sed Christi? Quid peccauit corpus Christi, ne sit naturaliter in Eucharistia, quia sacerdos est cupidus? Quid facer baptism⁹ cōtra Christi iussū tāquā saluti impetnēs iudicatur, quia platus est supbus? Quomodo cōueniūt crimina hominū ad sacramentorū excidiū? Et si mille fuerint peccatores, qd peccauit ecclesia christi: ut abiecta fide ei⁹, scēdū ferat repudiū? Nihil p̄ficis suadēdo fidelibus, q̄ si minister Christi malus sit, Christū ipsum, & fidē ei⁹, & sacramēta ei⁹ abijciāt, respuāt, & cōtēnāt: nisi etiā quia sacerdotes eius multi sancti, multi pij, multi pudici, sicut penē in ecclesia Christi sunt in numeri: ideo fideles Christū teneāt, fidē eius summē amēt, sacramēta ei⁹ omni cultu, omni ueneratione, primis laudibus uenerāter attollāt. Et ut ad rē ipsam ueniamus, quā cōtra cōfessionē uocālē exasperas, p̄ tētationibus confessorū pudet multa ducere: sed incitat bona fides, ut nō heretico taceam? Christi solertiā sacerdotū. Audi, & discē, si preuales, qd libro primo Registri. epistola. 24. q̄ incipit. Cōsiderāti mihi: & est ad quatuor patriarchas, insert Grego. Fit plerūq; ut dū rectoris animus aliena tētamēta cōdescēdēdo cognoscit, auditis tētationibus, etiā ipse pulsetur, quia & hęc eadē, per quā populi multitudo diluitur, aqua p̄culdubio luteris inquinatur. Nā dū sordes diluētū suscipit, quasi suæ munditiæ serenitatē perdit. Sed hęc nequaquam pastori timenda sunt: quia Deo subtiliter cūcta p̄fante tantò facilius

lius à sua eripitur, quantò misericordius ex a
liena tétatione fatigatur. Hæc ille. A V T H.
Sic ergo vos, ô fideles Christi, oues Christi, a-
gni eius, & filij prædestinationis, ei⁹ ad regnū,
scio, q̄ vos garritus hæreticus audita domini
prouisione pro ministris eius nō turbat: iā er-
go min⁹ turbare poterit cōtra tā venerabile
sacramētū, quāuis paleę circūpulsent. Sed ora
te pro fratrib⁹ vestris, quos dominus in flagel
lo iracūdiæ suæ percussit, permittēs eos tene-
bras exteriores incidere, & laqueū venatiū, so
cios in errore. Vos ⁊ in quā, alloquor Witcle-
uistæ, vos Pragēses, ac vbiq̄q; sitis Hufsitæ:
exergiscimini à furore deceptiōis hæreticæ.
Peccastis: Quiescite. Nolite deinceps cōfidere
in verbis mēdaci, dicētū. Hęc dicit dominus.
Audeo dicere in cōspectu eius, q̄ seculū istud
iudicabit in igne: q̄ ipse nō milit eos, sed spiri-
tus Antichristi. Adhuc reuertimini, dū lux est
vitæ: veniet nox, cū operari nō licet. Alias o-
ues vos habet Christ⁹, q̄ nō estis de ouili eius
mod⁹, quas oportet in digito spiritus ancti
Saluatorē adducere, vt vocē ecclesiæ suæ ma-
gnæ possitis audire: & tūc fiet vnum ouile, &
vnus Pastor. Nolite obesse vocati spiritū noli
te extinguere. Quid iuuabit respōdere iudici,
qui corda scrutatur: Mulier hæresis, quā dedi-
sti mihi in sociā, dedit mihi de ligno vetito, &
comedi? Quasi ecōtrariō nō ipse coarguat, Sed
ego vos monui p̄ aposto. meū Paulū ad Rom.
vitimo dicētē. Rogo vos fratres, vt obseruetis
eos, q̄ dissensiōes, & offendicula præter doctri-
nā, quā vos didicistis, faciūt, & declinate ab il-
lis. Huiusmodi enim Christo domino nostro
nō seruiūt, sed suo vētri, & p̄ duces sermones,
& benedictiōes seducūt corda innocētū. Ego
itē vos monui p̄ Apostolū meū Petrū, q̄ erūt
in vobis magistri mēdaces, sicut pseudo, pphe-
tæ erāt in populo, q̄ introducūt sectas pditio-
nis: eū, q̄ emit eos, Deū negāt: superducēs si-
bi celerē pditiōē, & multi se quētur eorū lu-
xuriā, p̄ quos via, & veritas blasphematur, &
in auaritia fctis verbis de vobis negotiabun-
tur, quibus iudiciū olim nō cessat, & perditio
nō dormitat. Hęc apostoli prædixerūt: si nō
cauti nūc sitis, vestræ dānationis causam eligi-
tis. Sed proterui sunt, & dicūt: Dona nobis ta-
lē Paulū, & talē Petrū, & ipsum audimus. Res-
pōdet Christus: Nec Paulū, nec Petrū, sed au-
di ecclesiā. Qui ecclesiam nō audierit, sit sicut
ethnicus. Ad ista qd̄ dicis: qd̄ respōdes? Nūq̄d
q̄ pars Witcleff, aut Hus sit ecclesia, q̄ dū repe-
bāt in Anglia, latuerant in occulto? De quo
Christus ait. In occulto locutus sum nihil. Et
iā vbi sunt? Nō mūdū, sed vix angulū mūdū

tenēt. Audite August. de ecclesia differētē. lib. Augustin
quarto a symbolo in fine. Per sanctā ecclesiā.
Propterea ⁊ huius cōclusio sacramēti, p̄ sanctā
ecclesiā terminatur, quoniā si quis absq; ea in
uētus fuerit, alienus erit à numero filiorū: nec
habebit Deū patrē, qui ecclesiā noluit habere
matrē. Sequitur. Audite hæretici qd̄ scriptum
sit. Oportet Christū pati, & resurgere à mor-
tuis, & prædicari in nomine eius pœnitētiam
& remissionē peccatorū p̄ omnes gentes. Om-
nis mūdus est ecclesia. Totū possidet, qd̄ à
viro suo accepit in dotē. Quęcūq; cōgregatio
cuiuslibet hæresis in angulis sedet. Cōcubina
est, nō matrona. O heretis Ariana qd̄ insultas?
qd̄ exufflas? qd̄ etiā ad tēpus multa vsurpas? In
iuriā à te patitur domina ab ancilla. Multas ei
ingeris cotumelias. Licet hęc doleāt, nō te ma-
gnoperē metuit spōsa Christi sancta catholi-
ca. Cū enim respexerit ille spōsus, ei crieris tu
vt ancilla cū filijs tuis, quoniā nō erūt heredes
filij ancillæ cū filijs liberæ. Cognoscatur vna
sancta, & vera regula: cui regnū Christus tale
dedit, q̄ eā per totū mūdū diffundēs, ab omni
macula, & ruga mūdās, totā pulchrā suo aduē
tu præparauit. Hęc ille. A V T H. Eligite vtrū
credibilior sit vobis Augustinus, an Witcleff.
Augustinus dicit nō esse ecclesiā Christi nisi
agrū illū, de quo Christus dixit, Ager est mū-
dus. Huius ecclesiæ regula fides est, quā q̄ nō
habet, peribit. Ariana hæresis nō habebat mū-
dū, sed angulū: cū tamē ad vestrā comparata,
magnū mundū tenebat. Vestra hæresis extra
angulos vestros nō agnoscitur. Fides Christi
fecit dū Paulū annūtiatur in vniuerso mūdo.
Sed potest (inquis) mundus decipi: aut vos cū
mūdo. Sed in libri fine cōtra Petilianum huic
cōmuni hæreticorū obiecto respōdet breui-
ter Augustinus. Si falli potuimus cum orbe ter-
rarum de hominū iniquitate: nō de fidei veri-
tate. Hęc ille. A V T H. Ergo Christi fides, pro
qua Christ⁹ rogauit: nō ita est peritura de mū-
do vt putatis, nisi seruetur in Witcleff: q̄ po-
terit orbis terrarū falli de hominū iniquitate
plerūq; nūquam autē de fidei veritate. Aut so-
la fidei veritas est vobiscū, quā tota per orbē
ignorat ecclesia: & tot facti, quot in orbe sūt,
& vestrā ignorāt perfidiā, omnes sunt pecca-
tores, scelesti, flagitiosi, & gehennæ pœnis dā-
nabiles, pauperes sunt, casti, pij, māfueti, iusti,
papæ, pōtificibus, patribus, regibus obedien-
tes: proximos synceriter diligētes, solū eis de-
est, q̄ Witcleuistæ, aut Hufsitæ nō sunt, nec ef-
se cōfentiūt, nūquid nō sunt ex hoc mēbra ec-
clesiæ? Donatistæ hæretici hoc vos docēt pro-
pter peccata quorū dā nō pbata, sed dicta: ec-
clesiā

clesiā Christi cōdēnare per orbē, & quoslibet
sanctos eius. Vnde in libro de hæresibus. cap.
Augusti. 69. Augu. In hæresim (inquit) schisma verterūt
tāquam ecclesia Christi propter crimina Ce-
cilianiani, seu vera, seu (quod magis apparuit iudi-
cibus) falsa de toto terrarū orbe perierit: vbi
futura promissa est, atq; in Aphricana Dona-
ti parte remanserit, in alijs terrarū partib⁹ qua
si cōtagiōe cōmunionis extincta. Hęc ille. A V
T H O R. Itē hac infania quid laborare vultis,
dicētes ecclesiā Christi perijisse de seculo, si in-
ter Witcleuistas nō seruetur? omnes iniustus,
omnes miseros, qui vobiscū nō errāt, adiudicā-
tes, omnes papas, præfules, religiosos, sacerdo-
tes, reges, & populos in orbe dānandos, si tur-

pes nō fuerint Witcleuistæ? Elige quod vis ô
impia hæresis. Ecclesia Christi per orbē terra-
rū diffusa te dānat hereticā. Aut ipsa nō est ec-
clesia, sed sola tu es ecclesia, & dānas orbē ter-
rarū. Aut ipsa est vera ecclesia Christi, & meri-
tō es dānata. Quid sic insultas ô hæresis Wit-
cleuistica? quid ad tēpus multa vsurpas? Iniu-
rias multas à te domina patitur. Nō te magno
perē metuit spōsa Christi ecclesia catholica.
Maiora, & aciora, quā potes, ab Arianis p-
pessa est in Asia, à Donatistis in Aphrica: & ta-
mē cōtriti sunt, cōsumpti sunt. Implebitur p-
phetia Augustini de vobis, sicut de Arianis vi-
detur impleta. Cū respexerit spōsus ecclesiæ,
Iesus Christ⁹, ei crieris vt ancilla cū filijs tuis.

Peroratio, & operis dedicatio.



Henricus quintus.

VS CI PE ergo sancte pater, & magne sacerdos hui⁹ maioris ecclesiæ Iesu
Christi oblationē, & victimā holo causti libri hui⁹, quē ad ostiū tabernaculi te
stimonij Dei, quod apud te primū patet in terris, victimā pro victoria ecclesie
Iesu Christi cōtra Witcleuistas, & Hufsitas hæreticos destinavi. Quā libri vi-
ctimā ex bobus, & ouibus de armēto, ex fortibus scilicet scripturę textibus, &
simpliciū sanctorū patrū dictis ad placādū Deū, pro anima illustis principis
regis Anglorū, Hērici quinti, offerre disposui. Ego quippe homo sum tātū, & filiorū benedictio
nis tuæ verē minim⁹. Et mihi quidē licet offerre, sed in igne probationis adolere nō licet, vt sit in
odorē suauissimū domino. Sed tibi, sūme sacerdos, poterit cōplacere, vt mades filijs Aarō, filijs
domini mei, qui tecū sunt in circuitu altaris dominici, detrahare pellē hostiæ, ne hirtū quid con-
tra fidē Christi, aut hispidos errorū, aut nouitatū pilos oblata cōtineat. Cōcidāt artus rationū in
frusta: fundāt q; crudū, & merū sanguinē catholicæ propositionis in plano: vt tādē sacratissimis
manibus tuis adoleri mereatur. Si nō mereatur & abijci, qd̄ formido. Certē quicquid horū eue-
nerit, filius tuus ego sum: & sub sacratissima correptionis tuæ manu libētius dānationis flagra-
dira suscipiēs, quā inter Witcleuistas inspidos aureolas primæ laudis. Sic enim me tibi patri
sancto dabit filiū spe sancta perēnē: cuius in terris spōdes, ac præstas vicariū, Iesus Christ⁹. Amē.

REGISECVLORVM IMMOR-
tali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in secula
seculorum, Amen. i. ad Timotheum. i.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

¶ Omnes sunt quaterniones.
Index verò per se patet.

SALMANTICAE.

Apud Ioannem Mariam da Terra Noua,
& Iacobum Archarium.

M. D. L V I I:



